SEBASTIANVS
GVAZZINVS.
ET
SERAPHINVS
MASSINVS
DE
CONFISCATIONE

TRACTATVS
DE CONFISCATIONE
BONORVM

AVCTORE

SEBASTIANO GVAZZINO
I. C. DE CIVITATE CASTELLI
In Romana Curia Causarum Criminalium Aduocato Primario, & posteà Locumtenente Criminali Auditoris Cameræ.

Cui accessit in hac postrema Editione Semicenturia Practicarum Quæstionum eandem materiam tractantium

SERAPHINI MASSINI I. C. ASCVLANI
Iam Perusiæ, & Vmbriæ, deindè Prouinciæ Marchiæ Locumtenentis, modò S. Rot. Maceraten. Auditoris, & Prætoris.

Opus nunquam anteà impressum, omnibus Iurisprudentiæ professoribus, tam in Scholis, quam in vtroque foro versantibus, valdè vtile, ac necessarium.

Nec tantum magis communibus DD. placitis, sed etiam plurium supremorum Tribunalium auctoritate, & signantèr quamplurimis S.R.Rom. Decisionib. exornatum.

Cum Summarijs, & duplici Indice rerum, ac Sententiarum Locupletissimo.



MACERATÆ. M.DC.LVIII.

Typis Heredum Augustini Grisei, & Iosephi Piccini. *Superiorum Permissu.*

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.

D. COMITI CLAVDIO MARAZZANO

Vtriusque Signaturæ Santissimi Domini Nostri Papæ Referendario, & Prouinciæ Marchiæ Gubernatori.

PRodit in lucem è Typis nostris aliàs editus Sebastiani Guazzini de Confiscatione bonorum Tractatus, qui sibi meliorem quæsiturus lucem ad inexhaustos tuæ Nobilitatis radios, & sublimia ingenij in ciuili facultate lumina suplex accedit, vt criminalis operis rigor tua molliatur humanitate. Videt enim in te spectabilem illam sanguinis claritatem, quam ex Marazzanorum Comitum genere cum lacte suxisti. Videt animum illum Imperij capacem, quo tot, tantisque Prouinciarum muneribus tibi ab Apostolica Sede demandatis fuisti

felicissimè functus. Videt eminentiam ingenij, sagacem meliorum litterarum non modo, sed profundissimam legalium scientiarum cognitionem, quam in iudicando olim Ariminum, Fanum, Asculum, Ancona, Vmbria denique tota mirata est, & modò totius Marchiæ Prouincia fecundissimam experitur. Conuolat ergo tuæ nobilitatis, & virtutum inuitatu audax ad patrocinium tuum tractatus iste, quem si benigno, quo soles, oculo exceperis, te non dedignantem deuotissimum obseruantiæ suæ obsequium in eo legent

Dominationis Tuæ Illustrissimæ

Humillimi, & Addictissimi Serui

Heredes Augustini Grisei, & Ioseph Piccinus.

SEBA-

SEBASTIANVS
GVAZZINVS I. V. C.
AMICO LECTORI.

NIHIL tàm proprium, tamque studioso homine dignum esse putaui, quàm ea quæ quisque profitetur, alijs quoque facilè communicare. Cùm enim nullus sibi tantum procreatus, & aliorum commodis natus fuisse dicatur; quid sanè de illis, qui inter multos adeò iuuandi cęteros desiderio flagrant, vt pari sciendi cupiditate inflammentur, ac nullum veritatis indagandæ causa incommodum sentiant? Equidem id ipsum apertè demonstro, qui, quas à teneris in hac iuris prudentia mihi comparanda varias sustinui difficultates, non alio certè retuli, quam vt aliis liberius prodesse possim. Cuius propensæ voluntatis vtinam pares non desint vires, atque iis, qui modo prodire ceperunt vberiores, felicioresque in dies (vti spero) in lucem partus edant. Fiet enim, vt non solum muneri illi æquis naturæ legibus imposito satisfaciam, sed finem etiam, quem per longa studiorum meorum curricula mihi perscripsi consequi denique concedatur. Interim tanquam tibi iure debitos reditus cognoscas persolutos accipias, tenues non spernas, sed iam tuosità diligenter foueas, vt à voracibus detrectantium dentibus eos valeas vendicare. Vale.

ARGVMENTVM OMNIVM CONCLVSIONVM,

Quæ

In hac materia de confiscatione bonorum continentur.

1 Confiscatio bonorum quid sit.
2 Confiscatio bonorum quotuplex sit.
3 Confiscatio bonorum quare fuerit inuenta.
4 Annotatio bonorum quid sit, & de quo tempore fiat.
5 Descri tio bonorum quid sit.
6 Publicatio bonorum quid sit.
7 Incorporatio bonorum quid sit, & quibus modis dicatur facta.
8 Incorporatio bonorum quando, & quo tempore fiat.
9 Incorporatio bonorum quos effectus producat.
10 An requiratur, quod fiscus bona publicata agnosc t.
11 Iura ff C. & Auth. circa confiscationem bonorum quomodo disponant.
12 Confiscatio bonorum ordinaria, & extraordinaria secundum legem, vel pręter per quos superiores imponi possit.
13 Confiscatio bonorum in quibus casibus, & quę bona veniant in confiscatione late cum multis ampliationibus, & cum limitationibus 68. & in specie tractatur, quando confiscatio bonorum fiat non elapso Anno, item an comparens infra annum statim recuperet bona, item an comparens, si fuerit absolutus a sententia contumaciali recuperet bona confiscata, etiam in alium alienata.
14 Confiscatio bonorum quando, & in quibus casibus fiat ipso iure.
15 Confiscatio bonorum quando ipso iure imponitur quos effectus producat.
16 Sententia diffinitiua, vel declaratoria, quando, & in quibus casibus requiratur ad confiscationem bonorum.
17 Cridę de quo tempore fiant, & quid operentur in confiscatione bonorum.
18 Confiscatio bonorum quando morte delinquentis extinguatur.
19 Confiscatio bonorum quanto tempore præscribatur.
20 Fiscus, quomodo succedat in bonis delinquentis.
21 Confiscatione sequuta bona quibus applicentur.
22 Fiscus quando dicatur habere hypothecam in bonis delinquentis.
23 Confiscatione sequuta, an teneatur fiscus satis facere creditoribus delinquentis.
24 Debitores, an soluere possint delinquenti, & an soluere possint fisco, & dicantur liberati.
25 Confiscatione sequuta, an bannitus sit liberatus a suis creditoribus.
26 Fisco an Reus teneatur edere iura, & instrumenta ad fundandam eius intentionem, & econtra.
27 Confiscatio bonorum de toto patrimonio de feudo, de trebellianica, de legitima, de emphyteusi, & Maioratus quibus remedijs, & cautelis euitari possit.
28 Gratiatus a Principe quando recuperet bona incorporata, etiam in alium alienata.
29 Alienatio bonorum, vel quælibet alia hominis dispositio quando pręsumatur facta in fraudem fisci.
30 Fisco an succurri possit ex remedio Appellationis, vel alijs modis a sententia absolutoria lata contra ipsum ad fauorem Rei.
31 Qui non habet in ære, quando luat in corpore.
32 Bona confiscata, quando debeant administrari per officiales, & quomodo Legati, Gubernatores, & Procuratores fiscales recipere debeant eorum portiones.

DE CON-

DE CONFISCATIONE BONORVM.

AVCTORE SEBASTIANO GVAZZINO.

Iurisconsulto de Ciuitate Castelli in Romana curia causarum Criminalium Aduocato Primario, & nuper Locumtenente criminali Auditoris Cameræ.

QVoniam ex munere Iudicandi, & consulendi, & ex ipsa experientia, accepi, quod nihil frequentius hodiè in foris contingat disputari obcrescentem hominum malitiam, & successiue ob multitudinem Iurium municipalium ad delicta compescenda ęditorum, quā si pro eis patratis bona delinquentis confiscationi subiaceant, & quia adhuc materiam istam confiscationis bonorum non inueni fuisse ab aliquo in vnum opus recollectam, sed diuersis locis per Doctores appositam. Ideo non inutile dedu xi speciale opus de confiscatione bonorum compilare, & in lucem edere. Quod spatio septem mensium perfeci.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum quid sit.*
2 *Confiscatio bonorum idem est, quod fisco associatio.*
3 *Fiscus quid sit.*

CONCLVSIO I.

ET prima erit conclusio, vt confiscatio diffiniatur, seù potius describatur, vt sit auctio vni-
1 uersalis omnium bonorum, vel alicuius quotæ, vt trad. Cassan. super conuent Burg rubr. 2. de confiscat. num. 1. mihi fol. 340. Carpan. super nou. constit. Mediolan. tit de bon. confisc. c. omnium num. 677.

1. Amplia, vt idem sit dicere confiscatio, ac si
2 dicatur applicatio ad fiscum, vel quasi cum fisco associatio, vt tradit idem Cassan. in dicta rub. 2. num. 2. & Carpan. d. c. omnium nu. 678.

Fiscus autē, dicitur bursa publica in qua pecunia publica reponitur idem Cassan. d rub 2. nu. 2. vbi etiam ponit quo Procuratores fiscales Prin-
3 ceps habeat, & posuit diffinitionem præfati fiscalis destinati ad confiscationes in casibus in quib. de iure fieri debeant, vt sit vir parum placidus, omnibus inuisus, Deo odiosus, parum aut nihil æquitatis in se habens, & multa alia. ibi. de istis procuratoribus fiscalibus scribit notatu digna, & post Bald Baiard, dicit, quod fiscus nil aliud est, quam subditorum calamitas in Add. ad Iul. Clar. q 3. num 4 & latissimè quid sit fiscus ponit Pereg. de iur. fisci. li. 1. in princ. & bo n. tit. de fisc. num 1. firmat quod fiscus primo erat crumena, deinde transiuit in saccum, posteà in domum seù cameram, vnde modo appellatur Camera.

Confiscatio bonorum quotuplex sit.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio est duplex vna ordinaria, & altera extraordinaria.*
2 *Cōfiscatio dic tur præter legem, altera lege imposita*

CONCLVSIO II.

SEcunda conclusio, vt bonorum confiscatio sit duplex, vna quæ dicitur ordinaria, altera extra-
1 ordinaria, ordinaria, quæ est expressa à lege vel statuto: extraordinaria, quæ à iure non reperitur expressa Oldrad. cons. 17. nu. 10. Lancel. Corrad. in sua prac li. 1. tit. de bon. pub. c. 9 nu. 1. col. 4 Menoch. de arbitr. q 93. nu. 3. seq. lib. 1. Claud. Bertaz. ad cons. patr. 340. in litera A. Carp. d. c. omnium num 679.

Aliqui alij dicunt, quod aliquando fit præter le-
2 gem, aliquando à lege expresse, vel in consequentiam pęnę mortis naturalis, vel ciuilis puta deportationis, vt declarat idem Corrad. in d. tit. sub num. 1. vers. verum in hac re. Iul Clar. q. 78. num. 5. Farinac. q. 25 num. 7. vbi cōcordantes allegat.

Confiscatio quare fuit inuenta.

CONCLVSIO III.

TErtia sit conclusio, vt confiscatio bonorum fuerit inuenta pro supportandis expensis in fabricatione processus cōtra delinquētes secundū Cass. in d rubr. 2. §. 1. num. 31. mihi fol. 376 Carpā. d. cap. omnium, nu. 478. Baiard. ad Clar. q. 78. nu. 2

1 Amplia, vt etiam fuerit inuenta, vt homines remissius se habeant in committendis delictis, cum propter diuitias audaciores, & potentiores reddantur. Anton. Gomez ad leg. 40 Taur. num. 91. ante vers. Tertio, & principaliter, & ob id lex ob publicam vtilitatem ne vnus alteri insidietur, & quies publica disturbetur, induxit bonorum confiscationem Rebuff. in tract. vt beneficia antè vacat. artit 2. glos. 5. in princ. vbi etiam ponit duas alias rationes. Hinc videmus, quod in statu Ecclesiastico per dictā rationem emanauit Bulla Sixti IIII inserta inter constitut. March. lib. 4. c. 19. vt patet contra omnem Iuris dispositionem teneatur pro delicto filij ad soluendum legitimam, vt tradit Farinac. in q. 24 nu. 160. versi. tamen receptum est Vulpel. respons. 121. num. 1. Honded. cons. 95. nu. 40. vers. & hoc. vol. 1. vbi concordantes allegat.

Annotatio bonorum quid sit, & quando fiat.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio bonorum quid sit.*
2 *Annotatio bonorum quare fuit inuenta.*
3 *Annotatio bonorum an. fieri debeat de omnibus rebus mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus, & cum suis qualitatibus circumstantijs, & oneribus.*
4 *Annotatio bonorum mobilium an seruetur de consuetudine.*
5 *Annotari debent omnia bona reperta penes Reum, & eo ipso quod bona reperiuntur penes eum præsumuntur esse i fius Rei.*
6 *Instrumentum fieri debet de ipsa annotatione.*
7 *Annotatio bonorum non fit nisi in casibus in quibus irrogatur publicatio bonorum.*
8 *Reus non debet priuari possessione bonorum per ipsam annotationem.*
9 *Nisi adsit iuxta causa quia res in depositum deponi debent.*
10 *Item quando Reus contumaciter abesset.*
11 *Annotatio bonorum non fieri debet nisi per sententiam contumacialem.*

CONCLVSIO IIII.

QVarta conclusio, vt annotatio bonorum dicatur descripto bonorum, & quoddam im-1 pedimentum alicui in bonis datum, & quædam compulsio ad comparendum contrà contumacem, & casu adueniente verificationis delicti, quædam præparatio ad confiscationem. Cassan. in d. rub. 2. nu. 10 latè Scac. in tract. crim. c. 97. num. 17. qui dicit quod solet mitti notarius vna cum substituto fiscali ad domum delinquentis, & ibi omnia bona annotentur iuxtà formam l. si quis intra prouinciam. C. de bon. proscrip. prout etiam ego pluties vidi obseruari, ac obseruaui, & passim obseruatur in curia, & in toto statu Ecclesiastico.

1. Amplia, vt ista bonorum annotatio, quæ fit per modum inuentarij, sit inuenta vt sciatur quantitas, & qualitas rerum, & bonorum delinquen-2 tis, & ne fiscus defraudetur, l. 1. §. fin. C. de bon. vacan. Pereg. de iur. fisci lib. 5. tit. 1. nu. 195. lib. 7. tit. 3. num. 10. Anto. Gomez. tit. de delict. cap. 9. num. 2. vb. testatur quod ità practicatur. Cassan. in d. rub. 2. sub. nu. 11. vers. & aduerte.

2. Amplia, vt huiusmodi bonorum annotatio 3 fieri debeat de omnibus reb. mobilibus immobilibus iuribus, & actionibus, & cum suis qualitatibus circumstantijs, & oneribus prout reperiuntur penes ipsum delinquentem Bnss. tit. de præiamat. nu 3. vbi ponit vnum effectum talis descriptionis, tex. in l. si quando, la 2. C. de bon. vacantib. lib. 10 Pereg. d lib. 5. nu. 195. & quod de iure etiam stabilia annotetur Iul. Clar. q. 44. versi. sed hodiè circa med Cartar. num. 24. cap. 1. in tract. de execut sentent. captobannit. Scac. d. cap. 97 num. 19 in princ De consuetudine autem quod bona stabilia non describantur varijs modis in diuersis locis obseruatur in Regno Siciliæ fuerunt annotata quædam feuda, & Castra vt testatur Cap c. decis 131. in fin. in Ducatu Mediolani testatur Iul. Clar. in d vers. sed hodiè.

4 De contraria consuetudine quod non annotetur. Capie. d. dec. 131. nu. 4 Cartar. d. c. 1. num 25. qui alios allegat, & ità seruatur hic in vrbe vt testatur Scac. in d. cap 97 sub nu. 19. circa finem, & idem obseruari dicit in Prouincia Aprutij, quia stabilia occultari non possunt, tamen subdit, quod si dicta stabilia annotarentur inuentarium non erit vitiosum.

3. Amplia, vt ea omnia, quæ reperiuntur penes 5 ipsum annotari debeant, & præsumantur esse ex ipso Reo, ex eo solo, quod penes se reperiantur. Pereg. d. lib. 5. nu 192.

4. Amplia vt fieri debeat instrumentum de ista 6 bonorum annotatione. Flam. Cartar. in d. c. 1. num. 22 Scac d. c. 97. nu. 17. in fi.

1. Limita, & intellige, vt huiusmodi bonorum 7 annotatio fieri non debeat nisi in causis criminalibus, in quibus fit publicatio bonorum, secus in alijs causis criminalibus Cassan d rub 2. nu. 11. Suarez. recep sentent. in littera A. in verbo accusat. nu. 34. Flam. Cartar. d. c. 1. nu. 19. Farinac. q. 11. num. 4. Scac. in d cap. 97. num. 16. vbi de communi, & reprehendit Farin., quod in proposito allegauerit Afflii. qui nihil dicat de hoc.

2. Limita, & intellige vt per ipsam annotatio-8 nem non debeat Reus priuari possessione suorum bonorum Conar. lib. 1. vers. resolut. c. 16. nu 9. Pereg. lib. 5. num. 196. vers. & in eo casu, & lib. 7. tit. 3. nu. 10. sub. vers. sequestratio, neque in eis debeant apponi insigna, vel arma Principis, sed conseruari vt donec labatur, terminus præfixus a Iure ad comparendum ad suam defensionē faciendam, qui de Iure communi est annus, vt habemus in l. 1. & 2. C. de requir. ter. tul. Clar. q. 44. num. 2. & in statu Ecclesiastico per Bullam Pij

Quarti

Quattl erat sex mensium per Pium V. fuit prorogatus ad annum, vt ait Farinac. in d. q. 11. num. 88. & Cassan. in d. rubr. 2. num. 11. in fin. qui loquitur de Iure communi, & Farinac. valde exclamat, cum hodie aliter fiat, vt statim bona annotata, non elapso anno, non solum auferantur a Reo, sed etiam vendantur prout Latius dicam suo loco infra conclus. 13. limit.

3. Limita quando adest legitima vel alia iusta causa, quia res in sequestrum penes tertium aut 9 penes Reum præstitis fideiussoribus deponitur l. fin. C. de ord. cogn. Guid. Pap. q. 366. Pereg. d. lib. 2. tit. 3. nu. 10. vers. si tamen.

5. Limita quando Reus contumaciter abesset, quia per contumaciam, vehemens contra ipsum 10 insurgit præsumptio ad sequestrum deuenire, l. fin. de requir. Reis Pereg. d. lib. 2. tit. 3. num. 10. sub. versi. si tamen.

6. Limita, & intellige, vt de Iure ista bonorum 11 annotatio non possit fieri nisi post contumaciam, licet hodie non seruetur, quia fit antequam sequatur contumacia, imò antequam transmittatur citatio, vt late tradit post alios Scac. d. c. 97. num. 16. vers. quære, vbi tamen. concludit quod non fiat nisi saltem sint assumpta inditia de delicto contra Reum ad citandum, & ad capturam, & Latius dixit Pereg. lib. 5 num. 196. vers. vbi tamen. limit. quotum opinio mihi multum placet, ne fiat descriptio sine aliquo inditio, & grauetur ex ista annotatione, quæ solet afferre nocumentum, vt mox inferius dicam.

Descriptio quid sit, & quotuplex sit.

SVMMARIVM.

1 *Descriptio bonorum quid sit.*
2 *Descriptio bonorum quotuplex sit*
3 *Descriptio bonorum, quando fieri non debeat.*

CONCLVSIO V.

Quinta sit conclusio, vt descriptio proprie sit publicatio, seu incorporatio in patrimonio 1 fisci, vt depingere arma fiscalia in domibus, & possessionibus delinquentium, & alia similia facere vt habemus in l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. Cassan. in d. rub. 2. nu. 12.

Et est duplex; vna quæ fit per modum incom- 2 parationis, & ista non potest fieri nisi causa cognita, altera est quæ fit, vt notitia rerum habeatur, & ista fit lite pendente tantum vt dicit Ang. in l. si quis C. de bon. proscript. & Cassan. in d. rubr. 2. nu. 12.

1. Limita quando interessat eius contra quem fieret talis descriptio ne eius miseria, aut pompa sui patrimonij panderetur, tunc fieri non debet vt dicit Cassan. in d. rub. 2. nu. 12. in fi. sed in pract. Procuratores fiscales non admitterent huiusmodi instantiam protestationem, & recusationem.

Publicatio bonorum quid sit.

CONCLVSIO VI.

Sexta conclusio sit, vt publicatio dicatur, idem quod confiscatio, & his duobus terminis con- 1 fuse, & implicite vtuntur legistæ, vt tradit. Cas. in dicta rubr. 2. num. 13. vbi tamen subdit, quod ipse credit, quod sit aliqualis differentia, vt publicatio sit pinguior, & plura amplectatur, quam ipsa confiscatio, & multis modis bona dicantur confiscari tamen egeant aliqua publicatione puta quadam examinatione, & declaratione per Notarium, & sic publicatio magis videatur comprehendere incorporationem, quam confiscationem Carpan. d. cap. omnium, num. 6 2. seq. & num. 678.

Incorporatio quid sit, & quando dicatur facta.

SVMMARIVM.

1 *Incorporatio bonorum quid sit.*
2 *Incorporatio bonorum dicitur facta per descriptionem in libro, in quo res fiscales describuntur.*
3 *Incorporatio bonorum dicitur facta per ipsam sententiam.*
4 *Incorporatio bonorum dicitur facta per affixionem armorum Principis.*

CONCLVSIO VII.

Septima sit conclusio, vt incorporatio sit quædam facti exequutio, & declaratio, quod bona ad 1 fiscum pertineant, quæ fit per descriptionem bonorum confiscatorum ab habente ad hoc authoritatem, vt dicit Bart. in l. 1. §. eligitur, ff. de ventr. de possess. mitten. Cassan. in dicta rub. 2. n. 14. in princ. Carpan. d. c. omnium. num. 664.

1. Amplia, vt dicatur facta bonorum incorpora- 2 tio, quando fit descriptio per habentem ad hoc potestatem in libro in quo aliæ res fiscales sunt descriptæ secundum Bart. in l. fin. C. de bon. Vacan. lib. 10. Cassan. in d. rub. 2. num. 14.

2 Amplia quando habens potestatem confi- 3 scandi per sententiam causa cognita declarauit expresse bona, & res haberi pro confiscatis, & incorporatis, Bart. in l. fin. C. de bon. Vacan. lib. 10. Cassan. de rub. 2. nu. 14 vers. alium modum.

3. Amplia per affixionem armorum Principis in 4 parietibus, vt dicatur facta bonorum confiscatio. Ang. in l. si quis, C. de bon proscript. & l. fin. §. facultas, C. de iur fisci. Steph. de Barber inter cons. Zilet. cons. 39. num. 17. Cassan. d. rubr. 2. sub nu. 14. vers. puta per affixionem Eugen. cons. 2. num. 31. Martin. Land. de fisco quæst. 247.

4 Amplia, vt bona dicantur incorporata, quando

dō fuerunt descripta annotata, sequestrata, & consignata in depositum per publica documēta apud tertios vt firmat Eugen. d. cons. 2. num. 30.

5 Amplia vt per solam annotationem aliqui teneant, vt bonorum dicatur facta incorporatio, vt post Bart. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10. & Stephan. de Barber. in cons. 39 nu. 19. Eugen. d. cons. 2. num. 22.

Incorporatio quo tempore fiat.

SVMMARIVM.

1 *Incorporatio non fit nisi post Sententiam.*
2 *Nisi adesset statutum vt bona dicantur incorporata a die delicti.*

CONCLVSIO VIII.

OCtaua sit conclusio, vt incorporatio de Iure communi non fiat nisi post sententiam de-1 claratoriam Bart. in l. si vacan. num. 8 seqq. C. de bon. vacan. lib 10. & cons. 358. nu. 4. volum. 1. Siluan. 25. num. 34. vers. per quæ verba Boss. tit. de sentent. num 49. vers. in homicidijs cap. decis. 112. num. 2. Boer. decis. 277. num. 12. Carpan. in d. cap. omnium, num. 591. 667. & 690.

1 Amplia si extaret statutum prout est Medio-2 lani quod bona à die delicti ipso iure confiscata intelligantur, vt bona incorporata fisco dicantur, facta bonorum descriptione, vel annotatione per notarium, vel fiscalem, vel per Iudicem non expectata sententia, vel declaratoria, vt firmat Carpan. in d. c. omnium, num. 665. seq.

Et licet in aliquibus casibus dominium bonorum delinquentis statim commisso delicto transeat in fiscum, prout est in casibus in quibus confiscatio ipso iure imponitur, tamen possessio non acquiritur, nisi sequuta appræhensione per fiscum, vt dicam infra conclus. 10.

Incorporationis bonorum effectus.

SVMMARIVM.

1 *Incorporatio bonorum adimit administrationem bonorum ipsi delinquenti.*
2 *Incorporatio operatur vt lata sententia possit exequi contra hæredes.*
3 *Incorporatio in quibus fit, ipso iure fisco bona acquiruntur etiam inuito.*
4 *Incorporatio bonorum quando inducat præiudicium possessori.*

CONCLVSIO IX.

NOna sit conclusio, vt per incorporationem bonorum tollatur ne delinquens possit vti 1 bonis, quibus alias ante declarationem vti, & frui poterat, sed sequestrentur pœnes officiales curiæ. Bal. in l. non solum in fin. nu. 3. ff. de in integr. restit. Carpan. d. cap. omnium, num. 672. seq.

1 Amplia, vt ipsa incorporatio operetur, quod 2 lata sententia declaratoria possit exequi contra hæredes damnati, vt latè per Nel in 2. par. 3. temporis q. 8. Carpan. d cap. omnium num. 673.

2 Amplia vt in casib. in quibus incorporatio fit 3 ipso Iure bona incorporata acquirantur fisco, etiā inuito, per viam confiscationis, & non factis cridis. Carpan d c. omnium, num. 675 seqq.

3 Amplia vt incorporatio in feudis operetur, quod requiratur noua inuestitura, & feudum antiquum efficiatur nouū post alios Peregr. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 64. in fin. si restituatur per Principem delinquenti.

1 Limita, & intellige vt licet per ipsam incorpo-4 rationem fiant bona fisci, non tamen parit præiudicium possessori donec sequatur sententia declaratoria ad fauorem fisci, vt benè notat Boss in tit. de proclamat quod sit bon. pub. num. 8. seqq. & in tit. de pœnis num. 34 vers. sed ponderat Curt. Carpan. in d. c. omnium, num 668. seq.

2 Limita quod pendente accusatione, vel declaratoria incorporatio ex iuris dispositione non impedit Reo administrationem bonorum confiscatorum Carpan. in d. cap. omnium, num. 670.

Nisi in casibus læsæ maiestatis hæresis, & alijs quibusdam positis per Doct. additos à Carpan. in d. cap. omnium num. 671. Farinac. q. 116. §. 2 num. 57. post hæc scripta visus vbi sub num. 58. dicit in Crim. læsæ maiest. impediri administrationem non solum suorum, sed etiam aliorum bonorum.

3 Limita, & intellige vt incorporatio iure communi inspecto non fiat nisi sequatur bonorū appræhensio. Angel. de Malefic. in verbo, & eius bona, num. 15. vers. sed non Carpan. in d. cap. omnium nu. 674.

Confiscatis bonis fisco an requiratur agnitio vel aditio.

SVMMARIVM.

1 *Quando requiratur aditio bonorum in fisco.*
2 *Bona acquiruntur nominatis in authent. bona damnatorum absque alia agnitione.*
3 *Bona fisco inuito non incorporantur.*
4 *Nisi incorporatio fiat ipso Iure.*
5 *Fiscus in ipsa agnitione bonorum vtitur Iure priuati.*
6 *Incorporatio non fit nisi sequuta sententia declaratoria.*
7 *Bonorum possessio fisco non acquiritur post sententiam nisi per eum apprehendatur.*

CONCLVSIO X.

DEcima sit conclusio, quod vbi bona confiscātur, vel ad fiscum differuntur alio iure quam 1 hæreditario acquirantur fisco sine additione Bart. in l. 1. n. 8. de bon. vac. Boss. in tit. de bon. pub. n. 25. vers.

vers. addo etiam, & in tit. de proclam. n. 6. vers. sed si ob delictū Carpan. d. c. Omniū. n. 682. Pereg. lib 4 tit. 3. n. 22. Surdus de Aliment. tit. 8. priuil. 59. n. 7.

1 Amplia in bonis quæ differunt vigore Auth. 2 bona damnat personis ibi nominatis, vt acquirantur fine agnitione Barr. in cons. 157. num. 3. 4. 7. Carpan. d. cap. omnium num. 683.

1 Limita, & intellige quod i[illegible]to fisco bona fi 3 bi incorporentur, sed oportet [illegible] illa agnoscat Bal. in l. non solum l. 1. in fin. de integr. restit. & in l. eius §. si cui de testamen. Peregr. lib. 5. nu. 58. vers. nam inuito fisco. Carpan. d. cap. omnium nu. 675. vers. licet alias. Baiard. quæst. 78. num. 155. Affl. & super Constit. Regn. lib. 3. Rub. 8. num. 13.

Nisi tamen incorporatio fiat ipso Iure quia bo- 4 na acquiruntur fisco etiam inuito Carpan. in d. c. Omnium n. 675. vbi dicit alias in Senatu fuisse resolutum fiscum non posse repudiare confiscationē, & petere in bonis damnati aliquam particularem mulctam, vel condemnationem, ne teneatur oneri legatorum, & fideicommissariorum.

2 Limita, & intellige. vt confiscatis bonis fisco, 5 vel si alio iure bona ad eum deuoluantur vtitur in omnibus iure priuati ac iure cōmuni Idem de cōpensat. l. cum vitiosè de pignorib. Pereg. lib. 6. tit. 1. n. 1. de Iur. fisc. Carpan. d. c. Omnium num. 685.

3 Limita vt fiscus non possit bona delinquentis 6 incorporare nisi sequuta sententia declaratoria Bald. cons. 358. n. 4. vol. 1. Silu. cons. 25 nu. 34. vers. per quæ verba. Bos. tit de sent. n. 49. vers. in homicidijs Gram. dec. 15. n. 8. Capic. dec. 112. n. 2. Carp. d. c. omniū n. 591. & 690. vt dixi supra in 8. conclus.

4 Limita, & intellige vt non acquiratur possessio 7 fisco post sententiam nisi per eum appræhendatur. Afflict. super constit. Reg. rub 8. tit. de probat. instrument. n. 13. vers. cui addo lib. 3. Boer. de. [illegible] 277. num 9. 10. & 12. Carpan. d. cap. omnium nu. 592. Pereg. d. lib. 5. n 16. vers. in his tamen casibus.

5 Limita vbicumque acquiritur dominium fisco ipso iure, vel per sententiā legis, aut hominis oportet, vt fiscus agnoscat possessionem Boer. dec. 167. nu. 9. seqq. Peregr. d. lib. 4. tit. 3. num. 23. vbi subdit, quod fiscus experietur ius suum petitione hæreditatis. latissimè Farinac. de Crim. Læsæ Maiest. qu. 116. §. 1. nu. 20. seqq. Surd. d. priuileg. 59. nu n. 8.

6 Limita & intellige, quod vbi requiretur non amittatur dominum nisi sequuta sententia etiam in crimine læsæ maiestatis secundum veriorē opinionem attestatam per Carpan. c. omnium n. 593. & possessio in isto crimine, nec in crimine hæresis non acquiritur nisi sit per fiscum appręhensa nec possit appræhēdi nisi sequuta sentētia vt post alios firmat Carpan. in d. c. omnium n. 692. seq. Pereg. d. lib. 5. sub n. 167.

Quot sint Iura dispositia circa confiscationē bonorū.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum fuit inuenta a iure antiquo & deinde confirmata a iure nouissimo; sed diuersimode in ea fuit dispositum.*

CONCLVSIO XI.

Vndecima sit conclusio vt de iure antiquo ff. damnato corpore ad mortem publicentur, 1 bona l. 1. in princ. de bonis damn quod intelligebatur si liberos non habebat, & hoc etiam erat de iure, C vt in l fin. C. de bon. proscript. si vero liberos habebat fiebat destinctio, an plures, vel paucos haberet glo. in d. l. 1. Aliud erat ius nouissimū Authen. de nupt. col 2. & indistinctè fiebat publico. Aliud erat secundū Ius Authen de quo in §. oportet. Authent. de mand Princip. secundum quod non fiebat indistinctè. Aliud est nouissimum de quo in §. fin. Auth vt nullus Iud. coll 9. de quo in Auth. damnat C. de bon proscript. vt per Cassan. in d. §. 1. rub. 2. n. 6. per quod nō confiscātur bona nisi in illis tribus casib. in d Auth damnatorum expressis.

Confiscatio per quos superiores imponi possit.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum extraordinaria a solo Principe infligitur.*
2 *Confiscatio bonorum etiam a Vicario Papæ in terris Ecclesiæ constituto imponitur.*
3 *Vicarius Papæ dicitur eius imago.*
4 *Confiscatio bonorum imponitur a Dominis vel Rebublicis superiorem non recognoscentibus.*
5 *Confiscatio bonorum imponitur a supremis Ducibus habentibus iura regalia.*
6 *Confiscatio bonorum imponitur a feudatario inuestito cum pœnis ordinarijs & extraodinarijs.*
7 *Confiscatio bonorum imponitur per Principem tenti vt veniat ad deponendum.*
8 *Princeps potest subdito præcipere vt aliquid faciat sub pœna confiscationis bonorum. Declara prout num. 36.*
9 *Confiscatio inducta a' Principe statuto vel consuetudine tenet. Declara prout in nu. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Princeps potest alteri expresse committere vt infligat confiscationem bonorum.*
17 *Princeps pro aliquo particulari delicto potest imponere confiscationem bonorum cum sit lex animata in terris.*
18 *Sed hoc non facit nisi ex magna causa.*
19 *Princeps concedens alicui supremo magistratui arbitrum poterit ille irrogare confiscationem bonorum si eius suprema potestas compatiatur.*
20 *Feudatarius potest ob grauitatem criminis confiscationem bonorum extraordinariam imponere.*
21 *Præsides Prouinciæ & alij magistratus possunt imponere ex causa vrgenti extraordinariam confiscationem.*
22 *Inuestitura feudi est attendendi circa confiscationem bonorum.*
23 *Confiscatio bonorum ordinaria imponitur per quemlibet habentem merū, & mixtum Imperiū.*
24 *Castrum concessum cum mero & mixto imperio, & omnibus suis redditibus, & prouentibus do-*

minus illius Castri potest imponere confiscationem ordinariam.

25 *Castrum concessum in perpetuum non per viam magistratus, sed per viam infeudationis eius dominus poterit imponere confiscationem.*

26 *Monitoria hodie ex quadam consuetudine transmittuntur in casibus atrocibus sub pœna confiscationis bonorum, etiam quod talem pœnam non mereantur.*

27 *Sed Author impugnat huiusmodi consuetudinem.*

28 *Confiscatio in monitorijs, & sententijs apponitur cum alia pœna particulari vel determinata.*

29 *Confiscatio bonorum extraordinaria non potest imponi nisi a supremo Principe vel ab alijs supremam authoritatem habentibus.*

30 *Item nec à Præfecto Prætorio.*

31 *Item nec a delegato a Prineipe.*

32 *Item nec a Præside Prouinciæ.*

33 *Itē nec à Præside vel Gubernatore alicui ciuitatis.*

34 *Item vt requiratur quod verbis expressis concedatur facultas confiscandi.*

35 *Item nec Locumtenens nec Vicegerens ad tempus imponit confiscationem bonorum.*

37 *Item Iudex ordinarius non cogit aliquem ad deponendum sub pœna confiscationis bonorum.*

38 *Item feudatarij facti à dominis recognoscentibus superiorem.*

39 *Confiscatio facta à non habente auctoritatem confiscandi sit ipso iure nulla, & nunquam transeat in iudicatum num. 40. nec præsumatur pro confiscatione etiam in antiquis nec credatur Cardinali attestanti de aliquo ordine, num. 41.*

CONCLVSIO XII.

Duodecima sit conclusio, quod cōfiscatio bonorum extraordinaria, vel præter legem, seu 1 in casu a iure non expresso non infligatur nisi a solo Principe, l. 1. C. fine Ius Princ. vbi Bald. n. 1. Lancell. In rubr. de pub. bon. sub num. 1. Mact. Laud. in tract. de fisc. §. 1. Iacob. de Sancto Georg in tract. de feud. in verbo. Cū mero & mixto imperio vbi alios allegat Horad. Mand. in add. ad Rom. cons. 59. in litera C. qui alios allegat Pereg. de Iur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 90. vbi dicit quod est de primo gradu meri imperij, & ibi alios allegat Rem. Iun. consi. 327. n. 3. vol. 3. Menoch. d. q. 93. n. 4. add. ad Bertaz. in d. cōs. 340. in litera A. Mact. Laud. de fiscū princ. q. 1. Carpan. d. c omni in nu. 681. Boer. decis. 264. n. 1. & 2. Vulpel respons. 1. nu. 12.

1. Amplia in Vicario a Papa constituto in terris 2 Ecclesiæ vt possit d. bonorum confiscationem præter legem imponere vt consuluit Rom. in d. consil. 59. pro Pandulpho Malatesta tunc Vicario Fani. Nat. cons. 659. nu. 3. vol. 4. Rem. Iun. d. cons. 323. nu. 3. seq. vbi subdit, quia Vicarius Principis eiusdem imago dicitur, l. etiam C. de appell.

2 Amplia in omnibus Dominis vel republicis 3 non recognoscentibus superiorem, vt possint dictam bonorū confiscationē præter legē imponere quia supremi dicuntur Pereg. d. lib. 1. tit. 1. n. 80. & hodie possumus ponere exemplum in Serenissima Republica Veneta quæ tam de facto quam de iure Imperatorem non recognoscit Bald. in l. decernimus, C. de Sacrosanct. Eccles. Gig. in tir de rebel. q. 7. de crim. læsæ maiest. Pereg. d. lib. 1. tit. 2. nu. 69. Mars. in tract. de Ban. in verb. confiscata. n. 1. vers. Item dicit.

3. Amplia in a[illegible] supremis ducibus vel magistra-4 tib. ac Republic[illegible] recognoscentibus superiorem habentibus iura regalia, qui etiam quicquid de iure dici posset, de consuetudine in eorum statibus vtuntur plenitudine potestatis, & sunt in tali possessione imponendi dictam confiscationem extraordinariam vt exemplificant. Doct. in Ducibus Mediolani, Mantuæ, & Ferrariæ, ac in quampluribus alijs Dominis de Malatestis, Mamphredis, Carpi, Luzariæ, Saxoli A Sancto vitale, & Mathelicæ Pereg. lib. 1. tit. 2. num. 76. seq. vbi late, & alios concordantes allegat, & possumus etiam ponere exempli in Principe Massæ, ac in Marchionibus de Monte Sanctæ Mariæ in patria mea, & in Duce Parmæ, & Vrbini Mars. vbi supra.

4 Amplia in feudatario, qui habet inuestituram cum omnibus confiscationibus pœnis ordinarijs, 6 & extraordinarijs vt possit imponere dictam confiscationem præter legem, vel extraordinariam Natt. consi. 659. num. 3. vers. sed quid opus est ire per ambages,

5. Amplia vt Princeps possit inducere confiscationem bonorum tetti vt veniat ad deponendum 7 vt post Bald. & Ias. tradit. Nat. in d. cons 593. nu. 1. Pereg. lib. 5. sub nu. 32.

6 Amplia vt Princeps possit præcipere subdito 8 sub pœna confiscationis bonorum vt aliquid faciat, vt post Azon. in sum. C. vt ne fine ius. Iud. Natt. consi. 193. in princ. vbi subdit idem facere posse eius delegatum.

7 Amplia vt confiscatio bonorum inducta a Prin- 9 cipe vel a statuto, seu consuetudine teneat. Cephal. cons. 79. num. 14. seq vol. 1. vbi dicit quod est conclusio indubitata Roland. consil. 29. nu. 1. seq. vol. 3. Farinac. d. q 25. num. 18 Petr. Cabal. in q. crim. cas. 137. num. 10.

1 Limita & intellige dummodo condens simile 10 statutum possit illud facere. Cephal. d. consi. 79. num. 15. Pereg. d. li. 5. num. 20 vbi dicit, quod sunt seruanda dicta decreta Principum, & Ciuitatum si habeant iura fiscalia.

2 Limita vt dicta statuta tanquam correctoria, 11 & pœnalia strictissime sint intelligenda & minus quam fieri possit derogent Iuri communi late Farinac. d. q. 25. num. 21. Pereg. d. lib. 5. num. 22. vers. cum sanè.

3. Limita nisi statutum expresse imponat publi- 12 cationem bonorum alias non intelligitur recedere regulis Iuris communis Pereg. d. lib. 5. num. 21. vbi ponit exemplum concordantes allegat, & dicit esse verissimam opinionem.

4. Limita quod si statutum habeat absentem pro 13 confesso, & expresse publicationem bonorū non

impo-

ponat Iud. x contra d. absentem non irrogabit
fiscationē bonorum. Alex. in l. 2. n. 8. C. qui test.
e. poss. vbi de communi Bal. in l. Gallus, §. & quid
tantum, num. 4. de lib. & posth. Pereg. d. lib. 5. nu.
. vbi de communi, & veriori opinione.
Limita vt licet statutum permittat confiscationem bonorum tamen requiritur vt in sententia infligatur confiscatio alias si fuerit omissa non neret confiscatio Decian. resp. 56. num. 66. vol. Nell. in 1. par. 2. temporis qu. 11. in fin. Peregr. d. . 5. num. 23.
Limita, & intellige, vt Ciuitas, vel Princeps on faciant statutum contra formam Auth. bon. mnat. nisi ex magna causa, & post Ias. & And. de ra. tradit. Pereg in d. lib. 5. num. 24. in fin.
Amplia quando Princeps expresse alicui publicationem bonorum committeret, quia illam indice poterit. Felin. in c. 1. nu. 17. vers. 6. declaratio offic. deleg. Menoch. d. q. 93. nu. 2 lib. 1. de arbit.
Amplia quando Princeps pro aliquo particui delicto mandaret bona publicari, cum Prinos sit lex animata in terris Pereg. d. li. 5. n. 24. vbi dit quod non solet facere nisi ex magna causa.
Amplia quando per Principem esset datum alii supremo Magistratui arbitrum, quia tunc poit bonorum publicationem imponere quia illud itrum regulatur è suprema potestate quam ille et, vt post Marf. & Rolan. firmat. Menoch. in 93. num. 5. Cassan. super consuet. ad Burg. rub. 1. nu. 2. & 3. & loquitur in Balliuis Regijs, ac Gubernatorib. & Locumtenentibus Regijs Gealibus in concernentibus Principem, aut statu patriæ seu Republicæ, ac in Capitaneo Fran, & in armigeris quādo sunt in exercitu vt posindicere d. bonorum confiscationem, vbi ta videtur se restringere in dispositis à iure, & in s venientibus in consequentiam, secus in alijs.
Amplia vt feudatarius possit ob grauitatem minis sic exigentem confiscationem bonorum aordinariam, & præter legem imponere, vt ad firmat Natt. in d. cōs. 69. n. 3. vers. amplius dico.
Amplia vt etiam Præsides Prouinciæ, & alij agistratus, qui sunt clarissimi, & spectabiles ex ta vrgenti possint dictam extraordinariam cōtionem imponere. Natt. d. cons. 659. nu. 3. sub f. Amplius dico Menoch. d. q. 93. n. 3. seq. lib. 1.
Amplia vt sit attendenda inuestitura, quia si ea fuerunt concessa omnia regalia intelligitur m concessa facultas confiscandi Afflict. in rub. sint regal. quib. num. 68. Boss. in tit. de regal. 23. Peregr. d. lib 5. tit. 2. num. 86.
Amplia in quolibet habente merum, vel mixi imperium ex concessione, vel ex præscriptioel ex consuetudine à Principe approbata posnponere ordinariam cōfiscationem, & in cacpresso à lege, vt latè declarat Natt. in d. cons. num. 2. seq. Farinac. d. q. 25. num 103. Peregr. 1. tit. 2. num. 87 vbi dicit quod isti domini hates vtile dominium perpetuum habent etiam atura inuestituræ ius confiscandi, & in lib. 5. numer. 30. seqq. vbi de commun.

14 Amplia quando fuit concessum merum, & 23 mixtum Imperium cum omnibus suis iurisdictionibus redditibus, & prouentibus vt intelligatur etiam concessa facultas confiscandi Bal. in cons. 306. & seq. vol. 4. Pereg. d. lib. 1. tit. 2. num. 82.

24 15 Amplia quando conceditur Castrum in perpetuum cum iurisdictione non per viam magistratus sed per viam infeudationis vel perpetuæ donationis dicitur etiam concessa facultas confiscandi, & percipiendi confiscationes Roland. cons. 42. numer. 16. seq cons. 48. nu. 27. vel 2. Pereg. d. lib. 1. tit. 2. num. 88. vbi de comm.

16 Amplia vt hodie ex quadam consuetudine 25 transmittantur monitoria sub pœna confiscationis bonorum in quibusdam delictis atrocibus, etiam quod talem pænam non mereantur, & dicit hoc esse notorium versantibus in foro Farinac. cons. 14. num. 4.

Sed licet aliquando de facto huiusmodi moni-26 toria à Iudicibus transmittantur secundum assertam practicam Farinaci, tamen in prolatione sententiæ boni Iudices non irrogant dictam bonorum confiscationem nisi in casu permisso, vidi plures in curia dari de nullitate aduersus sententias continentes confiscationem bonorum in casu minime permisso, & ego dum fui Locumtenens criminalis A. C. non relaxaui monitoria sub pœna confiscationis bonorum, vel nunquam imposui in prolatione sententiæ dictam bonorum confiscationem nisi in casibus a Iure bannimentis vel motibus proprijs expressis, cum citatio emanata cum confiscatione bonorum in casu non permisso sit adeo nulla vt non teneat etiam si motu Principis fuerit concessa vt post Natt. in cons. 594. nu. 18. tradit Baiard. ad Iul. Clar. in q. 78. num. 20. & ipsemet Farinac in d. q. 25. num. 2. seqq. dicit sententiam Iudicis esse nullam in qua irrogatur confiscatio bonorum in casu non permisso, vt nec transeat in iudicatum, licet ab ea non fuerit appellatum, & ideo nullo modo practica attestata per Farinac. subsistere potest.

17 Amplia vt confiscatio bonorum apponatur 27 in monitorijs ac in sententijs cum alia pœna determinata, vt puta sub pœna confiscationis bonorum, & quingentorum scutorum, & similium vt tradit Farin. in q. 11. sub nu 2. vers amplia hanc in fine vbi valde miratur de hac practica, & affirmat huius practicæ rationem a plurib. practicis, & Iudicib perquisiuisse, & sufficientem sibi non fuisse redditam, de eadem practica mentionem facit. Petr. Cabal. in quest. crim. cas. 158. num. 24. sed de ea non ita miratur, nec etiam miratus fuisset Farinac. si vidisset Boss in tit. quomodo proced. per præceptum sub. nu. 11. cum ista practica possit esse, quod mulcta particularis vel pœna pecuniaria determinata fuerit vtilior fisco quam confiscatio bonorum ob aliquam qualitatem causæ, vt bene ad tantam Farinac. admirationem animaduertit. Scac. in tract. crim. cap. 58. n. 19. & Carpan. in dicto cap.

cap. Omnium. num. 675 etiam excludit dict. Farinac. admirationem.

28 An Episcopi habeant Ius confiscandi vide Ampliationem. 24. Conclus. 13.

1 Limita & intellige vt confiscatio bonorū quæ 29 dicitur extraordinaria, & præter legem non possit irrogari nisi a supremo Principe, vel ab alijs supremam iurisdictionem, & non ab alijs quamuis amplam auctoritatem in causis criminalibus habentibus Bal. in l. 1. num. 1. & 2. C. ne sine iuss. Princ. Ias. cons. 46. nume. 1. volu 3. qui loquitur in Capit. Mediolani, qui licet habeat amplam auctoritatem in causis criminalibus, & sit de maioribus magistratibus non possit dictam pœnam infligere. Iul. Clar. quæst 78. n. 5. Natt. consil. 659. nu 2. volum. 4. Bertaz. cons. 107. num. 1. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 327. num. 1. vol. 3. & sub num. 10 Loquitur de potestate Paduæ Carpan. d. cap omnium, nume 680. Pereg. de Iur. fisc. lib. 5. num 25 in fin. & nu 26. vbi dicit quod licet quis possit Reum capitaliter condemnare non tamen poterit dictam confiscationem imponere, & facit etiam mentionem de Capitaneo Mediolani Mars. de Bannit. in d Verb. confiscata, nu. 2 vbi alios allegat, & nos in curia possumus ponere exemplum in Gubernatore vrbis, qui vigore bullarum Summorum Pontificum habet in causis criminalibus amplum arbitrium. Sed Caffan. super consuet. Burg. rubr 2. §. 1. num 1. dicit quod Capitaneus Mediolani imponit d. confiscationem bonorum præter legem, & quod ipse exercuit dictum officium.

2. Limita in Præfecto Prætorio, qui nec etiam 30 potest imponere extraordinariam confiscationem vt post Fulgos. dicit Rim Iun. cons. 327. num. 10. versi. in Præfecto Prætorio.

3. Limita in delegato a Principe Natt. cons. 144. num. 20. vol. 4. Pereg in d. lib 4 num. 26. in fine ex doctrina Bald. in c 1. extra offic deleg. Marsil. in d. verb. confiscata, vbi alios allegat num. 4.

4. Limita in Præside Prouinciæ Iob. Non. cons. 32 104. per totum, & præcipue sub num 11. loquitur in Gubernatore Perusij, & totius Prouinciæ Vmbriæ Farinac. qui concordantes allegat in d. q. 25. nu. 19. seq. vbi de commu.

5. Limita in Præside, vel Gubernatore alicuius 33 Ciuitatis vt in terminis simul consuluerunt Rim. Iun. d. cons. 357. & Bertaz. cons. 104. num. 1. vol. 1. Farinac. in d. q. 25. nu. 19 licet supradictos non alleget, sed alios in pūcto tenentes, & testatur de cōi Iul. Clar. q 78. n. 5. Pereg. l. 1. tit. 1. n. 82 & li. 5. n. 25.

6 Limita quod licèt Princeps concederet gene-34 rale arbitrium Iudici non per hoc ei censetur concessa facultas confiscandi, sed requiritur quod verbis expressis concedatur. Ias. cons. 46. nu. 1. versic. præsertim vol. 3. Natt cons. 593. nu. 8. & consi. seq. n. 21. & 24. vol. 4. Bal. in l. vnic. C. ne sine ius. Princ. vbi dicit quod tale arbitriū regulari debet a potestate illius cui conceditur Baiard. q. 78. n. 19. Ias. d. cōs. 45. n. 1. vers. pterea Mars. in d. ver. cōfiscata, n. 3

7 Limita in Locotenēte, vel Vicegerente ad tem-35 pus, & non habente perpetuam administrationē Bertaz. cons. 107. nu. 2. vol. 1. vbi alios allegat Caffan. in d. rub. 2. §. 1. n. 2. 3. loquitur in Locumtenentibus Regijs.

8. Limita vt Princeps non possit subdito, vel 36 feudatario imponere confiscationem bonorū feudalium vt veniat ad aliquid faciendum, quod non spectet ad naturam feudi. Io. Blanc. in sum. feud. sit quib. mod. feud. amitt. circa fin. vers. quæro de quæstione quadam quē sequitur Iacob. de S. Georg. in sua inuestit. feud in verbo dictique vassalli promiserunt recognoscere, col. 4. vers. insuper quæro de alia, & post istos. Natt. in cons. 193. num. 2. vol. 4. Pereg. d. lib. 5. num 32.

9 Limita in Iudice ordinario qui non potest co-37 gere aliquem vt veniat ad deponendum sub pœna confiscationis bonorū, vt post Claud. Acquen. Cur. iun. Cagnol. declar. Nat. in d. consi. 193. nu. 7.

10 Limita in feudatarijs factis à supremis Domi-38 nis superiorem tamen recognoscen. vt licet in his casib. feuda sint perpetua non sunt tamen regalia, sed inferioris qualitatis. Iacob. Aluarot. in c. 1. §. si quis aliquem tit. de pac. tenend. Socin. Iun. cons. 98. n. 20. vol. 3. Pereg. d. lib. 1. tit. 2. num. 83.

11 Limita, & intellige, quod confiscatio facta à 39 non habente auctoritatem confiscandi sit ipso iure nulla. Soc. Iun. cons. 78. nu. 8. in fin. vol. 1. Pereg. d. lib. 5. n. 28. Farinac. 925. num 2. seq.

1 Amplia istam limitationem, vt sit nulla dicta 40 confiscatio etiam si fuerit inflicta à Iudice habente latum ac generale arbitrium. Mars. in l. fin. nu. 192. de Iurisd. omn. Iud. Roland. cons. 98. num. 4. lib. 2. Iob. Non. cons. 104. num. 3.

2 Amplia vt dicatur adeo ipso iure nulla, vt num-41 quam transeat in iudicatum etiamsi ab ea nō fuerit appellatum latè. Farinac. in q. 25. num. 2. seq.

3 Amplia non præsumatur pro confiscatione etiam in antiquis, nec etiam credatur Cardinali attestanti de ordine, vel mandato. Peregr. d. lib. 5. num. 28. vbi de commu.

Confiscatio bonorum in quibus casibus, & quanam veniant in ea.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum in quibus casibus de Iure communi fiat remissiuè.*

2 *Confiscatio bonorum in crimine læsæ maiestatis diuinæ. (humanæ.*

3 *Confiscatio bonorum in crimine læsæ maiestatis*

4 *Confiscatio bonorum imponitur etiam pro crimine læsæ maiestatis contra Marchiones Comites, & alios Dominos perpetuos.*

5 *Confiscatio bonorum in istis criminibus intrat à die commissi delicti.*

6 *Confiscatio bonorum intrat in omnibus casibus à iure positis.*

7 *Confiscatio bonorum intrat vbi disponitur per statutum, & consuetudinem.*

8 Con-

*onfiscatio bonorum per statum, & consuetudi-
tem potest induci.*
*iscus per ipsam confiscationem capit ea omnia,
qua capit extraneus hares.*

CONCLVSIO XIII.

Confiscatio bonorum de iure communi impo-
nitur in multis casibus Afflict. in constitut.
apol. lib. 1. rub 2. num. 25 ponit decem casus.
nc. Luc. Parmens. in tract. de fisco, & eius priui-
. in 2. par. princ. per totam ponit 49. casus. Cas-
super consuet. Burg t t. de confiscat. §. 1. rub.
um. 20. seq. ponit 62. casus Lancell. Corrad. §.
lt. de public bon. nu 13. ponit 56 casus Ludou.
Cresoles in tract. in quibus casibus. Iure ciuili
nium bonorum, vel part. public. fit inducta, &
. 3. vsque ad pag. fin. per paginas 90 ponit no-
ime melius in iure quam alibi 250. casus vt re-
Petrus Duen. reg. 150. nu. 4. in fin & Calicius
ua Margarit. ponit 481 casus, vt refert Iul.
r. in q. 78 nu. 3 sed ego referam tantummodo
uos magis in practica quotidianos, & practi-
iles, & dubitabiles casus.
Decimatertia fit conclusio, vt confiscatio bo-
um fiat in crimine læsæ maiestatis diuinæ per
h. bona damnatorum. C. de bon proscript. Iul.
r. §. hæresis, vers. item bona vbi de commu. Fa-
c q. 25. 12. vbi de commu. Petrus Cabal. cas.
. num. 18, Pereg de iur. fisc lib. 5. num 18. vers.
rto fallit Hond. consi 95. num 31. vol. 1.
c in crimine læsæ maiestatis humanæ per dict.
h. bona damnatorum, l. quisquis, C ad leg Iul.
est. Farinac d. q 25. num 11. Pereg d. lib 5. nu.
Petr. Cabal. d. cas. 137 num. 18 Bertaz. consi.
num. 60. vol 1. Honded. d. consi. 95 nu. 31. Fa-
c. post hæc scripta visus in quæst. 116. §. 1. nu.
bi alios allegat. Marsi. in d. verb. cōfiscata, n. 5.
t adeo est vera, vt ad istum effectum confi-
di committatur crimen læsæ Maiestatis, &
tra Marchiones Comites, & Dominos perpe-
superiorem recognoscentes, vt consuluc-
Alexan. conf. 16. lib. 6 Cephal. conf. 17. vol. 1.
g. d. lib. 5. num. 18. vbi subdit. etiam si esset do-
s vnius castri tantum. Sforz. Odd. consi 27. n.
bi de communi: vide Farinac. post hæc scri-
nsum in q. 116. §. 1. nu 24. seq.
c intrat ipso iure a die commissi delicti vt per
nac. d. q. 25. n. 13 sequen. vbi declarat quomo-
oc procedat, & cui bona debeant applicari,
icam latius inferius suo loco
Amplia vt in omnibus alijs casibus a iure ex-
e positis intret etiam confiscatio bonorum
Clar. d. q. 78. num. 3 Farinac. d. q. 25 nu. 7 seq.
an. in §. omnium constit. Dominij Mediolani
Iur. & priuileg fisc. num. 20. vers. inter cete-
vbi refert plures de commu. testantes Petrus
l. d. cas. 137. n. 21. vers. in alijs antè casibus.
Amplia vt ex statuto, vel consuetudine vbi
nitur, quod bona publicentur Intret etiā cō-
fiscatio bonorum Iul. Clar. d. q. 78. sub nu. 1. Fari-
nac. d. q. 25. nu. 18. Decian. re pon. 56. num. 64.
lib. 2. Hond. d. conf. 95. num. 32. volu n. 1. Vulpel.
respons. 42. num. 1. & respons. 57. nu. 7. Petrus Ca-
bal. d. cas. 137. n. 22. Carpan. vbi supra, n. 13. seq.

8 Et fine alteratione per statutum, & consuetudi-
nem potest induci confiscatio bonorum cum de-
claratione tamē, vt dixi supra concl. 12. Ampliat. 7.

9 3 Amplia vt fiscus per ipsam cōfiscationem ca-
pere possit ea omnia quæ capit extraneus hæres, &
è contra. Plot. consi. 50. num. 17. Iul. Clar. q. 78. nu.
7. vbi Baiard. num. 111. Farinac. d. q. 25. n. 51. Rim.
Iun. conf. 131. nu. 4. vol. 2. decis. Auenionen. 121.
num. 6. Boss. de publ. bonor. num. 16. Hond. d. conf.
95. num. 109. vbi post alios dicit, quod fiscus ha-
betur loco heredis, & extranei successoris, & la-
tius dicam infra in Limit.

Quinta ampliatio, decima tertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica venit in confiscationem.*
2 *Trebellianica confiscatur etiam si esset probibita detrahi.*
3 *Trebellianica non potest prohiberi etiam in filijs primi gradus.*
4 *Trebellianica non probibetur in filijs primi gradus etiam quando detrahuntur dua quarta.*
5 *Trebellianica nec etiam indirecte potest prohiberi & num. 6.*
7 *Trebellianica potest prohiberi inter filios vsque ad tertium tempus.*
8 *Trebellianica non confiscatur si filius in minori atate delinquat data prohibitione alienationis bonorum qua maxime procedit si filius adiuit hareditatem & non reclamauit num. 9.*
10 *Trebellianica non venit in confiscationem ob delictum commissum non a primis vocatis sed ab alijs in vlteriori gradu existentibus.*
11 *Trebellianica prohibetur in haredibus extraneis.*
12 *Trebellianica censetur prohibita per expressam prohibitionem alienandi.*

5. 1 AMplia vt fiscus capiat etiam Trebellianicam Ang. in l. Papinianus, §. meminisse de inoffic. testam. vbi dicit, quod ista opinio est in Iudicijs, & scholis communiter approbata. Roland. consi. 26. num. 23. volum. 3. testatur, quod ita practicatur, & seruat totus mundus, Rimin. Iun. latissime, conf. 131. nu. 18. cum pluribus seqq.

2 1. Sub amplia dictam ampliationem, vt proce-
dat etiam si esset prohibita detrahi Trebellianica, quia in legitima, & Trebellianica, per testatorem nullum potest adijci grauamen, & appositum ipso iure reijcitur Roland. consil 78 num. 1. seqq. vol. 1. Paris. conf. 27. nu. 6. lib. 3. Bursat. conf. 102 nu. 12. lib. 1. Farinac. q. 25. nu. 40. vbi de communi, Rimin. Iun. d. conf. 131. num. 28 seqq. de hac materia, vide latissime Pereg. de fideicom. artic. 3. per totum.

2. Sub

2 Subamplia vt procedat etiã in filijs primi gra- 3 dus, quia in eis non poteſt huiuſmodi prohibitio fieri. Parif.conſ 30 nu.15.vol.3. Vgo conſ. 24. nu. 18. qui teſtantur hanc partem veriorem magiſque communem, & Roland.conſ.12. num.6.vol.1: vbi concludit, ita fuiſſe in Senatu Montiferrati iudicatum Burſat.conſ 44 num.19 vol.1. ita etiam in Senatu Mantuæ fuiſſe Seruatum, ac idem fuiſſe Seruatum Ferrariæ teſtatur Rim.Iun.d.conſ.131. nu. 29.& 30. Ant.Gabriel.lib 4 Ad Trebell.concluſ.1. num. 4. vbi alios allegat, & ſub num.6.in fine teſtatur de magis communi Peregr. de fideicommiſſ. art.3.num. 107.vbi alios infinitos allegat, & teſtatur quod ita bis fuit in Rota Romana iudicatum Hond. conſ. 59.nu.37.volum.1.

Contrariam opinionem multi tenuerunt quos refert, & ſequitur Rub.conſ.2.nu.24.conſil.43.nu. 12. conſil. 73.num.11.Ruin.conſ.37.num.2.vol. 1. Parif. conſ. 17. nume.18 vol.2.vb citant infinitos pro hac parte, quam dicunt eſſe communem. Anto. Gab. d. concluſ.1.num 6.vbi de communi.Pereg.de fideicom.art.3.n.108 qui multos congerit.

3 Amplia vt procedat in filijs primi gradus non 4 ſolum quando detrahitur vna quarta, ſed etiam quando detrahuntur duæ, vt nec etiam teneat pro. hibitio teſtatoris quod ad Trebellianicam.Gozad. conſ. 92. in princ.Bero. in cap.in præſentia nume. 445. de probation. Late, Parif conſ.30.vol.3.vbi de comm. & latiſſimè Rim. Iun. d.conſ.131.num. 32. ſeqq. & ſub nu. 34 firmat quod Doct. volentes adherere limitationi, quando detrahuntur duæ quartæ, vt ſit in totum hanc ampliationem deſtruere, & appellat eorum opinionem hæreticam. Craſſ. de ſucceſſ. §.teſtamentum, qu.11.nu.3.verſ. contrarium, vero vbi alios adducit, & teſtatur de comm.& ita etiam obſeruari in practica, Anto.Gabr.d.concluſ.1 nume 12.vbi de communi.

Contrariam opinionem tenẽt.Caſtren.in l.mulier, §. cum proponeretur ad Trebellian. Alex. conſ. 165.in fin vol.5.conſil.210 vol.7.Cart.conſ. 51. nume 27 Parif.conſ.17.num.25.conſ.93.num. 10.vol.2.Crauet.conſ.16.num 11.& alij relati per Rimin. Iun. d. conſ 131.nu.28.Gabriel.d.concluſ. 1. num.11.vbi alios alleg.

4 Sub amplia vt etiam procedat quando non directè ſed per indirectum pater prohibuerit detrahere trebellianicam vt quia iuſſit computari in legitimam adhuc dicta trebellianica tranſeat in fiſcum.Rim.Iun.d.conſ.131.num 36.verſ.ſed aduertendum & num. 37.ſeqq. vol.1.ad quem me remitto pro veritate iſtius ſub ampliationis ſed ſub nu. 55. dicit quod ſi cum prohibitione Trebellianicæ concurrat approbatio teſtamenti quia adiuerit hæreditatem, tale ius detrahendi Trebellianicam cenſetur remiſſum & ibi alios allegat Ant.Gabriel. d.concluſ.1.nu.10.tenet, quod ita poſſit prohiberi, & ibi alios concordantes allegat, & de iſta approbatione teſtamenti latè ſcribit Peregr. d.art.3. num.123.

5 Sub amplia vt in hæredibus primi gradus nec 6 etiam teſtator poſſit dicere, quod fructus percepti computentur in ſortem, & fiſcus debeat ſtare dictæ detractioni, ac computationi in ſortem, vt voluit late idem Rimin.Iun.d.conſil.131.num.18.ſeqq.

1 Limita quando teſtatot prohibuit alienatio- 7 nem bonorum inter filios vſque ad 25.annos, tunc ſi iſto tempore vnus committat delictum Trebellianica non confiſcatur. Rol. conſ.31.nu.31. ſeq. lib.1.Iob. Non.conſ.97.num.6. verſ. & quod conſ. 107.num. 3. vbi alios allegat Farinac. d. q.25.nu. 45.in fine.Rimin.Iun. conſ.131. num.58. & num. 62. vbi dicit, quia cenſetur facta in eius fauorem, nec tali fauori poteſt renunciare.

Et quid ſi vltra dictum tempus, an teneat, vide Rim.Iun.d.conſ.131.num. 60.ſeqq.

2 Limita vt etiam ſi fuerit facta ſimplex prohi- 8 bitio alienationis bonorum, & filius in minori ætate delinquat non detrahitur Trebellianica, neque confiſcatur. Rim.Iun conſ.131. num.57.ſeq. Baiard.d.q.78. ſub num.47.

Quæ limitationes maxime procedunt concur- 9 rente approbatione teſtamẽti facta per filiũ adeũdo hæreditatem, & non reclamando Baiard.d q. 78.num.47.circa fin.Late Rim.Iun.conſ.131. nu. 55.vbi alios adducit, & num.62. in fin.

3 Limita quando fuit factum fideicommiſſum, & 10 fuerunt ordine ſucceſſiuo plures vocati, & non agatur de delicto facto, per primos vocatos, ſed per alios vlteriori gradu vocatos quia tunc ſi hæreditatem adiuerint non coacti in confiſcatione bonorum ob eorum delictum non venit Trebell. vt poſt Caſtren.conſ.341. n.2. in fin.& Crau.conſ. 301.num. 11.tradit Eugen.conſ 77 nu.15 ſeq.

4 Limita in extraneos hæredes quib.poteſt pro- 11 hiberi detractio Trebellianicæ Mich.Craſ.in tract. de ſucceſ. §. Trebell.q.8. n. 1.in fin.vbi teſtatur hoc non habere dubium, & latius in §. teſtamentum q. 62.ſub n.4.vbi concordantes allegat Ant.Gabriel. lib.4.ad Trebell.concl.1 num.2. vbi latiſſimè.

5 Limita quando fuit expreſſa prohibitio alie- 12 nandi facta, tunc cenſetur prohibita Trebellianica Ruin.conſ.137 num.7.vol.3. Parif.conſ 17.nu. 22.conſ.93.num.47.vol.2.poſt alios. Rim. Iun. d. conſ.131.nu.51.Craſſ.in d.§.Trebellianica,q.8.n. 8. vbi de communi, De pluribus modis prohibendi declarationi. Trebellianicæ latiſſimè ponit Pereg.d.art.3.num.82.cum plurib.ſeqq. de fideicom. ad quem lectorem remitto, quia noſtrum inſtitutũ ſolum eſt demonſtrare Trebellianicam prohibitã detrahi, non venire in confiſcationem.

Sexta Ampliatio decima tertia Concluſionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæ auferũtur ab indignis fiſco applicãtur.*
2 *Indignus adeo eſt deteſtabilis, vt non lucretur aliquam portionem.*
3 *Indignus excluditur quamuis colligeretur ex mente fuiſſe ſibi remiſſam cauſam modi.*

4 Indi-

dignus etiam fructus perceptos restituit, nec Trebellianicam, nec Falcidiam detrahit.
idignus quoad eius praeiudicium censetur rem habere.
idignitas magis afficit quam confiscatio.
iterficiens aliquem quando efficiatur indignus hareditate illius.
iterficiens vxorem, aut filios testatoris indignus fficitur illius hareditate. num 9
irricita omnis priuatur successione sibi delata am ex testamento, quam ab intestato. Distinue tamen prout in num. 11.
dignus efficitur hareditate illius cuius culpa obijt.
uid sit probandum ad excludendum culpam.
xor quid probare debeat, ne cadat à relictis per irum.
fideicommissis conditionalibus fiscus ob indinitatem grauati percipit fructus vita illius durante.
iscus in faudalib. primogenituris & maioratiis ob eorum indignitatem non excludit sequentes in gradu. & nu. 49.
iscus non succedit in bonis delinquentis, si bona eius vita confiscantur.
dignus nollens capere hareditatem sibi delatam prasumitur facere in fraudem fisci.
iscus capit hareditatem illius, qui tacitè accommodauit fidem de restituenda hareditate alicui capaci. Declara prout num. 21.
capaces qui dicuntur.
lictum palam, vel clam seu tacitè, quando dicitur.
eres institutus à patre filius spurij, potest ipsi urio relinquere, nisi fiscus pbaret fraudē, n. 24.
dubio non prasumitur, quod hares tacitam fim accomodauerit.
gatus restituere hareditatem incapaci tenetur spondere, etiā si iurauerit nemini esse dictur ū.
eres institutus accusans testamentum de falso ficitur indignus illius hareditatis.
iam si erat successurus ab intestato.
cusans testamentum de falso, non accrescit eius rtio cohaeredi, sed applicatur fisco.
nor impugnans testamentum in quo erat institus hares restituitur in integrum.
i perseuerauerit contra testamentum, vsque ad m iudicatam.
ligni dicuntur quos lex expresse declarauit ingnos in ista materia.
cus aufert bona ab indignis qui culpa sua, & n aliena sunt indigni.
i consanguinei neglexerint, infra duos menses lictum a spurio vendicare.
cus capit hareditatem, quando quis ea priuar ob delictum quod non respicit certam personam, secus si propter iniuriam respicientem parularem personam.
cus capit bona delata ex testamento, secus si intestato.

37 Mater si excludatur à statuto, si filius de medio tollatur tanquam indignus bona matri, & non fisco applicantur num. 36. Idem est in alijs faeminis exclusis à statuto propter masculos.
38 Maritus interficiens vxorem non succedit fiscus.
39 Indignus est capax & acquirit possessionem, & dominium rei donec fiscus illud auferat.
40 In fiscum bona transeunt cum omnibus oneribus, & conditionibus prout erat pœnes indignum.
41 Indignus respectu vnius rei, non dicitur indignus respectu alterius.
42 Indigni persona attenditur, an fiscus secularis, vel ecclesiasticus, & an vnius ciuitatis, vel alterius bona capiat.
43 Fiscus ab indigno non aufert, si moriatur ante sibi delata hareditatem.
44 Fiscus non capit bona, si indignus ante causam indignitatis relictum repudiauit, nisi tamen aliquas fraus prasumi possit.
45 Indignus qui alias est incapax non transmittit bona ad fiscum, sed ad alios.
46 Delinquens a statuto exclusus, ad succedendum eius hareditas non fisco, sed ad alios deuoluitur.
47 Occisor capit bona haredis, licet non capiat bona occisi.
48 Vulnerans testatorē. vel agnatum quando excludatur ab illorum successione.
50 Hares declaratus indignus a testatore non succedit, sed fiscus.
51 Testator si non verbis, sed facto declarauit nolle habere eum haredem sibi scriptum, quia cancellauit testamentum an fiscus, vel hares succedat.
52 Hares non vlciscens necem testatoris, an priuatur eius hareditate.
52 Quod hares teneatur vlcisci necem testatoris, non seruatur de consuetudine.
53 Prohibens aliquem testari efficitur indignus illius hareditate.
54 Qua requirantur isto casu ad priuationem hareditatis, & quomodo ista requisita probētur, n. 55.
56 Dicens testamentum nullum ex defectu persona testatoris priuatur illius successione.
57 Ingratus erga defunctum fiscus aufert ab eo bona defuncti.
58 Compellens aliquem testari fiscus succedit.
59 Quod non procedit si adesset alius proximior, vel in pari gradu constituto quia fiscus excluditur.
60 Relinquens concubinae in relicto succedit fiscus.
61 Mouens alicui quaestionem super eius statu succedit fiscus.

6 Amplia vt ea quae auferuntur ab indignis fiscus ipse capiat ex text in l. 1. de Iur. fisc. &
1 in l. Papinianus, ff. meminisse de inoffic. testam. vbi Doct Pereg de Iur. fisc. lib 2. tit. 2. num 1. latè Ant. Gomez. tit. de delict. c. 2. n. 14. vbi alios allegat.
1 Subamplia vt indignus, sit adeò detestabilis,
2 vt etiam si se deferat non lucretur aliquam portionem tex. in l. post legatum, ff. omnes de indign. & in l. edito, ff. eos de Iur. fisc.

2 Sub-

2 Subamplia vt adeò indignus fit exclusus à beneficio testatoris, vt non reintegretur quamuis ex mente eiusdem testatoris colligeretur remisisse causas odij, quia ex culpa sua indignus punitur. Bald. in l. id quod pauperibus, num. 34. C. de Episc. & Cleric. Mant. in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 12 ti. 5 num. 18.

3 Subamplia vt indignus quod attinet ad eius damnum amittat omnia beneficia circa rem, ac si illam habuisset, vnde fructus perceptos restituit. l. hæredem. l. eum qui in princ. de Iur. fisc. l. 1. C. eod. l. cum quidam, §. in tacito, ff. de vsur. ac omnes vtilitates, & actiones, l. Imperator. vbi Bart de Iur. fisc. nec Trebellianicam, nec Falcidiam detrahit. l. Marcellus, § fin. l. recurare §. si fisco ad rebell. l. beneficio ad leg Falcid. nec legitimam, l. Papinianus, § meminisse de inoffic. testam. Pereg. d. lib. 2. tit. 1. num. 13. seq.

4 Subamplia quoad eius incommodum, & præiudicium rem ipsam habere videtur, ideo portio hæredi ablata, vti ab indigno imputatur illi ad impediendam detractionem Falcidia, & Trebellianicæ in alia portione, l hæredi de indign.

5 Subamplia vt indignitas fortius afficiat quam confiscatio, ex sententia pro aliquo delicto, quia Auth bona damnatorum in indignis cessat Bald. in l. hæreditatis, C. de indig. sequitur Marf. Land. in tract. de fisc. q 5. Francisc. Lucan Parmen. in eodem tract. sub tit. de bon publ. nu 10. & de iure antiquo filijs, aliqua portio non reserbatur, l. eum ratio. §. fin. de bon. damna Pereg d tit. 2 nu 27.

6 Subamplia vt interficiens aliquem indignus eius hæreditate efficiatur, & in fiscū exclusis alijs deuoluatur, nec ex testamento, vel ab intestato retineat bona hæreditaria, l. Lucius, de Iur fisc. l. sororem, C de indic. l. cum ratio, §. fi de bon. damnat. Latè, Ant. Gomez, tit. de delict. c. 3. nu. 51 Pereg. lib. 2. tit 3. num. 1. vbi subdit, quod interfector succedit, sed fiscus ab eo aufert.

Alij autem tenent, quod interfector sit incapax successionis, & sequentes succedant excluso fisco, vt consuluit Bal. consil. 27. volu. 1. consil. 161. & 164. col. 4 quem sequutus est Boer. decis 25. vbi refert sic fuisse iudicatum Marf. consil. 93. nu. 12 Bero. cons 32. in 6. dub. vol 2.

Sed pro resolutione istius ampliationis vide Peregr. in d. lib 2. tit 3 n 7 seq. & plenius Anton. Gomez. tit. de delict. cap 3 num. 51. seqq.

Quid autem si defunctus impune poterat occidi puta, quia erat bannitus vel vxor adultera, an pœna priuationis, & bonorum ablationis locum habeat pro resolutione, vide Barto. & Doctor. in l. si ab hostibus, § si vir. solu matr. & in l. 1. C. vnde vir. Roland. de luc. dot q. 63. & Pereg. d. l. 2 tit. 3. num. 9. 10. 11.

7 Sub amplia in eo, qui interfecit vxorem, aut filios testatoris, vt fiscus ab eo vti indigno auferat, l. his consequenter, §. 1. famil. vbi Doct. Pereg. d. lib. 2. tit 3. num. 12.

8 Sub amplia in eo, qui interfecit fratrem Testatoris, vel Agnati in iniuriam, tamen ipsius testatoris, quia vti indignus priuatur à fisco successione. Peregr. d. lib 2 tit. 3. num. 13. vbi subdit esse notandum, vt sit maior offensa occidere vxorem testatoris, quam eius fratrem.

9 Sub amplia in parricidio, quia omnis parricida priuatur deinde successione per fiscum, tam ex testamento, quam ab intestato delata, & ei aufertur. Afflict in cap. 1. nume. 7. seq tit. de eo, qui interfec. fratr. domini sui. Bal. in cap. 1. §. denique tit. quę fuit prima causa, Peregr. d. lib. 2. tit. 3. n. 14. in fin. Fran. Luc. de fisc. par. 2 num. 12.

Sed pro vera declaratione istius subampliationis tandem post longam disputationem Petr. Cabal in tract. crim. casu 10. ponit tres conclusiones. Prima est quando interficiens erat solus successurus, & ipse proximior interfecto, & tunc fiscus excludat omnes. Secunda quando erat successurus in aliqua parte tantum, & erant alij in gradu æquali, & tunc fiscus portionem delinquentis tantum auferat. Tertia quando in nihilo occidens non erat successurus occiso, quia erat in gradu remotiori, & tunc in omnibus fiscus excludatur.

10 Subamplia si non ferro, vel veneno occiderit, sed per culpam, & per negligentiam ipsius ille decesserit, vt si alimenta, & ad victum necessaria, aut medicos non adhibuerit, vel imperitos adhibuerit, l indignum, C. de indig l ne care de lib. agnos. l si sæuum, in princ de verb oblig. l. quod si nollit, § si mancipium de edil. edict glos in d. §. si vir, quæ est communiter approbata, & testatur Pereg in d lib 2 tit 3 num 15. seqq Latè Roland. in tract de Luc dot qu. 64 Franc. Lucan. d. par. 2. num. 24.

13 Quid autem sit probandum, & articulandum ex parte illius qui culpam, aut negligentiam deducit latè, Roland in d. q 64.

14 Quid autem sit deducendum ad excusandum vxorem ne cadat à relictis per virum sub prætextu, quod viro infirmo non satis prouiderit vide Natt. in consil. 462. per tot. vol. 4.

11 Subamplia, vt in fide commissis conditionalibus interim fiscus ob indignitatem grauati vita illius durante fructus percipiat, quia ex persona indigni fiscus excludit substitutum, l. si sequens ad Silan. Pereg. d. lib. 2. tit. 3 num. 17.

16 Secus erit in feudalibus primogenituris, & maioratibus, quia fiscus horum est incapax, prout quilibet extraneus hæres, & sequens in gradu admittitur, vt in fœudalibus consuluit Hieron. Scaph. cons 138. per tot. Pereg. d. lib. 2. tit. 3. sub n. 13 vers. sed in fœudalibus.

17 Ac etiam idem erit quando ob delictum bona delinquentis in vita illius confiscantur, quia admittuntur in similibus sequentes in gradu. Pereg. sub d. nu. 17. in fin.

12 Subamplia, vt dignus nollens capere hæreditatem delatam post quam factus est indignus fiscus ex illius persona capit alijs exclusis quia præsumitur facere in fraudem fisci. Bar. in l. 1 col. 7. vers.

item quæro vbi Rip.nu.155.testatur de cōm. volga.Boss.in tit.de indig.numer. 18.Peregr. titul.3.num 27.vbi de veriori, & subdit, quod ubitanter procedit postquam indignus rem uisset.

Contrariam opinionem tenent Doctor. add.per in.Iun.conf 3.num.15.seqq.volum.3.Baiard.q. num.13.

Limita tamen istam sub ampliationem in casu glos.in verbo præsumi, l. 1.C.de secun.nupt. m sequuntur communiter Doct. vt testatur Pe. d.tit.3.num.27.in fin.

Subamplia quando hæres accommodauit ta è fidem defuncto de restituenda hæreditate ali incapaci puta fisco spurio, & similibus, quia fi eam aufert, tanquam ab indigno, l.cum qui de qub vt Indig. consuluit Bolog. consil. 24.Iul. q. 79. num. 7.Pereg.lib.3.tit.1.num.5.Franc. an.de fisc.par 2.nu.16.

Qui dicantur incapaces latissimè Pereg.de Iur. lib.3.tit.1.cum pluribus seqq.titulis.

Limita, & intellige tribus concurrentibus. no quod testator cl m rel querit.Secūdo quod s tacitam fidem accomodauerit.Tertio quod ommodauerit ad fauorem incapacis Alex. f. 102.n. 7. lib.6. Anchar q.31.in 1.par.Baiard. q.79 nume.1.vbi alios allegat.

t si clam fidem accomodauerit. quod applice- fisco vltra Iul.Clar.in d.qu.69.nu.7.decis.Auen- ien. 21.num.14.in fi.

ecus si palam, & publicè Gomez. d.c.2.nu.14. de communi Baiard. d. q.79.nu 7.

Nisi hæres deuenerit ad rei traditionem, quia fiscus ab eo aufert Baiard. d. quęst.79.num.8. quando autem dicatur relictum palam, vel clā, acrè latissimè, Peregr. de Iur.fisc.lib.3.tit.19. tor.Baiard.in d.q.79.num.1.

Limita istam decimam tertiā sub ampliatio- n, vt hæres institutus a patre, filius spurij possit suum testamentum ipsi spurio relinquere Iul. d. q.79 nu.7.vers.Scias tamen, & in §. testa- rum, q. 31. vers sed pone.

Nisi tamen fiscus probaret fraudem, quia ipse rret dictam hęreditatem, vt post Soc.in conf. ib. 4. Iul.Clar.d.qu.79.num.7.in fin.

Limita quod in dubio non est præsumendum, d hæres taciram fidem accommodauerit, vide t Add per Baiard.in d.q.79.num.4.

Limita, & intellige, quod hæres rogatus restit- e hęreditatem incapaci teneatur respondere rit interrogatus etiam si iurauerit nemini esse rum, vide Doctor.add. per Baiard.in d.q.79. er.5.

Limita, & intellige, quod si hęres paciscatur are legatum incapaci si clam faciat fiscus ex- tur, quia obligatio habetur pro nō facta Bal. 161. vers.præterea quotis,lib.5.Baiar.d. quęst. um.9.

Subamplia in eo, qui accensauit testamentum falso in quo erat institutus hęres, vt efficiatur nus, & applicetur fisco, l.post legatum, §.tu- torem de his,quibus vti indig.l.Polla, C.eod.Sforz Odd.conf.71.num.1.

1 Sub amplia etiam si dictus hæres esset succes- 28 surus ab intestato, l. cum secundis, ff.eod.Odd.d. conf.71.num.1.in fin.

2 Subamplia etiam si haberet cohęredem non 29 accresceret cohæredi, sed fisco Odd.d.conf 71.nu. 2. seqq.vbi concordantes allegat.

Limita istam decimam quartam sub ampliatio- 30 nem si minor fuerit, qui impugnauit testamen- tum, quia restituitur in integrum. d.l.post legatum §.ętati Sforz.Odd.d.conf 71.num.5.vbi de comm.

Quę limitatio est vera etiam si minor haberet re- 31 gressum contra eum, qui nomine minoris dedit querelam contra testamentum.Odd.d conf.71.nu. 6.vbi dicit,quod ita tenet omnes, vbi subdit,quod aliqui tenent, quod non condantur, nisi in subsi- dium contra fiscum bene verum est, quod si minor perseuerauerit contra testamentum vsque ad rem indicatam non restitueretur. Odd.d conf.71.num. 9.vers.quæro.

1 Limita & intellige istam septimam ampliatio- 32 nem. vt in proposito indigni dicantur quos lex ex- presse declarauit indignos & ab eis fiscus aufert, secus ab aliis, nisi lex expresse dixerit Ruin.conf. 123. nu. 6.vol 4.Curt.Iun conf.182.num 7.quia in pęnalibus strictè proceditur, & pęna ademptionis bonorum non datur vbi lex non dicit. Auth. de non eligen. secund nupt.§.cum igitur Pereg.d.lib. 2.tit.2.& 3.& ibi ponit exempla.

2 Limita & intellige, vt fiscus auferat ab his, qui 33 sunt indigni culpa sua, & non culpa aliena, quia licet isti sint indigni, & capere nequeant tamen fi- scus ab eis non aufert, sed bona deuoluuntur, vel ad substitutum, vel ad coniunctum, vel remanent pęnes eum à quo fuerunt relicta, vt declarat Bart. in l.aufertur in princ.de Iur.fisc.Soc.Iun.conf.111. nu. 12.vol 3 Pereg.d.lib 2.tit.2.nu.4.exempla po- nuntur in spurijs adulterinis Incestuosis, & simili- bus latè Anton, Gomez. tit.de delict.cap.2.nu. 14. vers.sed his non obstantibus vbi de comm.& ponit exemplum in crimine lęsę Maiest. decis. Auenio- nen.21.nume. 12.vbi etiam de comm,Hieron.Ga- br.conf.104.num.5. vol.1.Mazol.conf.31.num.22. Baiard. d. q 79.num 10.

Nisi tamen cōsanguinei neglexerint infra duos 34 menses relictum a spurio vendicare, aut petere, vel si pacto, vel renuntiatione excludantur Gou. in 4. decret.par.2.c.8.nu.3.Baiard.q.79.num.12.

3 Limita, & intellige quando quis priuatur hæ- reditate ob aliquod delictum non respiciat cer- tam personam, vel iniuriam particularis personę, & tunc succedat fiscus, secus si priuaretur propter iniuriam respicientem particularem personam, quia tunc bona non applicantur fisco, sed illi cer- tę personę, vt declarat Decian.respons.85.num.2. vol.3.& loquitur in eo, qui priuari debet hęredita- te, quia accusauit matrem de adulterio, vel dixit filiam esse spuriam, & exempla alia habemus in leg. 3. §. amittere de indig. in leg. penultim. C. de legat. In Authen. hoc amplius, C. de fi- deicom-

deicommiss. Bero. conf. 31. nume. 24. volu. 1. Pereg. lib. 2. tit. 2. num. 5.

4 Limita, & intellige quando quis haberet bona 36 ex testamento, & postea priuaretur, tanquam indignus, vt dicta bona applicentur fisco, secus si ab intestato, quia fiscus non succederet, vt post Salic. tenet Deccan. d. respons. 85. numer. 3. vbi reddit rationem.

5 Limita quando mater excluditur à successione 37 per statutum, quæ de iure communi, sibi debetur, quia si de medio filius tollatur, tanquam indignus admittitur mater excluso fisco, vt declarat, idem Deccan. respons. 85. num. 4. seqq. vol. 3. vbi concordantes allegat.

6 Limita idem esse in alijs fœminis exclusis à statuto per masculos vt post Bal. ita etiam declarat Deccan. d. respons. 85. nume. 7. vbi plus dicit quod limitatio procedat etiam in causa testati Peregr. d. tit. 2. lib. 2. nume. 30.

7 Limita quando maritus interfecit vxorem, quia 38 fiscus non succedit, licet efficiatur indignus maritus per dictum homicidium Deccan. d. respons. 85. numer. 7.

8 Limita & intellige quod indignus est capax & 39 acquirit sibi possessionem & dominium rei donec fiscus illud auferat. l. 1. C. de Indig. l. his consequenter. §. 1. famil. erciſ. & ideo tertius non potest excipere de indignitate, quia soli fisco competit exceptio. Corn. cons. 209. num. 15. vol. 2. Ideoque hæres in quo aufertur hæreditas non desinit habere titulum, & nomen hæredis quod ad plura prodest. Tex. in l. ex facto. §. Iulianus de vulgat. Pereg. d. tit. 2. lib. 2. num. 8.

9 Limita, & intellige vt in fiscum res transeat 40 cum omnibus oneribus, & conditionibus prout erat penes indignum, l. quod dicitur de Iur. fisc. l. cum fisco ad Silan Authent. hoc amplius, C. de fideicom. Pereg d. lib. 2. tit. 2. nu 18. vbi ponit duas declarationes ad istam limitationem.

10 Limita, & intellige vt indignus respectu v- 41 nius rei fiscus non excludat ipsum quoad aliam rem, l. hæredem, l. Papin. de indig. Ideo prohibitus vni succedere fiscus non succedit in his, quæ debentur ab illius hærede, l. qui Titij de Indig. Pereg. d. tit. 2. lib. 2. num. 19. vbi subdit, hoc fallit in interfectore, qui nec ab hærede occisi eius bona capere possit.

11 Limita & intellige, vt indigni persona atten- 42 datur, an fiscus secularis, vel ecclesiasticus & an vnius Ciuitatis, vel alterius capiat, Couar. de sponsan. cap. 8. par. 2. §. 5. num. 10. Pereg. d. tit. 2. nu. 20. Cassan. super consuet. Burg. rubr 8 §. 5. n. 4. Anch. in cap ea quæ numer. 26 de reg. iur. in 6. Baiard. q. 79. nu. 15. sed Vasq. in tract. de succes. creat par. 1. lib. 3. §. 26. limit. 31. nu. 61. videtur tenere contrarium, & maxime quando Clericus instituit spurium suum laicum, vbi tamen nihil firmat, & dicit esse cogitandum.

12 Limita & intellige vt fiscus ab indigno aufe- 43 rat quando lucrum fuit delatum, secus si non delatum, vt quia mortuus sit antequam sibi acquirere potuisset tex. in l. fi. vlt. respons. & ibi Bar. de Indig. Corb. cons. 141 nu. 4. vol. 4. Pereg. d. tit. 2. num. 22. 23. & 28.

13 Limita quando ante causam indignitatis 44 commissam indignus repudiauit rem quia fiscus excluditur, Castrens. in l. Papinianus, §. meminisse de inoffic. testam. Pereg. d. li. 2. tit. 2. nu. 25. vbi subdit nisi tamen aliqua fraus præsumi posset, vt per Boss. in tit. de his quibus vt Indig. sub. nu. 18.

14 Limita in indigno qui sit etiam incapax, quia 45 attenta causa incapacitatis fiscus excluditur, & alijs locus aperitur Rip. in l. 1. sub nu. 155. de vulg. Soc. Iun. cons. 3. nu. 14. 24 vol. 1. Pereg d. lib. 2. tit. 2. nu. 26. vbi reddit rationem.

15 Limita quando occisor ex statuto exclusus 46 fuisset ad succedendum occiso, quia habetur ac si non fuisset in medio, & ideo hæreditas excluso fisco deuoluitur ad partes, vel sequentes in gradu Bald. in l. si quis incesti, C. de incert. nupt. Corb. cons. 122. vol. 4. late Anguisco. consi. 76. lib. 6. Pereg. lib. tit. 3. n. 3 vbi infert ad vnam quæstionē.

16 Limita quod interfector non succedit hære- 47 di occisi in bonis illius, sed in proprijs bonis hæredis excluso fisco, & fiscus capiat bona occisi, & occisor capiat bona hæredis, Pereg. d. lib. 2. tit. 3 n. 4.

17 Limita & intellige in eo, qui vulnerauit tan- 48 tum testatorem, vel agnatum quia ex vulneribus resultet inimicitia, ex qua legata videtur reuocata, non autem institutio vniuersalis. Item poterit illum exhæredare, si autem non successerit exhæreditatio fiscus excluditur, vt per Pereg in d. libr. 2. tit. 3. num. 14.

18 Limita in feudalib. in primogenituris, & maioratibus ideo fiscus ea non aufert ab indigno cum sit illorum incapax, & sequens in gradu admittitur vt in feudalibus consuluit. Hierony. Seurph. cons. 338 per tot. & fuit decisum per Carolum V. contra Laurentium Medicem, qui interfecerat Alexandrum Florentiæ Ducem, qui Laurentius licet esset proximior, tamen successio fuit delata Cosmo sequenti in gradu, vt recenset Decian. respons. 19. num. 143. volum. 3. & post eum Pereg. d. lib. 2. tit. 3. in fi. vbi subdit.

14 Subamplia principaliter in eo, quem testator 50 in testamento sibi hærede instituto, declarauit hæredem esse indignum sua hæreditate, quia fiscus ab eo vti ab indigno aufert portionem in qua fuerat institutis, Imol. in cap. cum esses, num. 30. extr. de testam. Iul. Clar. §. testamentum, q. 93. Pereg. li. 2. tit. 4. nu. 1. vbi subdit post Bald. procedere etiam si testator causas indignitatis non expresserit.

Quę ampliatio procedit etiamsi testator formaliter non appellauerit hæredem indignum sed vsus fuerit alijs verbis significantibus cum mali meritum, vt post Bart. Bald. & Castrens. tract. Pereg. d. tit. 4. lib. 2. nu. 2.

15 Subamplia quando non verbis sed facto testa- 51 tor voluntatē suā declarauit, nolle habere iā hæredem sibi scriptum, quia incidit vel cancellauit ipsum testamētum, & an isto casu quando fiscus auferat, vel alij succedant, vide Iul. Clar. d. §. testamen-

entum', q. 93. num.2.Pereg in d.tit.4.lib.2.nu.5. m pluribus sequentibus, vbi ponit suas amplia- nes, & declarationes.

Subamplia quando hæres defuncti non vlcis- tur eius necem, quia fiscus aufert ab eo hæredi- tem vna cum fructib. l. heredem de indig. l. 1. l.si o l. sororem, C. eod. l. cum fisco ad Silan. Iul. at q.79.nu.8. Pereg.d.lib 2.tit.5.num.1.Gomez. p. 3. num. 53. Plac. epit. delict.cap.39.num.23. iard.in d.q.79.num.17.

Sed quia ista pœna de consuetudine non serua- r, sed prorsus recessit ab aula Foller. in pract. m. canonici.fol.45.n.32.seqq.& quod imo quo. e heredes pacem faciunt cum occisoribus, & t lex nutritiua peccati si impediretur pax, & in- iarum remissio, vt testatur Iul. Cla. in d.q.79.sub . 8. Pereg.d.lib.2. tit.5.in fin vbi dicit, quod ita iatur, & Baiard.in d.q.79 etiã in fin.dicat, quod iquam vidit hunc casum in facto, & quod etiam consuetudine non seruatur. Ideo vlterius super non insisto, sed curiosum Lectorem remitto ad 'ereg. in d. tit. 4.per tot.

Subamplia quando quis prohibuit aliquem tari, quia indignus efficitur illius successione, scus aufert ab eo vti ab indigno, l.1.& per tot. C.si quis aliquem testam.prohib.plene tracta- Bart. in l. virum ad Trebellian. Pereg. d. lib. 2. 6. numer.1.ac etiam punitur alijs pœnis latissi- positis, per Menoch. cas. 394.per totum lib. arbitr.

Aliqui autem tenent, vt duo copulatiue requi- tur ad incurrendas. dd. pœnas. Primum quod itor vellet condere testamentum. Secundum d testator fuerit impeditus, vt tradit Ias.in cõs. nu. 5. in princ. vol.1.& ibi concordantes alle- , & in specie dicit esse doct. Bart in d.l.virum. llij autem addunt tertium, quod prohibitio in. teneritco tempore quo ille testari volebat, Soc. cons.105 vol.3.quem sequitur, Soc. Iun.cons. l.vol.2.Paris.cons.167.nu.30. seqq.vol.3.

llij autem addunt quartum requisitum, quod betur vt voluntas testatoris eo tempore fuis- deducibilis ad actum, vt remoto impedimen- otuisset legitime testari, vt collige post Corn. Socin Iun.in d.consi.148.num.13.& per Paris. cons. 107. nu. 34.

lij autem ponunt quintum requisitum, vt a- contra prohibentem probet de suo interesse, quod testator erat sibi relicturus, vel erat suc- rus alias obstabit illa exceptio, tua non inte- quæ est peremptoria, & exclusiua, vt colligi- er Paris. in d. cons.167.n.36.& per Boss.in tit. n testare prohibuit, & late per Pereg.in libr.2. num.21.

uomodo autem prædicta probentur latissime t idem Pereg. in d. tit. 6. vbi ponit materiam subampliationis, ad quem lectorem remitto.

Subamplia in eo qui dixit testamentum, nul- ex defectu personæ testantis, quia ex eo cape- on potest, & fiscus aufert ab illo tanquam in- o, l.cum tabulis, ff.de indign. de qua subamplia- tione, vide latissime Peregr. in dict. lib.2. titul.7. per totum.

20 Subamplia in eo, qui ingratum erga defun- 57 ctum se ostendit, vt fiscus ab eo vti indigno bene- ficium auferat, l.1.ff.de Indig. late Pereg.d.lib.2. tit. 8.per totum.

21 Subamplia, & è contra si quis compellat ali- 58 quem testari, vt hæreditas ita per metum relicta fis- sco applicetur, l. fi. §. si quis aliq. test. proh. & est communis opinio attestata per Boss. in tit. de his qui prohib. aliq.testament.num.4. Iul.Clar.q.79.n. 9 in princ.& q.83.nu.5.in fin.Franc.Lucan.de fisc. part.2.num.21.

1 Limita & intellige istam subampliationem pro- 59 cedere, quando ille talis institutus erat defuncto proximiori in gradu, & sic successurus ab intesta- to, secus si adesset alius proximior, vel etiam in pari gradu cum instituto, qui tunc non ad fiscum, sed ad proximiorem, vel æqualem in gradu deuol- uitur, & ita tenent omnes Doct. vt attestatur post Cassan. Iul. Clar.in d.q.79.num.9.vers hoc tamen intellige. Franc. Luc.d.nu.21.

22 Subamplia in eo, qui reliquit concubinæ in 60 casu, in quo complexus, est punibilis, vel illicitus, quia hoc casu fiscus aufert ab ea, vt latè ponit Pe- regr. d. lib.2.tit.9 num.2. vbi ponit suas amplia- tiones, & limitationes.

23 Sub amplia quando quis mouit alicui quæ- stionem super eius statu, vt reddatur indignus, & fiscus ab eo auferat relicta ante motam contro- uersiam, l. si inimicitiæ, & l. cum tabulis de Indig. latè Peregr. d. lib. 2. tit. 10. vbi ponit suas amplia- tiones, & limitationes.

Septima ampliatio, decimæ tertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurus inuétus malis artibus fisco applicatur.*
2 *Thesaurus casu fortuito in aliquo inuentus cui applicetur.*
3 *Thesaurus inuétus in loco religioso, cui applicetur.*

7 AMplia principaliter in thesauro inuento malis artibus, seu arte magica etiam in 1 proprio fundo, quia fisco applicatur, l. 1. C. de thesau. l. g 1. C.de malef.& math.Franc.Lucan.d. par.2.num.27.

1 Subamplia in thesauro fortuito casu in alieno 2 loco, vel priuato vel publico, vel Cæsaris Ciui- tatis, vel fisci inuento pro dimidia ad inuentorẽ, & pro alia dimidia ad fiscum Ciuitatem, Cæsarem, vel loci Dominum pertinet, l.1. C. de Thesaur. §. thesauros Instit. de rer. diuis.

2 Subamplia in thesauro inuento in loco sacro 3 religioso, in monumentis, & locis publicis pro dimidia est inuentoris, & pro alia dimidia fisci. l. tertia, §. si in locis de iur. fisc. cuius dispositio re- uocatur in dubium per distinctionem, an data opera ex industria, vel casualiter pro cuius resolu- tione, & pro alijs, quæ circa thesauri inuentio-

nem dici possent, vide eundem Peregr. in d. lib. 4. tit. . per tot.

Octaua ampliatio, decima tertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non potest aliquid emere si quid vendatur ex officio quod gerit.*
2 *Item procedit si officium sit cum iurisdictione siue non.*
3 *Item si essent plures officiales.*
4 *Item nec potest emere per interpositam personam.*
5 *Itē nec eius domestici, vel familiares emere possint.*
6 *Limita quando à Principe ei conced tur.*
7 *Limita quando venderentur bona paterna, & auita, quia illa emere poterit.*
8 *Limita quando emeret bona fide.*

8 Amplia in officiali, qui ex officio, quod gerit non potest aliquid emere, si quid venda-1 tur alias pęna quadrupli fisco applicanda punitur. Tex. in l. non licet, ff. de contra emptio. Bar. in l. aufertur, §. quod à Præside de Iur. fisc.

1 Subamplia, siue officium sit cum iurisdictione, 2 siue non Pereg. lib. 4. tit. 7. num. 6.

2 Subamplia essent etiam si plures officiales. Sa-3 lic. in l. quisquis C. si cert. pet. Peregr. d. lib. 4. tit. 7. num. 6. in fin.

3 Subamplia, vt nec per interpositam personam 4 emere possit. Tex. in d. l. non licet Pereg. d. tit. 7. n. 7

4 Subamplia, vt nec etiam eius domestici, & fa-5 miliares emere possint, l. principalibus si cer. pet. Pereg. d. tit. 7. sub nu 7. versic. amplia vt.

1 Limita quando à Principe fuit ei concessum d. 6 l. non licet, & l. 1. C. de contract. Iud. Pereg. sub d. nu. 7. in fin.

2 Limita quando fiscus venderet bona paterna, 7 & auita dictus officialis, quia illa emere poterit. l. qui officij de contrahen. empt. l. milites prohibentur de re inclita cum plurimum interfit bona paterna, & auita in familia conseruari, Pereg. d. lib. 4. tit. 7. num. 8.

3 Limita quando bona fide emeret. Tex. in l. cū 8 ipse, C. de contrahen empt. sed de veritate istius limitationis, vide Pereg. d. lib. 4. tit. 7. nu. 8. in fin.

Nona Ampliatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ad tempus extra patriam suam cum Iurisdictione non potest in ea Prouincia cui praeest contrahere per emptionem donationem, nec negotiare, nec fenebrem pecuniam dare, aut accipere à subdito nec fabricare, nec prædia conducere.*

9 Amplia, vt officialis ad tempus extra patriam suam cum Iurisdictione nō possit in ea Prouincia cui præest contrahere per emptionem, do-1 nationem rerum immobilium, aut mobilium, nec negociare, nec fenebrem pecuniam dare, aut accipere à subdito, nec fabricare, nec nauem construere, nec prædia conducere, & si contrafactum fuerit contractus non valet, & ab eo fiscus res, ac earum æstimationem aufert, vt latè ponit Pereg. d. libro quarto, titul. 7. numero duodecimo, & ad hāc ampliationem, ponit octo subampliationes, & septem limitationes quas apud eum videre poteris.

Decima Ampliatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator vel Aduocatus, non potest paisci de quotalitis cum suo Cliente, & punitur pœna falsi, & an deductum transeat in fiscum de Iure communi.*
2 *Vigore statuti fiscus capit deducta in pactum.*
3 *Sed requiritur, quod deductum in pacto peruenerit ad manus procuratoris, vel aduocati, vt sit locus dicto statuto.*
4 *Fiscus nec etiam pacisci potest de Cottalitis.*
5 *Fiscus nec etiam potest esse procurator pro alio.*
6 *Quod male seruatur in curia per substitutos fiscales.*

10 Amplia in procuratore, & Aduocato paciscen-1 tib. cum Clientulo suo de quotalitis, quia vltra alias pœnas priuationis, & pœna falsi, vt per Docto. in l. sumptus de pač. Io de Amic. consi. 148. numero septimo, Mazol. consil. 13. num. 41. Pereg. d. tit. 7. numero 16. Nauar. Manual. cap. 25. nume. 30. Farinac. quæst. 105. per tot. tomo primo, parte secunda etiam res deductæ in pactum, transeant in fiscum, vt videtur sentire post alios quos allegat Pereg. d. numero 16. titul. 7. libro quarto.

Contrariam sententiam quod de Iure communi 2 deducta, in pactum non veniant in fiscum tenet Farinac. in consil. 70. numero vigesimo septimo, vbi dicit hoc in iure cautum non reperitur, vt fiscus auferat deducta in pactum.

1 Subamplia illam decimamquintam ampliatio-3 nem vigore statuti vrbis libro primo, capit. 118. vt deducta in pactum inualidat fiscus.

Sed requiritur vt peruenerit aduocati, vel pro-4 curatoris ponderando verba prouenerit, & auferatur, posita in d. statuto. Farinac. ita respondit. in d. cons. 70. sub num. 27.

2 Subamplia, vt nec etiam fiscus cum aliquo de 5 quotalitis, vel patre pacisci potest. l. 2. C. de fisc. nec enim subire potest procurationem pro alio. l. fin. C. eod. Pereg. d lib. 4. tit. 7. num. 17.

Quod male seruatur hic in curia per istos sub-6 stitutos fiscales, quia nonnulli eorum faciunt se constituere procuratores cum salario, destinato, quod est maximi dāmni, & præiudicij pauperum carceratorum, & animaduertere debent ad hoc procuratores fiscales pro tempore existentes.

Vnde-

ecima Ampliatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

abricans nummos vel monetam falsam, illa applicatur fisco.
abricans monetã falsã, an eius bona publicẽtur.
ocij & auxiliatores, in isto crimine puniuntur eadem pœna.
omus in qua fuit moneta falsa, cussa applicatur fisco.
omus vel fundus applicatur fisco, etiam si sit alienus, & dominus fundi ignarus fuerit, cum declaratione tamen num. 6.
ec est distinguendum an moneta cussa sit aurea, argenta, vel ærea.
xpendens monetam falsam licet eam non fabricauerit, punitur eadem pœna.

AMplia in fabricante nummos, vel monetam falsam, vt illa applicetur fisco. l. penul. le falsmonet. vbi Salic. reddit rationem. Franc. can. de fisc. 2. par. num. 2.

Subamplia, vt omnia eius bona publicentur n dicatur committere crimen læsæ Maiestatis, ic. in d l. penult. Ant Gomez. ad l. 83. Taur num. er. hodie tamen vbi testatur; ita quotidie praari Cassan. d. rub. 2. §. 1. num 21. mihi fol. 350. nded. cons 91. numer. 3. vol. 2. Farinac. quæst. ;. Insp. prima, num. 14. vbi alios allegat, & sub n. 15. dicit, quid sit vigore statuti Vrbis, liber ap: 44

Subamplia, vt eadem pœna puniantur socij, scienter præstiterunt fauorem, auxilium, vel nsiliũ dictis principalibus delinquentibus. Ant. mez ad d. l. 83. Taur. num 3 latissime Farinac. . 115, num 31. seq. & declara, vt per eum.

Subamplia, vt domus in qua falsa moneta cusuit, fisco applicetur, d. l. penult. C de fals. monet. ssan. d. rub. 2. §. 1. nu. 21. Anton. Gomez. ad d. l. Taur. num. 3. latè Farinac. d. quæst. 115. nu. 16. alios allegat.

Subamplia, vt domus, vel fundus, in quo talis neta falsa fabricata fuit, publicetur etiam si ilienus, & Dominus fundi fuerit ignarus. Ant Gomez ad d. l. 84. Taur. numer. 3. in fin. cum laratione tamen de qua ibi per eum, & per Fac. d. q. 115. num. 16. seq.

Subamplia, vt non sit distinguendum, an moa cussa sit aurea, argenta, vel ærea. Doct. add. Honded. d cons. 92. num. 4. vol. 2.

Subamplia, vt eadem pœna puniatur expens dictam falsam monetam, licet illam non fauerit, l. lege Cornelia, vers. eadem lege de falvbi Bart. & communiter Doct. vt de commuellatur Anton. Gomez. ad d. l. 83. Taur. num 5. qna materia falsæ monetæ, latius dicam in con. l. Monetam falsam, cudens vel tendens qua a puniatur.

Duodecima Ampliatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Stupri pœna in nobili vel honesta persona, est publicatio dimidiæ partis bonorum.*
2 *Quæ pœna partis bonorum imponitur etiam interueniente consensu puellæ stupratæ contra n. 3.*

12 AMplia in committente stuprum, quia punitur si stuprator sit nobilis, vel honestus 1 in publicatione dimidiæ partis bonorum. Cassan. d. §. 1. sub n. 21. vers. sextus casus Iul. Clar. §. stuprũ, in fin. Gram. vot. 4 nu. 23. vot 17. num. 1. Rol. cons. 74. num. 10 vol. 1. Anton. Gomez. ad leg. 80. Taur. n. 5. Todoc in pract crim. cap. 92. n 4. Decis. Auenionen. 71. num. 1. Thes. decis 3 nu. 1. vers. postea vero Franc Lucan d. par. 2. nu 44 Farinac. de delict. Corn. q. 147. n 6. vbi concordantes allegat.

1 Subamplia, vt ista pœna pars bonorum impo- 2 natur etiamsi interueniat consensus puellę stupratæ. Gram. vot. 4. num. 23. vers. nam sicut, latè Ant. Gomez. ad leg. 80. Taur. num. 10. vers. sed his non obstantibus, vbi tamen subdit, quod si constaret de expresso mulieris consensu absq; violẽtia dolo, vel persuasione stuprator non punitur dicta pęna.

2 Subamplia, vt tutor stuprans pupillam punia- 3 tur in confiscatione bonorum, l. vnica, C. si quis caus. sui tut. Cassan. d. §. 1. sub num 34. vers. 43 casus Franc. Lucan. d. par. 2. nu. 32. Baiard. in §. stuprum, num 18 Griland depen. omni sar. c. 9 num. 7.

Sed requiritur honestas in muliere stuprata, vt intret pœna latè Farinac. tit. de delict. Corn. q. 147. nu. 82. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1248. nu. 21. vol. 3. vbi etiam latè, & Baiard. in §. stuprum num. 27. Bertazol. cons. 50. per totum.

Decimatertia Ampliatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen legi Iuliæ de vi publica punitur in confiscatione bonorum.*
2 *Quæ pœna locum habet etiam in fœminis.*
3 *Pœna vis priuatæ est confiscationis tertiæ partis bonorum.*

13 AMplia in committente crimen leg. Iul. de vi pub. vt puniatur in cõfiscatione bono- 1 rum, l. qui dolo. §. fin. de vi quib. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 4. num. 1. Gram. cons. 43. nu. 1. vot. 19 nu. 20. Natt. cons. 240. num. 10. vol. 2. Honded cons. 105. num. 5. Franc. Luc. de fisc. par 2. num. 13.

1 Subamplia, vt pœna præfata habeat etiam lo- 2 cum in fœminis committentibus d. crim pub. Plot. cons. 95. num. 5,

2 Subamplia, principaliter in vi priuata ex qua 3 de iure imponitur pęna confiscationis tertiæ partis bonorum, & fisco applicatur, l. 1. in princ. de vi priuat. Ant. Gomez, d. c. 4. nu, 1. Hond. d. cons. 105. num. 5. vbi concordantes allegat.

Decimaquarta Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen legis Iuliæ repetundarum punitur in pœnam quadrupli, & fisco applicatur, declara prout in num.4.*

2 *In causa criminali Iudex pecuniam accipiens punitur in pœnam publicationis omnium bonorum. Declara prout in num.3.*

14 Amplia in crimine legis Iuliæ repetundarum,
1 vt delinquens puniatur in quadruplum, & fisco applicetur, glos. in l. 1. ad leg Iul. repetunda. Castan. d. §. 1. rub. 2. vers. nouus casus Fräc. Lucan, de fisc. par. 2. num. 4.

1 Declara, & intellige, vt de iure nouo Auth.
2 si Iudex acceperit pecuniam si causa fuerit pecuniaria triplum pro dato duplum autem applicatur fisco, si vero fuerit criminalis omnia bona publicantur, vt habetur in Auth. vt litig. in exord. litvir. §. si quis autem & Auth. nouo Iure C. de pœn. Iud. Amod. Iustin. vir practicus, & conciuis meus in suo tract. de Sindacit. nu. 165. vers. de Iure antiquo in fin. vbi testatur, quod ita hodie in practica seruatur sequitur Decian. in prac. crim. lib 8. tom. 2. tit. de pœn. crim. repetun. cap. 39. nu 15.

3 Intellige tamen istam limitationem, vt procedat quando pecuniam corruptus Iudex cõdemnat Innocentem, vel absoluit nocentem, vt tunc intret confiscatio bonorum secus in alijs casibus, quia bona non publicantur, vt post Bald. tenet Gram. cons. 35. nu. 53. & Decian d c. 39. num. 19. & Boer. decis. 153. nu. 13. vbi testatur ita fuisse seruatum contra quatuor Iudices, qui mediante pecunia condemnarunt quemdam innocẽtẽ ad mortẽ.

2 Limita, & intellige, vt pœna quadrupli impo-
4 natur quando ex parte dantis, & recipientis adest turpitudo secus si ex parte vnius tantum quia dimidia pars tunc fisco applicatur, glos. in l. 1. C. ad leg. Iul. repetunda, l. 3. C. de assesso. Castan. d. rub. 2. §. 1. sub nu. 21. vers. nouus casus Decian. d. c. 39. n. 20. 21. 22. Fran. Lucan. de fisc par. 2. nu. 4.

Decimaquinta Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia data alicui ad committendum delictum fisco applicatur.*

2 *Idem procedit in omnibus scelerata acquisitis. Declara vt procedat, vt fiscus auferat turpia lucra dominio translato aliter secus nu. 3.*

4 *Alij vero tenent, vt dicta pecunia non applicetur fisco, sed illi propter quẽ fuit data, vt offẽderetur.*

15 Amplia vt si detur pecunia alicui ad commit-
1 tendum delictum illa pecunia incidit in commissum, & applicantur fisco per tex. in l. Lucius de Iur. fisc. & in l. Claud. de his, qui vt Indig. Leum te, C. de cond. ob turp. caus. Castan. in d. §. 1. rub. 2. sub nu. 21. vers. decimus tertius, qui loquitur in omnib. acquisitis scelerate Decian d. c. 39. num. 22. Franc. Lucan. de fisc. par. 2. num. 2. dicit turpia lucra auferantur, & fisco applicantur.

1 Limita, & intellige vt fiscus auferat turpia lu-
2 cra dominio translato alias secus Matt. Laud. de fisc. q. 107.

Alij vero tenent, vt pecunia pro delicto com-
3 mittendo applicetur illi propter quem fuit data, vt offenderetur. Rom. sing. 333. per tex. in l. 3. illud de calumniat. Boer. decis. 153. n. 23. Decian. d. cap. 39. nu. 22. qui se remittit ad Lud. Rom. in d. sing 333. qui Rom. ibid. dicit, quod glos. variat, quia aliquando pecuniam vel datum applicat fisco, aliquando parti: sed quod opinio, vt applicetur parti sit verior, Baiard. ad Iul. Clar. in §. Assassinus, num. 9. in prin.

Vel applicatur hæredibus interfecti etiam non
4 contestata lite cum Assassino post alios Baiard. d. §. Assassinus, num. 9 in fin.

Sed licet de Iure ciuili hæres ob delictum defuncti non teneatur si quid ad manus defuncti peruenerit lite non contestata cum defuncto, hæres tamen Assassinij pecuniam, quam reus recepit teneatur illam restitu re ob immanitatem crim. Farinac. q. 10. num. 70. vbi alios allegat.

Decimasexta Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Monopolium committens punitur in confiscationem bonorum.*

2 *Quod est notandum contra medicos.*

16 Amplia in committentibus monopolium, vt
1 omnia bona confiscentur, & fisco applicentur, l. vnica, C. de monop. Castan. d. rub. 2. §. 1. sub nu. 21. vers. 15 casus in quo delicto incidunt artifices, ne quis eorum ab eis taxata minori precio vendat vt in d. l. vnica. Fran. Lucan. in tract. de fisc. nu 5. par 2. vbi dicit esse notandum contra medi-
2 cos quorum consuetudines pessimæ sunt, vt recuset medicus illi mederi, quem alter in manib. habuerit sanandum, qui ab Ius maxime viget in vrbe inter istos artifices, qui se congregant in loco destinato super prædicta taxatione faciẽda, cui aliquando prouidetur, prohibendo eis fieri dd. congregationes, ac accerrime, & per fustigationem, & per alias pœnas puniendas, & de ista materia Monopolij latè scribit Menoch. de Arb. cent. 6, cas. 579. per totum.

XVII. & XVIII. Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius conficiens instrumentum reprobatum contra Rempublicam punitur in publicatione bonorum:*

2 Nota-

Notarius qui omisit scribere solutiones tributorum punitur in decem libris aureis.
Iudex negligens punire dictum Notarium punitur eadem pœna.
Notarius puniatur in confiscationem bonorum conficiens instrumentum reprobatum contra Ecclesiam.
Iudex coram quo instrumenta conficiuntur reprobata aut insinuantur, eadem pœna punitur.

7 AMplia vt Notarius conficiens instrumentum reprobatum contra Rempublicam illædendo si non principaliter, sed in consequẽtiam, tunc Notarius punitur in publicatione bonorum, l. fin. §. memoriales, C. de pet. bon. sublat. Cassan. d. §. 1. num. 24.

Subamplia Notarius qui omisit scribere solutiones tributorum, & Iudex qui recusat iudicare contra dictum Notarium quilibet eorum in decem libris aureis punitur, & fisco applicatur, Cassan. §. 1. num. 25.

Amplia vt idem fit quando conficit instrumentum reprobatum contra Ecclesiam.

Subamplia vt Iudex coram quo conficiuntur instrumenta contra Rempublicam, & Ecclesiam insinuantur punitur in cõfiscatione bonorum tex. in l. iubemus, §. his quoque vbi glos in verb. in. C. de sacrosanct. eccles. Cass d. §. 1. n. 25. in fin. Quid in alijs casibus reprobatis, vide Menoch. Arb. cent. 6. cas. 82. per totum.

[Decima no]nona Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

[P]œna & mulcta inflicta a Iure communi omnes applicantur fisco.
[N]isi priuatam vtilitatem respiciant.
[P]œna imposita a Iudice applicantur fisco.
[P]œna conuentionales nisi fiat mentio quod applicentur fisco non veniunt in confiscationem. Limita vigore bullæ Pij Quarti nu. 5.

AMplia in omnibus pœnis, & mulctis per totum corpus Iuris disperse nisi priuatam vtilitatem respiciant applicantur. Franc. Lucan. d. tract. de fisc par. 1. num. 60 Pereg lib. 4. tit. 8. tot. vbi latissimè.

Subamplia in pœnis impositis à Iudice vt applicentur fisco Franc. Lucan. d. par. 1. numer. 60. [v]ers. dicimus.

Limita in pœnis conuentionalibus quia nisi fiat mentio quod fisco applicentur non veniunt in cõfiscationem Franc. Lucan. d. p. 1. n. 60. in fin. sed in statu Ecclesiast co per Bullam Pij Quarti omnes pœnæ conuentionales censentur stipulatæ pro Camera Apostolica, latè Farinac. q. 107. n. 1. tom. 3. tit. de Var. ac diuers. crim.

Vigesima Ampliatio, decimæ tertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Mulcta inflicta vltra, l. eos, C. de modis mulctan. non tenet.*
2 *Limita de consuetudine.*
3 *Limita quando imponitur pro causa criminali.*
4 *Mulcta semel remissa amplius exigi non potest etiam si efficiatur mulctatus soluendo.*

20 AMplia vt magistratus mulctans vltra taxationem in l. eos in fin. C. de modis mul-
1 ctan. teneatur soluere fisco d. mulctam, & condemnato duplum Tex in d. l eos Martin. Laud. de fisc. quæst. 31. de cuius materia latè scribit Plot. in cõs. 3. per tot. rom. 2. crim.

1 Limita de consuetudine vt dispositio d. l. eos non seruetur vt Iudices eorum arbitrio imponent
2 pœnas, & mulctas nulla habita ratione quantitatis latè Farinac. in lib. 1. q. 18. num. 31. tit. de delict. & pœn. Baiard ad Iul. Clar. q. 32. num. 33. vbi tamen subdit post Boss vt dispositio dict. l. eos procedat quando mulcta non est taxata secus si esset taxata Mart. Laud vbi supra q. 103.

2 Limita quando mulcta est imposita pro causa
3 crim quia potest Iudex excedere d. summam post Oldrad. Mart. Laud. d. q 103. in fin.

3 Limita & intellige vt mulcta semel remissa amplius exigi non possit etiam si deinde efficiatur soluendo Mart. Laud. de fisc. quæst. 87.

Vigesima prima Ampliatio, decimatertia Conslusionis.

SVMMARIVM.

1 *Ius detentionis existens pœnes aliquem confiscatur.*
2 *Possessio existens pœnes aliquem venit in confiscationem.*
3 *Fiscus succedit in omni Iure eius cui bona confiscata sunt.*
4 *Nuda proprietas confiscatur.*
5 *Bona describi debent prout erant pœnes inquisitum ne fiscus teneatur alio modo pro re vendita.*

21 AMplia in eo, qui habet solam detentionem, vt ob eius delictum d. Ius detentionis trã-
1 seat in fiscum. Boss. in tit. de proclam. quod fit bonis public. num. 1. tamen absolutè.

2 Subamplia in eo, qui habet possessionem in aliqua re, vt illud ius ob delictum possessionis transeat in fiscum. Boss. in d. tit de proclam. num. 2.

2 Subamplia, vt fiscus succedat in omni iure
3 eius, cui bona confiscata fuerunt tex. in l. 2. C. ad leg. Iul de vi public. Boss. in d. tit. de proclam. num. 1. vers. quod fiscus, vbi subdit quomodo possit esse ius in aliquibus rebus apud condemnatum licèt non sit Dominus viden. Tex. in l. rem quæ nobis, de acquir. rer. dom. & tex. in §. fin. Institut. vi bono rapto Mars. in tr. de Bannit. in verb. cõfiscata, n. 22.

3 Sub-

3 Subamplia vt damnatus, si habeat nudam pro-
4 prietatem in aliquibus bonis, quia vsusfructus sit relictus tertio, tunc publicatur proprietas, saluo vsufructu tertij. Soc.Iun.cons.77.num.7.vol.2. Menoch.de recuperan.possess.remed.9. num.76. Carpan.in d.cap.Omnium, num.271.

Hinc infertur in practica, vt Notarij, vel Pro-
5 curatores fiscales, & alij qui à Iudicibus mittuntur, vt faciant descriptionem bonorum, & describant iura, & res prout erant penes suspectum, quia bona præfata ita polita ad proclama fiscus non tenebitur nisi pro re vendita eo modo quo fuit descripta, ita docet Boss.in d.tit.de proclam. num.2.

Vigesima secunda Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes omnes damnati transeunt in fiscum.*
2 *Obligatio tã ciuilis, quã naturalis transit in fiscũ.*
3 *Obligationes passiuæ licet dispersæ non confiscantur, tamen propter cohærentiam vniuersitatis bonorum publicantur.*
4 *Fiscus obligatur ex contractu confiscati in diem vel sub conditione.*
5 *Fiscus acquirit stipulationes conditionales cõtractas non autem contrahendas.*
6 *Iura omnia quæ transeunt in extraneos hæredes transeunt in fiscus secus, quæ non transeunt ad hæredes extraneos. num.7.*
8 *Obligationes omnes passiuæ, quæ transeunt in hæredes extraneos transeunt in fiscum.*
9 *Bona cum suis causis, & seruitutibus transeunt in fiscum.*
10 *Limita in obligationibus passiuis conditionalibus purificatis, post publicationem.*
11 *Omnia quæ per contractum possunt in aliũ transferre in præiudicium successorum, eadem per delictum transeunt in fiscum.*

22 Amplia vt obligationes omnes damnati tran-
1 seant in fiscum, Calcan. cons. 66. num 4.Iul. Clar. d. q.78.versic.item in fiscum, Carpan.d.cap. Omnium, num.387.

1 Subamplia in obligatione, tam ciuili quam na-
2 turali, secundum communionem attestatam, per Clar. in d. versic. Item in fiscum, & in versic.ad quod Carpan. in d. cap.Omnium numero 379.

2 Subamplia vt licet obligationes passiuæ de per
3 se confiscari non possint, tamen propter cohærẽtiam vniuersitatis bonorum fiscus omnia capit. Bald. in l.exequutore, num.33.vers.licet enim, C.
4 de exequut. rei iudic.Carpan.d.cap.omnium,num. 380. vbi subdit ideo fiscus obligatur ex contractu confiscati in diem, vel sub conditionem.

3 Subamplia vt fiscus acquirat stipulationes cõ-
5 ditionales contractas actiuas, vel passiuas, non autem contrahendas, quę non transeunt in fiscum. Plot. consi. 30.num.97.Carpan.d.c.omnium,num. 382. sequen.& num.387.

4 Subamplia vt ea omnia iura, quæ transeunt in
6 extraneos hæredes transeunt etiam in fiscum vt dixi supra & late tradit Pereg. lib. 5.num.84.seqq. Hond.cõs.95.n.109.vol 1.Dec.Auenion.121.n.6.

Secus vero, quæ non transeunt ad hæredes ex-
7 traneos, quia illa fiscus non capit, cum personalia liberorum sint vt in iure dicendi de nullitate testamenti competenti filio, & alia exempla ponit Pereg. d.lib.5.nu.85.& nu 97.

Subamplia vt omnes obligationes passiue, quæ
8 transeunt in hæredes extraneos transeant etiam in fiscum Pereg.d.lib.5.num.86.

Subamplia vt bona cum suis causis seruitutibus
9 vitijs oneribus, & conditionibus quæ transeunt in extraneos hæredes transeant etiam in fiscum, l.ex facto, §. ex facto vbi Rip. sub nu.5.infert ad plura vtilia, & Pereg. d.li.5.nu.74.ponit tres illationes.

Quod non procedit in obligationibus passiuis
10 conditionalibus purificatis post publicationem, Boss.de bon.public.nu.14 Pereg. d.lib.5.num.87.& seq. vbi de commun. & respondet contrarijs.

Subamplia vt ea omnia, quæ per contractum
11 possunt in alium transferri, & in præiudicium successorum alienari, eadem per delictum transeunt in fiscum. Soc.Sen.cons.266.nu 38.vol.2.Pereg.d. lib 5.nu.59.seq.vbi infert ad plura.

Vigesimatertia Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Retinens in domo ludentes ad ludum azardi, vt domus illa publicetur.*
2 *Ludus azardi dicitur ludus taxillorum, sine tabulis consistens in mera fortuna.*
3 *Domo confiscata propter ludum confiscantur etiã cætera res existentes in domo apta ad ludum.*
4 *Domus si esset alicuius vidua, vel pupilli non confiscatur.*
5 *Domus non confiscatur ignorante Domino, quod ibi ludebatur.*
6 *Domus non confiscatur quando luditur in domo alicuius nobis causa recreationis.*
7 *Domus tunc confiscatur quando Dominus tenet ludum in domo causa emolumenti, vel lucri.*

23 Amplia in retinente in domo ludentes ad ludũ
1 azardi vt illa domus publicari debeat, & fisco applicabitur, l.fin.C.de aleis Luforib.auth.alearum vsus. versic. & si quis. C. de relig. & sumptib. fieri Cassan. d.§.1 nu.34 Franc.Lucan.d par.2.num.39. Angel.de Malefic.in verb.Mentidote de mali dandi, nu. 6 & ibi Ang.nu.8.Corrad.in sua praxi,§.3. Rub.de luforib.num.5.in princ.

Ludus autem azardi dicitur ludus taxillorum si-
2 ne tabulis consistens in mera fortuna.Steph.Cost. in tract. de lud. ar. 2. nu. 33.seq.Farinac.q.19.part. 1. num. 26.

1 Amplia vt domo confiscata propter ludum cõ-
3 fiscentur etiam cæteræ res aptę ad ludum in domo existentes Cassan. in consue. Burg. rub. 2.§.2.gl.1. nu.26.

numer. 26. Carp. d. c. Omnium, numer. 442.

1 Limita quando domus esset alicuius viduæ, 4 vel pupilli post Ang. vbi supra Corrad. in d. §. 3. rub. de lusorib. sub nu 5.

2 Limita quãdo dominus domus ignoraret, quod 5 ibi ludatur Corrad. vbi sup. nu. 5.

3 Limita quando vnus nobilis recreationis causa teneret ludum, & sic procedit Ampliatio quando quis tenet ludum in domo causa alicuius emolumenti, vel lucri vt declarat Corrad. d. §. 3. Rub. de lusorib. sub. num. 5.

Vigesimaquarta Ampliatio decimatertia Cõclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi hodie de cõsuetudine habẽt Ius cõfiscãdi.*
2 *Episcopi possunt indicere pœnam pecuniariam, & siue cameræ applicare.*
3 *Episcopi possunt omnia bona Clerici delinquentis confiscare.*
4 *Bona omnia mobilia, & immobilia Clerici confiscari possunt.*
5 *Clericus delinquens habens emphiteusim a priuato, quæ transire potest ad hæredes extraneos venit in confiscationem.*
6 *Melioramenta facta in Emphiteusi semper possunt confiscari.*
7 *Feudum transmissibile ad hæredes extraneos ob delictum Clerici transit in fiscum.*
8 *Bona subiecta restitutioni transeunt in fiscum ob delictum Clerici cum sua causa vt restituantur adueniente conditione fideicommissi.*
9 *Nisi essent expresse prohibita alienari a testatore.*
10 *Ius patronatus ob delictũ Clerici transit in fiscũ.*
11 *Nulla habita consideratione an habeat filios legitimos, vel ne.*
12 *Limita quando ex consuetudine iuris patronatus esset aliter prouisum.*
13 *Clerici bona delinquentes, quibus applicentur.*
14 *Bona & Iura, quæ non transeunt in extraneum hæredem, nec etiam transeunt in fiscum.*
15 *Emphiteusis Ecclesiastica, & feudum Ecclesiasticum nõ transeunt in fiscum ob delictũ Clerici.*
16 *Vsusfructus Clerici non transit in fiscum etiam eo viuente.*
17 *Peculia omnia non transeunt in fiscum ob delictum Clerici.*

24 1 AMplia vt Episcopi hodie de consuetudine habeant Iura fisci, & eius Ius confiscandi sibi vel cameræ suæ, vt de veriori opinione testatur Diaz. in pract. crim. canon. c. 124. nu. 39 & in cap. 134. num. 6. & omnes canonistæ in cap. excommunicamus in princ. extr. de hæretic. Felin. late in c. Irrefragabilis, §. cæterum, num. 10. extr. de offic. ordinar. vbi concordantes allegat, & Pereg. lib. 1. tit. de his qui iur. fisc. habent, num. 104. & seq. vbi testatur de commu. late Iul. Clar. q. 80. num. 5. vbi de communi, ibi Baiard. nu. 1[illegible]

1 Subamplia, vt Episcopus possit indicere pœ-2 nam pecuniariam eamque sibi, vel cameræ suæ applicare. Pereg. in d. lib. 1. tit. de quo supra, num. 106. vbi de commu.

2 Subamplia vt Episcopus possit confiscare om-3 nia bona Clerici delinquentis. Diaz. in d. c. 124. nu. 5. vers. nunc autem.

3 Subamplia vt omnia bona mobilia, vel immo-4 bilia Clerici confiscari possint. Diaz. d. cap 124. num 8. vbi subdit, quod in hoc nullum solet adhiberi discrimen.

4 Subamplia si Clericus delinquens haberet em-5 phiteusim à priuato, quę posset transire ad hęredes extraneos, posset etiam confiscari sine tamen prę-iudicio Domini, vt ei debeatur sua pensio. Vt post Card. in Clem. nolentes in versic. inquisitoribus, col. penul. de hæret. tradit. Diaz. in d. c. 124. num. 13.

5 Subamplia, vt in casu in quo emphiteusis non posset confiscari, melioramenta de super facta venire in confiscatione. Diaz. in d. c. 124. num. 14.

6 Subamplia in fęudo transmissibili ad hæredes 7 extraneos vt publicentur per delictum Clerici simul cum alijs bonis Diaz. in d. cap. 124. numer. 16. vers. ex quo sequitur, vbi subdit seruato tamen indemne domino fęudi, vt eius soluatur pensio, & præstentur alia obsequia, quæ per possessorem fęudi præstari debent.

7 Subamplia quando Clericus haberet bona subiecta restitutioni, quia veniunt in confiscatione cum sua causa puta adueniente conditione fideicommissi fiet restitutio per fiscum Ang. in l. Papinianus, § meminisse, de inoffic. testam. Diaz. d. cap. 124. num. 9. vers. si autem Clericus.

1 Limita istam subampliationem, quando bona essent expresse prohibita alienari à testatore, quia nec etiam pendente conditione possent transire in fiscum, vt declarat idem Diaz. d. nu. 19. in fin.

8 Subamplia, vt in confiscatione bonorum Clericis delinquentis veniat etiam ius patronatus, vt post alios quos in proposito allegat, & præcipuè post [illegible] Lambert. in tract. de iur. patron. lib. 3. art. 8. Octauę quęst. princ. colum. 2. firmat. Diaz. d. cap. 124. num. 20. 21. & 22.

Quę subampliatio procedit nulla habita consideratione an habeat filios legitimos, vel ne, vt post Lambert. trad. Diaz. in d. cap. 124. num. 22. in fin. & num. 23.

Nisi tamen ex constitutione iurispatronatus a-12 liter dispositum esset, quod non posset transire nisi ad Agnatos, vel ad aliquos homines habentes certas qualitates, vel conditiones in institutione insertas, nec tunc veniret in bonorum publicatione ita declarat idem Diaz. in d. c. 124. num. 24.

Quibus autem bona Clerici delinquentis appli-13 centur, dicam in conclusione. Confiscatio bonorum facta quibus applicetur 24.

1 Limita in bonis, & iuribus, quę transire non 14 possunt in extraneum hęredem, vt nec etiam trã-seant in fiscum Diaz. d. c. 124. num. 10.

2 Limita in Emphiteusi ecclesiastica, vel fęudo 15 Ecclesię, vt illa non veniant in confiscatione ob delictum Clerici. Diaz. d. cap. 124. nu. 11. vbi subdit

idem

idem esse in Emphiteusi concessa à priuato ea cõditione, vt non possit transire in extraneum hæredem, quia non transibit nec etiam in fiscum.

3 Limita si Clericus damnatus haberet vsumfructum alicuius rei, vt tale ius non publicetur etiam naturaliter viuente vsufructuario, vt post Bald. & Salic. in l. 1. C. de bon. libert. & Alexan. in conf. 23. volum. 1 firmat Diaz. in d. c. 124. num 8. versic. si vero Clericus.

4 Limita in omnibus quatuor peculijs Castrensibus quasi profectitijs, & aduentitijs, vt ob delictum Clerici illa non transeant in fiscum latè tradit, & prosequitur Diaz. in d. cap. 124. numer. 27. cum pluribus seq.

Vigesimaquinta Ampliatio decimatertia Cõclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Societates officiorum veniunt in confiscatione.*
2 *Fiscus durante semestri, pro quo fuerunt anticipate desumpti fructus tenentur continuare in societate, & si Reus interim morte naturali moriatur, officialis super lucratur dictam societatem, num. 3.*
4 *Caualeratus officia, an veniant in confiscatione.*
5 *Loca montium in vrbe ex priuilegijs Pontificum confiscantur, nisi ad crimen lesæ maiestatis in personam Pontificis, vel alicuius Cardinalis.*
6 *Leges publicate censentur in vsu.*
7 *Princeps difficilius tollit ius quæsitum non subdito quam subdito.*
8 *Priuilegia mediante pecunia concessa transeunt in contractu.*
9 *Princeps non potest reuocare contra priuilegium quod transiuit in contractum etiam de plenitudine potestatis.*
10 *Clausula sublata, & decretum irritans tollunt contrarium vsum.*

25 Amplia quod in confiscatione bonorum veniant etiam societates officiorum, vt 1 latè per Franc. Castrac. in trac. de societ. offic cap. 37. & cap. 38. tradit etiam. quod sequuta confiscatione bonorum societas soluta sit; sed sub qu. 38. 2 concludit quod fiscus succedens in bonis confiscatis debet durante semestri pro quo fuerunt anticipate desumpti fructus continuare in dicta so-3 cietate, & sub cap. 39. dicit etiam, quod si interim Reus morte naturali moriatur, Officialis superlucretur dictam sortem: & si verò de facto fiscus exegisset sortem præfatam durante semestri, teneatur ipse fiscus illam officiali restituere.

An caualeratus officia, quæ plura sunt hic in 4 vrbe, veniant in confiscatione, vide Barr. & Ias. in locis relatis per Baiard. in q 78. num. 21.

1 Limita in locis montium, quæ ex priuilegijs 5 eis, per summos Pontifices concessis, per quæcũq; grauissima delicta, etiam lesæ Maiestatis præterquam in personam Summi Pontificis, aut alicuius Cardinalis, etiam si delinquentes condemnati in pœnam vltimi supplicij essent, non veniant in confiscationem; vt legitur in bulla erectionis mõtis fidei Clement. VII. constit. 17. in bullario fol. 314. & in erectione mõtis alumeriarum Pauli IV. constit. 46. fol. 934. & in erectione montis pijs recuperationum Pij IV. constit. 76. fol. 759. & in erectione montis Prouinciarum Gregorij XIII. constitut. 41. fol. 1245. & in erectione montis Cõmunitatum Clementis VIII. sub die 24. Maij 1603.

Sed cum in vrbe, annis præteritis, casus contingeret in quodam Ioan. Baptistam Torello de Serzana, ob homicidium commissum in Clerico, qui multa loca montium in vrbe habebat ex parte fisci, dicebatur huiusmodi priuilegia non fuisse nec esse in vsu, ac potius per contrarium vsum fuisse penitus sublata, & ideo fiscus inuasit omnia montium loca, quæ d. Torellus habebat.

Ex parte autem eiusdem Torelli replicabatur non obstare, allegare non fuisse vsu recepta, cum Iuris præsumptione dicantur esse in vsu omnes le-6 ges, quæ publicatæ sunt, & à princ. fuerunt validæ, quousque aliud non probetur, vt post antiquiores tradit. Dec. in cons 649. num. 9. Rot. decis. 175. num. 2. par. 2. diuersor. & decis. 97. num. 2. par. 1. & Crescent. decis. 79. lib. 1.

Et maxime in casu præfato in homicidio commisso extra statum Ecclesiasticum, & à non sub-7 dito cui Princeps difficilius potest ius quæsitum tollere, quę extensio fiat de casu ad casum, aut de persona ad personam, & ideo non visus apertè, & legitime probari debebat Contuc. decis. 72. nu. 31. par. 2. diuersor. & decis. 779. num. 30. par. 1.

Ac etiam quia dicta priuilegia fuerunt mediante 8 pretio concessa, & ideo dicuntur transiuisse in cõtractum ex traditis per Dec. in cons 292. numer. 5. sequen. & ideo non possunt reuocari Roman. cons. 252. in 2. dubio cons. 352. num. 22. cons. 436. num. 16. Ruin. cons. 229. num. 5. & 7. & 8. & cons. 230. num. 4. vol. 1. vbi post Bald. firmat, quod Princeps in huiusmodi priuilegijs tenetur vt priuatus.

Imo quod Princeps non possit reuocare priui-9 legium, quod transiuit in contractum etiam de plenitudine potestatis. Ant. Gabriel. conclus. prima num. 1. vers. contrarium, & vers tenendo, numer. 6. tit. de Iur. quæsit. non tollen. Hiero. Gabriel. cons. 193. num. 13. vol. 2. & quod magis in non subdito Suarez alleg. 28. num. 14. qui alios allegat.

10 Ac etiam quia priuilegia præfata habent clausulam sublata, & decretum irritans, per quę tollitur, vt non possit allegari non vsus neque contrarius vsus, Cassad. decis. 2. de reseruat. in princ. & super reg. decis. 11. num. 5. Put. decis 50. num. 5. lib. 1. Veral. decis. 134. num. 4. par. 3. Rota Genuen. decis. 180. num. 8.

Ex quibus omnibus dicebatur sicut per Principem non poterant etiam de plenitudine potestatis priuilegia præfata tolli, nec etiam per contrarium vsum, & quamuis fuerint multa alia dicta in fauorem d. Torelli, nihilominus aduocati non potuerunt, ita bene cantare, quin fiscus non caperet compositionem, prout fuit causa supradicta per compositionem sopita.

Amplia.

26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.
Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona vacantia fisco applicantur.*
2 *Litigiosam rem quis vendens eius precium fisco applicatur.*
3 *Fraudans fiscum per contractum in acquirendis punitur in duplum in acquisitis in quadruplum.*
4 *Emptor & venditor ob domum negotiationis ponitur in duplum & fisco applicatur.*
5 *Alienans bona in fraudem fisci ne commisso maleficio bona publicentur d. bona applicantur fisco.*
6 *Bona fisco applicantur in crimine legis Corneliæ de Sicarijs, & veneficijs.*
7 *Diuinatorum, & damones inuocantium bona fisco applicantur.*

26 Amplia in bonis vacantibus, quæ fisco de-
1 feruntur l. 1. de Iur. fisc. & l. 1. & per tot. C. de bon. vacan. lib. 10. quia de regalib. sunt cap. 1. tit. quæ sint regalię de cuius materia remitto Lectorem ad Pereg. in d. lib. 4 tit. 3. per tot.

27 Amplia in vendente rem litigiosam, quia il-
2 lius precium fisco applicatur. Pereg. d. Iur fisc. lib. 4. tit. 6. & dicam late Deo dante in conclusione litigiosæ rei alienatio, quando sit punibilis Franc. Lucan. de fisc par. 2. num. 26.

28 Amplia in fraudante per contractum fiscum, vt in acquirendis puniatur ad duplum, in quęsitis
3 in quadruplum. Pereg. d. lib. 4. tit. 7. num. 18. Martin. Laud de f. sc. q. 8.

29 Amplia in domo negotiationis vt tam em-
4 ptor, quam venditor puniatur in duplum, & duplicatum precium fisco defertur. Pereg. d. lib. 4. tit. 7. num. 21.

30 Amplia in alienante bona in fraudem fisci ne
5 commisso maleficio bona publicentur tunc talia bona fisco applicantur, vt post specul. in tit. de donat §. fin. vers. sed pone Caffan. in d. rub. 2. num. 21. versic. tertio casus est, & dicam latè in conclus. alienatio facta in fraudem fisci 29.

31 Amplia in crimine, legis Corneliæ de sicarijs,
6 & veneficijs, vt bona applicentur fisco, l. 3. §. legis Cornelię, ff. ad leg Cornel. de siccar. Caffan. in d. rub. 2. §. 1. sub num 21. vers. quartus casus Franc. Lucan. de fisc. par. 2. num. 49.

32 Amplia in diuinatoribus, & demones inuo-
7 cantibus, quia eorum bona fisco applicatur. Tex. in l. nullus auspex, C. de Malefic. & mathem. Caffan d. §. 1 sub num. 21. versic. 11. casus Franc. Lucan. d par. 2. num. 33

33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.
Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Exactores publici qui pecuniam exigunt, & mercantur illam redigendo in florenos, vel aureos vt lucrū faciāt sine licētia Principis applicatur fisco*
2 *Idem est in accipienti pecuniam ad aliquod opus publicum, si pro se retineat vt applicetur fisco.*
3 *Peculatus crimen committens punitur in pœnam quadrupli, & fisco applicatur.*
4 *Crimen peculatus quando committatur.*
5 *Residui crimen committens punitur in triplum vltra quod accepit, & applicatur fisco.*
6 *Crimen residui quando committatur.*
7 *Fiscalem pecuniam exigens, sine licentia Principis punitur in quadruplum. Declar. nu. 8.*
9 *Aurum qui illicite, ex metallo auxit pœna quadrupli punitur.*
10 *Prædam captam ab hostibus surripiens pœna quadrupli punitur.*
11 *Collegia illicita committens punitur in confiscationem bonorum.*
12 *Collegium reprobatum, & destructum amittit sius bona, & fisco applicantur. Declara, nu. 13.*
14 *Milites nollentes recipere annonam certo tempore fisco applicatur. Declara, num. 15. & 16.*

33 Amplia in exactoribus publicis, qui pecuniam exigunt, & cum ea mercantur, illam
1 redigendo in florenos, vel aureos vt lucrum faciant, quod non possunt sine licentia Principis, & totum lucrum applicatur fisco. Bart. l. vnica, C. de aur. pub. persecut. lib. 10. Caffan. d. §. 1. rub. 2. sub num. 21. vers. 12. casus vbi subdit, quod retinens tale lucrum facit etiam contra conscientiam.

Idem erit in accipiente pecuniam, ad aliquod
2 opus publicum facien. & si illa non expendit, sed in se retinet, vel alteri in vsus proprios conuertat, quia tenetur ad restitutionem d. pecuniæ, & in triplum plus quod habuit, & applicatur fisco, l. 2. & 3. §. sed & qui, ff. ad leg. Iul. peculat. Franc. Lucan d. par. 2. num. 47.

34 Amplia in crimine peculatus, pro quo de In-
3 re antiquo in consequentiam pœnæ imponebatur etiam pœna quadrupli, sed quia hodie per d. Auth. bon. dam. tit. sublata est huiusmodi pœna, in consequentiam non imponeretur d. pœna quadrupli, secus si ciuiliter ageretur prout agi potest quia plecteretur in d. pœnam quadrupli, vt late post alios infinitos quos cumulauit, ita declarat Petr. Cabal. cas. 99. fere per totum, & præcipuè, sub nume. 27. & sub num. 46.

Crimen peculatus committitur ab eo, qui è
4 deputatus ad publicam pecuniam exigendam, vel custodiendam, aut expendendam. Cabal. d. cas. 99. num. 4. Latissimè Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 28. per tot. vbi declarat peculatus quid sit, & quibus cas. committatur.

35 Amplia in crimine residui, vt teneatur in tertiam partem vltra quam debet, l. 4. §. sed & qui de-
5 peculatur Decian. d. lib. 4. cap. 31. num. 3. latissime Petr. Cabal. d. cas. 99. num. 40. & seqq.

Crimen residui committitur ab officiali, cuius
6 periculo, & curæ commissa est pecunia. Decian d. cap. 31. in princ. & Petr. Cabal. d. cas. 99. nume. 40. vers. crimen vero.

36 Amplia in exigente, & surripiente pecuniam 7 fiscalem sine licentia Principis, vt puniatur in quadruplum. Add. ad Cassan. in d. rub. 2. §. primo, sub num 21. sub vers. 12. casus.

1 Declara, & intellige, vt teneatur in d. pœ- 8 nam quadrupli quando surripuerit dictam pecuniã fiscalem, siue palam, siue clam fisco incorporatam, dupli vero tantum teneatur quando surripuerit pecuniam nõdum fisco incorporatam, si quis exigit illam à debitore fisci Cepol. conf. 39. num. 35. Curt. Iun conf. 19. nu. 13. vers. circa vltimum. Decian. d. lib. 8. cap. 30. num. 5. in fin.

37 Amplia in eo, qui aurum illicite ex metallo 9 auxerit, & conflauerit, vt pœna quadrupli puniatur, l. sacrilegij. §. fin. in fin. ff ad l. Iul. pecul. Decia. d lib. 8. cap. 30. num. 5. in princip.

38 Amplia in eo, qui prædam captam ab hosti- 10 bus surripuit, vt pœna quadrupli puniatur, l. penultima, & d. tit. ad leg. Iul. pecul. Alexan. consil. 206. num. 6. in fin. volum. 2. Decian. d. cap. 30. n. 5.

39 Amplia in committentibus in collegia illi- 11 cita, quia puniuntur vltra alias pœnas etiam in publicationem bonorum. Cassan. d. §. primo, sub num. 21. versic. 16. casus. Franc. Luc. d. par. 2. n. 24.

40 Amplia quando collegium destruitur, & re- 12 probatur, quia eius bona, tanquam vacantia fisco applicantur, Cassan. d §. 1. sub nu. 21. sub vers. 17. casus. Franc. Lucan. par 2. de fisco, num. 17. vbi subdit secus, si omnes de collegio morirentur.

41 Amplia quando milites nollent accipere an- 14 nonam certo tempore sibi debitam, quia fisco applicatur, l. fortissimi, C. de errogan. mili. anno. lib. 12. Francisc Lucan. d part. 2. numero 15.

1 Subamplia, vt lapso tempore milites non pos- 15 sint dictam annonam petere, l. nulli eod. tit. Cassan. vbi supra.

2 Subamplia, vt sufficiat sola oblatio tempore 16 debito facta, vt Princeps liberetur a tali præstatione annonæ, vt post Ias. in l. quod te col. 8. si cert. pet. Cassan. d. §. 1. rub. 2. sub n. 21. vers. 18. cas. in fin.

42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. & 52.

Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium nouum imponens in pœnam dupli punitur, & fisco applicatur.*
2 *Idem est in extorquente pecunias ratione officij.*
3 *Hospites non reuelantes hospitantes in eorum hospitijs; iuxta ordinem loci amittunt eorum bona, & fisco applicantur.*
4 *Prohibitum emere faciens a persona priuilegiata, res empta fisco applicatur.*
5 *Defendens bona delinquentis tanquã alienata in fraudem fisci punitur in quadruplum.*
6 *Perturbans morientem, vel eius funus, punitur in publicatione tertia partis bonorum.*
7 *Sepulchra violantes quando puniantur, num. 8.*
9 *Emens rem prohibitam pro tertio quia illam emere non potest si nobilis, & si medioeris conditionis quomodo puniatur.*
10 *Notarius conficiens instrumentum scienter punitur in confiscationem bonorum.*
11 *Iudex carcerans mulierem honestam, qua pœna puniatur.*

42 Amplia in ponente nouum pedagium, quia pœna dupli punitur, & fisco applicatur. 1 Bald. in l. final. C. nou. vect. impon. non poss. Cassan. d. §. 1. numero 21. versi. 10. casus. Franc. Lucan. in d. par. 2. de fisco, numero 7. vbi subdit idem esse in 2 committente crimen concussionis extorquendo pecunias officij, vel dignitatis ab aliquo.

43 Amplia in transgredientibus Ciuitates incli- 3 tas, vel negotiationes prohibitas differentes, & suscipientes vt puniantur in pœnam exilij, & publicationis bonorum, tex. in l. fin. C. de comer. & mer. Ideo caueant hospites ne contraueniant ordinibus sibi datis in denuntiando superiori omnes hospitantes in eorum hospitijs, vt animaduertit Cassan. in d. § 1. sub num. 21. vers. 21. casus. Franc. Lucan. de fisco. num. 6. par. 2.

44 Amplia in eo cui prohibitum est aliquid eme- 4 re, quia si faciat, rem vetitam emere a priuilegiato, dicta res empta fisco applicatur, l. 1. C. de nauib. non excusan. vbi Barto. lib. 11. Cassan. d. §. 1. sub num 21. versi. 22. casus Mart. Land. de fisc. q. 170.

45 Amplia in defendentibus bona delinquentiũ 5 tanquam alienata, & si id faciant in fraudem fisci puniantur in quadruplum, l. qui in contract. C. de iur. fisc. lib. 10. Cassan. d. §. 1. sub num. 21. versic. 23. casus. Franci. Lucan d. par. 2. numero 10.

46 Amplia in perturbante, & inquietante mo- 6 rientem, vel funus eius, quia punitur in publicatione tertiæ partis bonorum, vt post Salic. in l. cum sit iniustum, C. de sepulch. violat. Cassan. d. §. 1. sub num. 21. vers. 29. casus. Franc. Lucan. d. par. 2. num. 26. de fisco.

47 Amplia in violantibus sepulchra, qui puniun- 7 tur pœna viginti librarum auri fisco applicãdarũ, l. si quis, C. de sepul. violat. Frãc. Luc. d. par. 2. n. 27.

1 Subamplia quando aliquid de sepulchris viola- 8 tis aufertur, quia fisco applicatur, l. si seruus, C. eod. Cassan. d. §. 1. sub nu. 21. in fi. vers. 30. casus. Franc. Lucan. d. par. 2 num. 27. in fin.

48 Amplia in eo, qui emit pro tertio aliquam 9 rem emere prohibitam per illum, quia si nobilis sit punitur in centum libris auri, si mediocris conditionis in confiscationem bonorum, tex. in l. 1. C. vt nemo ad suum patrimon. suscip. Cassan. in d. §. 1. num. 21. in fin. Francisc. Lucan. in tract. de fisco. part. 2. num 9. 23 Mart. Laud. de fisc. quæst. 175. & ideo animaduertant omnes de Ciuitate Castelli patria mea, vt non emant pro forensibus contra statutum illius Ciuitatis.

1 Subamplia, vt etiam Notarius, qui tale in- 10 strumentum scienter cõfecit puniatur in amissionem bonorum, d. l. 1. Cassan. d §. 1. nu. 22. Franc. Luc. d. par. 2 nu. 23.

52 Amplia quando Iudex carcerat mulierem hone-

honestam pro priuatis, vel fiscalibus debitis, quia 11 maior Iudex in viginti libris auri minor in decem punitur. Authen. sed hodie, C. de offic. de cur. Iud. Caf. d. §. sub nu. 34. versic. 41. casus.

53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. & 62.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Res cadens in commissum ipso iure efficitur de dominio fisci. Declara, vt num 2.*
3 *Curialis Principis recipiens munera ab eo, qui habuit aliquod officium, illi tenetur reddatur quadruplum, & eius bona fisco applicantur.*
4 *Legē Iuliā de annona cōmittēs quomodo puniatur.*
5 *Ambitus crimen committens qua pœna puniatur. & num 6.*
7 *Iudex qui singulis dominicis notitiam non habet de carceratis, & eis non prouidet de necessarijs, qua pœna puniatur.*
8 *Benedictus Ala Gubernator vrbis.*
9 *Referens curia aliquod, & illud non probans quomodo puniatur,*
12 *Aloysius Caponius vrbis thesaurarius.*
11 *Donans alteri bona, aut partem illius cui succedere debet ante mortem ipsius fisco applicantur.*
12 *Decedens ab intestato non relictis vxori ascendentibus vel descendentibus ac agnatis vsq; ad decimum gradum succedit fiscus.*
13 *In Gallia decedentes sine liberis eius bona fisco applicantur.*
14 *Limita in Nauicularijs Cartalibus & fabricēsib.*
15 *Decedens cui est interdicta bonorum administratio, propter crimen lesa maiestatis non habet successorem haeredem institutum, sed fiscum.*
16 *Violatores pacis puniūtur in cōfiscatione bonorū.*

53 Amplia quando res cadit in cōmissum, quia 1 ipso iure efficitur sub dominio fisci. Bald. in l. neque, C. de vectigal. & commiss. l. commissa de publican. Franc. Lucan. de fisc. par. 2. nu. 8.

1 Limita, & intellige quando vectigal. nomine 2 fisci colligitur, secus si nomine aliorum, quid. vectigal. a fisco emerant, quia illis, & non fisco applicatur, Tex. in leg. si quis, Cod. de vectigal. & commiss. Caffan. dict. §. primo, numero trigesimoquarto, in fin. Francisc. Lucan. d. num. 8. late dicam in ampliat. 81.

54 Amplia in curiali Principis pecuniam, vel mu- 3 nera recipiente ab eo, qui habuit aliquod officiū, vel administrationem, quia tenetur reddere quadruplum d. electo, & bona sua fisco applicantur, & cingulo priuari debet Tex in Authent. vt Iudices, sine quoque suffragio, § sic igitur Caffan. dicto §. primo, sub n. 35. casus, vbi subdit, si hoc obseruaretur multis curiales hodie priuarentur bonis, qui equidem puram veritatem dicit. Franc. Lucan. de fisc. parte secunda, numero vigesimo octauo.

55 Amplia in committente legem Iuliam de an- 4 non. quia punitur in viginti aureis, quod contingit in eo, qui emit bladum causa reuendendi, & faciendi carestiam, leg. 2. ad leg. Iul. de annon. Caffan. d. §. primo, sub numero trigesimoquinto, versi. si casus, vbi dicit, quod vltramontes hoc communiter fieri solet Franc Luc. d. par. 2. num. 41. vbi dicit committi tale delictum non etiam quis scit naueni venire cum blado, & facit differre euentum suum, quod non contingit in vrbe, & toto statu ecclesiastico ob bonas prouisiones factas a Pontificibus, & maxime tempore fælicissimi Pontificatus. S. D. N. Pauli Quinti.

56 Amplia in committente delictum ambitus, vt 5 puniatur in centum aureis fisco applicandis, l. 1. de Ambit. Caffan. d. §. 1. sub nu 35. vers. 54. casus. Decian. in tract. crim. tom 2. lib. 8. c. 25. nu. 2. in fi. Frāc. Lucan. d par. 2 num 42.

1 Subamplia, vt puniatur in quadruplum, quod dederit, vel acceperit pro assequendo, vel dando magistratum. l. volt C ad leg. Iul. repetund. Decian. d. c. 25. nu. 3. Franc. Lucan d. par. 2 num 42 in fi.

57 Amplia in Iudice, qui singulis diebus dominicis 7 habere debeat notitiam carceratorum, & eis prouidere de necessarijs, sub pœna 20. librarum auri. l. Iudices, C. de Episc. audien Caffan. d. §. 1. num. 36. versi. 58. vbi subdit vtinam istud hodie obseruaretur Franc. Lucan. d. par. 2. num. 48 quod in curia Romana dici non potest, quia maxima circa hoc adhibetur diligentia per Reuerendissimos dominos visitatores carcerum. & præcipue hodie per Illustrissimum D. Benedictum Alam Cremonensem vrbis Gubernatorem, & principalem d. tribunalis cuius diligentia, prouidentia, benignitate, & charitate necessarijs carcerati non indigent, prout vidi, & audiui dici a carceratis in visitationis congregatione, quę in die Iouis qualibet hebdomadæ, fit, dum fui Locumtenens crim. A. C.

58 Amplia in eo qui defert fisco, & non probat 6 quia tantum dare debet quantum fisco detulit. Caffan. in dicta §. 1. nu 36. versi. 59 casus, quod in curia bonum esset si obseruaretur per Thesauros, quibus exploratores milites deferunt, & non probante, in cuius officio ac nostra tempestate fuit Aloysius Caponus Florentinus modo 10 Cardinales meritissimus; cuius doctrina, integritate, solertia, ac morum suauitate, & naturæ integritate, fuit omnibus gratus, & cum maxima totius curiæ lętitia in Collegium Cardinaliū ascriptus, de quo maiora in dies sperantur.

1 Limita quando ex necessitate officij, quis deferret quia non probando non punitur d. pœna, l. 2. C. de iur. fisc Caffan. vbi supra.

59 Amplia in eo qui bona aut partem bonorum 11 illius cui succedere debet ante illius mortem alteri donauit, quoniam aufertur hæreditas ab eo, & fisco applicatur, leg quidem, §. donat. leg. sequen. de donation. leg. 2. in fin. de his quibus, vt Indign. Caffan. dict. §. 1. numer. 36. versicul. adde alium casum.

60 Amplia in decedente ab intestato in quacum-

quę ciuitate non relictis agnatis vsq; ad 10. gradum nec ascendentibus, vel descendentibus, vel vxor. succedat fiscus, l. 1. C. de bon. vacant not. in l. 1 C. vnde vir. & vetr. Franc Lucan. de fisc par. 2. nu 18 Martin Laud de fisc. q. 239.

Amplia in Gallia, vt Peregrini morientes Intestati nullis liberis relictis in eadem Gallia, vt eorum bona applicentur Regio fisco, & non eorum consanguineis existentibus extra d. Regnum, vt testatur Cassan. in d. §. 1. rub 2. nu. 37.

Quę consuetudo est contra Auth. omnes Peregrin C. commu de man. miss ex qua disponitur bo. na pręfata dari hęredibus, si appareant alias, debeant conuerti in pios vsus Cassan. d. rub. 2 §. 1. n. 38. vers. sed illud, vbi testatur quod ita obseruant Ianuenses.

1 Limita in nauicularijs cohartalibus, & fabricensibus, nempe facientibus arma, l. 1. & per tot. tit. C. de hæred. Franc. Lucan. d. par. 2 nu. 18. vers. fallit. Martin. Laud. d. q. 239.

61 Amplia quando alicui est bonis interdictum a lege, vel propter crimen læsæ maiestatis, quia hæres ab eo institutus non potest adire hæreditatem, sed spectat ad fiscum, glos. in l. ventre. §. 1. ff. de acquir. hæred. Franc Lucan. d par. 2. num. 20.

62 Amplia vt violatores pacis puniantur in confiscationem bonorum Carpan. in d. c. Omnium num. 109. etiam vigore constit. Marchiæ, & bannimentorum status Ecclesiastici.

63. 64 64. 65. 66. 67.

Ampliatio decimætertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Litigiosa res transit in fiscum.*
2 *Rem litigiosam vendens illam amittit & transit in fiscum.*
3 *Ius reuocandi possessionem, quod condemnato competebat transit in fiscum.*
4 *Domus priuatorum in quo fiunt sacra misteria applicantur fisco.*
5 *Limita si adesset licentia Episcopi.*
6 *Locus vbi sepulchrum in ciuitate, quis ædificat applicatur fisco. Limita de consuetudine, nu. 7.*
8 *Fructus a die sententia, debentur fisco in casibus in quibus bona per sententiam confiscantur.*
9 *Fructus recollecti existentes statim confiscantur vti bona delinquentis.*
10 *Fructus vbi bona confiscantur ipso Iure debentur fisco a die delicti, nisi emptor fuerit in bona fide, quia facit fructus suos, nu. 11.*
12 *Fructus debentur fisco, quando emptori auferuntur alicui tanquam ab indigno.*
13 *Pœna quando applicatur partim fisco, & partim denuntiatori vt debeat tota incorporari, & denuntiator capere de manu fisci.*
14 *Limita in pœna conuentionali.*
15 *Limita quod si ille, qui tenetur soluere soluerit portionem suam denunciatori, vel parti offensa liberabitur.*
16 *Limita quando ille cui debet applicari pars pœnæ, quia pœna potest applicari Iniuriam passo.*
17 *Limita quando fiscus recusaret recipere portionem suam.*
18 *Præscripta portione soluenda parti læsæ intelligitur præscripta etiam portio fisci.*
19 *Portio per denuntiatorem, vel partem læsam in proposito quomodo sit formanda.*
Cōdēnatio in proposito quomodo fieri debeat, n. 20.

63 AMplia vt bona quoque litigiosa transeant in fiscum Angel. in l. si constante, §. si bona, num. 2. ff. solut. matr. Lancellot. in tract. de attent. par. 2. cap. 4. in præfa. num. 473. & num. seq. & in limit. 3. num. 2. Carpan. in d. cap. Omnium, n. 123.

Subamplia, vt vendens rem litigiosam transeat in fiscum late Pereg. de Iure fisci lib 4. tit. 6. per totum cum suis ampliationibus, & limitationibus.

64 Amplia vt confiscatio trahatur ad Iura reuocandi possessionem, quę competebant condemnato, Boss. tit. de proclam. quod fit. bon. public nu. 10. Carpan. in d. cap. Omnium, numero 377.

65 Amplia vt domus priuatorum in quibus fiunt sacra misteria fisco applicentur, §. sciant, Auth. vt vt priuati domini, col. 5. Iul. Clar. d. q. 79. num. 4.

1 Limita, & intellige quando non adesset licentia Episcopi vel eius Vicarij Iul. Clar. d. q. 79. num. 4. in fin. vbi testatur ita seruari per vniuersum orbem.

66 Amplia in loco in quo quis in ciuitate sepulchrum ædificar, vt ille locus fisco applicetur, l. Prętor ait, §. diuus de sepulchr. violat. Iul. Clar. d. q. 79. num 6.

1 Limita vt de consuetudine non seruetur cum hodie fiant sepulchra vbique in cimiterijs ecclesiarum ac in ipsis ecclesijs vt testatur etiam Iul. Clar. in d. q 79 num 6. in fi

66 Amplia vt in casibus in quibus bona per sententiam confiscantur fructus veniunt in fiscum a die sententiæ confiscatoriæ, & illi qui super sunt capiuntur per fiscum, vti bona delinquentis Felin. in cap. de quarta extra de præscript Curt. Sen. consi. 60. num. 30. Pereg. lib 5 nu. 174 vers. in a ijs autem vbi testatur ita seruari in Dominio Veneto.

1 Limita, quando bona confiscantur ipso Iure, vel ipso facto quia bona publicaurur a die commissi delicti, & ad fiscum pertinent vti dominio, per l. cedi iuxto. §. 1. de rei vendic. Felin. in c. Rodulphus, num. 70. de rescript. & in d. c de quarta, num. 33. Pereg d. lib 5. num. 174. Sed non exigunt fructus, nisi prius secuta declaratoria Decian. in tract. crim. tom. 1. lib 4. cap. 42. num. 1.

Nisi tamen emptor bona fide emerit, quia facit fructus suos Pereg. d. lib. 5. num. 174. vers. quorum opinionem.

2 Limita quando fiscus aufert bona, alicui tanquam ab indigno, quia emptor tenetur bona restituere vna cum fructib. perceptis. Pereg. d. lib. 5. n. 174. in fin.

67 Amplia vt in casu in quo pęnę partim applicatur fisco, & partim denuntiatori, vel parti offensæ vt tota

13 vt tota pœna incorporari debeat fisco, & deinde pars, vel denuntiator capere portionem suam de manu fisci. Bart. in l. Senatus censuit. §. Senatus, num. 2. seq de Iur. fisc. Marhes. singul. 70. nota quod si statutum Add. ad Farinac. in cons. 85 in littera, C. versi & in proposito Iul. Clar. q. 95. num. 9. vbi testatur ita seruari de consuetudine idem disponitur per Bullam Sixti V. vt dicam in conclus. 32.

1 Limita & intellige, vt procedat in pœna legali vt capiatur de manu fisci secus in pœna conuentionali, qui fiscus non agit ad totam summam sine mandato, sed tantummodo inuadit partem suam hoc tradit Bero. consi. 169. num 3. & consi. 206. nu. 40. vol. 3. Baiard. quæst 95. num. 23. (14)

2 Limita quando si ille qui tenetur soluere soluerit partem suam priuatio, vel iniuratio solueus liberabitur vt post Bart. in l. 1. iuxta glos. C de vędit. rei fisc. lib. 10. quem sequitur ibi Franc. de Plate. & Iacob. Rebuff. vt referr, & sequitur Baiard. in d. q. 95. nume. 27. (15)

3 Limita quando deliquit ille, cui debet applicari iniuriam passo vt post Afflict super feud. tit. quæ sint regalia, §. penarum num. 6. firmat Baiad. in d. q. 95. num. 25.

4 Limita vt si fiscus, vel pars recusauerit portionem suam non erit locus Iure accrescendi, vt alteri accrescat Martin. Laud. in tract. de fisc. q. 233. Pereg lib. 5. num. 63. de Iure fisc. & post Vulpel. in tract. de promiss. de non offenden. q. 105. Baiard. in d. q. 95, num. 23. in fi. (17)

5 Limita quod si pars soluenda parti lęsę pręscribatur intelligitur etiam pręscripta pars fisco applicanda tex. in l. final. in fin. C. de his, quia non Domini: manu Baiard. d. q. 95 num 27. in fin. (18)

Quod autem sit facienda petito per denuntiatorem, vel partem lęsam in proposito post alios docer Farina. in d consi. 85. in add. in littera, C. sub vers. & in proposito, vbi dicit quod non requiritur vt pars exprimat suam portionem consignari, sed tantummodo narret factum, per quod deinde ex dispositione legis, vel statuti resultet quod sibi portio debeatur. (19)

Quomodo autem Iudex debeat isto casu facere condemnationē docet Bart. in l Senatus, §. Senatus de Iur. fisc. vt referr Baiard. in d. quęst. 95. n. 26.

68.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Cessio non habet locum in præiudicium fisci.*

2 *Cessio bonorum vbi pœna pecuniaria descendit ex delicto non admittitur in præiudicium fisci, sed committatur in pœnam corporalem.*

3 *Commutatio pœnæ pecuniaria in corporalem fit etiam nollente accusatore.*

4 *Commutatio pœnæ pro interesse partis fit etiam in pœnam corporalem. Si accedat consensus ipsius partis, num. 5. Sed quid si pars nollent consentire, num. 6. Aliqui alij tenent quando agitur de interesse partis ex defectu, vt debitor perueniat ad pinguiorem fortunam, num 7.*

8 *Cessio bonorum quando debitor est ex aliquo contractu, vel quasi an admittatur, & num. 9.*

10 *Fideiussor, qui promisit aliquem præsentare, & non repræsentat si non sit soluendo, potest cedere bonis.*

11 *Debitor qui semel luit in corpore si perueniat ad pinguiorem fortunam amplius non vexabitur.*

68 1 AMplia, vt fisci debitor non possit cedere bonis neque vti cessioni beneficio Soc. in reg. 46. nu. 8. Guid. Pap. decis. 211. num. 3. larē Boer. decis. 341. per totam Lud. à Peguer decis. 68. num. 1. Brun. de cess. bon. q. 17. 4. quęst. principalis, numer. 1.

2 1 Amplia, vt sine alteratione procedat quando pœna pecuniaria descendit ex delicto, vt si detur imponente a soluendi non admittitur cessio bonorum, sed pœna pecuniaria commutatur in pœnam corporalem ne delictum remaneat impunitum, l. si quis ad quod vers & in eos, qui inopia laborant, corpus torquendum est vbi Ias. nu. 27. de Iurisdic. omn. Iudic. Isabel. in §. fin. num. 4. institut. de actio. vbi Ias. num. 13. Salic. in l. 1. n. 7. C qui bon. ceder. poss. Vinc. de Franch. decis. 358. & decis. 507. vbi testatur, ita fuisse decisum in consilio Neapolitano, Lud. à Peguer. in decis. 68. num. 2. vbi alios cōcordātes allegat, & testatur de communi Brun. in d. tract. de cess. bon. quęst. 17 quartę quęst. principalis. Dicam late in conclus. 31. per totam.

3 Et tunc fit commutatio pœnę pecuniarię in corporalem etiā accusatore nolente post Archid. in cap. si res. 14. quęst. 6 Brun. d. quęst. 17. quartę quęst. princ. dicam in d. conclus. 35.

4 2 Amplia, vt procedat non solum quando quis ob crimen punitur in pœnam pecuniariam, pro delicto commisso; sed etiam si d. pęna sit irrogata respectu damni, & interesse parti applican. quia etiam si dd. damna soluere non potest, non admittitur ad cessionem bonorum; sed commutatur in pœnam corpolem tex in cap. fin. litibus extra de dol. & contumac. Vbi Abb. nu. 5. vbi valde illum text. commendat. Late Ludou. à Peguer. in dicta decis. 68. numero tertio, & quinto, vide in dicta conclus. 31.

5 Quę ampliatio est intelligenda dummodo actor cui debetur pœna instet pro commutatione pœnę pecuniarię in pęnam corporalem, & illius commutationi consentiat Gas. in d. l. si qui id quod nu. 29. Abb. in cap. Hodoardus, nume. 5. de solutio. Felin. in cap. ad liberandam, num. 3. de Indeis Paul. de Castr. in l. final. num 3 §. de in ius vocan. Lud. à Peguer. in d. decis. 68. nu 6. Brun. de cess. bon. d. q. 17. quartę quęst. princip. nu. 2. vers. secus, dicam late in conclus 31. per totam.

6 Bene verum est, quod isto casu quando actor recusat consentire, quod fiat d. pœnę commutatio, & Reus non est soluendo, vt sit in arbitrio Iudicis illum admittere ad cessionem bonorū ne in

carceribus moriatur. Paul. de Castr. in d. l. final. nu. 3. C. de in ius. vocan. Lud. à Peguer. in d. decis. 68. numer. 6. vers. sed posset dubitari, dicam in d. conclus. 31.

Aliqui alij tenent, quod quando agitur de interesse, siue ex quasi delicto, siue ex contractu, tunc non fiat commutatio pœnę, sed expectetur donec ad pinguiorem fortunam peruenerit, vt post alios firmat Brun. in d. q 17 quartæ quęst. prin. nu. 2. vers. si vero ad interesse, vide ea quæ dixi in d. cōclus. 31.

Amplia quis est debitor fisci non ex delicto, sed ex aliquo contractu vel quasi, & tunc. Cyn. in l. 1. C. qui bon. ceder. poss. & Bar. in l. sacrilegij, ff. ad leg. Iul. pecula. distinguunt, aut debitor fisci est contumax, & latitat, & tunc non possit vt beneficio cessionis, aut non latitat, sed fatetur debitum, sed tantum ratione paupertatis est morosus, & tunc gaudeat priuilegio cessionis, vt refert. Lud. à Peguer. in d. decis. 68. num. 8. vbi dicit talem distinctionem Salic. non approbare.

1 Limita quando debitum descendit ex contractu, vt tunc debitor admittatur ad cessionem bonorum, l. 1. & per totum. §. C. de cessio. bon. & ibi Doct. & Canon. in ca. Hodoardus extr. de solutio. Soc. in reg. 81. in 1 fallen. Tas. in §. pœnales num. 43. institutio de actio. Lud. à Peguer. in d. decis. 68. num. 8. vers. hęc eadem regula, vide Farinac. in tit. de delict. & pœn. q. 26. num. 52.

2 Limita in fideiussore, qui promisit aliquem pro causa criminali representare, & si illum non representet, & non sit soluendo potest gaudere beneficio cessionis. Vinc. de Franc. decis 507. nu. 3. seqq. Lud. à Peguer. in d. decis. 68. num. 8. vers. eamdem sententiam, vbi testatur, ita fuisse per Regium consilium decisum, & resolutum. late in d. conclus. 31.

3 Limita, & intellige, vt si quis ob defectum pecunię luerit in corpore, & licet peruenerit ad pinguiorem fortunam non vexabitur amplius pro pœna, cum illa criminalis loco satisfactionis successerit. Io. Stud. in peccatum de reg. Iur. in 6. quem sequitur Ang. in l. 3 nu. 4. vers. in crimine si vero, ff. de cess. bon. Brun. in d. tracta. de cess. bō. q. 17. quartę quęst. princ. num. 1. vers & in tantum. Late in d. conclus. 31. vbi pręcipue tractaui hanc materiam separatam à Cessione Bonorum.

69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & 77.

Ampliatio Decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Haeretici bona fisco applicantur.*
2 *Contra haereticum proceditur etiam post mortem.*
3 *Declara.*
4 *Haeretici bona quibus applicentur.*
5 *Occultans plaustra vel naues tempore belli illa applicantur fisco.*
6 *Viam publicam occupans qua pœna puniatur.*
7 *Consuetudo viget in aliquibus locis vt bona confiscentur vbi vita mittitur.*
8 *Falsificans mensuras, & pondera ac mutans nomen punitur.*
9 *Sacrilegium committens punitur.*
10 *Officialis negligens exigere tributa Principis amittit salarium.*
11. *Aquam deuians ex aqueducto publico punitur.*
12 *Onus publicum nollens subire punitur.*

69 Amplia, vt bona hęretici applicentur fisco, l. Manicheos, C. de heret. Cassan. d. §. 1, rub. 2. sub n. 21. vers 10. casus. Late Decian in tract. crim. tom. 1. lib. 2. cap. 24. nu. 1. seqq. & sub num. 13. dicit procedere etiam in domo, vbi congregantur Hęretici.

1 Subamplia, vt etiam contra hæreticum defunctum procedatur, vt eius bona fisco applicentur, cap accusatus de hęret. Cassan. vbi supra Franc. Lucan. de fisc. par. 2. nu. 22. Anto. Gomez. cap. 1. nu. 80. vers primus casus. Farinac. q. 10. nume. 37. vbi concordantes allegat Pereg. lib. 4 tit. 5. nu. 29.

3 Declara, & intellige huiusmodi ampliationem, prout infra in conclu. 21. Ampli 3. vbi late.

4 Bona hęretici quibus applicentur dicam infra d. conclus. 21.

70 Amplia in occultante plaustra vel naues tempore exercitus, quia publicantur si bellum fuerit Iustum. Cassan. d. §. 1 sub n. 35. vers 48. casus Franc. Lucan. d. par 2. num 31.

71 Amplia in occupantibus viam publicam vt puniantur in publicatione librarum 50. auri. l. qui fine. C. de oper. pub. Cassan. d. §. 1. sub numer. 36. vers. 64. casus.

72 Amplia quod in aliquibus locis vigeat consuetudo vt in quocunque casu per delictum quis perdat vitam, perdat etiam bona, & applicentur fisco, vt testatur Cassan. in d. §. 1. rub. 2. nu. 35. vers. pro casu vbi ponit ad hanc ampliationem quatuor limitationes.

73 Amplia in falsificante mensuras pondera, & mutante proprium nomen vt puniatur aliqua pœna pecuniaria, & fisco applicetur Franc. Lucan. d. par. 2. numer. 45.

74 Amplia in committente Sacrilegium vt puniatur aliqua pœna, & fisco applicetur. Franc. Lucan d par. 2. num. 42.

75 Amplia in officiali negligente exigere tributa Principis, vt puniatur in amissione Salarij l. Iudices C. de anno. & tribut. Mart. Laud. de fisc. q. 72.

76 Amplia in deueniente aquam scientem ex publico aqueducto ad fundum suum, vt priuetur domino suo fundo l. si quis de cętero C. de aqueducto Mart. Laud. de fisc. q. 174. quod est notandum pręcipue pro Romanis.

77 Amplia in eo qui tadat pecuniam, vt non subeat onus publicum quia amittit dictam pecuniam fisco applicatur, & debet subire d. onus. l. Iud. C. de excusat. muner. Mart. Laud. q. 205.

Amplia-

78.
Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Corpore confiscato in aliquibus locis intelliguntur etiam confiscata eius bona.*
2 *Fur licet possit furca suspendi tamen de Iure cōmuni eius bona non publicantur.*
3 *Furis bona de consuetudine Burgundiæ publicantur, & de consuetudine Siciliæ bona mobilia tantummodo num. 1.*

78 Amplia vt confiscato corpore ex communi obseruantia alicuius loci confiscatur etiā 1 eius bona prout est Burgundiæ, quia confiscato corpore alicuius pro furto confiscentur etiam eius bona, vt testatur Cassan. super consuet. Burg. rub. 1. §. 5 num. 137. vers. quicquid tamen, cum de Iu-2 re in crimine furti licet Reus furca suspendatur tamen eius bona non confiscantur vt dixi infra in 3 Limit.... & de consuetudine Siciliæ, vt in furto, quod publicentur bona mobilia, vt habetur inter constit. Regni Siciliæ lib. 1. rub. de fiore capto tit. 66. mihi fo. 87. & ibi glos. num. 50.

79.
Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæ de consuetudine alicuius loci appretiari, seu describi debeant si non fuerint descripta publicantur.*
2 *Limita vt requiratur sententia.*
3 *Limita, vt per quinquennium fiscus excludatur si non fuerint descripta.*

79 Amplia in bonis, quæ vigore alicuius constitutionis debent poni, & describi in ap-1 precio si non fuerint apposita fisco applicantur prout est in Regno Neapolitano per Constitutione Caroli II. in rub. de modo, & forma apprec. c. 199. & ibi Ant. de Nigris in commentario nu. 120. quæ Constitutio concordat cum glos. in l. forma. ff. de cens. & in l. 4. §. 1. ff de public. & vectig.

1 Limita, & intellige hanc ampliationem, vt 2 dd. bona applicentur fisco requiratur sententia vigore d. pragmaticæ, & tenet Bal. in l. 1. C. vbi caus. fiscal. & vbi supra. Ant. de Nigr. num. 121.

2 Limita, & intellige, vt fiscus vltra quinquen-3 nium non possit amplius audiri si bona non fuerint descripta seu appreciata, vt post Bal. in leg. 2. C. de vectig. & Bar. in l. commiss. ff. de public. Ant. de Nigr. vbi supra num. 120.

80.
Ampliatio, decimatertia Conclusionis.
SVMMARIVM.

1 *Bona mobilia in Regno Neapolitano a die banni acquirantur fisco.*
2 *Bona stabilia fori iudicati acquiruntur fisco pro vna portione, prout vna filio applicatur.*

80 Amplia, quod bona omnia mobilia per Cōstitutiones Regni Neapolitani elapso an-1 no à die banni sint acquisita fisco; latè Afflict. super constitutionibus Regni, lib. 2. rub. 6. num. 10. vbi dicit etiam vigore eiusdem constitutionis in 2 bonis stabilibus fori iudicati fiat diuisio æquis portionibus inter fiscum, & filios, & descendentes, & fiscus habeat tantum quantum haberet vnus filius

81.
Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Merces illicita si vehantur confiscantur.*
2 *Naues, equui, & alia, per quæ vehuntur merces illicitæ confiscantur.*
3 *Merces licita, quæ deferuntur cum mercibus illicitis confiscantur.*
4 *Declara si fuerunt dicta merces licita alterius domini non scientis, quia non publicantur.*
5 *Merces prohibita ex causa alicuius necessitatis non confiscantur.*
6 *Merces prohibita, vel illicita, quæ dicantur.*

81 Amplia, vt merces, vel bona illicita si vehantur incidant in commissum, & publicentur, l. contem. in princip. & §. Dominus, & §. illicitarū de publ. Pereg. de Iur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 28.

1 Subamplia, vt isto casu publicentur etiam naues, & equui, & quæ coadiuuant ad transuehendū ipsas merces prohibitas. Boer. decis. 178. num. 22. Peregr. d. lib. 6. tit. 5. num. 28.

2 Subamplia, vt etiam merces licitę publicentur. 3 & confiscentur, quę differebantur cum mercibus illicitis, & prohibitis siue sint merces Domini portantis, siue alterius dum nodo scientis, & consentientis alias secus secundum communem distinctionem traditam per Salic. in l. cum proponas, C. de naut. fen. quam communem dicit Boer. in d. decis. 178. num. 24. & 25. quam approbat etiam Peregr. in d. lib 6. n. 30. eamdem distinctionem cōmunem dicit Franc. Personal. in tract. de gabel. nu. 145. seq. vbi in specie posuit hanc quæstionem.

1 Limita quando istæ merces prohibitę ex cau-5 sa alicuius necessitatis transueherentur tex in l. si quis posthac, vers. data similiter, vbi glos. fin C. de edific. priuat. d. decis. 178. num. 12. Afflict. in cap. 1. in verbo vectigalia tit. quę sint regalia, nu. 115. Pereg. d. lib. 6. tit. 5. num. 30.

6 Merces autem illicitę illæ dicuntur quæ ex aliqua lege prohibentur duci, vel abduci puta ad hostes, siue sint infideles, siue etiam christianę Religionis bellum tamen gerentes Boer. d. decis. 178. nu. 18. seq. qui confutat Alex. aliter tenentem quoad hostes Religionis Christianæ, quam opinionē Boer. contra Alex. post alios per eum adductos tenet Pereg. in d. lib. 7. tit. 5. num. 29.

82.

Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Gabellam non soluens, & illam defraudans res ipso Iure confiscantur.*
2 *Gabellam non soluens res amittitur etiam si publicanus non denuntiauerit deferenti vt solueret gabellam.*
3 *Intrans portam Ciuitatis si non præsentet res quas defert illas amittit. Declara num. 4.*
4 *Licentia transeundi cum mercibus per territorii non specificata quantitate mercium intelligitur pro prima vice pro quacunque quantitate.*
5 *Licentia extrahendi merces sine præfixione temporis spirat post septem dies.*
6 *Repertus in loco suspecto de quo ad plura loca portans merces diuertere poterat quando incidat in commissum.*
7 *Merces confiscantur omissa denunciatione licet ex priuilegio personæ gabella non deberetur.*
8 *Gabella transit ad hæredes quando res defraudatæ ad eos peruenerint.*
9 *Forensis non excusetur per non solutioni gabellæ.*
10 *Merces, vt amissæ sint quatuor requiruntur ob non solutionem gabellæ.*
11 *Gabella pœna euitatur si ex coniecturis probetur quod noluerit defraudare gabellam.*
12 *Clerici an teneantur ad solutionem gabellæ.*

82 Amplia, quod non soluens gabellam, & illam defraudans res ipso Iure confiscatur. 1 Bertachin. in tract. de gabel. in 4. par. nu. 35. seq. Roland. consil. 42. num 1. 5. & 7 & cons. 79. num 91. 98. vol. 3. Clar. in q. 82. in pract. crim. in princ. Pereg. d. lib. 6. tit. 5. num 31. Rimin. Iun. cons. 26. nu. 20. seq. vol. primo, Franc. Personal. in tract. de gabell. num. 1. seqq.

1 Subamplia, vt procedat etiam si publicanus 2 non dixerit transeunti, vt soluat gabellam, quia tenebatur inuestigare, & dicitur in culpa. Roland. consil. 42. num. 2. seqq. vol. 3. Crauet. consil. 175. n. 3. vol. 1. Boss. in tit. de fraud. vectig. nume. 8 Franc. Personal. d. tract. de gabell. nume. 52.

2 Subamplia, vt procedat etiam in solum intrante 3 portam Ciuitatis si non presentet res de quib. gabella soluitur dicitur fraudem commisisse Bertach. in tract. de gabel. in 7. part. num. 10. Franch. Personal. in d. tract. de gabell.

Quam subampliationem tribus modis Doct. declarant. Primo si extaret Gabellarius cui fieri posset assignatio rerum, alias transiens non est in culpa, nec tenetur. Secundo si dolose, ita pertransierit, secus si per errorem, vel aliqua simplicitate ductus, vt isto. Tertio casu res non confiscetur, sed duplicetur vectigal. Quarto nisi gabellarius reminiscerit transeunti gabellam, vt late post alios fere infinitos, quos allegat, ita declarat Franc. Personal. in d. tractat. de gabell. n. 54. 55. 56. & 57.

3 Subamplia, quod si quis habuerit licentiam 4 transeundi cum mercibus per territorium non specificata quantitate mercium intelligitur de prima extractione, & prima vice quantumcunque extrahantur Franc. Personal. in d. tract. de gabell. n. 58. in fin. quod dicit esse memoriæ mandandum, quia millies possunt occurrere in facto.

4 Subamplia, & intellige, vt dicta licentia extra-5 hendi merces per territorium spiret post septem dies. Bertach. in tracta. de gabell. 4. par. principal. nume. 3. Franc. Personal. de gabel. d. num. 58. vbi subdit, quod hoc pro constati non audet affirmare.

5 Subamplia in eo, qui fuerit repertus in loco 6 prohibito de quo poterat diuertere ad plura loca, & ire etiam ad locum non prohibitum, & tunc prudens Iudex considerata qualitate personæ, & loci, & quantitate rei, & aliis coniecturis poterit, vel illum portantem absoluere, vel mitigare pœnam, quæ erit dimidia, quæ imponitur pro delicto consumato. Bertach. in verbo gabellam fraudans, num. 20. circa med. Menoch. de arbr. cas. 392. nu. 8. Franc Personal. in d. tract. de gabel. num. 60. seq. & latius sub n. 94. seqq. vbi allegat quæ possint hoc casu deduci pro totali liberatione istius transeuntis.

6 Subamplia, vt omissa denunciatione res confi-7 scentur licet ex priuilegio personæ gabella non deberetur, vt in vino pro scholaribus empto Pereg. in d. lib. 6. tit. 5. nu. 31. vers. Amplia, vt omissa post Afflict. in cap. 1. in verbo vectigalia, num. 159. tit. quæ sint regalia.

7 Subamplia, vt adeo pœna incurratur per frau-8 dantes gabellam, vt transeat pœna in eius hæredes si dictæ res ad eos perueneerint Bertach. de gabel. n. 31. in 4. par. Franc. Personal. in eodē tract. n. 7

8 Subamplia si ductor esset forensis, & allegaret 9 ignorantiam gabellæ non excusaretur. Pereg. d. lib. 6. tit. 5. nu 31. in fine pro cuius totali declaratione, vide Rip. in tract. de Peste versi. nec obstat, n. 120. seq. latissimè post alios infinitos per eum congestos Franc. Personal. in d. tracta. de gabel. nu. 11. cū pluribus seqq.

1 Limita, & intellige, vt res incidant in commis-10 sum, & publicentur. Primo requiratur quod publicani probent transeuntem sciuisse illud fuisse prohibitum. Secundo quod si fuerit forensis, quod fuisset solitus per transire, & conuersationem habere in d. loco. Tertio quod gabella fuerit imposita ab ipso Principe de consensu Imperatoris vel summi Pontificis. Quarto, vt dicta gabella sit æqua inter omnes personas, secus si esset nimis barbarica, vt si solueretur vltra tertiam & 8. partem, vt late hæc omnia corroborans per infinitas auctoritates doctorum declarat. Franc. Personal. in d. tract. de gabell. num. 8. vsque ad num. 51.

2 Sub limita, quod licet ex coniecturis portans res excusabitur a pœna confiscationis rerum quas 11 vehebat, si ipse esset bonę famę, si esset motus aliqua simplicitate, vel ignorantia apparente, quia rusticus vel idiota persona, vel si fuerit minor, vel haberet aliqua priuilegia, vt de his omnibus seriati scribit Frāc. Person. post alios per eū cōgestos in d. tract. de gabell. nu. 62. cum plurib. seqq.

3 Limi-

3 Limita in Clericis, qui non tenentur ad solutionem gabellę Bertach. in verbo gabella per quos 11 soluatur num. 10. Villalob. comm. opin. in verbo gabell. num. 6. Bosi tit. vect. sol. qui tenean. num. 3. Viu. com. opin. in verbo statutum num. 12. Franc. Person. in d. tract. gabell. num. 78. & seqq. vbi declarat: & ad quos Doct. lectorem remitto cum non intendam facere vnum tractatum de gabellis in præsenti opere prout opus esset, si apponerentur omnes limitationes, & lector adeat etiam Pereg. in d. lib. 6. tit. 5. num 35. vbi ad istam ampliationē, & ponit 7. limitationes.

83.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Barones in statu Ecclesiastico in eorum Castris receptantes bannitos qua pœna puniantur remissiue infra conclus.*

83 **A**Mplia principaliter, vt Barones in statu Ecclesiastico receptantes bannitos in eo-1 rum Castris, & locis ac Iurisdictionibus per bullas summorum Pontificum incurrant in pœnam confiscationis bonorum, & in amissionem feudorum, vt latè dicam infra in conclus. 27. nu. 64. seq.

84.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Impedientes birriarios vel executores in actu capturæ per bullam Sixti V. incidunt in crimen læsæ Maiestatis.*

2 *Particulares personæ vigore dictæ bullæ Sixti V. non possunt cogi ad custodiam reorum neque ad illos capiendum.*

3 *Eximens se ipsum a manibus curiæ non incidit in pœnam dictæ bullæ contra num. 4.*

5 *Resistentia facta curiæ occasione exequutionis ciuilis non punitur pœna bullarum Sixti V. & aliorum Pontificum.*

74 **A**Mplia, vt impedientes birarios, vel executores in actu capturæ incidant in cri-1 men læsæ Maiestatis verum, & non confictum, vt legitur in bulla Sixti V. in ordine 6. & latissimè super ea scribit Farinac. in conf. 55. per totum, vbi etiam firmat, quod omnia specialiā criminis læsæ Maiestatis competent dispositioni dictæ bullæ, & ex solo conatu etiam effectu non sequuto, & si fiat resistentia non solum satellitibus, sed etiam alijs priuatis personis destinatis ad capturam, ac etiam non solum si birriarij fuerint impedimēti, sed etiā si ipsos quis insequutus fuerit, vt videtur desumere ex illis verbis bullæ, impediuerint, vel insequuti fuerint.

2 Limita, vt bulla præfata non procedat, vt particulares homines possint cogi, & compelli ad custodiam reorum, vel ad eorum capturam, vt latissime super interpretatione d. bullæ cōsuluit Sforz. Odd. in conf. 53. per totum, & hoc est verissimum etiam de Iure, vt consuluit Petr. de Surd in cons. 83. num. 3. & 4. & per totum vol. 1 quod est notandum quia quotidie in statu Ecclesiastico officiales anhelantes extorquere pecunias à subditis vigore d. & bullæ Sixti Quinti, vexant dictos vassallos ex causa præfata.

3 Limita, vt bulla præfata interpretari debeat, vt non procedat in eximente se ipsum à manibus curriæ per ea quæ latè tradit Franc. Castracan. in tract. de societ. offic. cap. 32 num. 4. seqq. vbi reprehendit Boss. & Iul Clar. contrarium tenentes, & latè Menoch. de arb trar. cent. 6. cas. 583 num. 6. in fin. vbi refert duos casus in quibus Senatus liberauit se ipsos eximentes, ab omni pœna.

Contrariam sententiam. De Iure est, vt seipsum eximēs incedat in pœnam. Boss. in tit. de capt. num 17. seqq. vbi testatur ita fuisse Iudicatum Iul. Clar. in quæst. 29. num 5. §. fin. Menoch. d. cent. 6. cas. 583. num. 6. Petr. Cabal in quæst crimin. cas. 8. numer. 1. vbi post Clar. constituit differentiam in Simpliciter aufugiendo, vt mitius puniatur, secus si cum vi, & magna violentia Sforz Odd. conf 72. num 32. & seq. vbi in terminis dictæ bullæ loquitur dummodo se eximens fuisset Iuste captus. Farinac. etiam in terminis dictę bullę, in quęst. 32. nu. 22. & seq. vbi subdit eo magis procedere si ipse se eximens acclamauerit ad arma aliosve concitauerit, siue nomen alicuius magnati in auxilium inuocauerit, vel franchesias appellauerit, & tempore Papæ Clementis VIII. fuit quidam miserrimus carrettetius statim captus, & statim suspensus, quia aufugiens à manibus curiæ ingressus fuit intus palatium cuiusdam Cardinalis, & acclamauit franchisia, franchisia.

5 Limita, vt nullo modo procedat pœna rigorosa istius bullę in resistentia factā curiæ occasione exequutionis ciuilis licet Farinac. alias in q. 32. num. 54 in contrariam opinionem pertransiuerit, quia penitus discordat à veris, & expressis verbis dictę bullę, vt pluries deduxi, & precipuè ex conf. Sforz. Odd. 53. ferè per totum, & ab omni consuetudine, & tempore Clementis VIII. ita fuit bulla prefata interpretata, & pluries in facti contingentia, ita fuit decisum, prout ego obtinui in foro Capitolij ad fauorem cuiusdam Cęsaris Iunctini Florentini, qui composuit tantummodo in scutis 400. & eandem opinionem in terminis sequutus fuit Baiard in quęst. 29. num. 6.

85

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Cōfiscatio bonorum intrat pro quocumque crimine læsæ Maiestatis.*

2 *Filij delinquentis in crimine læsæ Maiestatis in primo*

primo capite puniuntur per legem quisquis, C. ad legem Iulia. Maiestat.

3 *Crimen læsæ Maiestat. quando committatur, in primo secundo, vel alijs capitibus.*

85 Amplia, quod vbicumque committitur crimen læsæ Maiestatis intret bonorum confiscatio, & bona ipso Iure, quoad dominium absque alia declaratoria inc piant esse fisci Afflict. in tit. quę sint Regalia in verbo, & bona comitten. tium, nu. 21. Marf. de bannit in verbo. læsæ Maiestatis, nume. 35 Iul. Clar. n §. lęsę Maiest. nu. 9. vers. præterea licet Decian. in tract. crim. lib 7. cap. 40. n. 6. vbi latissime, & licet aliqui contradixerint, quod non ipso Iure in crimine lęsæ Maiestatis dominiū amittatur, sed sententia requiratur, vt nouissime tenet Andreas Fachin. controuer. Iur. lib. 9. cap. 35. & nonnulli alij relati per Farinac. in tit. de crim. læsę Maiestatis, §. 2. num. 67. satis est, quod omnes conueniant, aut ipso Iure, aut per sententiam in isto crimine detur confiscatio bonorū. Sforz. Odd. cons. 27. nu. 18. vbi testatur, quod omnes Doct. communiter concludunt, quod pro omni capite criminis læsę Maiestatis imponatur pœna mortis, & confiscationis bonorum ipsis delinquentibus principalibus, & eorum fautoribus.

2 Quo vero ad filios non puniantur Iuxta pęnas in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. nisi pro crimine læsę Maiestatis in primo capite Late Decian in tract. crim. tom. 2. lib. 7. capit. 41. nu 35. & seqq. Farinac. in quęst. 115. §. 3. num. 127. Sforz. Odd. in cons. 27. nume. 18. & 27.

3 Quando autem comittatur in 1. 2. vel alijs capitibus huiusmodi crimen, vide latissime Decian. in d. lib. 7. cap. 41. num. 35. & seqq. & Farinac. in d. titu. de crim. læsę Maiest. qu. 112. insp. prima, numer. 9. cum plurib. seqq.

86.

Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Armatas, vel caualcatas facientes incidunt in crimen læsæ maiest. per bullas summorum Pōtificū.*

2 *Amplia etiam si fieret dicta armata ex quacumque causa vrgentissima, vel ex consuetudine.*

3 *Bulla Sixti V. prohibens dictas caualcatas procedit tantummodo in tribus interdictis adipiscenda, retinenda, & recuperanda.*

4 *Coadunatio hominum seu armata non sequuto aliquo delicto, & si non fuerit ad malum finem facta non punitur pœna dictæ bullæ.*

5 *Bulla Sixti V. non procedit pro recuperanda adipiscenda, vel retinenda aliqua re mobili.*

86 1 Amplia in facientib. armatas, vel caualcatas non solum contra Principem, vel eius statum, sed contra alios ex alia causa, vt imponatur pœna capitis, & confiscationis bonorum, & incidant in crimine lęsæ Maiestatis per bullas summorum Pontificum incipiendo à Paulo II. constit. 5. Confirmata à Clemente VII. constit. 6. & cōfirmata à Pio IIII. Pio V. Gregorio XIII. & à Sixto V. constit. 8. vt etiam animaduertit Farinac. in tit. de crim. lęsæ Maiest q. 113. in spec. 4. nu. 122 & 130.

2 1 Subamplia, vt procedat bulla præfata etiam si huiusmodi congregationes, & conuentus hominum armatorum fierent ex quacumque vrgentissima causa, & ex consuetudine, & sic etiam ad bonum finem preterquam pro persequendo bannitos, & malefactores actu infestantes territoria, & Castra status Ecclesiastici, vt aperte in ea legitur, & animaduertit Farinac. in d q. 113. insp. 4. n. 160.

3 1 Limita, & intellige, vt bulla præfata tantummodo procedat in collectione hominum armatorum facta causa adipiscendæ, retinendę, vel recuperandæ possessionis, vel ob finium controuersa, prout din ista intelligentia ad bullam tempore Clementis Papæ VIII. fuit discussa, & tandem per ipsum Pontificem partibus hinc inde auditis, fuit decisum, & resolutum, vt est videte inter cons. Farinac. cons. 65. vbi posuit informationes pro vtraq. parte, & quoddam votum sub nomine incerti auctoris pro ista intelligentia, & declaratione, & in fine illius habetur resolutio d. Pontificis.

4 2 Limita, & intellige, quid sit de rigore Iuris saltem de consuetudine, vt iste vniones, vel hominum congregationes armatorum alio malo non sequuto, & quando constat, quod non ad malum finem non puniuntur pœna statuti punientis similes vniones, & cętus hominum, vt in quodam decreto Mediolani p it Bald. & Alex. testatur Boss. in tit. de crim. lęsę Maiest. nu. 23. 24. & 29. & Farinac. in d. q. 113. inspect. 4. num. 174 vbi dicit esse menti tenendum, quia faciet magnum honorem in occurenti casu ad interpretationem d. bullę Sixti V. in ordine 8.

3 Limita, & intellige, vt eadem bulla non procedat in adipiscenda, recuperanda, vel tenenda possessione rerum mobilium, vt habetur in d. cons. 65. incerti auctoris, sub nu. 66. vsque ad finem consilij licet Farinac. in eodem cons. 65. num. 51. prius tueretur contrarium.

4 4 Limita, & intellige, vt bulla præfata, & eius pœna non procedat in trib. casibus ibi expressis. Primo contra latrones, grassatores, & bannitos. Secundo in auxilium curię, & ministrorum Iustitię, & tertio ad propugnanda, & tuenda loca maritima, vt considerauit Farinac. d. cons. 65. nu. 48. & seq. & sub n. 58. & seqq. habetur, quod huiusmodi hominum cętus armatorum fieri potest in perniciem malefactorum, & ad excusandum à pœna dictę bullę sufficeret, quod homines coadunati haberint ali quam Iustam, vel coloratam causam, ita se coadunandi.

87.

Ampliatio Decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Offendens curiales occasione litis per bullam Alexandri vi. Incidit in crimen læsæ maiest.*

2 Bul-

2 *Bulla Alexandrina verificatur etiam in offendentibus Procuratores, & alios extra curiam occasione litis pendentis in curia.*
3 *Bulla Alexandrina hodie obseruatur in toto statu Ecclesiastico.*
4 *Bulla Alexandrina, vt locus sit quae requirantur, num. 5.*

87 AMplia in offendentibus in hac curia Romana cum mutilatione membri aduersarios suos in aliqua causa inter eos vertente, eorúmque Aduocatos, Procuratores, Auditores, testes, Notarios, & alios Iudices quoscumque, & causam prosequentes, quia vltra amissionem causę, & pœnam vltimi supplicij bona eorum confiscantur, & incidunt in crimen lęsę Maiestatis, & à cunctis perpetuo diffidati sunt, vt habemus per bulla Alexãdri VI. Cõstit. 6. in prima parte bullarij.

1 Subamplia, vt dispositio d. bullę Alexandrinę 2 procedat in his, qui procuratorem testem, vel Iudicem, etiam extra curiam interfecerit, vel vulnerauerit occasione litis in curia vertentis, vt habemus per Put. decis. 104. lib. 1.

2 Subamplia, vt dispositio dictę bullę licet pręte- 3 deretur localis, in curia tamen per bannimenta generalia totius status Ecclesiastici, sub nu. 54. est extensa ad totum statum Ecclesiasticum.

1 Limita, & intellige, vt dispositio dictę bullę 4 procedat, requiritur, quod offensio sequatur ex eadem causa litis, secus si ex alia causa, vt tenuit Rota Romana teste Put. in decis. 103. lib. 1. sed si appareat de aliqua alia causa, pręsumeretur offensio ex dicta noua causa, & non ex causa litis, secus si non constaret de aliqua alia causa, vt per Put. in decis. 102. & decis. 103. libro primo.

2 Limita, & intellige ad hoc, vt dicta bulla Ale- 5 xandrina locum habeat, tria copulatiue requiruntur; Primo quod in offensione, seu minis, & ingiurgijs dolus interueniat. Secundo, quod offensio processerit ex causa litis. Tertio, quod ex parte offensę nulla interuenerit prouocatio, & vno ex dd. requisitis deficiente Alexandrinæ bullæ locum non esse tenuit Rota coram Illustrissimo Domino Blanchetto, tunc Auditore Rotę, & modo Cardinali amplissimo Domino meo die 10. Nouembris 1581. cuius tenorem retulit Farinac. in consi. 67. & ipse consulendo ibi, eamdem decisionem sequutus fuit.

88.

Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Archibusetti delatio punitur pœna criminis lęsę Maiest. per bullas Pij iiij. & Pij V.*
2 *Pugionis vel aliorum armorum delatio si sit breuioris mensurę punitur eadem pœna. Quod Seruetur de consuetudine.*
3 *Bulla Pij iiij & Pij V. amplectũtur etiã officiales*
4 *Licentia deferendi ista arma breuioris mensurę a nemine concedi potest.*
5 *Bulla Pij IIII. & V. comprahẽdit etiã Barones.*
6 *Pro delatione dictorum armorum prohibitorum potest procedit etiã ex officio. Quod seruetur n. 7.*
8 *Archibusetta, & alia armorum genera an possint in itinere deferri.*
9 *Arma de Iure cõmuni an possint deferri in itinere.*
10 *Archibusetta nec etiam possunt detineri, & vendi.*
11 *Licentia Archibusetti potest concedi per generalem Ecclesię.*
12 *Idem per Nepotes summi Pontificis.*
13 *Pugionis delatio non seruatur, vt puniatur pœna vltimi Supplicij licet Perusia aliter fuerit obseruatum nume. 14.*
15 *Qualitas Archibusetti prohibiti minoris duorum palmorum de canna debet per fiscum concludenter probari.*
16 *Testes deponentes super parua mensura Archibusetti per dictionem circa non probant. Item si dicerent tormentum erat breue vel prohibitum numer. 17.*
18 *Archibusettum retinens imperfectum, & inutile non punitur pœna dictarum bullarum.*
19 *Feudatarius retinens in eius Castro Archibusetta si extaret consuetudo retinendi excusatur.*
21 *Arma prohibita deferens ob iniuriam sibi factam excusatur etiam si talia arma prohibito non fuissent necessaria.*
22 *Forẽses portãtes arma prohibita quãdo puniãtur.*

88 AMplia in delatione Archibusetti minoris 1 mensurę duorum palmorũ de canna archibusij, vt sit imposita per bullam Pij IIII. constit. 65. in 1. part. bullar. & Pij V. constit. 15 1. part. 2. pœna criminis lęsę Maiestatis, & rebellionis, & per delatione paruę balistę, & archetti ad sunt in vrbe bannimenta emanata de anno 1591. capitulo decimotertio, per quę imponitur pœna vitæ, & confiscationis bonorum, & de alijs armis breuio- 2 ribus, quæ occultè deferri solent, vt sunt pugiones, & cultelli cum cuspi de maiores vno palmo, & minores tribus palmis, etiam imponitur per dictam bullam Pij Quinti, pœna criminis lęsæ Maiestatis. & rebellionis quę bulla est deducta per bannimẽta generali ostatus Ecclesiastici de ãno 1599. capit. trigesimo, vt etiam refert Farinac. in titu. de var. ac diuers. crim. quęst. 108. num. 51.

1 Subamplia, vt tales constitutiones amplectan- 3 tur etiam officiales, & exequutores Iustitię quibus ex prohibita delatio istorum armorum sub eisdem pœnis, vt etiam animaduertit Farinac. in d. quæst. 108. numero 104. qui licet dicat, quod male seruẽtur, tamen sub Iustissimo Pontificatu S. D. N. Pauli Quinti, benè dd. bullę obseruantur, etiam per officiales, quę prohibitio in officialibus magis tenet subditos ad se abstinendum à delatione dictorum armorum, sed Bertazzol. consil. 138. numero secundo, volumine primo, post alios quos allegat consuluit ad fauorem cuiusdam officialis retinentis archibusetta prohibita.

2 Subamplia, vt in statu Ecclesiastico nullus officialis vel Gubernator, nec etiam legatus de latere possit concedere licentiam pro delatione dictorum

rum breuioris mensuræ tribus palmis, vt aperte legitur in illis bullis Pij IIII. & Pij V. Farina. d. q. 108. num. 123. vbi testatur procedere solum in archibusetto secus in alijs armis de consuetudine.

2 Subamplia, vt procedat etiam dispositio dd. 5 bullarum in Baronibus status Ecclesiastici, vt neque ipsi, neque eorum vassalli de ipsorum licentia in eorum terris, & Castris possint deferre dd. armorum genus prohibitum, vt tenuit in quodam suo voto Farinac. posito in d. q. 108. num 58. seqq. licet aliquando per dd. Barones, & eius subditos male seruetur, & in hoc errent Barones in concedendo licentias subditis deferendi dd. arma prohibita, & ego heri scripsi ad fauorem cuiusd. Scipionis Florentilli processati de tale delatione pugionis sub clipeo licentiæ officialis loci.

4 Subamplia istam 88. ampliationem, vt in ista 6 materia delationis armorum breuioris mensuræ possit procedi etiam ex officio per Iudicem, & nemine querelante ac etiam si deferentes ea non fuerint deprehensi in flagranti, vt aperte legitur in dd. bullis Pij IIII. & Pij V. & dispositum etiã per bannimenta generalia status Ecclesiastici sub nu. 27. & animaduertit Farinac. in d. q. 108. num. 139. quicquid sit de ista quæstione, an possit procedi per inquisitionem vel requiratur quod fuerit deprehensus in flagranti quam latissime ponit Farinac. d. q. 188. num. 132. seqq & sub nu. 143. testatur quod vltra delationem Archibusetti pro alijs armis breuioris mensuræ numquam vidit procedere per inquisitionem cum qua obseruantia concordat Iul. Clar. q. 82. vers. statutum 6. vers 1. Vbi testatur de magis communi opinione, & seruata opinione à qua ipse putat nullo modo esse recedendum, cum quibus omnino sentio attenta d. generali consuetudine.

5 Subamplia, vt Archibusetta nec etiam possint 8 deferri itinerando cum per dd. bullas Pij IV. & V. expresse hoc sit prohibitum, & idem sit in archibugijs longioris mensuræ vigore bannimentorum vrbis totius status Ecclesiastici emanatorum de anno 1599. cap. 28. & etiam dicit Farinac. d. q. 108. num. 113.

Cum de Iure communi sit controuersia inter 9 Doct. an. in itinere liceat arma deferre de quo late scripsit Farinac. d. q. 108. nu. 105. cum suis ampliat, & limit.

6 Subamplia, vt in Archibusettis paruæ mensu-10 ræ non solum deferens illa sed etiam detinens puniatur dd. pœnis expressis in dd. bullis, vt clare legitur in eis, & quod non possint per aliquem vendi Farinac. q. 108. num. 37. & ego ita obseruaui in facto quia condemnaui quemdam pictorem insignem in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.

1 Limita, & intellige in Excellentissimo, & Illustrissimo Generali armorum status Ecclesiastici Ductore, qui in vim suarum facultatum, habet 11 facultatem concedendi licentiam deferendi dd. arma prohibita, & etiam archibusetta paruæ mensuræ, vt legitur inter cõsilia Farinac. consi. 85. vbi late, qui scripsit in causa propria, & ibi discutitur an licentia impartita de armis prohibitis compræ-12 hendat Archibusettum, & in q. 108. num. 123. dicit idem procedere in nepotibus Summi Pontificis, qui possunt talem licentiam concedere, & quod ita obseruatur.

2 Limita in delatione pugionis prohibiti, & alio-13 rum armorum breuiorum exceptis stilletis, non seruetur dispositio dd. bullarum, sed bannimenta vrbis per quæ imponitur pœna trium ictuum funis, vel triremium per quinquennium, imo in practica pro simplici delatione pugionis rarissime imponitur pœna triremium nisi constaret, quod illũ deferens haberet animum committendi aliquod delictum, sed Honded. in consi 93 n. 28. in fin. vol. 14 2. refert, quod Perusiæ pro sola delatione pugionis quidam fuit suspensus.

2 Limita, & intellige vt locus sit pœnæ delatio-15 nis paruorum archibusiorum, necesse sit, vt pro parte fisci fuerit concludenter probata per legitimas probationes paruitas mensuræ à bullis requisita, quod talia archibusetta sint minora duorum 16 palmorum de canna ipsius Archibusij, vt in terminis dixit Bertaz. cons 461. num 10. lib. 1. & ob id testes non legitime probarent, si deponerent super d. parua mensura per dictionem circa Bursat. cons. 331. num. 28. in fin & seqq. lib. 3. nec si dicerent vi-17 disse aliquem deferre tormentum breue, vel tormenticula breuia, & prohibita, vt per Bursat. in d. cons. 331. nume. 84 in fin & Farinac. in d. quest. 108. numero 53 & seqq tit. de var. ac diuers. crimin. quod nota, qnia habui in facto pluries, & iudicando, & consulendo.

3 Limita in retinente penes se sclopum paruæ 18 mensuræ imperfectum, & inutile vt talis retentio non sit punibilis. Bolognet. cons. 25. numero 15. seqq. Bertaz. consil. 74 per totum, & ibi Add. in littera C. lib. primo, quos allegat, & sequitur Farinac. in d. q. 108 num. 86. & vltra supradd. late prius tenuit hanc opinionem Ias. consi 46. nume. 4. circa fin. versic: primo, quia, vol. 3. & ita de anno 1604. de mense Februarij per acta Decij cambij pro charitate Notarij tempore D. Cardinalis Tabernæ tũc vrbis Gubernatoris, ita obtinui pro quodam Simone Gasparino copista in cuius domo, fuit reperta quædam canna archibusetti paruæ mensuræ, & quia erat imperfecta, & penitus inutilis fuit absolutus, & ideo male dubitat de hac opinione Baiard. ad Clar. in q. 83. num. 79. vbi dicit se dubitare, an hoc in practica obtineretur.

4 Limita si extaret cõsuetudo, quod fœudatarius 19 in eius Castro, vel Iurisdictione esset solitus ibi archibusetta retinere illum excusaret a pœna constitutionum, vt late consuluit Honded. cons. 88. nume. 34. & seqq. vol. 2.

5 Limita in deferentibus arma prohibita volen-20 tibus se defendere ab iniuria, vel insultu, sibi facto non comprehendantur in pœnalibus prohibitionibus late Petr. Cabal. in tract. crim. cas. 62. per totũ, & cas. 88. nu. 8. sub d. cas. 62. nu. 5. dicit hoc procedere etiam si talia arma non essent necessaria pro 21 defensione, & ita ego mensibus elapsis scripsi ad fauo-

fauorem quorundam de Mutina, qui, vt audiui, deinde fuerunt à carceribus relexati ab illo Iuitissimo Duce Mutinæ.

6 Limita in forensibus deferentib, arma prohibita, qui excusantur à pœna bannimentorum, & maxime si deferrent arma ligata, de qua limitatione late vide per Farinac. in d. q. 108. numer. 105. cum pluribus seqq.

89.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Duellum punitur pœna rebellionis, & criminis læsæ Maiestatis, ac confiscationis bonorum per bullas summorum Pontificum.*

2 *Patrini interuenientes duello puniuntur eadem pœna.*

3 *Barones, & alij habentes Castra, & Iurisdictiones permittentes duellum in eorum locis vltra pœnas supradictas amittunt feuda.*

4 *Auxilium, fauorem præstantes duellantibus vel se quoquo modo gerentes in duellibus vigore bullarum incidunt in eadem pœna.*

4 *Duellum est prohibitum per bullam Pij iiij. Gregorij xiij. Concilij Tridentini, & Clementis viij. & quæ persona comprehendantur in dd. pœnis late.*

6 *Duellum, vt puniatur dd. pœnis a bullis inflictis requiritur, vt fiat praecedente tractatu, & deliberatione, secus si in pura rixa ad duellum oriezzantes se inuitent.*

89 AMplia in commitentibus singulare certamen, quod duellum appellatur, vt per illud 1 incurratur in pœnam criminis læsæ Maiestatis seditionis, & rebellionis, vt per multos Pontifices fuit sancitum, & præcipuè per Pium IIII. constitur. 13. p. 2. bullarij, de qua bulla, & de alijs priori loco editis late scripsit Hieron. Gabriel. cons. 178. n. 15. & 27. vol. 2 ac superuenit deinde constit. Gregorij XIII. 82. in secunda parte bullarij, & nouissime etiam constitutio Clementis VIII sub datum Romę 1592. Kal. Septembris, per quam expresse imponitur ipsis duellantibus, vltra pęnam excommunicationis pęna in specie confiscationis, versi. qui vero pugnam commiserit.

1 Subamplia, vt huiusmodi pęna confiscationis 2 bonorum etiam eorum patrini plectantur, vt etiã legitur in d. Bulla Clementis VIII. vers. & qui eorum patrini vocantur.

2 Subamplia, vt per d. Bullam Pij IIII. sub vers. 3 eum autem sicut nobis Barones, & alij Domicelli qui in eorum Castris, & iurisdictionibus concedunt huiusmodi duellum puniantur in pœnam criminis lęsæ maiestatis seditionis, rebellionis & confiscationis, ac priuationis statuum, ac dominiorũ feudorum, & Vicariatorum ac illorum bonorum suorum, ac depositionis illorum ipso Iure.

3 Subamplia, vt vigore eiusdem Bullæ Pij IIII. eadem pęna puniantur, qui prestant duello auxilium, consilium fauorem illis pugnantibus assistunt 4 presentes existunt cartas desuper scribentes, aut publicantes, seu de illis se intromittentes quas pęnas in supradictis casib confirmatunt Gregorij XIII. in d. constit 82. & Clmens VIII in d. vltima constitut. vt in eis ad litteram legitur confirmando etiam pænas a Sacro Concilio Tridentino inflictas Sess. 25 cap 19.

Sed difficultas consistit quando dicatur commissum duellum ad effectum incurrendi in dd. pę5 nas excommunicationis, confiscationis, & priuationis feudorum, & breuiter dicitur, quod si inspiciamus d Bullam Pij IIII. plura requisita requirebantur nempe primo campus tutus, seu locus ad duellandum, secundo quod spectacula cruenta admissa fuerint, tertio quod Domini temporales adiuuare homines non vereantur, quarto quod interueuerint astantes comitiuam præstantes, cartas certaminis, seu duelli subscribentes, vel affigentes, & publicantes ac alia de quib' in dict. constit Pij IIII.

Si vero inspiciamus extrauagantem Gregorij XIII. per quam confirmauit pęnas inflictas a Cõcilio Tridentino, sufficit, quod duellum fiat in loco priuato, & non tuto sine patronis, socijsque ad id vocatis, & sine prouocatorijs litteris, & cartellis, ac etiam si duellantes duellum, seu pugnam non perfecerint si per ipsos non steterit, quo minus d. duellum, seu pugna perfecta fuerit.

Si vero inspiciamus vltimam Extrauagantem Clementis VIII, confirmauit supradictas constitutiones Pij III. & Gregorij XIII. ac Concilium Tridentinum extendit, & declarauit dictas constitutiones locum habere vbique gentium, & terrarum inter quascumque personas etiam armatas, & in castris, seu propugnaculis militantes etiam, vbi catholicę fidei hostium furor impune grassatur, vel in dominijs per eos occupatis, & emptis ac si in publico, & forsan iusto bello indicto aliquis miles, alterum in aduersariorum, exercitum militantem priuatas simultantes, atque inimicitias publicæ causæ intermiscendo, etiam Ducium permissu ex condito ad singulare certamen deueniant.

Nec non eisdem pęnis eos teneri voluit, inter quos pactiones initæ sint de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus idust numerus vtrimque illatus fuerit.

Vel si conuenerit, vt non singuli cum singulis, sed bini terni aut plures hinc inde pugnent.

Nec non prohibuit ibi Summus Pontifex, sub eisdem pœnis omnia, & singula cuiusuis generis scripta, manifestaque fides appellata, etiam sine expressa prouocatione ad certamen, sed tanquam preparatoria ad duellum.

Et qui per epistolas, seu libellum aut publicam attestationem intimationem, documenta, authentica, Chirographum, subscriptiones, relationes sub pretextu proprij, vel alicuius honoris, famę, more militari, vt dicitur cauaiarisco tuendi, aut lędendi, vel propulsandi probationem contumeliæ, vel iniuriæ

iniuriæ eadem pæna puniri iussit.

Nec non eisdem pœnis teneri, voluit omnes quascumque scripturas publicas, vel priuatas scribentes, exempla dictantes, componentes, mittentes, deferentes, diuulgantes, affligentes. Typis imprimentes subscribentes intimantes, & etiã verba denuntiantes, & auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, seu suadentes, aut mandantes, vel quo quomodo se immiscentes, etiam sine pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec accessus aut actus ad pugnam proximus neque expressa, & aperta prouocatio subsecuta fuerit, neque scriptiones prædictæ, quę manifestæ dicuntur in publicum prodierint aut cuicumque intimatæ extiterint si per eos non steterit, quo minus publicatio, aut denunciatio fieret.

1 Limita, & intellige supradictas omnes con-6 stitutiones bullas, & extrauagantes summorum Pontificum, ac Concilium Tridentinum procedere, si præmeditatè, & præcedente tractatu, ac matura deliberatione ad pugnam ad singulare certamen, & ad duellum peruenerint, secus si in pura rixa, & calore iracundiæ vnus alterum ad pugnam, seu duellum diffidit, & inuitat per ea quæ tradunt Io. de Ligna in tract. de duell. in princip. vers. circa primum num. 1. Iacob de Castil. de duel. in princ. num. 4. vers. duellum est pugna. Plot. in terminis cuiusdam decreti Caroli V. similis dd. cõstitutionibus Apostolicis in tract. de in litem Iurando §. 42. num. 3. & 4. post istos Farinac. in cons. 9. num. 35. vbi late, & restatur ita pluries in facto obtinuisse referens casus particulares, in quibus in facto obtinuit, & in terminis Concilij Trident. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 11. per totam, & præcipuè sub num. 10. & 11. Baiard. ad Iul. Clar in qu. 60. num. 66. & ego annis præteritis idem obtinui in sacra Consulta, vbi maturè omnes causæ criminales discutiuntur in vna Maceraten. ad furorem cuiusdam de Pellicanis.

90.

Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 Confiscatio bonorum, per bannimenta vltimo loco emanata in statu Ecclesiastico in multis casibus imponitur narratis. seqq.

90 Amplia, vt in statu Ecclesiastico, per bannimenta generalia emanata tempore Papæ Clementis VIII. vbi fuerunt publicata in mul-1 tis casibus imponitur bonorum confiscatio, & præcipuè si quis per vim ingressus fuerit domum alicuius mulieris honestę, ad effectum illam carnaliter cognoscendi, vt puniatur in pęnam confiscationis bonorum, si vero fuerit mulier inhonesta in pęnam confiscationis medietatis bonorum, vt est videre sub num. 5. & 6.

Item si quis exonerauerit sclopum aduersus all-2 quem, sequuta offensione, puniatur, exonerans in pęnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, & si non fuerit sequuta offensio aliqua, & quamuis sclopum non fuerit exhoneratum ob defectum, ignis adhuc ille puniatur in confiscationem bonorum, & ad triremes per quinquennium, vt est videre sub num. 29.

Item facientes vindictas trasuersales incidant 3 in pœnam rebellionis confiscationis bonorum, & vltimi supplicij per Bullas Clementis VII. & Pij IV. enunciatas in dd bannimentis sub num. 44.

Item si quis tam de die quam de nocte sub no-4 mine curię accesserit ad domum alterius, & sequatur latrocinium, roberia, insultus, violentia, aut aliquis malus effectus, puniatur in pœnam carcerum, & confiscationis bonorum sub nu. 49.

Item si quis offenderit Antianos Conseruato-5 res Ciuitatum, vel locorum principalium. puniatur in confiscationem bonorum, siue offensa fuerit cum armis, siue fuerit sine armis sub nu. 52.

Item si quis offenderit officiales, & alios ministros Iustitiæ incidat in crimen rebellionis sub numer. 55.

Item si quis cuserit, vel cudi fecerit monetam aureum, vel argenteam puniatur in pœnam confiscationis, num. 71.

91.

Ampliatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 Libellum famosum conficiens, & scribens, ac retinens, & non lacerans nec non scribens litteras monitorium vulgo appellatas lettere de ausi puniuntur in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum. vigore bullæ Pij V.

2 Amplia, vt eadem pœna puniatur etiam si vera scripserit.

3 Amplia, vt procedat in eo, qui solum composuerit dictauerit exemplauerit retinuerit, & non lacerauerit.

4 Bulla Pij V. in ista materia libelli est in viridi obseruantia.

91 Amplia contra conficientem, vel componentem famosum libellum, & scribentes 1 libellos famosos, seu litteras monitorium vulgo appellatur lettere de auisi: continentes, conuicia, iniurias, vel famę. & honoris alicui s læsionem puniantur in pœnam vltimi supplicij confiscationis bonorum, secundum qualitatem facti, & personarum arbitrio Pontificis, vt aperte legitur in bulla Pij V. constitut. 145. emanata contra scribentes, & dictantes, quæ bulla est etiam per dd. bannimenta status Ecclesiastici denuntiata, sub num. 39 cuius vigore in primo anno Pontificatus Pauli Quinti, S D. N. fuit decapitatus vna cum confiscatione bonorum Io. Baptista Picinardus Cremonensis ob malos versus, & malas cantilenas compilatas contra Clementem VIII. prædefunctum, & nonnullos Cardinales de qua bulla mentionem

tionem facit Baiard. in q. 68. num. 63. & etiam de alia Gregorij XIII.

1 Subamplia, vt bullæ præfatæ dispositio procedat etiam si quis in libello famoso vera scripserit, vt est videre in d. bulla, & animaduertit Farinac. cons. 30. num. 103.

2 Subamplia, vt procedat etiam contra illum qui solum composuerit dictauerit, scripserit, exemplauerit, retinuerit, non lacerauerit, vt aperte in ea legitur, & animaduertit Farinac. in dict. cons. 30. num. 110. in fin.

3 Subamplia, vt dispositio dictæ bullæ sit in viridi obseruantia, & in diuersis casibus occursis, ita fuerit decisum, quos refert Farinac. in d. cons. 30. num. 109. licet sub eodem cons. per August. Lazar. sub num. 57. contrarium attestetur, & ibi referant vnum casum in quo quis tantummodo fuit condemnatus in exilium.

92.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

S V M M A R I V M.

1 *Offendens habentem saluum conductum incidit in crimen læsæ Maiest. Declara, num. 2.*

92 Amplia, vt offendens eum, qui à Principe habet saluumconductum incurrat in crimen læsæ Maiest. l. 1. & ibi glos. in verb. securitatem, & Bar. num. 6. ff. ad l. Iul. Maiest. Boer decis. 179. nu. 3. Gig. lib. 1. tit. qualiter, & à quib. crim. læsæ Maiest. commit. quæst. 18. num. 1. seq. qu. 33 in princ. Farinac. in q. 29. num. 12. tom. 1. vbi concordantes allegat, & testatur de com. qui tamen sub num. 19. 2 videtur restringere huiusmodi ampliationem in offendente assicuratum in offensionem Principis.

93.

Ampliatio, decimatertia Conclusionis.

S V M M A R I V M.

1 *Violatores pacis, puniuntur in pœnam confiscationis.*

2 *Amplia in violatoribus pacis publicæ. Declara num. 3.*

4 *Amplia vigore constitutionis Marchiæ bannimētorum, & statutorum vrbis num. 5. 6.*

7 *Verbum datum alicui superiori frangens punitur pœna criminis læsæ Maiestatis.*

8 *Limita tribus modis, num. 9. & 10.*

93 Amplia in violatoribus pacis, qui puniuntur in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum c. 1. §. si quis vero de pac. iuram. firman. & in cap. 1. de pac. tenend. in vsib. feud. late Farinac. in q. 107. par. 1. art. 6. nu. 57. & seq.

2 Subamplia, vt procedat non solum in violatoribus pacis publicæ, vt puta inter duas Ciuitates, aut inter duo Castra prout videntur loqui dd. iura, sed etiam in violatoribus pacis initæ inter singulares personas, Bald. in d. cap. 1. nu. 1. de pac. tenen. Vulpel. in tract. de pac. quæst. 51. num. 2. Farinac. in d. quæst. 107 art. 6. num. 63. & seq. vbi subdit post alios, vt requiratur, quod fuerit pax iuramenta firmata Add. ad Farinac. cons. 36. in litt. A.

4 2 Subamplia, vigore constitutionis Marchiæ, lib. 4. cap. 76. & cap. 77. Farinac. d. q. 107. art. 6. nu. 65. vbi subdit, quod in cap. 76. disponit Egidiana constitutio, quę procedit in pacibus factis inter Ciuitates, & Castra, & Carpens. in d. cap. 77. extendit ad paces priuatas, quę Carpens. nō procedit nisi in Prouincia Marchię, per Bullam Pauli III.

1 Limita, vt d. constitutio Carpens. procedat in pacibus factis per Prætorem, vel cum illius auctoritate late d. Farinac. in dicta quęst. 107. num. 67.

5 3 Subamplia in statu Ecclesiastico per bannimēta generalia emanata de anno 1599. c. 42. quia subintrat pœna confiscationis etiam si pax non fuerit facta cum auctoritate Prætoris, vel personæ publicę, vt annuit etiam Farinac. in d. q. 107. n. 68. 69.

6 4 Subamplia hic in Vrbe, per bannimenta emanata de anno 1591. cap. 45. & per statutum vrbis libr. 2. cap. 25. vt etiam annuit Farinac. in d. quęst. 107. nu. 70. 71.

7 5 Subamplia in frangente verbum datum alicuius superiori, de non offendendo aliquem, vt ipse incurrat in crim. læsę Maiestaris Gerard. Mazzol. consi. 68. nu. 11. vbi alios allegat.

8 1 Limita quando adesset noua causa, quia offendens excusabitur. Mazzol d. cons. 2. n. 1. 2. 13. & seq.

9 2 Limita si d. verbum datum non peruenerit ad notitiam offendentis Mazzol. d. consi. 28. nu. 27. vbi subdit, quod scientia debet articulari, & probari.

10 3 Limita si fuerit datum superiori recognoscenti alium superiorem. Mazzol. d. consi 68. num. 26. & ego in facto liberaui quendam Capitaneum, qui fregerat verbum datum tempore Clementis VIII. D Cardinali Aldobrandino, & solum fuit punitus in pœnam pecuniaria, & exilij.

1. Limitatio, decimatertia Conclusionis.

S V M M A R I V M.

1 *Confiscationi vt locus sit imprimis requiritur, vt constet de delinquente.*

2 *Imperatori, vel cuicumque Principe non creditur aliquem fuisse delinquentem, vt intret confiscatio bonorum.*

3 *Statutum non valet, vt credatur Principi aliquē sibi subditum, vel non subditum esse delinquentem ad effectum confiscandi.*

4 *Confiscatione vt locus sit requiritur, vt constet de delicto per veras probationes, vt noceat filijs, & agnatis nec sententia contumacialis sufficit. nu. 5. quando procedat vide nu. 6.*

1 Primo Limita & intellige, vt in primis, & ante omnia requiratur imputatum de crimine, illud commisisse constet, etiam si confiscatio

fieri deberet ex aliqua particulari constitutione, si fiscus velit inuadere bona confiscata vigore alicuius condemnationis, Bart. in l si quando num. 3. vers. ex hoc appareat, C. vnde vi. Plot. in repet. d. l. si quando num. 759 vers. statuto Text. in cons. 410. num 6. & cons. 30. num. 2.

1 Amplia vt nec etiam Imperatori, & cuicunque
2 Principi assentienti aliquem commisisse delictum credatur, quando agitur de confiscatione, & præiudicio tertij. Gram. decis. 105. num 1. & seq Dec. d. cons. 410. col 2 vers. tertio principaliter. Rettau. Castal. in tract. de Imperat. q. 98. Plot. in d. l. si quando, num. 762. vers. & quod plus est, & in d. cons. 30. nu. 4. vbi alios alleg. Carpan. in constit. Mediol. tit. de Iur. fisc. cap. Omnium, num. 73.

2 Amplia vt non valeat lex, statutum, decretum, nec constitutio, quibus sanctum fuerit credi Prin-
3 cipi aliquem sibi subditum, vel non subditum ad effectum bona confiscandi, esse sibi rebellem Felin. in cap. cum à nobis, num. 3. de testa n. Dec. in dict. cons. 410. colum. 2. vers. tertio principaliter Plot. in d. l. si quando num 762. vers. & quid plus est vbi latè, & in dicto cons. 30. num. 5.

3 Amplia quando de delicto constat per veras
4 probationes factas præsente reo criminis, & se defendente, secus autem si eo absente, & contumaciter processus fuisset formatus, & condemnatio sequuta cum publicatione bonorum, quia eius contumacia non noceret filijs, & alijs agnatis in iure eis quæsito. Boss. tit. de bon pub nu 55 seq Rolan. cons. 29. col. penul. num. 3 Pereg. lib. 5. art. 1. num. 22. vbi de commun. & veriori sententia late Carpan. in constit. Mediol. tit. de iure fisc §. Omnium, num 453 seq. qui Carpan. loquitur, quod ex contumacia sola Iudex si velit aliquem condemnare in confiscationem bonorũ, vt nõ possit vbi subdit.

Nisi tamen ex delicto bona veniant confiscan-
5 da, quia tunc sententia contumacialis operatur effectum suum, post Cassan. super consuet. Burg. rub 2. §. 1. num. 3. vers. quod non. Carpan. in d. cap. Omnium, num 454.

Quod admittunt etiam si fuissent contra absen-
6 tem examinati testes de illius crimine, & sequuta condemnatio, adhuc non noceret filijs, vt dicunt Boss. & Roland. in locis supra add. Pereg. in d. lib. 5. nu. 110. de hoc valde dubitat, & dicit apud eum esse valde periculosum, & restringit quando ex sola contumacia absens damnatur.

2. Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia publicationis bonorum, vt sustineatur requiritur, vt Iudex habeat facultatem super delinquente.*

2 *Sententia Iudicis laici, non tenet contra Clericum.*

1 Limita, & intellige, vt sustineatur sententia publicationis bonorum, exigatur, vt Iudex habeat facultatem super persona delinquentis, secus si non esset ei subiecta; vt si Iudex laicus condemnaret Clericum quamuis adesset constitutio pro delicto, per Clericum commisso, & imponeret confiscationem bonorum, adhuc bona non publicantur, Marsi. singul. 295. Abb. in cap. fin. de vi. & honest. Clericor Gram. decis. 29. Plot d. cons. 30. num. 8. vel si Iudex non haberet facultatem confiscandi erit ipso iure confiscatio nulla Peregr. lib. 5. numer. 28. de iure Fisc. late Farinac. quæst. 25. num. 2. & seqq. in prima parte.

3. Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Authentica bona damnatorum hodie adimit omnem confiscationem, & colligit iura antiqua præterquam in crimini læsæ Maiestatis, diuinæ, & humanæ.*

2 *Per iura antiqua, pro omnia delicto ex quo per quis ciuitatem, & libertatem, aut vitam ammittebat bona illius publicabantur, etiamsi in sententia, de bonis publicandis nihil expressum fuisset.*

3 *Iustinianus Imperator, tanquam clementissimus in totum dirimit confiscationem bonorum præterquam in illis duobus casibus.*

3 Limita, & intellige, vt hodie per d. Authent. bona damnatorum, C. de bon. proscript. sit
1 sublata omnis confiscatio bonorum, & sint iura antiqua penitus correcta, præterquam in duobus casibus læsæ Maiestatis, diuinæ, & humanæ in ea expressis Iul. Clar quæst. 78 num. 1. Farinac. quæst. 25 in prinic Bertaz cons. 82. & cons. 83. numer, 58. volum. 1. Latè Peregr in tractat. de priuileg. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 4. Petr Cabal. in quæstion. crimin. cas. 137. num. 8.

2 Quoniam ante dict. Auth. per iura antiqua pro omni delicto ex quo quis ciuitatem, vel libertatem, aut vitam ammittebat bona illius publicabantur, etiam si in sententia de bonis publicandis nihil expressisset, & nisi Iudex bona ipsi condemnato reseruasset, quod facere poterat, Corrad. in sua Praxi Crim. §. 3. tit. de publicat. bonor. num 2. in princip. & pro criminum conditione aliquando omnia bona publicabantur, aliquando certa bonorum quota, seu certa res, prout superius latè deduximus, & in vasto iuris corpore colligi-
3 tur, deinde superuenit Clementissimus Imperator Iustinianus magis priuatorum, quam fisci sui respiciens commoda per d. Authent. in totum dirimit confiscationem bonorum, præterquam in illis duobus casibus. latè Peregr. in d. lib. 5 tit. 1. cum pluribus seq.

Limi-

4. 5. & 6.
Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum imposita à lege expresse, vel in consequentia est pœnitus sublata de consuetudine totius mundi.*
2 *Quando expresse, vel in consequentiam de iure communi imponeretur confiscatio bonorum.*
3 *Confiscatio bonorum est sublata per dictam Authenticam bona damnatorum, tam in delicto publico, quam priuato.*
4 *Sententia confiscationis lata contra formam dictæ Authenticæ non valet.*
5 *Etiam si ab ea non fuerit appellatum.*
6 *Etiam si fuerit lata à Iudice habente amplum arbitrium, & constituto in suprema dignitate.*

4 Limita, vt per d. auth. de consuetudine totius mundi non solum corrigantur Iura antiqua, vbi confiscatio bonorum in consequentiam imponebatur, sed etiam vbi expresse à Iure vltra dictos duos casus fuerat imposita, nisi tamen per statuta, vel per consuetudinem aliter impositas, fuisset. Tob. Non. conf. 104. num. 7. & seq. Farinac. d. quæst. 25. num. 9. & seq. de comm. Peregr. d. lib. 5 num. 9. Petr. Cabal. d. cas. 137. num. 22. Honded. conf. 95. qui per torum orbem testatur communiter obseruari, sub num. 31. vol. 1.

2 Quando enim expresse, vel in consequentiam de Iure communi imponeretur bonorum confiscatio latè declarat Cephal. conf. 79. numer. 22. & seq. lib. 1. Bertaz. conf. 89. num. 65. volum. 1. Pereg. d. lib. 5. num. 1. & seqq.

5 Limita, vt d. Auth. tollat confiscationem bonorum, tam in delicto publico, quam priuato. Ign. in l. fin. §. si sibi manus, num. 108. de bon eor. quam opinionem communem dicit Suarez, recep. sentent. in verb. bonorum confiscatio, & sequitur Bertaz. d. conf. 83. num. 60. vers. & quod dicta Baiard. q. 78. num. 6. vers. Idem adde.

6 Limita, vt sententia confiscationis lata contra formam d. Auth. non valeat, tanquam lata contra sacras constitutiones, etiam si fuerit lata à Iudice habente amplum arbitrium, & constituto in suprema dignitate Tob. Non. d. cõs. 104. n. 3. seq. vbi testatur post Plot. quod ita Mediolani fuit decisum. Rol. conf. 98. n. 4. lib. 1. Farinac. d. q. 25. n. 34. & 5. Baiar. in d. q. 78. n. 11. Pereg. d. lib. 5. nu. 7.

7. 8. & 9.
Limitatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum, vel pœna dupli, vel quadrupli non datur nisi quis dolo malo deliquerit secus si lata culpa.*
2 *Confiscatio bonorum non intrat quando delinquens non potest puniri pœna ordinaria.*
3 *Confiscatio bonorum non intrat vbi pœna exilij imponitur.*
4 *Nisi à lege aliter expressum fuisset.*
5 *Nisi etiam de facto per sententiam bona adempta fuissent.*
6 *Nisi etiam pœna exilij esset perpetua.*

7 Limita, & intellige, vt nunquam intret confiscatio bonorum, vel pœna dupli, vel quadrupli, nisi quis deliquerit dolo malo, secus si culpa lata, quia tunc pœna mitior arbitraria imponi debet. Ias. in l. in actionibus, num. 26. vers. teneas intrepide, & num. 29. vers. vltimo adde, & ibi Dec. num. 20. versic. & ex eo, quod dictum est vbi de communi. Plot. in l. si quando, num. 766. versic. sic etiam leges omnes, C. vnde vi, & in consil 30. nu. 28. vbi late, & conf. 95. num. 22. qui etiam testatur de communi, Carpan. in d. titul. de Iur. fisc. capit. omnium. num. 71.

8 Limita etiam, vt confiscatio bonorum non intret, vbi delinquens non potest puniri pœna ordinaria delicti, sed alia extraordinaria puniendus erit, Bal. in l. vnica, num. 2. C. ne fine Iussu Princ. vbi firmat magistraliter, quod vigore cuiuscumq; arbitrij Index non imponit bonorum confiscationem, Plot. in d. conf. 95. num. 22. Put. in tract. de Sindic. in titul. de arbitr. cor. num. 13. Marf. in leg. quæstionis modum, num. 69. de quæst. Alexan. conf. 116. num. 12. lib. 2. Menoch. quæst. 93. num. 1. dict. lib. 1. Baiard. q. 68. num. 15. Carpan. in d. titul. de Iure fisc. cap. omnium. num. 84. 95.

9 Limita, quando pro delicto pœna exilij imponitur, vt bona non possit confiscari. Tex in l. relegatorum, §. ad tempus de Interd. & releg. Baiar. q. 67. n. 19 in prin. Pereg in d. lib 5. n. 3. in princ.

1 Sublimita, nisi lege expresse aliter cautum foret, vt in contrahente nuptias incestas. l. qui contra C. de Incest. nupt. §. incestas, Auth. & d. Pereg. d. lib. 5. num. 3. vers. nisi id lege.

2 Sublimita, nisi relegato bona per sententiam adempta fuissent, quia factum tamen teneret licet fieri non deberet, Pereg. in d. lib. 5. num. 3. vers vel si, quod tamen non admitto propter ea, quæ dixi supra in conclus. 12. num. 26.

3 Sublimita, quando fuisset relegatus in pœnam exilij perpetui, quia substinetur sententia publicationis bonorum, Pereg. d. lib 5. num. 3. vers. id tamen, Baiard. d. q. 67. num. 19 in fin.

10 & 11.
Limitatio decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Authentica bona damnatorum procedit quando Reus damnatur capitaliter, & moritur, secus si damnetur per contumaciam, contra num. 2.*
3 *Authentica bona damnatorum vbi correxit Iura antiqua bona deferuntur non solum ascendentibus, & descendentibus, sed etiam collateralibus.*

10 Limita, & intellige principaliter, vt d. Auth. bona damnatorum procedat quando Reus 1 damnatur capitaliter, & moritur, secus in eo, qui per contumaciam viuus damnatur in confiscatione bonorum, & contra eum, tanquam præsentem ad diffinitiuam sententiam proceditur, quia bona sibi confiscantur, & adimuntur, Martin. Laud. in tract. de Fisc. q. 5. Franc. Lucan. Parmen. in tract. de iure Fisc. tit. de publicat. bonor. num. 10. Baiard. q. 78. nu. 16. Peregr. d. lib. 5. in 9 vernc. verum vbi testatur: ita seruari in dominio Veneto.

2 Sed ista consuetudo non transit, sine difficultate; quia Salic. l. 1. num. 6. C. de req. reis, tenet contrarium, vt per d. auth. bona damnatorum tollatur etiam tit. de requir. reis, & Lancel. Corrad. in d. §. 3. tit. de public bonor. num. 12. dicit hoc etiam verius ea ratione: quia si d. authent. procedit in casu in quo verè quis in persona, & in bonis damnatur, quanto magis in quo fictè in bonis, & subdit, nec obstat, quod Bal. dicat, si hoc casu non haberet locum confiscatio, nulla bona Fisco applicarentur; quia non est vlterius quærendum, ex quo legislatori placuit non applicari Fisco, eamdem opinionem tuetur, latè Tob. Non. consl. 104. nu. 5. seq. vbi respondit quibusdam contrarijs.

11 Limita, vt in casibus in quibus d authen. cor- 3 rexit iura antiqua excluso Fisco bona deferantur non solum ascendentibus, & descendentibus. vsq; in quartum gradum, sed etiam collateralibus, Iul. Clar. qu. 78. num. 1. & ibi Baiard. num. 10. Farinac. d. q. 25. num. 6. vbi de communi Bertaz. consil. 82. num. 14. volum. 1.

12.

Limitatio. decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta ante commissum delictum valet, & excludit Fiscum.*
2 *Quod procedit in alienatione facta, tam in titulo lucratiuo, quam oneroso.*
3 *Et procedit in quocunque graui delicto, etiam Lesa Maiestatis.*
4 *Nisi fuerit particeps criminis.*
5 *Alienatio facta ante delictum commissum si constet de fraude verè, vel præsumptiuè licet teneat alienatio, tamen reuocatur per Fiscum.*
6 *Quod intellige quando ex delicto intrat confiscatio bonorum.*
7 *Alienatio facta ante delictum inspicitur an valeat, velne, an fuerit facta titulo reuocabili, vel non reuocabili.*
8 *Alienatio ante delictum, an valeat inspicitur, an bona vendita essent tradita.*

12 Limita, & intellige in alienatione facta ante commissum delictum, vt valeat, & ex- 1 cludat Fiscum in bonis alienatis Anton. Gomez. titul. de delict. cap. 14. numero quarto, Iulius Clarus, quæstion. 78. numer. 25. Peregr. dict. lib. 5. numer. 152. vbi ponit hoc pro regula Mazol consil. 48. num 31.

1 Amplia, vt procedat, tam in alienatione facta 2 ex lucratiuo, quam oneroso titulo, vt bona alienata non veniant in confiscatione Ant. Gomez. d. cap. 14. num 4. Peregr. d lib. 5. num. 152. vbi alios concordantes allegat. Carp. d. cap. omnium, num. 309. seq. videtur facere differentiam inter alienationem titulo lucratiuo, vel oneroso.

2 Amplia vt procedat in quocumque graui deli- 3 cto etiam læsæ Maiestatis Pereg. d. nu. 152. vers sine crimen, vbi etiam concordantes allegat.

Si autem emptor fuerit particeps criminis alie- 4 natio reuocetur per fiscum post alios. Carp. in d. c. Omnium, num. 310 & num. 794.

1 Sublimita, & intellige istam 12. limitationem 5 principalem, vt procedat quando alienatio non est facta in fraudem fisci, secus si appareret de fraude verè, vel præsumptiuè, quia licet teneat alienatio tamen postea reuocatur per fiscum. Anto. Gomez d. cap. 14. num. 4. circa princ. & versic. si vero talis Reus Iul. Clar. d. quæst. 78. nu. 15. vbi de communi. Pereg. d. lib. 5. num. 153 vbi de commun. & reprobat. Salic. in l. si quis post hac C. de bon proscript. contrarium tenentem Carpan. d. cap. omnium, num. 310. vbi alios alleg. & numer. 906. Lud. à Peguer. decis. 49. numer. 8. vbi late, & decis. 151. num 9. & seq.

Intellige tamen istam primam sublimitationem 6 quando ex dicto delicto intraret bonorum publicatio, & tunc alienatio per fiscum reuocatur, alias secus, vt post Castrens. declarat Pereg. d. nu. 153. Lud à Pegu. d. decis. 49 num. 8. in princ.

2 Sublimita, & intellige, & distingue aut aliena- 7 tio facta titulo reuocabili, aut titulo non reuocabili, in primo casu tres casus sunt considerandi. Primus erit in donatione causa mortis. Secundus in donatione inter coniuges. Tertius in donatione inter viuos reuocabili per superuenientiam liberorum. In secundo casu non reuocabili sunt consideranda quinque tempora, primum tempus est ante delictum commissum, secundum post commissum delictum ante tamen sententiam, tertium post accusationem ante tamen litis contestationem, quartum post accusationem, & litis contestationem ante sententiam, quintum post sententiam condemnatoriam de quibus omnibus, & singulis scribit Pereg. in d lib. 5. nu. 146. cum pluribus seq & in sequenti limit. dicemus.

3 Sublimita quando vendita, per delinquentem 8 ante delictum non essent tradita, quia illa veniunt in confiscatione bonorum restituto precio per fiscum Ang. de malefic. in verb. & eius bona, num. 20. Ioan. de Arn. solilog 88. Carpan. dict. cap. Omnium numer. 124. vbi alios concordantes allegat, & de materia istius duodecimæ limitat. dicam latissime in conclus. 30.

Limita-

13.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta post delictum commissum ante quærelam teneat.*
2 *Reus perdit bonorum administrationem ante sententiam.*
3 *Alienatio quandocumq; facta ante sententiã tenet.*
3 *Alienatio post delictum commissum tenet etiam in crimine lase Maiest.*
4 *Alienatio tenet post delictum commissum & etiam confiscatio fit ipso iure, si fiat pro causis necessarijs.*
5 *Datio insolutum facta per Reum valet etiam, vbi confiscatio ipso iure, limita duobus modis, numer.6.*
7 *Alienatio pro alimentis necessarijs tenet etiam si fieret post sententiam.*
8 *Alienatio pro defensionibus parandis tenet.*
9 *Permutatio facta bonorum post delictum commissum tenet. Idemque si res esset vendita, & precium æquipollens in bonis confiscatis inuentatur, num. 10.*
11 *Alienatio etiam post sententiam tenet vbi Reus promisisset instrumentum facere, & esset translatum dominium ante delictum.*
12 *Alienatio bona fide facta post delictum tenet.*
13 *Alienatio post delictum facta, titulo oneroso per Reum non est tuta, in foro conscientiæ, nisi in duobus casibus, nu.14.*
15 *Alienatio post delictum facta in fraudem fisci expresse, vel præsumptiuè reuocatur per fiscum.*
16 *Omnes coniecturæ, quæ inducunt fraudem alienationis ante delictum multo magis inducunt post delictum.*
17 *Manumissio liberorum, post delictum indistincte etiam bona fide fieri non potest.*
18 *Alienatio in casibus, in quibus fit ipso iure confiscatio reuocatur absque aliqua sententia.*
19 *In quibus casibus fiat confiscatio ipso iure, vel interdicatur bonorum administratio, nu. 20.*
21 *Alienatio in istis duobus casibus reuocatur etiam precio non restituto emptori, & etiam vbi delictum esset occultum, nu.22.*
23 *Nisi pretium reperietur in bonis delinquentis.*
24 *Fructus restituuntur in confiscatione quæ fit ipso iure a die commissi delicti nisi emptor fuerit in bona fide, nu.25.*
26 *Vendicat fiscus bona quocumque titulo alienata, sequuta sententia confiscatoria in casibus, pro quibus interdicitur Reo bonorum administratio.*
27 *Alienatio post delictum commissum ante accusationem, non valet vbi bona ipso iure publicantur.*
28 *Nisi fiat alienatio pro causa necessaria.*
29 *Alienatio post delictum commissum ante accusationem non valet, quocumque titulo facta sequuta sententia confiscatoria, quia fiscus dicta bona alienata vendicat etiam pretio restituto.*
30 *Reus post delictum commissum ante accusationem sicut non potest alienare ita nec etiam potest contrahere.*
31 *Nisi in alienationibus necessarijs.*
32 *Coloni, & Affictuarij bene soluunt, post delictum commissum ante accusationem.*
33 *Coloni confessio an sufficiat, vel requiratur probatio de vera numeratione.*
34 *Alienatio fact: ante accusationem dotis tenet.*
35 *Alienatio ante accusationem tenet, vbi bonorum administratio Reo nõ intelligitur distingue, n 36.*
37 *Alienatio post accusationem factam, ante litem contestatam an valeat.*
38 *Alienatio post litem contestatam ante sententiam valet, quan'o bonorum administratio non interdicitur. Declara vt in nu. 39.*
40 *Alienatio bona fide facta non in diminutionem patrimonij valet.*
41 *Alienatio non valet, quando Reus se constituit in carceribus, quia videtur sibi interdicta administratio bonorum, nu. 42.*
43 *Alienatio post sententiam a qua non fuit appellatum non valet, quod si fuerit appellatum valet.*
44 *Alienatio facta in tertium, vt reuocetur, sufficit sententia lata contra absentem ex forma statuti.*
45 *Sententia suspensa per appellationem non operatur vt alienatio non teneat, sed vt reuocari possit per officium Iudicis.*
46 *Condemnatus, si moriatur infra tempus ad appellandum, hæres potest appellare, & prosequi appellationem.*
47 *Condemnatus si moriatur post appellationem, alienatio tenet.*
48 *Alienatio facta post sententiam, reuocatur per officium Iudicis, facta autem ante sententiam iure actionis per iudicium ordinarium.*

13 1 Limita principaliter in alienatione facta post commissum delictum, quia reguleriter illa tenet ante institutam accusationem Ant.Gom.tit. de delict. cap. 14. nu. 4. vers.si vero talis.Corrad. d.§. 3. tit.de public.bon.numer.14.Iul Clar.q.78. vers.cæterum,Carpan in d.cap Omnium, num.79. Pereg. lib 5.numer.151.vbi ponit hoc pro regula, & dicit procedere, siue fat in coniunctas, siue in alias personas; & se fundat in doctr.Bar.in l.si quis post, Cod. de bon. proscript. quam veram dicit. Mazol.cons.48 nu.32.

2 Quę regula est fundata in illa communi ratione, quia interim Reus non perdit bonorum administrationem, & interim fiscus nullum ius in bonis accusati prętendere potest ante sententiam, vt post Pich. in l si post contractum, numer.7. de donat firmat Carpan .in d. cap. Omnium, num. 194. in fin. & num. sequen.Lancellot. Corad.in §. 3. de public bon.num. 14.in princ. Ant.Gomez.tit. de delict. c. 14.nu 4 vers.Item etiam.

3 Amplia istam communem regulam, vt procedat si fiat alienatio ante accusationem, siue post, siue lite contestata, siue non, ante tamen sententiam; vt per Doct. in d.l.post contractum,& pracipue Pich. nu. 83. & Alciat.,num.8.Gomez.d.c.14. nu.4.

num.4.verf.sed extende. Iul. Clar.d.quæst 78.verf. & hæc omnia. Carpa . in d.cap. omnium,nu.796.

2 Amplia, vt in crimine læsæ Maiestatis alienatio teneat facta post delictum commissum. Peregr. in d.lib.5.num.152. Carp n.d.cap. Omnium, nu. 820. sed reuocatur per fiscum, Late Farinac. tit. de crim. læsæ Maiest.q 116 §.2.num.59. seq vbi ponit ampliationes.

3 Amplia, quod etiam vbi confiscatio fit ipso iure, vel administratio interdicitur Reo, possit post delictum commissum delinquens bona alienare, & alienatio teneat, quando fiat alienatio pro causis necessarijs. Anton. Gomez. d.cap.14.num. 4. versi, vnde pot. rit Pich.in d.l.post contractum, num.76.Boss. tit. debitor an delinquant, nu.1. vers. sed ipse Carpan. in d.cap.Omnium, num. 820. vbi subdit declarando tamen, vt per Ioan. Anibal in d.l post contractum, num. 263. cum pluribus sequen. Surd.de Alim.tit.8.priuileg.35.num 4.

4 Amplia vt etiam, vbi fit confiscatio ipso iure, vel est interdicta bonorum administratio delinquens potest dare in solutum creditori etiam post sententiam condemnatori. m, vel declaratoriam confiscationis. Pich.in d.l.post contractum, num. 88.Boss.in d tit.debitor an delinq. numero primo, versi. vnde etiam Clar.d.quæst.78.versic.scias etiã Carpan. d.cap Omnium, numero 820. in fine Quæ amplia tio duobus mo is limitatur primo, nisi pro modico pretio data fuisset res maioris valoris in solutum, quia quod esset vltra reuocaretur secundo, vbi delictum esset probatum aliter quam per confessionem Rei, quia tunc argueretur fraus, & datio in solutum præsumeretur simulata. vt post Boss. Pich. & alios firmat. Carpan. in d.c. Omnium, nu 822. seq.

5 Amplia vt ex causa necessaria reparationis, & conseruationis aliorum bonorum confiscatorum possit Reus bona alienare. Gomez. capit.14. nu. quarto, versi. item poterit. Carpan. dicto capit. Omnium numero 821. vbi subdit non procedere Mediolani, quia magistratus prouidet.

6 Amplia in alienatione pro aliméris necessarijs ipsius Rei Gomez.d.cap.24. numero tertio, vers. quod iterum limita, & numero quarto, vers iterum poterit, & post alios Carpan. in d.cap. omniũ, numero 826. seq. vbi subdit etiam si alienatio fieret post sententiam declarando tamen, vt per Pich. in d l.post contract.nu.89 seq. Surd. d.priuileg. 35.num.4.

7 Amplia in alienatione pro faciendis defensionibus, & pro parandis Aduocatis, & scripturis, vt Reus possit se defendere ab imputatione delicti de quo impingitur. Pich in d.leg.post contract. num. 71 & seq. Lud. à Peguer. decis. 151 numero duodecimo, versi. quod intelligendum, vbi alios allegat. Surd. d priuileg.35. numero 4 Carpan. dicto capit. Omnium, num. 228 sequen. vbi subdit post concordantes per eum adductos, & si alienatio fieret in causa appellationis, an alienatio pro dotanda filia diceretur ex causa necessaria. vide Carpan. in d.cap. Omnium, numero 831. seq.

8 Amplia in permutatione bona fide facta, vt teneat Carpan. in d. cap Omnium numero 833. vbi subdit idem esse si bona confiscata sint vendita, & precium, vel quid æquipolle s sit in bonis confiscatis, vt teneat venditio Iul. Clar. in d.q.78. sub vers contingit aliquando vbi testatur de communi, & ita fuisse iudicatum, vt refert Carpan. vbi supra, nu 834. vbi subdit hoc casu non posse possessorem rei permutatæ molestari vbi non colligeretur fraus, & nu 552

9 Amplia in alienatione etiam post sententiam vbi ante delictum Reus promisisset instrumentũ venditionis facere, & esset per eum translatum dominium ante delictum. Carpan. d.cap. Omnium, num.836. vbi concordantes allegat.

10 Amplia vbi post delictum bona fide ex pacto publico acquireretur puta si lata sit sententia absolutoria in fauorem Rei, quia licet esset deinde detectum delictum, alienationes medio tempore factæ tenent. Boss. de bon. pub. num.76. vers.2 Intellige vbi testatur ita fuisse iudicatum. Carpan. d. cap. Omnium, num.612.837 853.

1 Sublimita quando alienatio fieret post delictũ commissum titulo oneroso quia illum delinquens cum bona conscientia facere non potest, cum possit fisco auocari absque precio licet posset alienare titulo gratuito, vt post Ant. Gomez. in d. cap. 14. num. 13 vers. ex his tenet Carpan. in d. c. p. Omnium, nu 800.

In duobus etiam casibus titulo oneroso alienatio sustinebitur post delictum facta. Primo pro alimentis necessarijs. Secundo quando delictum esset ita occultum, vt non posset probari, vt post Gomez. vbi supra firmat Carpan. in d. cap. Omnium num 801. sequent.

2 Sublimita quando post delictum alienatio esset facta in fraudem fisci expresse vel præsumptiue, quia a possessorib. alienatio reuocari posset, Pereg. d. lib. 5 num. 153. Carpan. d cap. Omnium. num. 803, vbi dicit, quod omnes coniecturæ quæ inducunt fraudem alienationis ante delictum multo magis post delictum Ludouic. à Peguer decis. 49 num. 8. & seq. decis. 151 nu. 9. & seq. dicam late in conclus. 30 per totum.

3 Sublimita in manumissione liberorum quia in distincte post delictum fieri non potest siue fiat bona fide siue non quia reuocari potest Pich in d.l. post contract. nu. 82 & sub num.94. dicit hoc casu non esse necessariam sententiam reuocatoriam declarando tamen, vt ibi per eum, vt refert, & sequitur Carpan. d. cap. Omnium num. 810 seq.

4 Sublimita in omnibus casibus in quibus confiscatio fit ipso Iure, vel ipso facto, vel si fiat Reo interdictio administrationis bonorum quia alienatio reuocatur absque aliqua sententia Pich. in d l. post contract nu.69 72. seq & ibi Alciat. num. 28. seq Boss. de bon. pub nu. 76. Gomez. in d.c.14. nu. 4 vers. prædicta tamen Iul. Clar. d.q.78. sub vers cæterum Carpan. d. cap Omnium. num 812. Pereg. lib. 5. num. 175. Corrad. in d. §.3. titu. de public. bon. nu. 14. vers. limita tamen & Carpan. in cap. omnium,

omnium, nume 904. Lud. à Peguer. in d. decis. 49. num 9. decis. 151. nu 11. Surd. de Alim. titul. 8. priuileg. 35. num. 1. & seqq.

Imo si bona delinq ētis vigore alicuius constitutionis debent deuastari, deuastantur etiam si delinquens illa vendiderit, vt post Brun. tradit Carpan. in d. cap. omnium, nu. 813.

Quinam sint casus in quibus ipso Iure, vel ipso facto bona publicentur, tradit Clar. in d. q 78 in princ. Pereg. lib 5. nu. 167. & seqq. Carpan. d. c. omnium, nu. 815. & dicam in conclus. 14.

Qui etiam sint casus in quibus interdicatur 19 Reo bonorum administratio ipso facto de iure communi sunt heresis, læsæ maiestatis, & sodomiæ; vt post Clar. exemplificat Carpan. in d. cap. om-20 nium, num. 815. & Pereg d. lib. 5 num. 175. exemplificat in crimine apostasiæ repetundarum, & in alijs criminibus de quibus in l. ex iudiciorum vbi glos. de accusat. & dicam in d. conclus. 14.

Et huiusmodi alienatio facta in istis casibus in 21 quibus confiscantur bona ipso iure, etiam si fiat absque aliqua fraude, reuocatur nullo restituto precio emptori Pich in d. l. post contract. num. 69. vers ex quo infero, & Boss de bon. pub num 76. in princ. Corrad. d. § 3. tit. de public. bon. nu. 14 vers 22 Nam tunc. Carpan. d. cap. omnium, num. 816 &. seq. vbi firmat procedere etiam si delictum esset occultum. Pereg. d. lib. 5. nume. 173. vbi alios allegat, & testatur de veriori. Surd. d. priuileg. 35. num. 1. in 23 fin. Nisi tamen precium reperietur in bonis delinquentis, vel esset versum ad vtilitatem bonorum. Boss d. tit. de bon. pub. num. 77. & tit de delict. an delinq num. 6. circa fin. vers. nec ad hoc somnians. Carpan. d. cap. omnium, num. 610. & nume. 819. Pereg. d lib. 5 nu 173. in fin.

Imo etiam fructus restituuntur fisco à die com-24 missi delicti in confiscatione, quæ fit ipso iure, vel ipso facto. Felin. in cap Rodulphus, num 70. extr. de rescript. & in cap de quarta, num. 37. extra de præscript. Peregr. d. lib. 5. num 174.

Nisi tamen emptor fuerit in bona fide, quia fa-25 ciet fructus suos. Peregr. d. lib. 5. sub nu. 174. & dicam infra limit. 15.

5 Sublimita, in omnibus casibus pro quibus cō-26 misso delicto Reo bonorum administratio interdicitur, fiscus vendicat quocunque titulo alienata fuerint, sequuta sententia confiscatoria, vt latè tradit Peregr. ind lib. 5. num. 175. Lud. à Peguer. d. decis. 151. num. 12. vers. idemque. Surd. d. priuil. 35. sub num. 2.

In secundo vero post delictum commissum, ante tamen accusationem institutam ex Doct. Bart. in l. si quis. d. l. post C. de bon. præscript. colligitur conclusio.

Vt vbi delictum est tale, propter quod bona statim, & ipso Iure publicantur, eo casu non valeat alienatio, quia ex delicti causa Reus statim amisit dominium rerum suarum; ideoque alienando non potuit in alium rem transferre. Pic. in d. l. post contract. sub num 73 Peregr. d. lib. 5. num. 166. vbi firmat quod ista est conclusio, vbique approbata.

Carpan. d. capit. omnium, num 610. Peguer. d dec. 151. 9. seq. Surd de Aliment. titul. 8 priuileg 35. numer. 1 seqq.

Nisi tamen fiat alienatio pro causa necessaria, 28 vt post Salic in d. l si quis post hanc col. penultima, C de bon possess. & Pich. in d. l. post contract. num 35. firmat Peregr. in d. lib. 5. num 166. in fin. vbi testatur hanc esse humaniorem, & æquiorem opinionem. Carp. d cap omnium, nu. 614. Peguer. d. decis. 151. num. 12 Surd. d. priuileg. 35. num. 4.

In quibus casibus, ipso iure bona publicentur, dicam in conclus. 14.

1 Amplia etiam vbi delicto commisso Reo ad-29 ministratio bonorum interdicitur, vt non teneāt alienatio ante institutam accusationem, & si fiat quocumque titulo sequuta sententia confiscatoria fiscus alienata vendicabit etiam precio non restituto: late Peregr. d. lib 5. num. 175. & dixi supra in alienatione facta in primo tempore.

2 Amplia, vt sicut in isto secundo tempore ante 30 accusationem post delictum commissum Reus nō potest alienare, nec etiam possit cōtrahere, & ideo hereditatem sibi delatam adire nequit glos. & cōmuniter Doct. in l. mu num § 1. de acquiren. hæredit. vt testatur Peregr. d lib 5 nu 175 in fin.

1 Limita in alienationibus necessarijs quando 31 soluit suis creditoribus, quia Bar. admittit alienationem ante accusationem per text. in l. reo de solution. vt refert, & sequitur Peregr. in d. lib. 5. numer. 176.

Nisi tamen Reus contumacialiter se absentasset. glos. & Doct. Omnes in d. l. reo per Tex. in l. fin. de requir. re. Bar. in d l. post contract. Peregr. d. lib. 5. num 176. vers. declarando tamen.

Item quando reo est interdicta bonorū administratio, quia debitores non liberantur soluendo reo, nisi in causa necessaria l. fin. C. ad leg. Iul. Maiest Pereg. d. lib. 5. nu 176 vers item cum est.

2 Limita in Colonis, & Affictuarijs, quia isti re-32 ctè soluunt cum interim reus sit possessor, & dominus; ad text. cum mater. in l. si vrban. de condition. indebit. Boss in tit. debitor, an delinq. soluer. poss col 2 num. 1. 6. 10. in fin Peregr. d. num. 176. vbi subdit, an sufficiat confessio creditoris per scripturam receptionis manu sua, an vero requiratur probatio de vera numeratione se refert ad Boss. in d. col penult. & vltima. Carp. d. cap. omnium, n. 856. seqq. vbi subdit. n. 151 adessent signa fraudis, & relatiue dicit, quę sint signa fraudis, & quod difficilius colligatur fraus quando confessio tendit ad liberandum, quam ad obligandum.

3 Limita quando pater alienauit pro dotanda fi-34 lia, quia si fiscus teneretur d. filiam dotare remoto, excessu, fiscus non reuocabit d. alienationem causa dotis factam, & obstabit sibi doli exceptio, l. 1. de doli excep. & pietas paterna reprehendenda non est dicit Tex. in l. 1. § sed si libertus, ff. si quid in fraud. pat. Pereg. d. lib 5. nu. 177.

4 Limita in casu pro quo bonorum administra-35 tio reo non interdicitur ideo potest post delictum commissum ante accusationem bona alienare.

Pereg.

Pereg. d.lib.5. num.178. Gomez. d. cap.14. num.4. vers. prędicta.

Qui Pereg. in d. n. 178. sub vers. ideoq. ita destin-
36 guit, aut alienatio est irreuocabilis, & non valet, aut est reuocabilis, & tunc valet nisi in fraudem fisci metu futurę condemnationis vere, vel præsumptiue ex coniecturis argueretur, quam distinctionem posuit Bar. in d. l. post contract. & cõmunem dicit ibi Pic. sub num. 10. & pro hac parte consuluit Alciat. cons.24. nume 8. lib. 8. vt refert. Peregr. d. lib. 5. sub num. 87 sub vers. ideoq.

Et efficax inter alias coniecturas esset si in crimine fuisset dephrensus, ac notoriе crimen commisisset, vt per Pic. in d. leg. post contract. num.8. & Peregr. in d. num.178. vers. amplia vbi testatur, quod Pic. ita bene sentit.

Circa tertium tempus post accusationem insti-
37 tutam ante litem contestatam Barto. idẽ per omnia in d. l. post contract. concludit, prout in secundo tempore, & post alios quos alleg. et idem firmat Pereg. in d. lib. 1. nume. 179. Anto. Gomez. cap. 14. sub num. 4. vers. quod ostende. tit. de delict.

In quarto tempore post litem contestatam ante
38 sententiam Barto. d. l post contract. firmat; quod Reus possit valide alienare cum interim reo administratio bonorum non sit interdicta quæ Bart. Theorica est communis, vt testatur. Pereg. in d. lib. 5. num 280.

Qui Peregr. ibi dicit veram esse theoricam Bar-
39 tol. quoad validitatem alienationis, & translationis dominij, sed fiscus si ex causa lucratiua, vt in fraudem facta alienatio reuocabit, si vero ex causa onerosa, & tunc si emptor sciuerit reum accusatum erit consilium fraudis.

Amplia quando Reus bona fide alienauerit non
40 fide alienauerit non in diminutionem patrimonij, sed permutando rem vnam cum alia, quia tunc valebit alienatio, l. Imperator. §. fin. de legat. 2. & est vera conclusio, vt firmat Pereg in d. lib. 5. numer. 180. in fin.

1 Limita supra firmatam conclusionem quando
41 Reus se presentauit in carceribus, quia tunc videtur sibi interdicta bonorum administratio, & ideo non poterit contrahere nec alienare Pereg. d. lib. 5. nu. 180. vers. vnum Scias, vbi restatur, quod ita hoc iure vtimur, & subdit nisi pro causa necessa-
42 ria, declarando tamen prout superius dictum fuit in primo, & secundo tempore.

Circa quintum tempus de alienatione facta post sententiam confiscatoriam conclusio est, quod si a
43 sententia non fuit appellatum & clarum est reum non potuisse alienare aut fuit appellatum, & tunc suspenditur virtus sententię, & interim valet alienatio, sed iudex appellationis illam reuocabit per viam attentati sequuta confirmatione sententiæ nulla discussione habita vtrum in fraudem facta fuerit vel ne per Bar. in d l. post contract. quem posteriores Doct. sequuntur vt testatur Pereg. in d. lib. 5. num. 181. Pic. in d. l. post contractum, num. 85. Io. Annibal. num. 295. Alciat. num. 9. de donat. Iul. Clar. in commun. opin. in verb. alienatio per delinquentem post commissionem vers. alienatione vero, & in q. 78. vers. si vero alienatio. Carpan. d. cap. omnium, nu. 841. & hęc quinq. tempora etiam considerauit Menoch. de pręsumptionibus lib. 3. præsumpt. 124. num. 1. part. prima post Bar. Surd. de Alim. tit 8. priuileg 35. num. 4. in fin. post doct. in d. l. post contractum.

In quibus casibus non suspendatur exequutio per appellationem. Io. Annibal. in d. l. post contractum num 295.

1 Limita, & intellige, vt ad retractandas aliena-
44 tiones in tertium factas non sufficiat quod condemnatoria lata fuerit contra absentem, & ex forma statuti habeaetur pro condemnato Alciat. cõs. 24. nume. 10. lib 8. Boss. in tit de bon. pub. num. 55. seqq. Roland. cons. 29. col. penult. Pereg. d. lib. 5. n. 110. & nu. 182. vers. sed an.

Quę limitatio est vera etiam si contra absentem essẽt examinati testes super illo crimine & sequuta fuerit condemnatio, vt adhuc non præiudicet tertio, vt per Boss. & Roland. in locis supra relatis, de quorum opinione valde dubitat Pereg. in d. numero 110. & numero 182. in fin.

2 Limita quando sententia suspenderetur per ap-
45 pellationem, quia fieri possent alienationes post sententiam sed sequuta sententia reuocantur per officium Iudicis. Pic. in d. l. post contract. numero 86. Ioan. Annibal. numero 300. & seqq. Alciat. numero decimo, & vndecimo. Gomez. cap. decimo quarto, nu. 4 vers. quod extende Iul Clar quęst. 78. vers. si vero alienatio, Carpan. in d. cap. omnium, num. 842.

3 Limita quod si condemnatus moreretur infra
46 tempus ad appellandum, possẽt heres appellare, & prosequi appellationem. Io. Annib. in d. l. post contract. n. 298. & seq. Carpan. d. cap. omnium, nu. 843.

4 Limita, quod si condemnatus moreretur post
47 appellationem interpositam regulariter teneret alienationem cum non posset procedi contra mortuum, Alciat. in d. l. post contract. nu. 91. Carpan. d. cap. omnium, nume. 844.

5 Limita, & intellige, quod alienatio facta post
48 sententiam reuocatur per officium Iudicis facta autem ante sententiam post delictum, alienatio non posset reuocari, nisi per ordinarium Iudicem, & qui probaret fraudem Pic. in d. l. post contract. num. 86 versic. responde, quod vtilitas. Carpan. d. c. omnium. num. 486.

14.
Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio quando reuocatur fiscus tenetur refundere precium emptori.*
2 *Quod procedit etiam si bona emptor fraudulenter emerit.*
3 *Et magis procedit quando precium extaret vel esset conuersum in vtilitatem bonorũ delinquẽtis.*
4 *Creditores reuocant alienationem in fraudem factam*

ßam etiam precio non restituto.

5 *Fiscus reuocat alienationes etiam precio non restituto vbi bona delinquentis ipso Iure publicantur nisi esset conuersum in vtilitatem bonorum delinquentis, vel precium extaret, num. 6.*

7 *Vel nisi alienatio esset facta ex causa necessaria.*

8 *Fiscus recuperat bona alienata etiam precio non restituto in casibus in quibus reo administratio bonorum interdicitur.*

9 *Fiscus recuperat bona precio non restituto quando constat de fraude alienationis.*

10 *In dubio autem vel quando res minori precio quã valeat vendita fuit, fiscus tenetur restituere precium.*

14 Limita principaliter quod quando fiscus reuocat aliquam alienationem, tenetur refundere precium emptori. Iul. Clar q 78. num 15. in fin. vbi de comm. Pereg. lib. 5. nu. 158. sub vers. contrarium autem vbi concordantes allegat, & testatur de communi. Surd. de Alim. tit. 8. priuileg. 35. num. 2.

1 Amplia, vt procedat etiam si dicta bona delin-
2 quentis fraudulenter emerit, quod adhuc fiscus teneatur emptori precium restituere per Tex. in l. 1. §. si quis in fraudem vers. maxime, ff. si quid in fraudem patris. Boss. in tit. de bon. pub num. 45. & in tit. seq. num. 7. Pereg d. lib. 5 sub num. 158 vbi de communi, & ibi testatur quod indistincte fiscus tenetur emptori refundere precium, quæ opinio sibi non placet ad homines deterrendos, & ad cohibenda delicta.

Quę ampliatio magis procedit quando precium
3 esset conuersum in vtilitatem bonorum delinquentis vel extaret, quia tunc magis fiscus tenetur precium restituere. Carpan. in d. cap omnium nu. 819. Pereg. d. lib. 5. num. 158. in princ. vbi testatur ita de facto vidisse praticari. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 5. cap. 44. n. 4. qui loquitur in bonis hæretici.

Secus erit quoad alios creditores, quia reuoca-
4 bunt alienationem in fraudem factam etiam precio non restituto, late Pereg. d. lib. 5. num. 158.

1 Sublimita in omnibus casibus in quibus bona
5 delinquentis ipso iure vel ipso facto publicantur, quia dominium immediate fisco acquiritur, & res alienatas etiam titulo oneroso vendicare potest etiam precio non restituto Tiraquel. in l. si vnquã, in verb. reuertatur, nu 2. 7. C. de reuocand Donat. late Bursat consl 43. num. 5. vol. 1. Pereg. d. lib. 5. nu. 170. vbi de veriori opinione. Carpan. in d. cap. omnium num 912.

Nisi tamen precium reperiretur inter bona delinquentis vel esset conuersum ad eorum augumentum ne fiscus cum iactura dupliciter locupletetur, quia tunc fiscus teneretur illud restituere, vt post alios quos allegat firmat Pereg. in d. lib. 5. nu. 173. in fine. Carp d. cap omnium, num. 819.

Vel nisi alienatio fuerit ex causa necessaria, quia etiam in casibus in quibus confiscatio fit ipso Iure, fiscus tenetur restituere precium. Carpan. d. cap. omnium, num. 830.

Sublimita in omnibus casib. in quibus reo pro
8 delicto commisso administratio bonorum interdicitur quia fiscus illa bona alienata accipit etiam precio non restituto Pic. in d. l. post contract. nu. 36. Pereg. d. lib. 5. nu. 175. vers. etiam precio. Carp. d. c. omnium. n. 911. vbi dicit hoc procedere etiam si emptor fuerit in bona fide nisi illud, vel equiualens esset in bonis delinq.

Sublimita quando constaret emptorem esse in
9 fraude, quia alienata fiscus reuocat precio non restituto Tex. in l. si fraudem sciens. C. de euictjon. Pereg d. lib. 5. num. 175. vers Ideo ficta.

In re autem dubia vel cum res minori precio
10 quam valeant fuerint venditę fiscus tenebitur restituere precium. Pereg d. lib. 5. num. 175. circa fin. vbi testatur ita Paduę fuisse iudicatum.

15.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus acquiruntur fisco a die sententia confiscatoria, & ita seruatur in Dominio Veneto n. 2.*

3 *Fructus existentes tempore delicti capiuntur per fiscum, tanquam bona delinquentis.*

4 *Fructus restituuntur fisco quando illos aufert alicui veluti ab indigno.*

5 *Fructus pertinent ad fiscum a die commissi delicti vbi bona confiscantur ipso Iure, etiam si delictum esset occultum.*

7 *Emptor bonæ fidei facit fructus suos.*

15 Limita principaliter quod in omnibus casi-
1 bus in quibus bona per sententiam confiscantur fructus acquiruntur fisco a die sententiæ confiscatoriæ. Late Pereg. in d. lib. 5. nu. 174. vers. in alijs autem vbi concordantes allegat, & ibi testatur ita seruari in dominio Veneto Decian. in
2 tract. crim. tom. 2. lib. 5. cap. 44. num. 1.

1 Sublimita quando fructus extarent tempore
3 delicti quia illi statim capiuntur, vti bona delinquentis Pereg dict. lib. 5. sub num. 174. vers. extantes autem.

2 Sublimita, & intellige quando bona ex causa delicti confiscantur secus si essent peruenta in aliquem ex alia causa, quia possessor illa restituit cum fructibus perceptis, & fiscus aufert illos ve-
4 luti ab indigno, vt post alios quos allegat ita declarat Pereg. d. lib. 5. num. 174. in fin.

3 Sublimita in casibus in quibus bona confisca-
5 tur ipso iure, vel ipso facto quia a die commissi delicti ad fiscum fructus pertinent Feln. in cap. Rodulphus sub nu 70. extr de rescript. in cap de quarta numero 37. extr. de præscrip. Pereg. d. lib. 5. nu.
6 174 in princ. vbi concordantes allegat Carpan d. cap. omnium, nu 816. vbi subdit procedere etiam si delictum esset occultum.

Nisi tamen emptor fuerit in bona fide, quia fa-
7 cier fructus suos. Pereg. d. lib. 5. sub nu. 174. vers. limita, vt non procedat.

Limi-

16.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona sita in territorio confiscantis fiscus capit, secus alia bona extra territorium.*

2 *Etiam si sententia loqueretur de bonis vbique sitis, quia restringũtur ad bona sita in d. territorio.*

3 *Bona in alieno territorio si confiscatio fiat vigore alicuius statuti, & Iurisdictiones, & bursæ fiscales sint separatæ non veniunt in confiscatione.*

4 *Bona sita in alieno territorio etiam, quod bursa fiscalis sit eadem si tamen Iurisdictiones sint separata, & confiscatio fiat speciali Iure loci confiscantis non veniunt in confiscatione.*

5 *Quod procedit etiam si in alio territorio vbi bona sita sunt adesset idem statutum.*

6 *Bona sita in alieno territorio publicantur quando sumus sub eodem Præside.*

7 *Bona sita in alieno territorio sub eodem Dominio si vigeat in vtroque territorio Idem statutum confiscantur.*

8 *Et apprehensio bonorum isto casu fieri debet per officiales vbi bona sita sunt, & pretium desertur in cameram confiscantis.*

9 *Bona sita in alieno territorio veniunt in confiscatione etiam quod bursæ fiscales sint separata quã do confiscatio fit de Iure communi.*

10 *Quod magis procedit quando est idem dominus vtriusque territorij.*

11 *Bona confiscata extra territorium spectant ad fiscum illius territorij.*

12 *Quod procedit etiam si confiscatio fiat in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, contrarium quandobona confiscantur vigore læsæ maiestatis humanæ num. 13.*

14 *Bona existentia in aliquo feudo incorporantur feudatario, & non domino superiori etiam si sententia lata fuerit per superiorem.*

15 *Quod procedit etiam in confiscatione pro crimine hæresis, vt feudatarij accipiant bona sita in eorum territorio.*

17 *Limita in crimine læsæ Maiestatis commisso in personam domini directi quod declara prout numero 18 & 19.*

20 *Bona in alieno territorio sita veniunt in confiscatione quando ita disponitur per sententiam alias secus.*

21 *Bona quando simpliciter confiscantur, & delinquens est suppositus alteri territorij ratione originis vel domicilij potest fieri nouus processus, & sequi noua condemnatio, vt bona sita confiscari possint.*

22 *Fiscus alterius territorio non capit bona delinquentis sita in eius territorio ratione offensionis factæ contra personam eiusdem territorij, & alia ratione non sit sibi suppositus.*

23 *Bona sita in territorio alicuius pertinent ad dominum eiusdem territorij licet confiscatio præcesse rit concessionem eiusdem territorij.*

24 *Bona mobilia sita in alieno territorio applicantur fisco condemnati.*

25 *Quid autem seruetur in practica & 26.*

27 *Pecunia destinata ad emptionem connumeratur inter bona mobilia.*

28 *Pecunia tradita cambijs connumeratur inter mobilia.*

29 *Nomina debitorũ an applicẽtur fisco loci debitoris.*

30 *In actionibus passiuis an quilibet fiscus teneatur pro ære alieno contracto in suo territorio.*

31 *Nomina debitorum Iura, & actiones cum aliquo verbo possessiuo adiunguntur non confiscantur.*

32 *Bona sita in alieno territorio si recusentur per Dominum illius territorij non accrescunt alteri fisco in cuius territorio non sunt bona.*

33 *Bona si aliqua ratione non confiscentur vbi sita sunt illa non capit alter fiscus sed perueniunt ad alios vocatos.*

34 *Solutio facta a delinquente suo creditori ante condemnationem debitor liberatur secus si post condemnationem.*

16 1 Limita, & intellige in bonis sitis in territorio confiscantis, secus quod alia bona sita extra illius territorium, quam limitationem tradant. Barto. & legistæ in l. prima. C. de summ. Trin. & canon. in cap. pastoralis extr. de for. comp. Marf. in l. fin. numero. 88. de Iurisdict. omn. iur. Boss. de bonorum publicat. numero sexagesimo, Plot. in d. consil. trigesimo, numero duodecimo, Iul. Clar. quæstione septuagesima octaua, numero vigesimo sexto, vbi de magis comm. pro vtraque parte, Idem testatur Farinac. in quæstio. vigesimaquinta, numero nonagesimoquarto, & eandem conclusionem late tractat Peregr. de iur. fisc. libro quinto, titulo primo, numero 134. Carpan. in d. cap. omnium, numero 456.

Et si feratur sententia confiscationis de bonis 2 vbique sitis vigore alicuius decreti, prout est Mediolani, debet intelligi, & restringi ad bona sita in dominio illius statuti. Plot. d. consil. trigesimo, nu. decimoquarto, Carpan. d. ca omnium, nu. 457.

1 Amplia, & intellige succinte, & conclusiue 3 procedendo, vt si confiscatio fiat non de iure communi, sed vigore alicuius statuti in loco confiscantis, & iurisdictiones, ac bursæ fiscales sint distinctæ, & separatæ, & isto casu confiscatio bonorum non extendatur ad bona sita in alieno territorio. Bart. in l. cunctos populos, numero quinquagesimo primo, vers. hoc præmisso, C. de summ. Trinit. Boss. de bon. public. numero 62. versic. quæro quando vbi de comm. Iul. Clar. in d. quæst. 78. sub numero vigesimo septimo, versic. sed hic quæro, vbi de comm. Farinac. d. quæst. vigesimaquinta, n. 99. vbi alios refert, & de communi, ac nullam habere difficultatem. Petr. Cabal cas. 138. numero primo, vbi alios adducit vltra adductos per Farinac. Peregr. dicto libro quinto, num. 138. vers. interdum vbi de comm. Carpan. d. ca. omnium, nume. 464. Vulpel. respons. 73. numero primo.

2 Amplia, & intellige, quod si bursa fiscalis esset

4 sit vna, & eadem in effectu, & vnus, & idem dominus, si tamen territoria sint diuersa, & distinct. & confiscatio non de Iure communi, sed aliquo speciali iure loci confiscantis fiat, vt in precedenti ampliatione, adhuc est conclusum, vt fiscus non capiat bona sita extra territorium Bart. sub d. versic. hoc premisso, vbi ponit exemplum in condemnato in confiscatione bonorum vigore constitutionis Marchiæ, & tam in Marchia, quam in alio Ducatu habeat bona, in quo Ducatu non vigeret dicta constitutio, & in hoc casu fiscus non inuadat bona in Ducatu existentia licet vtrumq. territorium subiaceat Iurisdictioni Romanę Ecclesiæ in temporibus, & Bart. sequuti fuerunt Nell. Angel. Boss. & Clar. quos sequitur Farinac. dicta quæstione vigesimaquinta, nume. 96. vbi testatur, quod ista opinio est adeo communis, vt in ea nullus dissentiat Petr. Cabal. d. casu 138. numero secundo, Carpan. in crim. ad cap. omnium in Constit. Mediolan. tit. de sur f. sc. in verbo vbique sita, numero 463 versic. quod antem iurisdictiones Peregr. d. l bro quinto, numero 137.

Sed eo magis procederet quando statutum loci 5 idem disponeret quod dispositius commune, vt bona sita extra territorium publicentur Bertaz. consi. 82. num. 7. seq. Baiard. d. q 78. nu n. 150.

3 Amplia, vt supradicta conclusio sit vera quando in alio loco puta in dicto ducatu adesset speciale statutus imponens confiscationem bonorum pro eodem delicto adhuc publicatio facta per Iudicem, March ę non porrigitur ad bona Ducatus, vt considerauit Boss. in tit. de publicat. bon. sub numero 62. & Petr. Cabal. in d. casu 138. numero 3. qui dicit talem Boss. considerationem non vidisse ab alijs fuisse fact m, quam considerationem Boss. desumit ex verb. Bar. in d. l. cunctos populos. Carpan. d. cap. omnium numero 465.

4 Amplia, & declara, vt de consuetudine bona publicentur extra territorium iudicantis sita quando sumus sub eodem Pręside Prouinciæ; cum sit vtriusque territorij dominus, licet aliquo Iure speciali vnius loci fiat condemnatio vt de consuetudine Mediolani seruari testatur Clar. in d. quæst. 78. sub vers. sed hic quæro in fine quem sequitur Carpan. in loco citato, numero 565. vers. dempto vno capite licet dicat Bar. opinionem a Boss. consideratam esse communem, & allegat Cephal. idem tenentem, eamdem considerationem fecit Cabal. in d. casu 138. numero tertio, vers. est verum, & in substantia eamden. facit, & tenet in d. libro quinto, tit. 1. num. 173 Pereg. de Iure fisc.

Amplia quod si in eodem casu criminis bursa fiscalis sit vna, & eadem, & vnus, & idem dominus, & territoria sint diuersa, & in vtroque territorio vigeat idem statutum quia superior legem vniuersalem in toto suo dominio fecit tunc confiscatio facta per Iudicem vnius loci vigore dictę prouisionis vel legis generalis trahitur ad bona sita in alio loco vel Territorio, vt per Bar. in d. l. cunctos populos qui ponit exemplum in pluribus Iudicibus ab vno Rege per diuersa territoria Regni deputatis. Farinac. d. q. vigesimaquinta, numero nonagesimo octauo, vbi dicit esse communiter ab omnibus receptam Carpan. in loco supra citato, numero 563. vers. quod aut Iurisdictiones, Pereg. d. libro quinto numero 134. vers. conclusiue autem, vbi ponit exemplum in pluribus Ciuitatibus Dominij Veneti, & nos possumus ponere exemplum in confiscationibus inflictis per bannimenta generalia. D. Cardin. Aldobrandini, quę sunt cōmunia in toto statu Ecclesiastico in quo pro Iure communi habentur, vt post Roland. firmat Peregr. in d. lib. 5 numero 134. in fin.

Et isto casu apprehensio bonorum confiscato-8 rum fieri debet per officiales loci, vbi bona sita sunt quorum precia deferuntur in cameram confiscantis, vt docet Peregr. in dicto libro quinto, sub numero 134 versic. exequuto tamen, & dicit vidisse obseruari sępe, vt scribatur Rectoribus locorum, vt apprehendant omnia bona delinquentis in eorum territorio existentia cum illorum designatione, & descriptione transmittendo deinde exequutionem tenutarum. Sed hic in curia ad tollendas omnes fraudes solent transmitti commissarij pro descriptione bonorum, & tenutarum, ac etiam, vt plurimum pro totali consumatione confiscationis.

6 Amplia, vt confiscatio bonorum pro aliquo 9 delicto de iure communi facta trahatur ad bona sita in alio territorio etiam quod territoria Iurisdictiones, & bursę fiscales sint separatæ, & distinctę. Barto. in dicta lege cunctos populos, sub versi cu. hoc præmisso, quem sequuntur Nell. Angel. & alij quos citat Farinac. in dicta quæstione vigesimaquinta, numero decimo, Carpan. in d. verb vbique sita, numero 464. versic. si autem Iurisdictiones. Decian. in tracta. crimin. libro quarto, capitulo vigesimonono, numero decimo octauo, versicu. Sed an, tomo primo, Bertaz. consil. octuagesimo secundo, numero sexto libro, vbi dicit hanc esse receptissimam sententiam. Petrus Cabal. in d. casu 138. numero quinto. Peregr. dicto libro quinto, numero 138. Franc. Lucan. de fisc. titu. de bon. publ. numero quarto, Carpan. d. cap. omnium, nu. 464. vbi concordes allegat.

10 Quæ ampliatio magis procedit quando terri-10 toria sunt diuersa, sed bursa fiscalis est vna, & eadem quia est idem Dominus vtriusq. territorij Farinac. dicta quęstione vigesimaquinta, numero nonagesimoquinto, vbi de comm. Cabal. d. cas. 138. numero sexto, vers. quę conclusio, vbi dicit non habere contradictorem.

7 Amplia, & intellige, vt bona extra territoriū 11 confiscantis sita spectent ad Dominum territorij, & non ad confiscantem cum vnusquisque fiscus occupet bona sui territorij. Bart. in d. l. cunctos populos in fine Farinac. d. quęst. vigesimaquinta, nu. 105. vbi concordantes allegat Bertaz. d. cons. 82. nu. 6 versic. hoc pręsupposito, vbi de receptissima opinione Decian. d. capitulo vigesimonono, numero decimo octauo. Petr. Cabal. d. casu 138. numero sexto, Pereg. dicto libro quinto, numero 138.

Et

Et ideo cum hodie per auth. bona damnatorum 12 non publicētur de iure communi bona nisi in crimine lęsę maiestatis diuinę, & humanę, in consisc. bonorum condemnatus in dd. casib. verificabitur ista conclusio vt bene firmat post alios Petr. Cabal. in d. cas. 138. nu. 6. & ita vidisse in vtroque casu hæresis & læsæ Maiestatis in facto obseruari, & Pereg. in d. lib. 5. nu. 138. vbi etiam dicit quod confiscatis bonis pro crimine lęsę Maiestatis, veniunt 13 in confiscatione bona delinquentis posita in dominio vbi fuit lata sententia, & in statu Mediolani, sed vterque fiscus inuadat bona sub sua Iurisdictione existentia, & alios adducit, & testatur de comm.

Qui Pereg. in d. lib. 5. nume. 138. versic. sed hic subsillendum restringit huiusmodi opinionē communem ad crimen hæresis, quod vbique est punibile, secus in alio crimine seculari, quia ipsa opinio non potest in practica adaptari, vt per sententiam latam ab Imperatore, vel a Rege Hispaniarum bona delinquentis sub Domino Veneto publicentur, & per fiscum illius Dominij occupentur cum deficiat Iurisdictio confiscantis, & ideo non posse dicta bona confiscari Doct. tenent per eum ibi adducti, nec & dicere, fiscus eiusdem Dominij poterit dicta bona apprehendere vti vacantia cum damnatus aliunde sit capax bonorum in Dominio Veneto. Nec valet distinctio. Bal. in l. 1. in cap. 1. C. de summ. Triuit. vt si per mortem naturalem, vel ciuilem efficiatur seruus pœnæ, extraneus fiscus capiat bona vti vacant a, quia ad huiusmodi obiectionem etiam recte respondit.

8 Amplia, & intellige, quod sequuta confisca- 14 tione a Domino superiori feudatarij capiant bona existentia in eorum feudis. Roland. cons. 78. nu. 2. & seqq. vol. 2. Farinac. d. quæst. 25. nu. 102. & seq. vbi concordantes allegat. Peregr. qui etiam plures alios adducit.

1 Subamplia, vt procedat etiam in confiscatio- 15 ne pro crimine hæresis, vt feudatarij inuadant bona sita in eorum territorio. Boss. in tit. de hæreticis, nu. 34. Farinac. d. q. 25. num. 104. Guinsal. in tract. de hæretic. quæs. 15. n. 3. & 6. Baiard. d. quæst. 78. n. 135.

Quid autem si casu isto Iudex de facto applicabit bona cameræ Apostolicę, an per eam tollatur facultas Iudici laico in cuius territorio bona sita sunt, vt illa incorporare non possit vide Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temporis, quęst. decima septima, vbi plenissime, vt refert Baiard. in d. quęst. 78. numero 135.

1 Limita d. 8 ampliationem in crimine lęsę maie- 17 statis commisso a subdito in personam domini directi, quia bona istius in territorio feudatarij existentia applicantur ipsi domino directo, & non feudatario Boss. in titu de pœnis, numero vigesimo octauo, sequen. vbi dicit, ita alias vidisse seruari. Roland consi. septuagesimo octauo. per tot. vol. 2. cons. 75. per tot. vol. 4. vbi latissime, & defendit hanc opinionem ab omnibus contrarietatibus, vt refert Farinac. in d. q. 25. num. 105.

Quę limitatio restringitur ad crimen lęsę Maie- 18 statis commissum in ipsum dominium directum secus si in feudatarium, vt per Boss. in tit. de bon publ. num. 63. Roland. d. cons. 78. nu. 13. vbi alios concordantes adducit. Farinac. d. q. 25. num. 106. Baiard. d. q. 78. num. 136.

Item eadem limitatio restringitur quando delin- 19 quens haberet aliqua bona in feudum vel emphiteusim ab ipso feudatario, & sic quando esset secundus Vassallus respectu primi domini, tunc si committat crimen lęsę Maiestatis in primum dominium directum feudum, & emphiteusis ipsius delinquentis non publicatur ad fauorem primi domini, sed dominium vtile consolidatur cum directo, & applicatur primo feudatario, tex. in cap. 1. §. illud de prohibit. feud. alienan. Afflict. decis. 282. num. 2. dubio Roland. d. cons. 73. num. 20. vbi reddit rationem m Oldrad. qui loquitur in bonis emphiteuticis cons. 17. vers nec obstat. Farinac. in d. q. 15. numer. 107.

9 Amplia, & intellige, vt confiscatio trahatur 20 ad bona sita in alieno territorio quando verba sententię confiscationis essent talia secus si talia essent, quia bona alterius territorij non censerentur publicata, vt si simpliciter in sententia publicarentur bona delinquentis, vt bene considerat Carpan. in dict. verb. vbique ita in princ. numer. 456. & Latius Petr. Cabal. in dict. cas. 138. num. 7. in princ. & num. 10. & sub num. 9. admonet Iudices, vt in sententia apponant illa verba, bona omnia delinquentium vbicumque existentia, & in quauis mundi parte posita confiscamus.

Et isto casu confiscantur bona vbicumque existentia etiam quod in alieno territorio non essent speciales leges imponentes confiscationem bonorum, vt post Cass. super consuet. Burg. rub. 2. §. 1. mihi fol. 373. sub n. 18. vers. sed hoc est tradit. Baiar. in d. q. 28. num. 141.

10 Amplia, & intellige quod vbi bona simplici- 21 ter confiscantur vt delinquens sit suppositum alteri territorio ratione originis vel domicilij ibi potest fieri nouus processus, & noua condemnatio, & eius virtute bona ibi sita confiscari Boss. de bon. public. num. 65. post Nel. in q. 17. Carpan. in loco citato sub num. 101. Petr. Cabal. d. cas. 138. n. 7. seq. qui admiratur quod Farinac. non bene ibi recenseat dicta per Nel. & Boss. quando fuit factus processus, & sequuta condemnatio in loco commissi maleficij in quo alia ratione delinquens non sortiebatur forum, quia si fuisset subiectus loco confiscantis, & commissi delicti, & ratione originis, vel domicilij non posset tunc alia ciuitas habens bona in suo territorio illa aliquo iure auferre, cum sententia bona illa non tribuat, nec etiam ex nouo processu eadem consequi posset non valens agere contra sibi non suppositum, vt supra annui, sub numero 13.

11 Amplia, & intellige, quod fiscus alterius ter- 22 ritorij non capiat bona delinquentis sita in eius territorio, quando delinquit contra personam eiusdem territorij, & alia ratione non sit sibi suppositus. Cabal. d. cas. 138, nu. 8. in fin. & latius in cas

3. per

3 per tot. vbi tamen, sub num. 14 & seq. subdit forsan posset delinquens conueniri quando reperiretur in loco personæ offensæ.

12 Amplia, & intellige quod bona sita in territo-13 rio castri pertineant ad Dominum eiusdem castri licet confiscatio præcesserit concessionem castri, si exequutio adhuc perfecta non fuerit, & si confiscatio etiam facta fuerit per Iudicem alterius territorij pertinet ad istum Dominum Castri vigore dictæ concessionis sibi factæ post confiscationem, & ante eius exequutionem, vt post Bald. & Crauet. firmat Baiard in d. quæstio. 78. num. 137.

13 Amplia, & intellige, quod bona mobilia sita 14 in alieno territorio applicantur fisco condemnanti. Bal. in l. mercatores, numero primo, C. de commer. & mercat. Plot. conf. 130. num. 15. to. 2. crim. in fol. vbi de comm. Farinac. d. quæst. 15. num. 108, vbi de magis communi. Pereg. d. lib. 5. nu 141. vbi alios allegat, & testatur etiam de communi, vt fiscus condemnationis occupet bona mobilia, & mercaturas etiam in alio territorio sitas, late Carpa. in d. cap. omnium, nu. 468. vbi alios allegat, & nu. 474. secus vero si confiscatio respiciat immobilia, vt vectigal vel pensionem, redditus feudales, vel pensiones emphiteuticas. Carpa. d. c. omnium, nu. 475. vbi de comm. Menoch. de præsumpt. parte prima præsumpt. 124. nu. 48.

Sed in practica Iul. Clar. in d. quæst. 78. vers. sed 15 hic quæro in fin. dicit Mediolani huiusmodi opinionem non seruari, vt refert, Farinac. d. quæst. 25. num. 108. in fin. Pereg. d. lib. 5. nu. 141. vers. in practica tamen. Baiard. q. 78. nume. 143 post Bursat. in cons. 43. num 13. vol. 1.

Sed Farinac. vbi supra dicit, quod licet forsan 16 non seruetur Mediolan. non per hoc illa consuetudo localis, est extendenda ad alia loca, & Peregr. in d. nu. 841. in fin. postquam retulit opinionem Clari, subdit indubitanter, quod fiscus Domini confiscantis occupat bona mobilia, & mercaturas aliunde existen. & Simon. de Pret. in simili dicit, quod est attendendum illud quod est de iure, & non quod fit Mediolani, in consil. 178. num. 17. sequ.

Et pecunia destinata ad emptionem secundum magis communem opinionem connumeratur inter bona mobilia Soci. Iun. conf. 120. num. 18. vol. . Pinel. in l. 2. par. nu. 44. C. de bon. mater. Baiard. d. q. 78. numero 152.

Item pecunia tradita cambijs connumeratur inter mobilia Pinel. in d. num. 44. sed Bal. & Tiraquell. in locis relatis per Baiard. in d. q. 78. nu. 152. tenent contrarium, sed Carpan. in d. cap. Omnium n. 469. dicit si sint perpetuo remansura vel ad beneplacitum tunc confiscentur per fiscum territorij vbi sita sunt, secus si ad tempus. quia sequuntur personam condemnati.

Amplia, & intellige, vt nomina debitorum fiscus loci debitoris non autem creditoris inuadat Iul. de Castr. & Aret. in locis relatis per Pereg. in lib. 5. num. 142. in princ.

Contrariam opinionem, quod fiscus loci Creditoris, & non debitoris nomina debitorum occupet firmant Doct. add. per Pereg. in d. lib. 5. n. 142. vers. contra autem.

Qui Pereg. sub d. num. 142. vers. nomina debitorum censeri dicit nomina debitorum eius loci esse vbi de iure vel de facto exigi possunt, & ibi testatur de comm. & idem firmat sub vers. & ad illam rationem in fin.

Sed Cassan. in consuet. Burg. fol. 1273. num. 34. §. 1. Rub. 2. relat. per Baiard. in d. q. 78. num. 139. vers. ad hoc vide, videtur facere aliquam distinctionem an dicta nomina debitorum competant pro re mobili vel immobili, eamdemque distinctionem facit de actionibus. Item an sint perpetuo remansura in illo loco vel ad beneplacitum suum ad tempus Carp. d. c. Omnium, n. 470. vbi alios allegat.

15 Amplia quoad actiones passiuas quemlibet fi-30 scum teneri pro ære alieno contracto in suo territorio Doct. add. per Pereg. in dicto libro quinto, numero 143. seq. & ibi ponit exempla, & post Clar. & alios subdit, & si bona vnius territorij non sufficiant suppleatur de bonis alterius territorij.

Contrariam opinionem tenent Alex. conf. 31. nu. 16. vol. 1. Tiraquel. de iur. primogen. q. 35. num. 31. qui concludunt totum patrimonium esse existimandum, & quemlibet fiscum teneri pro rata patrimonij ad satisfactionem creditorum, vt refert Pereg. in d. lib. 5. num. 144. vers. contra tamen, & ibi alios concordantes allegat, & testatur de veriori opinione.

Alij autem tenent quod quilibet fiscus teneatur non pro modo territorij, nec pro virili, sed pro rata bonorum ad quemlibet fiscum pertinentium, secundum Doct. add. in d. q. 78. n. 153 per Baiard.

16 Amplia, vt licet nomina debitorum iura, & 31 actiones, appellatione bonorum veniant, & illa fiscus inuadat. tamen si in sententia, cum aliquo verbo, possessio adiungatur, fiscus illa non capit, Bal. in l. 1. in princ. de stat. hom. & ob id non venire in confiscatione simplici omnium suorum bonorum mobilium, & immobilium, Anchar. Regien. quæst. 7. per totum, vbi latè Iul. Clar. quæst. 78. vers. successiuè quæro. Farinac. d. q. 25. n. 109.

16 Amplia, quod si Dominus territorij bona 32 sua recuset non accrescant alteri fisco in cuius territorio non sunt bona, vt post Bal in l. 1. C. quand. non pet. firmat Baiard. in d. q. 78. numero 145. sequen.

18 Amplia, quod si bona, vbi sita sunt aliqua 33 ratione, vel ex consuetudine, non confiscantur, illa non capit fiscus, sed perueniunt ad alios vocatos Ign. in l. cum fiscus, numero 33. seq ad Silan. Bertaz. consilio 82, numero 14. volum. 1 Baiard. d. quæstio. 78. num. 148.

19 Amplia, & intellige, quod si debitor delin-34 quens soluat suo creditori ante condemnationẽ, amplius non molestatur à fisco secus si post condemnationem, dummmodo reus criminis læsæ Maiestatis nõ fuerit, ad quod vide Farinac. in d. quæst. 25. num. 110.

17
Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona probibita alienari non veniunt in confiscationem.*
2 *Bona probibita alienari in casu delicti eo magis non veniunt in confiscationem.*
3 *Fraus præsumitur per probibitionem alienationis bonorum factam à non delinquente.*
4 *Intentio probibentis in persona non delinquenti non dicitur ordinata ad delictum.*
5 *Probibitio bonorum alienationis in casu alicuius particularis criminis à filio committendi excludit fiscum.*
6 *Quæ ampliatio procedit non solum quando diu post probibitionem, sed etiam si incontinenti sequatur delictum.*
7 *Bona non veniunt in confiscatione quando pater instituit filium, & mandat bona restitui in casu quo banniatur, & remittatur.*
8 *Bona non transeunt in fiscum ob probibitionem quando testator declarauit facere talem probibitionem non causa defraudandi fiscum sed conseruandi bona in nominatos.*
9 *Bona si testator dixit quod in perpetuo conseruentur in familia fiscus excluditur.*
10 *Nec ista transeunt in fiscum viuente delinquente, & num. 13. contrarium num. 14. cum duabus ampliationibus.*
11 *Probibitio diuidendi bona usq; ad certum tempus tollit confiscationem bonorum.*
12 *Statutum disponens bona esse confiscãda interpretatur dummodo non fuerit probibita alienatio.*
15 *Bulla Sixti Quinti disponens bona cõdemnati durante vita delinquentis non obstante quacumque verborum forma fideicommissa fuerint concepta quomodo intelligatur, & num. 16.*
17 *Bona probibita alienari, etiã quoad vtile dominiũ non confiscantur etiã vita durante delinquentis.*
18 *Quæ probibitio valet, etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
19 *Bona probibita alienari an in Dominio Veneto de consuetudine vita durante delinquentis transeant in Fiscum.*
20 *Bona in crimine læsæ Maiestatis non transeunt pleno iure in fideicommissarios.*
21 *Bona probibita alienari, etiam in crimine læsæ Maiestatis non transeunt in Fiscum.*
22 *Testator priuans hæredem in casu delicti excludit Fiscũ nec dicitur priuatio facta in fraudẽ Fisci.*
23 *Quæ priuatio tenet, etiam quoad legitimam in filio in minori ætate delinquenti.*
24 *Item procedit etiam stante constitutione, vt bona debeant confiscari.*
25 *Bona supposita fideicommisso, & probibita alienari non transeunt in fiscum, etiam durante vita delinquentis.*
26 *Bona probibita alienari extra certum genus personarum non transeunt in fiscum.*
27 *Trebellianica non transit in fiscum, in casu probibitionis alienationis.*
28 *Bona probibita alienari, quis propria authoritate capere potest.*
29 *Bona probibita alienari per viam testamenti non transeunt in fiscum, secus per viam contractus inter viuos.*
30 *Bona in casu simplicis alienationis resultantis ex fideicommisso transeunt in fiscum.*
31 *Probibitio alienationis in fauorem delinquentis facta non tollit, quod fiscus non capiat bona probibita alienari.*
32 *Probibitio alienationis in fraudem fisci facta non impedit confiscationem bonorum.*
33 *Bona tantummodo probibita alienari transeunt in fiscum.*
34 *Bona probibita alienari per hæc verba, quod precio alienari nõ possunt transeunt in confiscationẽ.*
35 *Bona probibita alienari, sine licentia transeunt in fiscum.*
36 *Bona probibita alienari transeunt in fiscum, quando deficiunt illi ad quorum fauorem fuit facta probibitio.*
37 *Bona probibita alienari extra familiam transeunt in fiscum.*

17 Limita principaliter, vt bona prohibita alienari non veniant in confiscatione, Plot. 1 cons. 30 num 16 Natt. cons. 5 48. nu. 30. seq vol. 3. Marsil. sing. 214. Tob. Non. cons. 97 nu 1. seqq. vbi respondit quibusdam contrarijs. Farinac. qu. 25. num. 22. vbi de comm. Iul. Clar. qu 78. nu. 10. vers. contrarium, vbi de comm. & ibi Baiard. num. 24. Gabr. concl. 24 n. 1. lib. 7, Rim. iun. cons. 131. n. 48. seq. vbi de comm. latè Peregr. lib 5. n. 98. vbi concordantes allegat Soc. iun cons. 49. n 4 seq vbi de communi, & hanc opinionem omnino tuetur lib. 3.
1 Amplia, vt in magis procedat, quando testator 2 expresse prohibuit alienationem in casu delicti, & alios substituit fisco excluso, Farinac. d. q. 25. n. 23. seq. vbi concordantes allegat latissimè, Peregr. de iur. fisc. d. lib. 5. nu 103. seq. tract. hanc quæstionem, & ponit fundamenta pro vtraque parte, & tandem in fine dicit contra fiscum adesse decis. Ruin cons. 129. vol. 2 & Pancirol cons. 181. & sub num. 104. asserit contra fiscum fuisse decisum, Socin. Iun. d. cons. 49 num. 2. versic. Aliquando.

Et non potest prætendi isto casu aliqua fraus cũ 3 prohibitio non debeat fieri ab ipso delinquente, vt considerat, Rolan. cons. 56. n. 12. vol. 2. Farinac. d. q. 25. sub n. 28. & post eum Rimin. iun. cõs. 129. n. 4. cons 131. num 63. & cons. 193. num. 1. seq. vol. 2. & Sforz. Odd cons. 53. n. 9. & post Ruin. Peregr. d. lib. 5. num. 103. verum huic dicit non esse attendendã 4 fraudem: quia intentio prohibentis non fuit ordinata ad hoc, sed ad conseruandum bona inter suos beneficiatos, vt latè dicam in conclus. 27.
2 Amplia, vt magis procedat, quando prohibitio 5 expresse facta fuit in casu alicuius particularis criminis committendi à filio, & eundum exheredasset, & alium instituisset: quia bona non occupãtur per

per fiscum, sed deuoluuntur in successorem, Plot. cons. 13 num. 58. tom. 1. cum vbi subdit, quod talis substitutio valet Boss. de bon. public. nu. 32. seq. Farinac. d. q. 25. num. 27. & 28.

6 Quæ ampliatio procedit non solum quando filius deliquit diu post exhæredationem factam, sed etiam incontinenti, vt post Boss. vbi supra, Farina. d. q. 25. num. 27. in fine.

3 Amplia, vt procedat, etiam quando testator 7 hæredem filium instituit, & mandat restitui bona in casu quo banniatur, & remittatur, Plot. cons. 30. num. 58. vbi dicit quod talis institutio valet in exclusionem fisci, & ibi plures concordantes allegat latè Boss. vbi supra, numer. 33. Farinac. d. quæst. 25. num. 28. Marzar. in epit. fideicommiss. par. 2. quæst. 47. in fine.

4 Amplia, vt huiusmodi prohibitio alienandi ex-8 tra familiam, vel personas nominatas à testatore procedat quando testator declarauerit talem prohibitionem facere principaliter non causa fraudādi fiscum, sed conseruandi bona in ipsos nominatos, Marzar d. q. 27. versic. additum tamen fuit Farinac. d. quæst. 25. numer. 30. & ad hoc facit, quod scribit post Ruin. Peregr. d. lib. 5. num. 103. vers. verum huic, & dicam late in conclus. 27.

5 Amplia, quando testator dixit volo, quod bo-9 na perpetuo conseruentur in familia: quia inducitur prohibitio ad exclusionem fisci, Iul. Clar quæst. 78. sub num. 18. vbi de magis comm. & veriori opinione, Bart. cons. 39. per totum Baiard. d. q. 78. numer. 41. Carp. d. cap. omnium, num. 177. Soc. Iun. d. cons. 49. num. 9. vol. 3. vbi dicit non habere difficultatem bona non transire in fiscum quando sunt prohibita. vt nullo modo possint alienari, sed conseruentur in familia.

Nec illo casu viuente delinquente bona tran-10 seunt in fiscum, sed in illos nominatos de familia licet reuocabiliter: qu a sequuta restitutione bona redeunt ad ipsum, quamuis in gratia fuisset dictum, restitutimus ad bona sine alterius præiudicio, vt consulit, Alban. cons. 1. num. 18. & 20. Baiard. dict. quæst. 78. num. 45. vt latius dicam infra Ampliatione 8.

6 Amplia in prohibitione diuidendi bona, vsque 11 ad certum tempus: quia dicta bona non veniunt in confiscatione, Ruin. cons. 28. num. 15. lib. 5. Roland. cons. 84. num. 30. seq. volum. 1. vbi respondet contrarijs Farin. d. q. 25. num. 31. vbi concordantes allegat, & de commun. testatur Gabr. cons. 134. num. 3. seq. vol. 1. vbi etiam de comm.

7 Amplia, etiamsi statutum disponeret bona esse 12 confiscanda; quia interpretatur, vbi non fuerit prohibita alienatio, latè Plot. d. cons. 30. num. 16. Baiard. q. 78. num. 38. versic. dicit prædicta Rimin. Iun. cons. 193. num. 6. seqq. volum. 2. vbi concordantes adducit, Marsil in d. verb. confiscata. num. 12. dicit, quod bona prohibita alienari non veniant in generali dispositione.

8 Amplia, vt in casu prohibitionis alienationis 13 fructus in vita delinquentis non transeant in fiscum, Iul. Clar. quæst. 78. num. 10. vers. contrarium tamen, Anton. Gomez. ad leg. 40. Taur. num. 91. vers. quod tamen, Ant. Gabriel. conclus. 24. num. 2. lib. 7. Sforz. Odd. cons. 53. n. 9. seqq. Peregr. lib. 5. nume. 98 seqq vbi latè disputat istum articulum, sed tandem sub nume. 102. vers. his omnibus concludit pro hac opinione, & dicit esse tex. cum sua materia in l. filius famil. §. Diui, ff. de leg. 1. Carpan. d. cap. omn um, nume. 173. vbi concord. allegat, & testatur de veriori, & communiori.

Quæ ampliatio procedit non solum quando est factum expressum fideicommissum in casu alienationis, vt sit communis, & indubitata conclusio, vt fiscus excludatur, sed etiam quando per fideicommissum fuit dictum volo, quod bona continuo conseruentur in agnatione, vel transeant in proximiorem de familia; latissimè Peregr. dict. lib. numer. 5. 103. sequen vbi sub numero 103. versic. quarto, & auctoritates adducit, & Doct. consulentes in puncto hanc opinionem tenentes, & sub n. 104. vers. tandem, testatur fuisse dec sum pro hac parte contra fiscum, vt pleno iure bona in fideicommissarios transeant, & ita exequutum fuisse, Iul. Clar. d. quæst 78. nu. 10. vers. & hęc quidem latè, Farinac. d quæst. 25. nu 30. Latè S c iun. cons. 49. n. 10. vbi de cōmuni lib 3. & respōdet cōtrarijs.

Contrariam opinionem, vt fructus percipiantur per fiscum durante vita prohibiti alienare, Marsil. singul. vers. limita etiam Iul. Clar. dict. qu. 78 numer. 10. vbi de comm. & post Alexand. & Gig Baiard. in d quæst. 78. nume. 19. Peregr. d. lib. 5. numero 101. in princip. dicit quod pro munere sui officij tuebatur hanc partem in causa cuiusdam nobilis Vicentini licet deinde sub nu. 102. versic. his omnibus teneat contrarium, & testatur contra fiscum fuisse decisum.

Amplia istam contrariam opinionem, quando 14 prohibitio inducta esset per fideicommissum solum per causam mortis; quia in vita condemnati fiscus capit fructus, Iul. Clar. d. q. 78. sub nu. 10. vers. si vero, & quod ita practicatur.

2 Amplia eamdem contrariam opinionem in 15 statu ecclesiastico per bullam Sixti Quinti in ordine 6. versicu nec non quęcumque, vbi disponitur, quod fructus percipiantur per fiscum vita durante naturali delinquentis etiam in contumaciam condemnati, sub quacumque verborum forma, etiam cum expressa alienationis prohibitione.

1 Limita, & restringe bullam præfatam ad ter-16 minos suos nempe ad receptores, & auxiliatores bannitorum, & ad impedientes exequutores in eorum libero exercitio, & in actu exequutionis, & non in alijs casibus, vt bene etiam animaduertit, Sforz. Odd. in consil. 53. nu. 16. seqq.

2 Limita, nisi esset etiam prohibitum alienari 17 vtile dominium; quia illud non transit in fiscum, nec vita durante delinquentis Marsil. singula. 314. in fine, Antonius Gomez in. ad leg. 40. num. nonagesimo primo, versiculo quod tamen, vbi loquitur, quod talis prohibitio valeat, etiam in cri-18 mine læsę Maiestatis, Peregrinus dicto libro quinto, numero 103. & 104. vbi plures alios con-

ita fiscum tenentes in puncto allegat, Sfort. Odd. in dicto consilio quinquagesimotertio, numero primo, & sequent. in primo dubio, & sub 1 umero 12. testatur de comm. & veriori sententia, & respondet contrarijs.

3 Limita in Dominio Veneto, de illius consuetu-
19 dine, vt testatur in dicto libro quinto, num. 102. sub vers. his omnibus ibi, attamen in hoc Serenissimo Dominio, Peregr de iur. fisc.

Nisi esset expressa clausula, quod in casu alienationis alienans cadat à iure suo, & bona deuoluantur in proximiores: quia etiam in dicto Dominio Veneto, fiscus excluditur, etiam quoad fructus vita durante delinquentis, vt testatur idem Peregr. d. lib. 5 num. 102. in fin. & quod ita alias in contingentia facti decisum fuit.

4 Limita, vt bona non transeant pleno iure in
20 fideicommissarios in crimine lesæ Maiestatis, vt specialiter declarat, & limitat, Pereg. d. lib. 5. num. 104. vers. nota tamen.

9 Principaliter amplia, vt bona prohibita alie-
21 nari, etiam in crimine lesæ Maiestatis non transeant in fiscum, Anton. Gomez. d. num 91. sub vers. pulchrum tamen, Michael Crass in tract. de success. §. 1. num. 10 Gram. decis. 105. num 31. Baiard. in d. q. 78. num. 39.

19 Amplia in prohibitione facta in casu delicti
22 pro quo venit imponenda publicatio bonorum, vt testator priuet heredem eius hæreditate, & excludat fiscum, nec dicatur facta in eius præiudiciū, Gomez. d. n. 91. sub vers quod tamen, Rolan. cons. 56. num. 22. volum. 1. Baiard in d. quæst. 78. num 38. vbi inter alios allegat Præd. in suo tractat de fideicommiss. quæst. 8. num. 110. seqq. Panzitol. consil. 181 vol. 1. latissimè Rim. Iun. cons. 131. num. 63. & cons. 193. num. 6. seq vol. 1.

Quæ decima Ampliatio proced t etiam quoad
23 legitimam in filio, in minori ætate delinquente, Rimin. Iun. d. cons. 193. num. 12. & dicam infra in conclusione 27.

Item procedit etiam præsupposita consuetudi-
24 ne, vel statuto, vt bona deberent confiscari stante dicta clausula priuationis, vt excludatur fiscus, Peregr. in d. lib. 5. nu. 102. in fin. Rimin. Iun. d cons. 193. num 6.

11 Amplia quando vna cum fideicommisso adess-
25 set, etiam prohibitio expressa testatoris: quia tunc bona non transeunt in fiscum, etiā durante vita delinquentis, Boss de bon publ num. 34. Curt. Iun. cons 120. num. 10. seq. vbi de comm Boer. decis. 278. num 6 Farinac d quæst. 25. num. 36 seqq. vbi alios testantes pluries de communi allegat Peregr. d. lib. 5. num 98. versic. quam tamen, vbi de necessaria opinione per totum orbem, Corbol. in tract. de iur emphit. caus. 7. titul. de caus. priuat. ob mor. ciuil. num. 70.

Si dominus rei, vel testator prohibet alienationem vti is dominij, tunc sine dubio, tale dominiū vtile non transiret in fiscum, Marsil. in d. verb. confiscata, singul. 314. circa finem.

12 Amplia, quando alienatio est prohibita extra certum genus personarum puta extra familiam, quia non transeunt in fiscum bona prohibita alienari, Farinac. d. quæst 25. nu. 32. vbi de magis com. & practicata opinione, Panciar. d. cons. 181. per tot. Pereg. d lib. 5. n 98. vbi alios allegat.

13 Amplia, quando alienatio non solum est ex-
26 presse prohibita extra certum genus personarum, sed etiam quando est simpliciter prohibita, Anton. Gabr. concl. 24. num. 3 lib. 7. post Ruin.

14 Amplia, vt etiam Trebellianica non transeat
27 in fiscum in casu prohibitionis alienationis, vt dicam infra in limit 27. principali.

15 Amplia, vt bona prohibita alienari propria
28 auctoritate quis capere possit, post Rolan. consil. 98. num. 30. vol. 2. Carp. d. c. omnium, num. 190.

Quod tamen fieri non potest in isto Ducatu, cū vigore cuiusdam decreti statim commisso delicto omnia bona scribantur, & per fiscum apprehendātur, Carp. vbi supra d cap. omnium, num. 190.

1 Sublimita istam 16. Limitationem principalē,
29 & intellige, vt procedat quando bona sunt prohibita alienari per viam testamenti, vt tunc non veniant in confiscationem Soc. iun. cons. 77. nu. 11. volum. 2. Ruin consil. 14. nu 11. seq. volum. 5. Baiard. d. quæst. 78 num. 24. secus si est prohibita solummodo inter viuos, Gram. decisio. 105. n. 40. seq. Gabr. cōs 140 n. 31. vo. 1. qui loquitur de diuisione facta inter fratres de non alienando, neque publicando bona, vt non præiudicet fisco Pereg. d. lib. 5. nu 104. vbi alios allegat & nu. 164. vbi de communi, Carp. d. c. omnium, num. 178.

2 Sublimita, quando sumus in casu simplicis a-
30 lienationis resultantis ex fideicommisso, vt bona transeant in fiscum, Gabriel. d. conclus. 24. numer. 5. & 6.

3 Sublimita, quando alienatio non est prohibita ad fauorem tertij, sed tantummodo in fauorem
31 delinquentis; quia fiscus capit bona eiusdem delinquentis Gram. decis. 105. nu 59. vers. & sic requiritur Gig. titu. de pœnis lib. 2 quæstio. 3. num. 2. Farinac. d. q 25. nu. 46. vbi de commu. Gabriel d. conclus. 24. nume. 4. Baiard d. q. 78 num. 24. Corbol. d. caus. 6. num. 32. Ruin. iun. consil. 131. nume. 51. secus si esset prohibita alienatio fauore alterius, quia quis delinquendo non alienat post alios, Marsil. in d. verb. cōfiscat. n. 11. & sing. 314. vers. quodquādo

Et ex ista sublimitatione infertur, quod si persona exclusa contemplatione fuit facta prohibitio decesserit, tunc bona prohibita alienari transeunt in fiscum, Farinac. d. quæst. 25. numero. 49. vbi alios allegat, Marsil. d. singul. 124. versic. Aduersus tamen.

4 Sublimita, quando prohibitio alienationis fuit facta in fraudem fisci, Gabriel. d. conclusio. 24. nume. 7. & quando dicatur facta in fraudem fisci dicā in conclusio. 29. Alienatio facta in fraudem fisci, Carpa. d. cap. omnium. 180.

5 Sublimita, quando bona sunt tantummodo
33 prohibita alienari, tunc bona transeunt in fiscum Gabriel. d. conclusione 24. numero 8. vbi allega. Imol. & Alexand.

Con-

Contrariam opinionem tenent Doctor. relat. supra in ampliatione.

10 Sublimita, quando in prohibitione esset dictum, quod bona precio alienari non possint: quia tunc veniunt in confiscatione, Natt.conf.528.numer.7.sequen.

7 Sublimita, quando dicitur, quod non possint 35 bona alienari sine licentia, quia tunc etiam confiscantur. Natt d.conf.528.num.8.

8 Sublimita quando deficiunt illi ad quorum fa-36 uorem fuit facta prohibitio, Marf singul.314. col. 3.in princ.Farinac.d. q.25.n.49. vbi alios allegat.

9 Sublimita in trebellianica de qua dixi in ampliatione.

10 Sublimita in legitima de qua dicam in limit.

11 Sublimita quando fumus in simplici prohibitione alienationis extra familiam quia tunc transeunt in fiscum. Carp.d.cap.omnium. numer.182. vbi concordantes allegat.

12 Sublimita ob delictum ipsius testatoris, vt possint confiscari. Soc.Iun.conf.49. num.8.lib.3.

18.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitio diuisionis bonorum inter filios vsque ad certam ætatem operatur, vt bona non veniant in confiscatione.*

2 *Legitima in isto casu nec etiam venit in confiscatione.*

3 *Trebellianica in isto casu nec etiam venit in confiscatione.*

18 Limita principaliter quando pater prohibuit diuisionem bonorum inter filios vsque ad certam ætatem quia tunc non veniunt bona in confiscatione, Ruin, conf. 23. num-15 lib.5. Roland conf.84. in fin lib 1. Tob. Non.conf.97.num. 3.seqq.& conf.106. per tot, Farinac.quæst.25. nu. 31. vbi de comm.

1 Ampla, vt isto casu nec etiam legitima veniat in cofiscatione Tob. Non. conf.107. num.3. seqq. vbi de comm.Natt.conf.528. num.1. vol.3. & dicam in sequenti limitatione.

Amplia, vt nec etiam trebellianica veniat isto casu in confirmatione Tob.Non.conf.97. numer. . verf. & quod & conf.107.num.3. Roland.conf.3. num.31.seq.vol.1.Rim.Iun.conf.131.n.60. vol.2. dixi supra in Ampliat.

19.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

S V M M A R I V M.

Legitima filij ob delictum patris non confiscatur.

Fructus percepti per filium ex legitima ob delictum patris non computantur in legitimam.

Legitima non venit in confiscatione ob delictum patris etiam statuto dictante simpliciter quod bona homicida publicentur.

4 *Legitima filij banniti ob delictum patris deinde sequutum non publicatur.*

5 *Quod maxime procedit si bona non sunt penes bannitum.*

6 *Fiscus bannitus capax legitimæ excludit fiscum Etiam si posset impune occidi num.7. etiam in bonis existentibus in territorio bannientis, & aliunde, d. num.7.*

8 *Legitima non defertur fisco quando post delictum commissum à filio pater moritur.*

9 *Legitima nec etiam ob delictum filij confiscatur.*

10 *Legitima nec etiam in crimine læsæ Maiestatis ob delictum filij confiscatur.*

11 *Legitima non confiscatur stante probibitione alienationis bonorum vsque ad tempus viginti quinque annorum facta per patrem inter filios.*

12 *Probibitio alienationis bonorum inter filios vsque ad vigesimum quintum annum dicitur fauorabilis, & non odiosa.*

13 *Assertioni patris statur circa imbecillitatē filiorū.*

14 *Legitima probibita detrahi per patrem per delictum filiorū non transit in fiscū contra n.18. seq.*

15 *Quod procedit etiam quando filij non fuerunt dumtaxat instituti in legitima cum probibitione alienanai, sed quando vniuersaliter fuerunt instituti.*

16 *Item magis procedit quando filij adhibuerunt hæreditatem cum iuxta probibitione detrabendi legitimam.*

17 *Item procedit quando pater mandauit compensari fructus perceptos in legitima.*

22 *Legitima non venit in confiscatione ob delictum filij etiam si pater in vita filij illam consignasset.*

23 *Quod magis procedit quando bona non reperiuntur penes ipsum filium.*

24 *Legitima filij non confiscatur si fiscus fuerit forensis in loco delicti.*

25 *Quod procedit etiam si pater ibi haberet possessiones, & domos.*

26 *Legitima filij non confiscatur quando deliquit extra territorium.*

27 *Legitima fily in vrbe per bullam Innocentij Noni non confiscatur.*

28 *Legitima filio non debetur nisi pater moriatur naturaliter.*

29 *Legitima filij non confiscatur quando interfecit alterum filium contra num.30.*

31 *Legitima filij naturalis non confiscatur etiam præsupposita constitutione Marchiæ.*

32 *Legitima filio spurio debita non confiscatur.*

33 *Legitima filio arrogato debita non confiscatur etiam præsupposita dicta constitutione.*

34 *Legitima nepotibus debita non confiscatur.*

35 *Legitima non confiscatur nisi filijs minoribus etiā præsupposita dicta constitutione.*

36 *Quæ opinio maxime procedit in filijs delinquentibus in pupillari ætate.*

37 *Legitima non confiscatur quando delinquens habet patrem, & filios.*

38 *Quod procedit etiam si delinquens haberet tantum vxorem pragnantem.*
39 *Sed an nepotibus ista legitima debeatur in vita aui.*
40 *Legitima in crimine lesa Maiestatis confiscatur etiam si delinquens habeat patrem, & filios.*
41 *Legitima non confiscatur quando pater præsentaret filium delinquentem carceribus.*
42 *Pater soluens aliquid pro filio qui habeat pœculiū intelligitur soluisse legitimam de pœculio filij, & non ae proprijs.*
43 *Filia fœmina exclusæ a statuto successione connumerantur in solutione legitima.*
44 *Idem est si filij essent ex haredati vel professi in aliqua religione.*
45 *Legitima non confiscatur quando condemnatur in contumaciam, & non per veras probationes. Declara, vt in num. 46 contra num 52.*
47 *In solutione legitima an attendatur tempus delicti, vel tempus condemnationis.*
48 *Legitima semel soluta per patrem amplius solui non debet.*
49 *In calculanda legitima non habetur ratio damnationis factæ à patre.*
50 *Legitima an reuocetur per filios natos post condemnationem patris.*
51 *Legitima vigore Bullæ Sixti Quarti, & constitutionis Marchia ob delictum filij confiscatur.*
53 *Constitutio, vt pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij valet.*
54 *Legitimæ supplemētum fiscus petit ob delictū filij.*
55 *Legitima assignata filio in vita augetur, si augeatur patrimonium patris.*
56 *In solutione legitima computantur bona que pater h bet ext a territorium.*
57 *Pater non potest reuocare confessionem filij ad soluendum legitimam.*
58 *Exequutio pro legitima fit contra patrem, absque alio processu, neque ipso citato.*
59 *Pater tenetur soluere legitimam pro delicto filij, etiam si inter eos adesset inimicitia.*
60 *Pater tenetur soluere legitimam pro delicto filij, etiam si iniustè fuisset condemnatus.*
61 *Pater tenetur soluere legitimam pro liberatione filij à carceribus.*

19 LImita in legitima filio debita, quæ ob delictum patris non venit in confiscatione, Iul. 1 Clar. quęst. 86. numero 3. in princip. vbi de comm. Soc. iun. consil. 51 nu. 4. versic. verum, & n. 5. seqq. volum. 1. Farinac. quęst. 24. num. 25. Baiard. q. 78. n. 48. & latius, numero 111. Honded. consilio 95. numero 34. volumine primo. Clemen. de patr. potest. effect. 16. n. 35. 59. Surd. de Alimen tit. 1 q. 31. n. 11.

1 Amplia quando statutum simpliciter disponeret, quod bona homicidę publicentur, vt filius pos- 3 sit consequi legitimam in bonis patris homicidę, & è contra pater in bonis filij Corrad. in pract. crimi. §. 3. tit de pub. bon. num. 8. in princip. Surd. de Aliment. tit. 1. quęst. 31. num. 12.

2 Amplia, nec etiam legitima filij banniti ob de- 4 lictum patris: quia pater commisit delictum propter quod poterat puniri publicatione bonorum, postquam filius fuerat condemnatus pro aliquo delicto, etiam pro quo intrabat confiscatio bonorum, sed fisco applicatur, quando ipse filius bannitus est incapax, sed defertur venientibus ab intestato, Soc. iun. consil. 51. num. 4. volumine primo, consilio 123. numero 5. volumine 4. Ruin. consilio 149. numero 13. volumine 3. Baiard. quęstio. 78. numero 111. Add. ad Bertaz. consilio 510. in littera B, Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. numero 42. Eugen. cons. 60. n. 18. seq Carpan. d. cap. omniū, n. 250.

Quę ampliatio, maximè procedit si bona non 5 sunt penes ipsum bannitum, Ruin. cons. 123. num. 6 vol. 4. Baiard. d. quæst. 78. n. 11. versic & hæc opinio, Add. ad Bertaz. in d. cōs 510. in litteraB, in fin.

Si vero filius bannitus fuerit capax legitimę, ei 6 reseruare tur Decian. respons. 64. nume. 43. volum. 3 vbi de magis commu. & veriori, & dicit, procedere etiam si posset impune occidi, & etiam de 7 bonis existentibus, tam in territorio bannientis, quam aliunde, Lud. Catus consil. 103. num 1. tom. 1. crim. Baiard. d. quæst. 78 nu 111. vers. vide etiam, Eugen. cons. 60. numero 18 seq.

3 Amplia etiam quando post delictum commis- 8 sum a filio pater moriatur: quia legitima non defertur fisco, Farinac. d quæst. 24. numero 19 sequ. vbi alios allegat, & reddit rationem, Carpa. d. capit. omnium, nu. 247. seqq. vbi etiam alios allegat.

4 Amplia, vt nec etiam ob delictum filij legiti- 9 ma confiscari possit, Bero consil. 34. num. 22. Soc. iun. consil. 51. numero 5. libro 1. [illegible]u. commu. opinio. lib 1. opin. 199. & 401. Petr. Duen. reg 356. nu. 2. Farinac. quęstio. 24. num. 19. vbi alios allegat, & testatur de comm. & add. ad Farinac libro primo, decisio 17. in litera B, Peregri. lib 3. titulo 7. nume. 31. de iur. fisc. Michael. Crass. in tract. de success §. legitima, quęstio. 12. numero 2. vbi de comm Clemen. de patr. potest. effect. 16 numero 50. Carpa d. cap omnium, nume. 185. & numero 245. sequ. Add. ad Carpa. d. capitu. omnium, numero 172. in littera A, vbi alios allegant.

5 Amplia, vt nec etiam in crimine lęsę Maiesta- 10 tis pater teneatur ad legitimam pro delicto filij, vt post Soc. in cons. 22 columna 4. volum. 1. Farinac. quęstio. 24. num. 17. seq. Bertaz. consil. 510. nu. 13. in princip. volumine 2. Baiard. d. quęstio. 78. sub nu. 111. vers. nec etiam.

6 Amplia quando testator prohibuisset aliena- 11 tionem bonorum, vsque ad certum tempus puta 25. annorum propter imbecillem ętatem filiorum, 12 vt non veniat legitima in confiscatione, cum non onerosa isto casu, sed fauorabilis videatur. Roland. consil 31. nume 31. libro 1. Tob. Non. consilio 97. nume. 6. Iul Clar. q. 78. versic. item quęro in fin. Farinac. d quęstio. 25. nu. 44. & seq. vbi concordantes allegat, & testatur de commu. Hieron. Gabriel. consil. 194. n. 3. seq. volum. 1. Michael. Crass. in tracta de success §. legitima, quęst. 38. num. 16. vbi de magis communi Rimin. iun. consil. 50. nu. 81. vol. 1. Carpa d. cap. omnium, num. 186. vbi de communi, Rimi. iun. cons. 131. nu 57. seqq volum. 2. latissimè

finè Peregrin. de fideicommiss. articu. 36. nu.65. & seqq. vbi videtur facere differentiam inter prohibitionē ad tempus, vel in perpetuum, vt in primo casu possit sustineri ampliatio, secus in perpetua.

Et talis prohibitio legitimę ad tempus tener nō solum respectu filiorum, sed etiam aliorum, Carp. d.c.omnium nu. 187.

Et licet probatio imbecillitatis fieri deberet, vt 13 per Rolan. cons. 98. nu. 12. vol. 2. tamen statur assertioni patris sic attestatis, & ascendentis in hac prohibitione, vt post. Roland. d. cons. 98. num. 29. Carpa. d. c. omnium, num. 187.

6 Amplia. quando pater prohibuit filijs detra-14 here legitimam, quia tunc per delictum filiorum legitima nunquam transit in fiscum. Bero. qu. 87. nu. 10. vbi late disputat hunc articulum, & concludit pro hac parte contra fiscum, & ibi adducit Doct. tenentes in puncto eamdem opinionem.

Quę opinio Bero. magis verificatur quando fi-15 lij non fuerunt dumtaxat instituti in legitima cum prohibitione alienandi, sed quando vniuersaliter fuerunt instituti, vt ipsemet Bero. in d.q 87. bene declarat. & etiam refert Rimin. Iun. cons. 50. n. 71. vers sed aduersus, vol. 1 late vide Fachin. in suis cōtrouers. Iuris. lib 5. cap. 96. & dicam late in conclus 27. quib. caut. tollatur confisc. in verb. legitima

Item magis procedit, quando hęredes filij adi-16 uerunt hæreditatem cum ista prohibitione detrahendi legitimam, quia sicut filij deinde viuentes non potuissent detrahere legitimam, nec etiam filij per eorum delicta. Curt. Iun cons 71. num. 14. Rimin. Iun. cons. 131. nu. 57. & seq. vol. 1. dicam in d. concl. 27.

Item procedit quando pater mandauit compen-17 sari fructus perceptos in bonis sibi relictis vltra legitimam, quia tunc fructus præfati compensantur in legitima, & fiscus excluditur Cuman. in l. cohæredi, §. cum filiæ de vulgar. & pupillar. & in l. in fideicommissaria ad Trebellian & in cons. 25. & cons. 52. Curt. Iun. cons. 71. nu. 14.

Contrariam opinionem, quod in legitima aliquod onus imponi non possit per patrem, & ipso iure appositum reijciatur, l. quoniam in priorib. vbi Doct. C. de inoffi. testa. Gabriel. tit. de legitima conclus prima, per totum lib. 6. Hieron. Cucc. in tractat. de legitima, §. legitima nullum grauamen per totum. Farinac. d. quæst. 25. nume. 40. vbi de comm. Michael. Crass in tract. de success. § legitima, quæst. 38. num. 2. vbi de comm. Clem. de patr. potest. effect. 16 num. 44. & seqq. qui loquitur etiam quando esset onus in minori parte, quia poterit peti supplimentum.

Et quod prohibitio alienationis in legitima non valeat. Gabr d. conclus. 1. nu. 25. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 28. nume. 23. & seqq. par. prima, vbi alios concordantes allegat, & in specie in præiudicium fisci huiusmodi prohibitio non teneat consuluit Rim. Iun. in d. cons. 50. num. 26. & seqq. vol. 1. vbi respondet contrarijs add. ad Bertaz. cons. 489. in littera B vol. 2.

Nec approbatio testamenti facta per filios adeundo hæreditatem cum dicta prohibitione impedit petere legitimam, vt in terminis respondet post Anchar & Dec. Rimin. Iun. in d. consil. 59. n. 92. & Crass. in d. §. legitima, n. 21. vbi de commun.

Nec opinio Cumam circa perceptionem fructuum, vt debeant compensari in legitima est vera, vt latè post alios quos adducit testatur, Rimin. Iun. in d. consil. 50. num. 90. 91.

Sed credo, quod opinio affirmatiua, quod per prohibitionem legitimę à patre factam excludatur fiscus procedat accedente expressa prohibitione filiorum mediante iuramento, Dec. cons. 26. col. 2. nu. ... R p. cons 6. num. 13. vol. 1. Gabriel. lib. 6. tit. de legitima conclus. 1. nu. 7. vbi de commun. Ant. Cuc. rub. legitima nullum grauamen, n. 12. Michael Crass. in tract. de success. §. legitima, quæstio. 38. numero 21. in fin. vbi etiam de commu.

Item procedit, vt saltem intelligatur prohibita transire in fiscum quando delictum fuerit commissum per filium minorem durante minori ætate Rimin. Iun. consil. 131. n. 57. & seqq. vol. 2. Baiard q. 78. num. 47. vbi subdit maximè procedere concurrente approbatione testamenti paterni facta per filiū adeundo hæreditatem paternam.

7 Ampliam stam 18. Limitationem, vt non veniat in confiscatione legitima, etiam si pater in 22 vita illam fisco consignasset Ruin. consil. 149. num. 13. vol 3. Dec. cons. 04. nu. 46. volum. 3. Baiard. d. q. 78. numer. 48.

Quæ ampliatio, maximè procedit quando bona 23 non reperiuntur penes ipsum filium bannitum, Ruin. consil. 123. num. 6. volum 4. claud. Bertaz. in add. ad patrem, consilio 510. in littera B. in fine.

9 Amplia in forensi delinquente in natu eccle-24 siastico, vt pater non cogatur ad soluendum pro delicto filij legitimam Farinac. in quæst. 24. nume. 162. vbi alios allegat, etiamsi in dicto statu eccle-25 siastico pater haberet possessiones, & domos, Baiard. q. 87. numero 22. & ita in vrbe, ego plures obtinui.

9 Amplia, quod filius delinquens extra territo-26 rium non transferat legitimam in fiscum, etiam præsupposito statuto, quod pater teneatur pro delicto filij ad solutionem legitimę, Farinac. d. q. 24. num. 166. vbi de comm. Lud decis. Lucens. 76. num. 39 in fi. Viu comm. opin. in verbo, quod statutum disponens, quod pater opin. 771. num. 7. Baiard. q. 86. numer. 21.

10 Amplia hic in vrbe per bullam Innocentij 27 Noni, sub datum Romę Kal. Decembris 1591. super gratijs concessis populo Romano, per quem reduxit constitutionem Marchiæ, & Bullas Pij Quarti, & Quinti, ad terminos iuris communis, & ita passim in vrbe seruatur.

11 Amplia, vt in tantum filius non possit habe-28 re legitimam, nec fiscus illam inuadere etiam si pater esset mortuus ciuiliter; nam patre condemnato non debetur filio legitima, sed patris mors naturalis est expectanda, Angel. in tract. de test. in proœmio, num. 5. vbi testatur hanc esse magis ę. quam, & communem opinionem, vt refert. Clemen.

men. in tracta. de patr. potest. effect. 16. numero 61. versicu. vt habeat locum.

12 Amplia, vt pater non teneatur ad legitimam 29 pro delicto filij quando alterum filium interfecit, Moron. de pac. quęst. 176. num. 5.

Contrariam opinionem contra Moron. tuetur 30 Baiard. in q. 86. num. 36. & ibi reddit rationem, cuius opinioni ego adhęreo, quia constitutio Marchię, vt patet teneatur pro filio in legitima est fundata in illa ratione, vt filij famil se abstineant à delictis, & in terminis Vulpel. resp. 124. numero primo, Honded. consil. 95. numero 40. volumine primo, quę ratio multo magis militat in delicto comprehensio sub leg. Pomp. de parricid.

13 Amplia in filio naturali, vt legitima ob eius 31 delictum non transeat in fiscum, etiam præsupposita d. constitutione, Marchiæ, Honded. consil. 95. nume. 59. volum. 1 qui loquitur in vnica filio debita vbi alios allegat, Carpa. d. capit. omnium, nume. 297. seqq.

14 Amplia in filio spurio, vt nec etiam fisco debeantur legitima pro delicto eiusdem filij spurij, Honded. d. cons. 95. nu. 58.

15 Amplia in filio arrogato pro quo pater arro-33 gans non tenetur soluere legitimam, etiam præsupposita dicta constitutione, vt consuluit Eugen. consil. 49. per tot. cui se subscripsit Tob. Non. & idem Tob. consilio 100. per tot.

16 Amplia in nepotibus, vt auus pro eorum 34 delictis vigore dictæ constitutionis non teneatur soluere legitimã, vt consuluit Eugen. cons. 45. n. 5.

17 Amplia in filijs minoribus, vt pater pro eis 35 non teneatur soluere legitimam, etiam præsupposita dicta constit. Marsil. singul. 362. vers. sed limita, Farinac. q. 24. nu. 168. vbi de com. & alios allegat Viuia. commun. opin. in verbo. statutũ disponens, quod pater teneatur soluere pro filio vers. limita 4. Baiard. q. 86. num. 10. & num. 40. vbi de commu. licet sub nu. 41. vidisse dicat in statu ecclesiastico patres teneri ad solutionem legitimæ pro filijs 25. annis minoribus delinquentibus.

Sed ista ampliatio erit vera, sine difficultate in 36 filijs delinquentibus in pupillari ętate, Marsil. d. sing. 362. & singul. 491. Plot. in repet. si quando, §. 53. num. 10. C. vndeui.

18 Amplia quando delinquens, haberet, & pa-37 trem, & filios; quia eius legitima non venit in confiscatione, sed referuatur nepotibus, Ruin. cons. 8. num. 6 vol. 5. Tob. Non. consil. 95. per tot. Farinac. q. 24 nu. 72. Lud. decis. Perus. 11. nu. 27. seqq. vbi firmat hanc opinionem esse canonizatam in omnibus curijs status ecclesiastici, & ita pluries fuisse iudicatũ Michael. Crass. in tract. de success. †. legitima, q 12. nu. 4. Farinac. cons. 2. nu. 7. Add. ad constitu. Marchię lib 4 cap. 18. in littera B. num. 1. Baiard. in q. 86 num. 23. Add. ad Magon. decis. 94. in littera A. in fine, Carp. d. c. omnium, nu. 261.

Quę ampliatio procedit etiam quando filius ha-38 beret tantum vxorem pregnantem, Lud. decis. Perus. 11. num. 28. versic. & adeo verum, & nu. 99. seq. Carpan. d. cap. omnium, nu. 562.

Sed an nepotibus debeatur ista legitima quę eis referuatur in vita aui, vide Farinac. cõs. 92. per tot.

1 Limita, & intellige istam ampliationem, quando pater deliquit auo superstite, & tunc immediate referuetur legitima nepotibus, secus si non superuiueret tempore commissi delicti Crass. in d. §. legitima, q 4. numero primo. in fi.

2 Limita in crimine lęsę Maiestatis, quia confi-40 scatur legitima licet delinquens habeat patrem, & filios, Gig. de crim. lęsę Maiest. lib. 2. rubr. vlt. q. 15. Add. in constit. Marchiæ, in d. c. 18 in littera B. Baiard. in q 86. num. 23. vers. fallit, Add. ad Magon. d. decis. 94. in littera A. in fi. vbi testatur, quod ita viderunt pluries iudicari, ac etiam ipsi in ciuitate Spoleti iudicarunt.

19 Amplia quando pater repręsentaret filium 41 condemnatum in carceribus; quia euadet dispositionem dictę constitutionis Marchię; vide Marsil. singul. 362. versiculo numquid pater.

20 Amplia. quod si pater soluat aliquid pro fi-42 lio, & filius habeat pæculium, vt intelligatur soluisse legitimam de pæculio filij, & non de proprijs bonis, Ruin. consil. 149. nu. 14. volum. 3. Moron. de pac. quęst. 154. nu 20. Viu. comm. opin. in verb. statutum dispo nens, quod pater teneatur, numero 15. Baiard. quęstio. 86. numero 34.

Sed in statu ecclesiastico per constitutionem Marchię lib 4. c. 18. prouisum fuit, quod pœna soluatur de pæculio filij, vel si illud non habeat, vel non sufficiat, & filius non sit soluendo, etiam pater pro filio teneatur in legitima, vt refert, & bene declarat Baiard. in quęstio. 86. num. 35 & 39.

21 Amplia, quod in casibus in quibus pater te-43 netur soluere legitimam pro delicto filij, vt filiæ fœminæ exclusę à statuto connumerentur; latissimè Hier. Gabr. cons. 11. per tot. lib 1. Rimin. iun. cons. 187. n. 26. seq. Ant. Gabriel. lib. 6. tit. de legit. concl. 2 Crass. de success. §. legitimã, q. 7. vbi latissime Carp. 44 d. c. omnium, nu. 718. vbi dicit idem esse in filio exhęredato, vel professo in aliqua religione, vbi tamen subdit hoc non procedere vigore statuti Mediolani.

22 Amplia, quando filius condemnaretur non 45 per veras probationes, sed in contumaciam, Clar. q. 86. nu. 173. Bursat. consil. 169. numero primo, libro 2. vbi de commu. Eugen. consil. 69. num. 6. vbi de commu. & consil. 45. num. 21.

1 Limita quando statutum, vel lex respiceret disponenda condemnationem; quia tunc pater tenetur pro filio ad fauorem fisci soluere legitimam, 46 etiam si fuerit condemnatus in contumaciam; secus si simpliciter loqueretur Clar. d q. 86. nume. 9. Farinac. q. 24 nume. 177. sequ vbi de commu. Bursat. d. consil. 169. num. 3. vbi de commu. Magon. decis. Lucens 94. nume. 5. Eugen. cons. 69. num. 6. sequen. Seau. in tract. crimin. c. 97. numer. 126. vers. tertio vero.

Sed Farinac. in d. q. 24. nume. 177. sequentibus refert Docto. contrariam opinionem sequentes, & ibi declarat quando vtraque opinio procedat, & quid etiam si statutum mixtum loqueretur, & post

Fari-

Farinac. Fachin. controuer. iur. lib. 9 cap. 51. vbi de æquiori sententia, quod non sufficiat sententia contumacialis.

2 Limita quando filiusfam. condemnatus in cōtumaciam, de ea habuit scientiam, & non appellauit Ioseph. Lud. conclusione 3 Amplia. 5. Menochius consilio 100 nu. 14. sequen. volum. 1. Baiard. q. 86. nume. 20. in fine.

23 Amplia, quod in solutione legitimę debet 47 attendi tempus delicti, & non condemnationis, & ideo si fuerit patrimonium auctum per patrem post commissum delictum per filium ante condemnationem fiscus non potest prætendere legitimam in dicto augumento, Romagiol. in l. in quartam, num. 438. & seqq. ad l. Falcidiam, Moron. de pac. q. 153. Vasq. in tract. de success. §. 30. nu. 220 & 2 3. Crass. in d. §. legitima quæst. 30. Gabriel. consi. 176. lib. 2. per tot. Cassa in Cataleg. glo. mund par. 6. conclusio. 26 vide Farinac in q. 24. nu. 84 vbi refert plures opiniones licet docti supradictos non alleget.

Alij autem tenent, quod attendatur tempus condemnationis quos refert Carpan. in dicto capitulo omnium, numero 264.

Alij autem, quod debeat attendi tempus mortis patris ne fieret præiudicium alijs filijs nascituris, Lancell. Polit. in l. filium quem habentem, nu. 163. capit. famil. hercisc. quem sequitur Duen. regul. 356. ampliatio. 2. vt refert Carpan. d. cap. omnium, nume. 265. vbi subdit, nisi pater interim bona dissiparet, vel alienaret in fraudem huius cōdemnationis, & ad fauorem aliorum filiorum.

Alij autem, vt attendatur tempus publicationis, & non mortis naturalis. Boss. de bon. public. nu. 6. & 10. Roland. cons. 97. num. 34 vsque ad nu. 40. vol. 2. vbi recitat opiniones contrarias, & trāsit cum opinione Boss. & eamdem opinionem sequitur Carpa. d. c. omnium, numero 712.

24 Amplia, vt legitima semel soluta per patrem 48 amplius solui non debet, vt aperte legitur in d. constitutione Marchię.

25 Amplia, vt in calculanda legitima non habea-49 tur ratio donationis inter viuos factę a patre filio nec ob causam necessariam, nec in pręmium emancipationis, nec imputetur feudum, vel emphiteusis Ecclesiastica, nec bona aduentitia filij, nec consumpta per filium in ludo nec ea qua proueniant ab auo, secus si a patre; de quibus omnibus late vide per Carp. in d. c. omnium, numero 720. vsque ad num. 731.

26 Amplia, vt confiscatis bonis patris reuoce-50 tur legitima per filios postea natos de qua ampliatione, & de eius veritate vide Tiraquel. in l. si vnquam numero 133 C. de reuoc. donat. Alban. cons. 206. numero 22. Surd. de aliment. tit. quæst. 3 1. numero 37 Vinc. franch. decis. 102.

1 Sublimita istam 18. principalem limitationem 53 in statu Ecclesiastico per bullam Sixti Quarti insertam inter constitutiones Marchię, lib. 4. cap. 62. qua cauetur patrem teneri ad legitimam pro delicto filij Hond. cōs. 95. n. 1. & 49. li. 1. Baiar. q. 87. n. 19

Quæ constitutio licet non loquatur de condemnato per contumaciam, tamen per extrauagantes Pij Quarti, & Pij Quinti est extensa ad condemnationem etiam in contumacia factam non obstante quacumque consuetudine. Farinac. quæst. 24. numero 181. Baiard. quęst. 87. num. 19. in fin. Eugen. cons. 69. numero 7. in fin. Flam. Cart. de capit. bannit. c. 1. nu. 301. vers. sed hodie.

Et quod talis constitutio valeat non est dubitandum Iul. Clar q. 86. num. 8. Lud. decis. Perus. 11. nu. 26. vbi de commu. Viu. lib. 1. comm. opin. opin. 19. in princ. Vasq. de success. §. 20. numero 286. Crass. de success. §. legitima quæst. 12. num. 3. vbi in fin. testatur de magis communi, & practicata opinione Carp. d. c. Omnium, numero 254. seqq.

Sed tribus modis talis constitutio Marchię seu simile statutum de iure limitatur. Primo si filius fuisset in contumacia damnatus. Secundo si filius moriretur ante partem ei à patre assignatam. Tertio quando filius damnatus habere filios, vt tradit Carp. d cap omnium nu. 257 seqq.

2 Sublimita, quod si pater assignauerit aliquid 54 fisco pro legitima, publicatis bonis filij fiscus agit contra patrem ad supplementum legitimæ, vt consuluit Bertaz. cons. 439 per tot. vol. 2. quia istud ius petendi supplementum legitimæ transit ad hęredes extraneos. Clem. de patr. pot. effect. 16. n. 49.

3 Sublimita, quod si legitima fuerit assignata fi-55 lio in vita, & patrimonium patris augeatur, augetur etiam ipsa legitima filij, vt de veriori sententia firmat Marzol. cons. 39. nu. 64. & Crass. in d. §. legitima, quęst. 33. per totam dicit in isto puncto fuisse varias doctorum opiniones, quas ibi seriatim recenset ad quem me remitto pro vera declaratione istius articuli.

4 Sublimita, vt in solutione legitimæ computen-56 tur bona quę pater habet extra territorium, vt respondit Vulpel. responsi. 54. per totum, & sub nume. 10 declarat etiam fuaseri ex constit. Marchię.

5 Sublimita, vt si filius pateretur delictum pro 57 interesse legitimę an possit pater reuocare confessionem, & an possit appellare à sententia lata contra filium vide Bart. in locis relatis per Baiard. q. 80. num. 28. & 29.

6 Sublimita, vt exequutio pro legitima fiat con-58 tra patrem absque alio processu ipso patre non citato neque sequuta condemnatione contra filium. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 1. versic. quarto infertur. Baiard. quæst. 89 num. 17. Farinac. q. 24. num. 183. & ita passim in vrbe, & toto statu Ecclesiastico obseruatur Iul. Clar. q. 86. nu. 9. in fine vbi de comm.

7 Sublimita, vt pater teneatur ad solutionem le-59 gitimæ pro delicto filij etiam si inter ipsos adesset inimicitia per ea qua trad. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 24. nu. 2. & 3.

8 Sublimita, quod stante dicta constitutione 60 Marchię teneatur soluere legitimam fisco condemnatione filij etiam si in iustè fuisset condemnatus, vt decidit Bald. in l. vnica, nu. 12. & seqq. C. ne filius pro patre.

9 Subli-

9 Sublimita quando filios esset in carceribus, & 6 ex illis aliter euadere non posset, nisi soluendo legitimam, quia pater poterit cogi ad solutionem dictę legitimę Duen.reg.356.fallen 5.vbi alios allegat. Farinac. d.q.24.num.21.& seqq.

20.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta alicui debita ob eius delictum non veniunt in confiscatione.*
2 *Alimenta nulla constitutione possunt tolli.*
3 *Vncia filio naturali debita non venit in confiscatione.*
4 *Alimenta possunt subministrari filio bannito per patrem non obstante, quod per constitutionem fieret etiam mentio de patre.*
5 *Alimenta non veniunt in confiscatione etiam vita durante ipsius banniti.*
6 *Amplia, vt procedat in quacumque dispositione legis vel hominis.*
7 *Alimenta nec etiam in crimine lęsę maiestatis veniunt in confiscatione.*
8 *Alimenta non veniunt in confiscatione etiam quando debentur propter vsumfructum relictum.*
9 *Alimenta debentur filijs, & vxoribus delinquentium donec sequatur declaratoria.*
10 *Alimenta debentur vxori delinquentis etiam si nullam habeat dotem.*
11 *Alimenta debentur filijs, & vxoribus etiam si illa absorbeant tota bona delinquentis.*
12 *Alimentorum appellatione quaenam veniant in proposito.*
13 *Alimenta non debentur bannito qui vigore alicuius statuti impune potest occidi.*
14 *Alimenta fiscus non tenetur praestare quando delinquens condemnatur non in tota, sed in aliqua parte bonorum.*
15 *Filij damnati quibus portio reseruatur de ea non tenentur aere patrem.*

20 1 LImita principaliter, vt in confiscatione nō veniant alimenta alicui debita. Boss. de public bon. numero 12. vbi de comm. Nell. in tracta. banniti. in prima parte 2. temporis, nu. 36. Iul. Clar. quaest. 78. num. 22. in fi. vbi de comm & ibi Baiard. nume 109. ac Giacar. in add. in litera B. Late Honded. consi. 95 nu. 70. & seqq. lib. 1 Franc Lucan. de fisc. titu. de bon. public num. 5. Carpan. d cap. omnium. num. 192. vbi concord. allegat. & num. 765. latissime Surd. de Alimen. tit. 8. priuileg 59 num. 14. & seqq.

1 Amplia, vt procedat, quod alimenta nulla 2 constitutione possint tolli etiam si de eis expressa mentio haberetur late post alios Honded. d consi. 95. num. 73. & seqq Carpan. d. cap. omnium, n. 763.

2 Amplia, vt procedat etiam in vncia filio de-3 bita, quę cum loco alimentorum detur, non veniat in confiscatione, vt latissime consuluit Honded. consi. 95. nu. 50. seqq. & in fine, consi. testatur ita fuisse resolutum per D. Flam. Cartari m. Late Surd. in tract. de Aliment. tit. 1. quaest. 31. nu. 31. & seqq. vbi tenet, quod alimenta filio spurio debita non veniant in confiscatione ob delictum patris, nisi esset particeps criminis.

4 Amplia in filio bannito cui per patrem possunt 4 subministrari dicta alimenta, nec ea possunt confiscari, non obstante, quod constitutio etiam de patre loqueretur Soc. Iun. in consi. 54. num. 12. lib. 3. post Nell. in tract. de bannitis in prima par. 2. temporis. Clem. de patr. potest. effect. 17. num. 10. Honded. d. consi. 95. nu. 76.

4 Amplia, vt dicta alimenta non veniant in con-5 fiscatione etiam vita durante ipsius banniti. Boss. de bon. public. num. 72. vbi ita fuisse iudicatum testatur Iul. Clar. quaest 78. num. 22. in fi. Caualcan. de vsufruct. mulier. nu. 238. Clem. d. effect. 17. num. 69. seq. vbi tamen subdit a tali controuersia libera nos Domine, quia fiscus nunquam vult perdere. Honded. d. consi. 95. num. 70. & sub num. 77. reddit bonam rationem Pereg d lib. 4. nume. 45. & num. 123. vbi alios allegat de iur. fisc.

5 Amplia, vt procedat in quocumque debito 6 pro alimentis vel legis dispositione vel ex hominis voluntate, vt in legato, vt non veniant alimenta in confiscatione etiam durante vita delinquentis vel grauati, vt post alios Honded. in d. consi 95 n. 79. vers quae opinio Pereg. d. lib. 5 n. 123.

6 Amplia, vt nec etiam in crimine lęsę Maie-7 statis alimenta in confiscatione veniant sed filio banniti conseruentur. Plot. consi. 39. nu. 83. Becc. consi. 8. num 7. Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 59. n. 15. vbi reddit bonam rationem.

7 Amplia, vt nec etiam veniant in confiscatio-8 ne alimenta quando debentur propter vsumfructū relictum quia sequuntur naturam vsusfructus, & sicut ipse extinguitur, ita etiam extinguntur alimenta, & fiscus ea inuadere non potest, vt post Franc. Marc. decis. 833. tradit Caualcā. de vsufruct. mulieris numero 238. in fine, & Pereg. d. lib. 5. nu. 123. in fin. Surd. d. priuileg. 59. num. 23. seqq. distingue tamen vt ibi per eum.

9 Amplia, vt filijs, & vxoribus delinquentium 9 donec sequatur declaratoria debeantur alimenta Boss. de alimen. praestan. num 1. & 2. Plot. consi 30. num. 86. Carp. d. c. omnium numero 770. Imo semper etiam in crim. lęsę Malest late Farinac. tit. de crim. lęsę Maiest. q. 115. §. 3. nu 128. vbi alios allegat, vbi subdit Surd. de Alim. tit 1. q. 31. tenere contrarium, & ibi contrarijs respondet, & loquitur in crim. haeresis etiam.

10 Amplia, vt vxori debeantur alimenta in bo-10 nis mariti delinquentis etiam si nullam haberet dotem Clem. d. effect. 17. num. 14. Carpan. d. c. omnium, num. 771.

11 Amplia, vt filijs, & vxoribus debeantur ali-11 menta etiam si legitima eis non sufficiat, & omnia bona confiscata absorbeantur. Carp. d. c. omnium, n 772. vbi post Boss. & Plot. testatur ita fuisse per Senatum Surd. de Alim. tit. 1. q. 31. n. 13. ibi late.

Quenam ven ant in proposito appellatione ali-
12 mentorum vide Boss. in tit. de alimen. nu. 40. Ploc. conf. 30. num 84. & 86. & seq.

1 Sublimita quando ex aliquo statuto damnatus
13 potest impune offendi quia alimenta ei non debentur, vt post Alciat. in l post contractum num. 90. de donat. Carp. d. c omnium, num. 194 quod est notandum in statu Ecclesiastico per Bullas Pij IIII. & Pij V.

2 Sublimita, vt fiscus non teneatur ad alimenta
14 quando succedit damnato in quadam quantitate, solummodo Bal. in l. data opera, num. 60. in fine, C. de his qui accus. non poss. Carpan. d. c. omniũ, numero 769.

3 Sublimita, quod si alicui bona publicentur, &
15 ex dispositione statuti aliqua portio filijs damnati reseruetur, vt ex ea filij non teneantur alere patrem. Carp. d. c. omnium, nu. 780.

21

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Portio vxori inopi in bonis mariti debita non venit in confiscationem ob delictum viri.*

2 *Portio predicta non confiscantur etiam si fieret confiscatio in bonis viri vigore alicuius particularis substitutionis.*

3 *Limita in crimine læsæ Maiestatis.*

4 *Vt possit confiscari per specialem constitutionem.*

Limita de consuetudine nu. 5. sed contra nu. 6.

20 1 **L**Imita vt nec etiã portio quę debetur vxori inopi in bonis mariti non venit in confiscatione ob publicationem bonorum eiusdem mariti. Ploc conf 30. numer. 41 iuxta auth. pręcecta. C. vnde vir, & vxor. Farinac. q 25. nu 113. vbi de comm. Mazol. conf. 48 num. 11. Baiard. q. 78. nume. 87. & fuit Originalis doctrina Soc. senior, in conf. 121. numero 1. eq. vol. 4 vt dicit Pereg. d. lib. 5. num. 46. Marf in d. Verb confiscata, num. 17.

1 Amplia, vt procedat etiam si vigore alicuius
2 particularis constitutionis fieret confiscatio d. quarta pars vxori miserationis gratia relictã nec inopia laboret venit in confiscatione. Plor. d. conf. 30. numero 43. Roland. conf 14. numer. 27. & conf. 15. numero 4. seq. vbi de comm. late Farinac. d. q. 25. n u. 114 seq. Carp. in d. c. omnium, nu. 775.

1 Limita in crimine lęsę Maiestatis, vt per publicationem bonorũ mariti veniat dicta quarta pars vxori debita d. Auth. bon. damnat. Pereg. d. lib. 5. numer. 46. tit. 1.

2 Limita, vt ista quarta pars vxori debita con-
4 fiscari possit per statutum, & specialem constitutionem Farinac d. q. 25 numero 125. vers. nisi de ca sed Carpan. in d. c. omnium numero 775. dicit censentur reseruata ista quarta pars quando statutum totam reseruaret legitimam.

3 Limita forsan de consuetudine, vt publicetur
5 dicta quarta pars vxori debita, vt videtur sentire Pereg d. lib. 5. numero 46. dum inquit in practica crederem, quod fisci causa præualeret, & ibi subdit rationem a qua opinione non videtur dissentire Baiard. in d. quæst. 78. numero 87. in fin. dum inquit sed hoc nunquam practicari vidi, & quod non posset obtineri a fisco propter eius voraginem cũ sit saccus sine conscientia.

Sed ego opinioni non assentio, quia si d. quarta
6 pars debetur vxori miserationis gratia, & ne inopia laboret, & succedat loco alimentorum, sicut alimenta non veniunt in confiscatione, vt in precedenti limitatione vidimus, nec etiam debet venire ista portio.

22.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus non venit in confiscatione ob delictũ illius, qui dictum vsumfructum habet. Sed contra numer. 2.*

3 *Vsusfructus non venit in confiscatione quando vsusfructuarius patitur maximam, vel mediam capitis diminutionem.*

4 *Vsusfructus semel confiscatus etiam si vsufructuarius fuerit restitutus à Principe non reconualescit.*

5 *Maximam, & mediam capitis diminutionem quis patiatur.*

6 *Filij possunt consequi dotes maternas quando pater amittit vsumfructum legalem in dictis bonis.*

7 *Vsusfructus extinguitur per mortem vsufructuarij condemnati, vt fiscus desinat vti, & frui dicto vsufructu.*

8 *Mater instituto vsufructuaria in bonis filij, & ex constitutione Bulgari debeat tantum habere alimenta, si tamen bona filij publicentur mater consequitur totum vsumfructum.*

9 *Mater relicta vsufructuaria vna cum filio si filius committat delictum per quod habeatur pro mortuo, totus vsusfructus acquiritur matri.*

10 *Vsus vel habitatio non transit in fiscum.*

22 1 **L**Imita principaliter in vsufructu qui non venit in confiscatione, propter delictum illius, qui dictum vsumfructum habet Alexan. conf. 23 num. 14. vol 1. Corrad. in tit. de public. bon. nu. 3. Late Farinac. in quæst. 25. n. 148. Carpa. d. c. omnium num. 272. vbi alios allegat.

Contraria opinio desumitur per tex. in terminis
2 in l. si postulauerit, §. iubet de adulteriis, & decidit. Nell in prima parte 2. temporis q 27. & Pereg. d. lib. 5. num. 73. vbi dicit quod ista commoditas vtendi. & fruendi potest in vita vsufructuarij per eum alteri cedi, idcirco ex publicatione etiam transire potest in fiscum, & ante eum Farinac. in d. q. 25. nu. 149. vbi de comm. & alios allegat Carpan. d. c. omnium, nume. 273. seq. vbi etiam quamplures allegat.

Tenendo istam contrariam opinionem. Primo illam

3 illam limita quando condemnatus pateretur maximam, vel mediam capitis diminutionem, quia tunc excluso fisco vsusfructus finitur, & cum proprietate consolidatur. Borgnin. Caualcan. de vsufruct. mulier. nu. 225. & 238. Marc. decis 827 num. 4. tertia par. Pereg. d. lib. 5. num. 73. vers. cuius tamen, & nu 116. in quibus locis firmat, secus si minimam capitis dimi utionem pateretur. Hier. Gabriel. cons 123 nu 10. & cons 84 volum. 1. Panciar. cons. 181 nu 11. lib 1. Farinac. q. 24. num. 33. & hanc distinctionem tuetur Fachin in controuer. Iur. lib. 9 cap 50. & late Surd. de Aliment. tit 8. priuileg 59. num. 23. & seq.

Amplia istam primam limitationem, vt con-
4 demnatus restitutus a Principe non recuperet vsufructum, quia semel extinctus, vsusfructus nunquam reconualescit, Borgnin. Caualcan. d. loco citato numero 133 vbi alios allegat Pereg. d. lib. 5. num 116 vers. quod nec.

Maximam, & mediam capitis diminutionem
5 patitur damnatus in metallum, ad perpetuos carceres, vel ad triremes, & bannitus qui potest impune offendi, quia amittit ciuitatem, secus relegati, qui non perdunt ciuitatem, nec vsumfructũ post alios. Pereg. d. lib. 5 numero 116.

Et sic filij possunt consequi dotes maternas quã-
6 do pater bannitur, & potest impune offendi, quia amittit vsumfructum legalem in dictis bonis. Pereg d. libro quinto, num. 116. in fin. & quod ita sępius fuit exequutum.

1 Limita quãdo vsufructuarius ob it, quia com-
7 moditas vtendi, & fruendi extinguitur, & desinit fiscus bonis vsufructui subiectis vti, & frui. Farinac. d. q. 25. num. 150.

2 Limita quãdo mater fuit instituta vsufructua-
8 ria, & bona filij publicantur, & ex constit. Bulgar. non habeat nisi alimenta, & non vsumfructũ tamen per ipsam publicationem totum vsumfructum consequitur. Ruin consilio vigesimo sexto, libro quinto, quem sequitur Roland consilio sexagesimo quarto, numero vndecimo, libro secundo Tob. Non. consilio 107. numero nono, Caualcan. de vsufruct. mulier, numero quadragesimo, Peregrin. de iure fisc. libro quinto, numero 80.

3 Limita quando mater fuit relicta vsufructuaria in bonis paternis, vna cum filio, quia si lilius committat delictũ per quod pro mortuo habeatur totus vsusfructus excluso fisco trãsit in matrem tex. in l. si mulier, cum liberis in princip. de vsufruct. accrescen. Tob. Non. cons 107 num. 10.

4 Limita quando sumus in vsu vel habitatione
10 quem, & quam aliquis habet in aliqua re, quia tale ius non transit in fiscum. Paris. cons. 157. numer 41. vol 4.

5 Limita quando fructus alicuius predij relinquuntur, quia illi confiscantur Surd. de Aliment. titulo octauo, priuileg. 56. num. 25. seq.

23
Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

dotem in crimine lesæ Maiestatis quando fuissent participes eiusdem criminis.

35 *Filij masculi in isto crimine lesæ Maiestatis debēt per fiscum alimentari.*

36 *Filius quando excluditur ab hereditate paterna ob aliquam causam excluditur etiam à legitima confiscatis bonis paternis.*

37 *Filio bannito legitima non debetur confiscatis bonis paternis.*

38 *Legitima non debetur filijs quando pater vigore condemnationis non habetur pro mortuo, vel condemnatur in aliqua parte bonorum.*

39 *Legitima, vel portio confiscatis bonis maternis filijs nulla debetur, contra num 41.*

40 *Legitima debetur matri, & Auiæ confiscatis bonis filiæ.*

23 LImita principaliter, vt ob delictum patris 1 reseruetur porrio filijs, etiam præsupposita dicta constitutione Marchiæ, quæ interpretatur iuxta leges antiquas positas in l prima, & in l. cum ratio de bon. damnat. Roland. consil. nonagesimo septimo, numero nono, & vigesimosexto, libro secundo, Iul. Clar. quæst. 78 vers. videndum est. Farinac. d. questione vigesimaquarta, numero trigesimoquarto, vbi de magis communi æquiori, & veriori. Pereg. late de iure fisc libro quinto, numero trigesimoquarto, versic contrariam opinionem, vbi alios allegat, & ita fuisse Venetijs obtentum in facto Clem. de patr. potest. effect. 16 numero trigesimoquinto, seqq. Corrad. in d tit. de bon. public. numero octauo, in princip. Fachin. in suis controuersijs, libro quinto, capitulo 95. vbi testatur de consuetudine totius Italiæ.

Contrarium voluerunt Cephal. & Cassan. in locis 2 relatis per Iul. Clar. d. quæst 78. sub num. 23. versic. hodie tamen. & per Farinac in d quæstione vigesimaquarta, sub numero trigesimoquarto, versic. & licet contrarium, & per Pereg. in dict. libro quinto numero 34.

1 Amplia, & è contra, vt publicatis bonis filij 3 reseruanda sit portio ipsi patri, & dicta constitutio sit etiam per iura antiqua, ita intelligenda. Peregr. d. lib. 5. tit. 1. num 35.

Quæ ampliatio non est vera, quando filius delin4 quens haberet filios, quia ascendentibus non debetur legitima. Cocch. in tract. de legit. in princip. num. 2. fol 2. & in capit. parentum legitima, fol. 99. Add. ad Carpan. in d cap. omnium, numero 719. in littera B, in fin.

2 Amplia, vt reseruetur legitima filijs, etiam si per 5 constitutionem imponatur pœna confiscationis bonorum absque vlla reseruatione. Roland. d. cōs. 27. num. 29. lib. 2. vbi de magis comm. Clar. d. quæst. 78. num. 23. sed certe, & vbi Add. in littera G, Clement. in dict. effect. 16. numero 36. Thes. decis 104. numero tertio. Peregr. d. lib. 5. num. 54. affirmans, ita fuisse iudicatum.

3 Amplia, vt reseruetur etiam legitima nepotibus 6 Roland. d. conf 97. num. 33. Baiard. d. q. 78. nu. 121. Peregr. d. lib. 5. num. 41.

4 Amplia, vt reseruatur etiam pronepotibus. 7 Peregr. d. libro quinto, titulo primo, numero quadragesimo primo in fine, vbi subdit licet Angel. contrarium senserit.

5 Amplia, vt etiam reseruetur filijs naturalibus, 8 vt post Roland in d. consi. 97 numer. 33. & Plot. in consi. 30. num 87. Baiard. d. quæstione 78. numero 121. Carpan. d c. omnium, nu 754.

Contrariam opinionem tenet Pereg. in d. libro 9 quinto, num. quadragesimo secundo, & se refert ad illud quod sæpius dixit in hac materia in tract. de incapacibus. Marsi in l. infans, numero decimo octauo, C de Sicar. Honded. consil. 95. numero 60. & numero 62. vbi dicit, quod nulla portio debetur filio naturali, aut spurio, & ibi inter alios allegat Riminal. Iun. cons. 215, numero 52. & 116 libro secundo, qui etiam ibi alios allegat.

6 Amplia, vt reseruetur portio, vel legitima fi10 lijs legitimis. Bal. in cap de causis de offic. de legat. Cassan. in consuet. Burg. vt refert, & sequitur Baiard. d. quæst. 78. num. 121. vers. & etiam.

7 Amplia etiam in filijs adoptiuis dūmodo ado11 ptio non fuerit facta in fraudem. Rolan. d. cons. 97. numer. 42. seq Farinac d quæstio. vigesimaquarta, numero 40. in princ. Baiard. in d quæstione 78, numero 121. Thes. decis. 104 numero secundo, versic. ampliatur vero Carpan. d. capit. omnium, numero 754. vbi dicit quę est quarta post Plot. in d consi. 30. num 87. & Roland. vbi supra.

8 Amplia in filijs emancipatis Pereg. in d. libro quinto, numero 39.

9 Amplia in filijs conceptis ante bannum, vel 13 confiscationem licet nondum sint nati, secus si post confiscationem essent concepti, & nati Gabriel. consi 123. numero tertio, seq volumine primo. Farinac. d quæstione vigesimaquarta, numero quadragesimo secundo, vbi de veriori, & communiori opinione. Baiard d quæst. 78. num. 129 vbi de veriori. Pereg. d. lib. 5. nume. 40 seq.

10 Amplia si pater habeat vnum vel duos filios, 14 eorum portio erit dimidia pars bonorum, l. fi. vers. dimidia parte de bon. damnat Plot. consil. trigesimo, numero 87. Roland. d consi. 97. numero trigesimo, & sequen. Farinac. d. quæstione vigesimaquarta, numero 38 Clemen. d. effect. 16. numero 35. Pereg. d lib 5. nu. 38. Carpan. d. cap. omnium, nu. 716.

11 Amplia quando pater habet tres vel plures 15 filios, quia non legitima, sed tota hereditas paterna filijs reseruatur, l fi. §. si plures de bon. damnat Farinac. d. quæstio. 24 numero 30. 40. & 170. seq. Tob. Non. consi. 95. numero duodecimo, & seq. vbi testatur, quod in vrbe hanc partem tres insignes Aduocati tenuerunt consi. 98. numero octauo, consi. 105. numero duodecimo, Clement. d. effect. 16. numero 36 Pereg. d. libro quinto, numero 38. vers. si vero: plures, & de ea communi, & æquiori opinione late Thes. decis 104. & ibi Add. & decis. 198. & ibi latius etiam Add. ad Carpan. d. c. omnium, num. 716.

Et hodie isto modo sunt intelligenda statuta disponentia d. Auth. bon. damnat. vt firmat Tob.

F Non.

ita fiscum tenentes in puncto allegat, Sfort. Odd. in dicto consilio quinquagesimotertio, numero primo, & sequent. in primo dubio, & sub numero 12. testatur de comm. & veriori sententia, & respondet contrarijs.

3 Limita in Dominio Veneto, de illius consuetu-
19 dine, vt testatur in dicto libro quinto, num. 102. sub vers. his omnibus ibi, attamen in hoc Serenissimo Dominio, Peregr de iur. fisc.

Nisi esset expressa clausula, quod in casu alienationis alienans cadat à iure suo, & bona deuoluantur in proximiores: quia etiam in dicto Dominio Veneto, fiscus excluditur, etiam quoad fructus vita durante delinquentis, vt testatur idem Peregr. d. lib. 5 num. 102. in fin. & quod ita alias in contingentia facti decrsum fuit.

4 Limita, vt bona non transeant pleno iure in
20 fideicommissarios in crimine lesæ Maiestatis, vt specialiter declarat, & limitat. Pereg. d. lib. 5. num. 104. vers. nota tamen.

9 Principaliter amplia, vt bona prohibita alie-
21 nari, etiam in crimine lesæ Maiestatis non transeant in fiscum, Anton. Gomez. d. num 91. sub versic. pulcherrim tamen, Michael Craff in tract de success. §. 1. num, 10 Gram. decis. 105. num 31. Baiard. in d. q. 78. num. 39.

19 Amplia in prohibitione facta in casu delicti
22 pro quo venit imponenda publicatio bonorum, vt testator priuet heredem eius hæreditate, & excludat fiscum, nec dicatur facta in eius præiudiciũ, Gomez. d. n. 91. sub vers quod tamen, Rolan. cons. 56. num. 22. volum. 1. Baiard in d. quæst. 78. num 38. vbi inter alios allegat Præd. in suo tractat de fideicommiss. quæst. 8. num. 110. seqq. Panzirol. consil. 181 vol. 1. latissimè Rim. Iun. cons. 131. num. 63. & cons. 193. num. 6. seq vol. 1.

Quæ decima Ampliatio procedit etiam quoad
23 legitimam in filio, in minori ætate delinquente, Rimin. Iun. d. cons. 193. num 12. & dicam infra in conclusione 27.

Item procedit etiam præsupposita consuetudi-
24 ne, vel statuto, vt bona deberent confiscari stante dicta clausula priuationis, vt excludatur fiscus, Peregr. in d. lib. 5. nu. 102. in fin. Rimin. Iun. d cons. 193. num 6.

11 Amplia quando vna cum fideicommisso ades-
25 set, etiam prohibitio expressa testatoris: quia tunc bona non transeunt in fiscum, etiam durante vita delinquentis, Boss de bon publ num. 34. Curt. Iun. cons 110. num. 10. seq. vbi de comm Boer. decis. 278. num 6 Farinac d. quæst. 25. num. 36 seqq. vbi alios testantes plures de communi allegat Peregr. d. lib. 5. num. 98. versic. quam tamen, vbi de receptissima opinione per totum orbem, Corbol. in tract de iur emphit. caus. 7. titul. de caus. priuat. ob spor. ciuil. num. 70.

Si dominus rei, vel testator prohibet alienationem vtilis dominij, tunc sine dubio, tale dominiũ vtile non transiret in fiscum, Marsil. in d. verb. confiscata, singul. 314. circa finem.

12 Amplia, quando alienatio est prohibita extra certum genus personarum pura extra familiam: quia non transeunt in fiscum bona prohibita alienari, Farinac. d. quæst 25. nu. 32. vbi de magis com. & practicata opinione, Panciar. d. cons. 181. per tot. Pereg. d lib. 5. n 98. vbi alios allegat.

13 Amplia, quando alienatio non solum est ex-
26 presse prohibita extra certum genus personarum, sed etiam quando est simpliciter prohibita, Anton. Gabr. concl. 24. num. 3 lib. 7. post Ruin.

14 Amplia, vt etiam Trebellianica non transeat
27 in fiscum in casu prohibitionis alienationis, vt dicam infra in limit 27. principali.

15 Amplia, vt bona prohibita alienari propria
28 auctoritate quis capere possit, post Rolan. consil. 98. num. 30. vol. 2. Carp. d. c. omnium, num. 190.

Quod tamen fieri non potest in isto Ducatu, cũ vigore cuiusdam decreti statim commisso delicto omnia bona scribantur, & per fiscum apprehendãtur, Carp. vbi supra d cap. omnium, num. 190.

1 Sublimita istam 16. Limitationem principalẽ,
29 & intellige, vt procedat quando bona sunt prohibita alienari per viam testamenti, vt tunc non veniant in confiscationem Soc. iun. cons. 77. nu. 11. volum. 2. Ruin consil. 14. nu 11. seq. volum. 5. Baiard. d. quæst. 78 num. 24. secus si est prohibita solummodo inter viuos, Gram. decisio. 105. n. 40. seq. Gabr. cõs 140 n. 32. vol. 1. qui loquitur de diuisione facta inter fratres de non alienando, neque publicando bona, vt non præiudicet fisco Pereg. d. lib. 5. nu 104. vbi alios allegat & nu. 164. vbi de communi, Carp. d. c. omnium, num. 178.

2 Sublimita, quando sumus in casu simplicis a-
30 lienationis resultantis ex fideicommisso, vt bona transeant in fiscum, Gabriel. d. conclus. 24. numer. 5. & 6.

3 Sublimita, quando alienatio non est prohibita ad fauorem tertij, sed tantummodo in fauorem delinquentis; quia fiscus capit bona eiusdem delinquentis Gram. decis 105. nu 59 vers. & sic requiritur Gig. titu. de pœnis lib. 2 questio. 3. num. 2. Farinac. d. q 25. nu. 46. vbi de commu. Gabriel d. conclus. 24. nume. 4. Baiard d. q. 78. num. 24. Corbol. d. caus. 6. num. 32. Ruin. iun. consil. 131. nume. 51. secus si esset prohibita alienatio fauore alterius, quia quis delinquendo non alienat post alios, Marsil. in d. verb. cõfiscat. n. 11. & sing. 314. vers. quodquãdo

Et ex ista sublimitatione infertur, quod si persona excuius contemplatione fuit facta prohibitio decesserit, tunc bona prohibita alienari transeant in fiscum, Farinac. d quæst. 25. numero. 49. vbi alios allegat, Marsil. d. singul. 124. versic. Aduersus tamen.

4 Sublimita, quando prohibitio alienationis fuit facta in fraudem fisci, Gabriel. d. conclusio. 24. nume. 7. & quando dicatur facta in fraudem fisci dicã in conclusio. 29. Alienatio facta in fraudem fisci, Carpa. d. cap. omnium. 180.

5 Sublimita, quando bona sunt tantummodo
33 prohibita alienari, tunc bona transeunt in fiscum Gabriel. d. conclusione 24. numero 8. vbi allega. Imol. & Alexand.

Con-

Contrariam opinionem tenent Doctor. relat. supra in ampliatione.

10 Sublimita, quando in prohibitione esset dictum, quod bona precio alienari non possint: quia tunc veniunt in confiscatione, Natt.cons.528.numer.7.sequen.

7 Sublimita, quando dicitur, quod non possint 35 bona alienari sine licentia, quia tunc etiam confiscantur. Natt d.cons.528.num.8.

8 Sublimita quando deficiunt illi ad quorum fa-36 uorem fuit facta prohibitio, Mars singul.314. col. 3.in princ.Farinac.d. q.25.n.49. vbi alios allegat.

9 Sublimita in trebellianica de qua dixi in ampliatione.

10 Sublimita in legitima de qua dicam in limit.

11 Sublimita quando sumus in simplici prohibitione alienationis extra familiam quia tunc transeunt in fiscum. Carp.d.cap.omnium. numer.182. vbi concordantes allegat.

12 Sublimita ob delictum ipsius testatoris, vt possint confiscari.Soc.Iun.cons.49. num.8.lib.3.

18.

Limitatio, decimatertia Conclusionis:

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio diuisionis bonorum inter filios vsque ad certam ætatem operatur, vt bona non veniant in confiscatione,*

2 *Legitima in isto casu nec etiam venit in confiscatione.*

3 *Trebellianica in isto casu nec etiam venit in confiscatione.*

18 Limita principaliter quando pater prohibuit diuisionem bonorum inter filios vsque ad 1 certam ætatem quia tunc non veniunt bona in confiscatione, Ruin. cons. 23. num. 15 lib.5. Roland cons.84.in fin lib 1.Tob. Non.cons.97.num. 3.seqq.& cons.106. per tot. Farinac. quæst.25. nu. 31. vbi de comm.

1 Amplia, vt isto casu nec etiam legitima ve-2 niat in cosiscatione Tob. Non. cons.107. num.3. seqq. vbi de comm.Natt.cons.528. num.1. vol.3. & dicam in sequenti limitatione.

2 Amplia, vt nec etiam trebellianica veniat isto 3 casu in confirmatione Tob. Non.cons.97. numer. 6. vers.& quod & cons.107.num.3. Roland.cons.3. num.31.seq.vol.1.Rim.Iun.cons.131.n.60. vol.2. dixi supra in Ampliat.

19.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij ob delictum patris non confiscatur.*

2 *Fructus percepti per filium ex legitima ob delictum patris non computantur in legitimam.*

3 *Legitima non venit in confiscatione ob delictum patris etiam statuto dictante simpliciter quod bona homicidæ publicentur.*

4 *Legitima filij banniti ob delictum patris deinde sequutum non publicatur.*

5 *Quod maxime procedit si bona non sunt penes bannitum.*

6 *Filius bannitus capax legitimæ excludit fiscum Etiam si posset impune occidi num.7. etiam in bonis existentibus in territorio bannientis, & aliunde, d. num.7.*

8 *Legitima non defertur fisco quando post delictum commissum à filio pater moritur.*

9 *Legitima nec etiam ob delictum filij confiscatur.*

10 *Legitima nec etiam in crimine læsæ Maiestatis ob delictum filij confiscatur.*

11 *Legitima non confiscatur stante prohibitione alienationis bonorum vsque ad tempus viginti quinque annorum facta per patrem inter filios.*

12 *Prohibitio alienationis bonorum inter filios vsque ad vigesimum quintum annum dicitur fauorabilis, & non odiosa.*

13 *Assertioni patris statur circa imbecillitatē filiorū.*

14 *Legitima prohibita detrahi per patrem per delictum filiorū non transit in fiscū contra n.18. seq.*

15 *Quod procedit etiam quando filij non fuerunt dumtaxat instituti in legitima cum prohibitione alienandi, sed quando vniuersaliter fuerunt instituti.*

16 *Item magis procedit quando filij adhibuerunt hæreditatem cum iuxta prohibitione detrahendi legitimam.*

17 *Item procedit quando pater mandauit compensari fructus perceptos in legitima.*

22 *Legitima non venit in confiscatione ob delictum filij etiam si pater in vita filij illam consignasset.*

23 *Quod magis procedit quando bona non reperiuntur penes ipsum filium.*

24 *Legitima filij non confiscatur si fiscus fuerit forensis in loco delicti.*

25 *Quod procedit etiam si pater ibi haberet possessiones, & domos.*

26 *Legitima filij non confiscatur quando deliquit extra territorium.*

27 *Legitima filij in vrbe per bullam Innocentij Noni non confiscatur.*

28 *Legitima filio non debetur nisi pater moriatur naturaliter.*

29 *Legitima filij non confiscatur quando interfecit alterum filium contra num.30.*

31 *Legitima filij naturalis non confiscatur etiam præsupposita constitutione Marchiæ.*

32 *Legitima filio spurio debita non confiscatur.*

33 *Legitima filio arrogato debita non confiscatur etiam præsupposita dicta constitutione.*

34 *Legitima nepotibus debita non confiscatur.*

35 *Legitima non confiscatur nisi filijs minoribus etiā præsupposita dicta constitutione.*

36 *Quæ opinio maxime procedit in filijs delinquentibus in pupillari ætate.*

37 *Legitima non confiscatur quando delinquens habet patrem, & filios.*

38 *Quod procedit etiam si delinquens haberet tantum vxorem prægnantem.*
39 *Sed an nepotibus ista legitima debeatur in vita aui.*
40 *Legitima in crimine læsæ Maiestatis confiscatur etiam si delinquens habeat patrem, & filios.*
41 *Legitima non confiscatur quando pater præsentaret filium delinquentem carceribus.*
42 *Pater soluens aliquid pro filio qui habeat peculium intelligitur soluisse legitimam de peculio filij, & non de proprijs.*
43 *Filia fœmina exclusa a statuto successione connumerantur in solutione legitimæ.*
44 *Idem est si filij essent exhæredati vel professi in aliqua religione.*
45 *Legitima non confiscatur quando condemnatur in contumaciam, & non per veras probationes. Declara, vt in num. 46 contra num 52.*
47 *In solutione legitimæ an attendatur tempus delicti, vel tempus condemnationis.*
48 *Legitima semel soluta per patrem amplius solui non debet.*
49 *In calculanda legitima non habetur ratio damnationis facta à patre.*
50 *Legitima an reuocetur per filios natos post condemnationem patris.*
51 *Legitima vigore Bullæ Sixti Quarti, & constitutionis Marchiæ ob delictum filij confiscatur.*
53 *Constitutio, vt pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij valet.*
54 *Legitimæ supplementum fiscus petit ob delictum filij.*
55 *Legitima assignata filio in vita augetur, si augeatur patrimonium patris.*
56 *In solutione legitimæ computantur bona quæ pater habet extra territorium.*
57 *Pater non potest reuocare confessionem filij ad soluendum legitimam.*
58 *Exequutio pro legitima fit contra patrem, absque alio processu, neque ipso citato.*
59 *Pater tenetur soluere legitimam pro delicto filij, etiam si inter eos adesset inimicitia.*
60 *Pater tenetur soluere legitimam pro delicto filij, etiam si iniustè fuisset condemnatus.*
61 *Pater tenetur soluere legitimam pro liberatione filij à carceribus.*

19 Limita in legitima filio debita, quæ ob delictum patris non venit in confiscatione, Iul. 1 Clar. quæst. 86. numero 3. in princip. vbi de comm. Soc. iun. consil. 51 nu. 4. versic. verum, & n. 5. seqq. volum. 1. Farinac. quæst. 24. num. 25. Baiard. q. 78. n. 48. & latius, numero 111. Honded. consilio 95. numero 34. volumine primo. Clemen. de patr. potest. effect. 16. n. 35. 59. Surd. de Alimen tit. 1 q. 31. n. 11.

1 Amplia quando statutum simpliciter disponeret, quod bona homicidæ publicentur, vt filius possit consequi legitimam in bonis patris homicidæ, 3 & è contra pater in bonis filij Corrad. in pract. crimi. §. 3. tit de pub. bon. num. 8. in princip. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 31. num. 12.

2 Amplia, nec etiam legitima filij banniti ob delictum patris: quia pater commisit delictum propter quod poterat puniri publicatione bonorum, postquam filius fuerat condemnatus pro aliquo delicto, etiam pro quo intrabat confiscatio bonorum, sed fisco applicatur, quando ipse filius bannitus est incapax, sed defertur venientibus ab intestato, Soc. iun. consil. 51. num. 4. volumine primo, consilio 123. numero 5. volumine 4. Ruin. consilio 149. numero 13. volumine 3. Baiard. quæstio. 78. numero 111. Add. ad Bertaz. consilio 510. in littera B, Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. numero 42. Eugen. consf. 60. n. 18. seq Carpan. d. cap. omnium, n. 250.

Quæ ampliatio, maximè procedit si bona non 5 sunt penes ipsum bannitum, Ruin. conf. 123. num. 6 vol. 4. Baiard. d. quæst. 78. n. 111. versic & hæc opinio, Add. ad Bertaz. in d. cōs. 510. in litteraB, in fin.

Si vero filius bannitus fuerit capax legitimæ, ei 6 reseruaretur Decian. respons. 64. nume. 43. volum. 3 vbi de magis commu. & veriori, & dicit, procedere etiam si posset impune occidi, & etiam de 7 bonis existentibus, tam in territorio bannientis, quam aliunde, Lud. Catus consil. 103. num 1. tom. 1. crim. Baiard. d. quæst. 78 nu 111. vers. vide etiam, Eugen. consf. 60. numero 18 seq.

3 Amplia etiam quando post delictum commis- 8 sum a filio pater moriatur: quia legitima non defertur fisco, Farinac. d. quæst. 24. numero 19 sequ. vbi alios allegat, & reddit rationem, Carpa. d. cap. omnium, nu. 247. seqq. vbi etiam alios allegat.

4 Amplia, vt nec etiam ob delictum filij legiti- 9 ma confiscari possit, Bero consil. 34. num. 22. Soc. iun. consil. 51. numero 5. libro 1. Au. commu. opinio. lib 1. opin. 199. & 401. Petr. Duen. reg 356. nu. 2. Farinac. quæstio. 24. num. 19. vbi alios allegat, & testatur de comm. & add. ad Farinac libro primo, decisio 17. in littera B, Peregri. lib 3. titulo 7. nume. 31. de iur. fisc. Michael. Crass. in tract. de success. §. legitima, quæstio. 12. numero 2. vbi de comm Clemen. de patr. potest. effect. 16 numero 50. Carpa d. cap omnium, nume. 185. & numero 245. sequ. Add. ad Carpa. d. capitu. omnium, numero 172. in littera A, vbi alios allegant.

5 Amplia, vt nec etiam in crimine læsæ Maiesta- 10 tis pater teneatur ad legitimam pro delicto filij, vt post Soc. in cons. 22 columna 4. volum. 1. Farinac. quæstio. 24. num. 17. seq. Bertaz. consil. 510. nu. 13. in princip. volumine 2. Baiard. d. quæstio. 78. sub nu. 111. vers. nec etiam.

6 Amplia quando testator prohibuisset aliena- 11 tionem bonorum, vsque ad certum tempus puta 25. annorum propter imbecillem ætatem filiorum, 12 vt non veniat legitima in confiscatione, cum non onerosa isto casu, sed fauorabilis videatur. Roland. consil. 31. nume 31. libro 1. Tob. Non. consilio 97. nume. 6. Iul Clar. q. 78. versic. item quero in fin. Farinac. d quæstio. 25. nu. 44. & seq. vbi concordantes allegat, & testatur de comm. Hieron. Gabriel. consil. 194. n. 3. seq. volum. 1. Michael. Crass. in tracta de success. §. legitima, quæst. 38. num. 16. vbi de magis communi Rimin. iun. consil. 50. nu. 81. vol. 1. Carpa d. cap. omnium, num. 186, vbi de communi, Rimi. iun. consf. 131. nu. 57. seqq volum. 2. latissimè

finiè Peregrin. de fideicommiss. articu. 36. nu.65. seqq. vbi videtur facere differentiam inter prohibitionē ad tempus, vel in perpetuum, vt in primo casu possit sustineri ampliatio, secus in perpetua.

Et talis prohibitio legitimę ad tempus tenet nō solum respectu filiorum, sed etiam aliorum, Carp. d. c. omnium nu. 187.

Et licet probatio imbecillitatis fieri deberet, vt 13 per Rolan. conf. 98. nu. 12. vol. 2. tamen statur assertioni patris sic attestatis, & ascendentis in hac prohibitione, vt post. Roland. d. conf. 98. num. 29. Carpa. d. c. omnium, num. 187.

6 Amplia. quando pater prohibuit filijs detra- 14 here legitimam, quia tunc per delictum filiorum legitima nunquam transit in fiscum. Bero. qu. 87. nu. 10. vbi late disputat hunc articulum, & concludit pro hac parte contra fiscum, & ibi adducit Doct. tenentes in puncto eamdem opinionem.

Quę opinio Bero. magis verificatur quando fi- 15 lij non fuerunt dumtaxat instituti in legitima cum prohibitione alienandi, sed quando vniuersaliter fuerunt instituti, vt ipsemet Bero. in d. q. 87. bene declarat. & etiam refert. Rimin. Iun. conf. 50. n. 71. vers sed aduersus, vol. 1 late vide Fachin. in suis cōtrouers. Iuris. lib. 5. cap. 96. & dicam late in conclus. 27. quib. caut. tollatur confisc. in verb. legitima

Item magis procedit, quando hæredes filij adi- 16 uerunt hæreditatem cum ista prohibitione detrahendi legitimam, quia sicut filij deinde viuentes non potuissent detrahere legitimam, nec etiam filij per eorum delicta. Curt. Iun conf. 71. num. 14. Rimin. Iun. conf. 131. nu. 57. seqq. vol. 2. dicam in d. concl. 27.

Item procedit quando pater mandauit compen- 17 sari fructus perceptos in bonis sibi relictis vltra legitimam, quia tunc fructus præfati compensantur in legitima, & fiscus excluditur Cuman. in l. cohæredi, §. cum filiæ de vulgar. & pupillar. & in l. in fideicommissaria ad Trebellian & in conf. 25. & conf. 52. Curt. Iun. conf. 71. nu. 14.

Contrariam opinionem, quod in legitima aliquod onus imponi non possit per patrem, & ipso iure appositum reijciatur, l. quoniam in priorib. vbi Doct. C. de inoffi. testa. Gabriel. tit. de legitima conclus. prima, per totum lib. 6. Hieron. Cucc. in tractat. de legitima, §. legitima nullum grauamen per totum. Farinac. d. quæst. 25. nume. 40. vbi de comm. Michael. Crass in tract. de success. §. legitima, quæst. 38. num. 2. vbi de comm. Clem. de patr. potest. effect. 16 num. 44. seqq. qui loquitur etiam quando esset onus in minori parte, quia poterit peti supplimentum.

Et quod prohibitio alienationis in legitima non valeat. Gabr d. conclus. 1. nu. 15. Ioseph. Lud. decis. lucens. 28. nume. 23. seqq. par. prima, vbi alios concordantes allegat, & in specie in præiudicium fisci huiusmodi prohibitio non teneat consuluit Rim. Iun. in d. conf. 50. num. 26. seqq. vol. 1. vbi respondet contrarijs add. ad Bertaz. conf. 489. in littera B vol. 2.

Nec approbatio testamenti facta per filios adeundo hæreditatem cum dicta prohibitione impedit petere legitimam, vt in terminis respondet post Anchar & Dec. Rimin. Iun. in d. consil. 59. n. 92. & Crass. in d. §. legitima, n. 21. vbi de commun.

Nec opinio Cumam circa perceptionem fructuum, vt debeant compensari in legitima est vera, vt latè post alios quos adducit testatur, Riminal. iun. in d. consil. 50. num. 90. 91.

Sed credo, quod opinio affirmatiua, quod per prohibitionem legitimę à patre factam excludatur fiscus procedat accedente expressa prohibitione filiorum mediante iuramento, Dec. conf. 26. col. 2. nu. ... R p. conf 6. num. 13. vol. 1. Gabriel. lib. 6. tit. de legitima conclus. 1. nu. 7. vbi de commun. Ant. Cun. rub. legitima nullum grauamen, n. 12. Michael Crass. in tract. de success. §. legitima, quæstio. 38. nemero 21. in fin. vbi etiam de commu.

Item procedit, vt saltem intelligatur prohibita transire in fiscum quando delictum fuerit commissum per filium minorem durante minori ætate Rimin. iun. consil. 131. n. 57. seqq. vol. 2. Baiard q. 78. num. 47. vbi subdit maximè procedere concurrente approbatione testamenti paterni facta per filiū adeundo hæreditatem paternam.

7 Ampliam stam 18. Limitationem, vt non veniat in confiscatione legitima, etiam si pater in 22 vita illam fisco cosignasset Ruiu. consil. 149. num. 13. vol 3. Dec. consi. 04. nu. 46. volum. 3. Baiard. d. q. 78. numer. 48.

Quæ ampliatio, maximè procedit quando bona 23 non reperiuntur penes ipsum filium bannitum, Ruin. consil. 123. num. 6. volum 4. laud. Bertaz. in add. ad patrem, consilio 510. in littera B. in fine.

9 Amplia in forensi delinquente in statu eccle- 24 siastico, vt pater non cogatur ad soluendum pro delicto filij legitimam Farinac. in quæst. 24. nume. 162. vbi alios allegat, etiamsi in dicto statu eccle- 25 siastico pater haberet possessiones, & domos, Baiard. q. 87. numero 22. & ita in vrbe, ego pluries obtinui.

9 Amplia, quod filius delinquens extra territo- 26 rium non transferat legitimam in fiscum, etiam præsupposito statuto, quod pater teneatur pro delicto filij ad solutionem legitimę, Farinac. d. q. 24. num. 166. vbi de comm. Lud decis. Lucens. 76. num. 39 in fi. Viu comm. opin. in verbo, quod statutum disponens, quod pater opin. 771. num. 7. Baiard. q. 86. numer. 21.

10 Amplia hic in vrbe per bullam Innocentij 27 Noni, sub datum Romę Kal. Decembris 1591. super gratijs concessis populo Romano, per quem reduxit constitutionem Marchiæ, & Bullas Pij Quarti, & Quinti, ad terminos iuris communis, & ita passim in vrbe seruatur.

11 Amplia, vt in tantum filius non possit habe- 28 re legitimam, nec fiscus illam inuadere etiam si pater esset mortuus ciuiliter; nam patre condemnato non debetur filio legitima, sed patris mors naturalis est expectanda, Angel. in tract. de test. in prooemio, num. 5. vbi testatur hanc esse magis æquam, & communem opinionem, vt refert. Clemen.

men. in tracta.de patr.poteſt.effect.16.numero 61. verſicu. vt habeat locum.

12 Amplia, vt pater non teneatur ad legitimam 29 pro delicto filij quando alterum filium interfecit, Moron. de pac.quęſt.176.num.5.

Contrariam opinionem contra Moron. tuetur 30 Baiard.in q. 86. num. 36. & ibi reddit rationem cuius opinioni ego adhęreo,quia constitutio Marchię,vt pater teneatur pro filio in legitima est fundata in illa ratione, vt filij famil. ſe abſtineant à delictis, & in terminis Vulpel. reſp. 124.numero primo, Honded. conſil. 95. numero 40. volumine primo, quę ratio multo magis militat in delicto compręhenſio ſub leg. Pomp.de parricid.

13 Amplia in filio naturali, vt legitima ob eius 31 delictum non transfeat in fiſcum,etiam præſuppoſita d. constitutione, Marchiæ, Honded. conſil. 95. nume.59.volum.1 qui loquitur in vnica filio debita vbi alios allegat, Carpa. d. capit. omnium, nume. 297.ſeqq.

14 Amplia in filio ſpurio, vt nec etiam fiſco debeantur legitima pro delicto eiuſdem filij ſpurij, Honded. d. conſ.95.nu.58.

15 Amplia in filio arrogato pro quo pater arro-33 gans non tenetur ſoluere legitimam, etiam præſuppoſita dicta conſtitutione, vt conſuluit Eugen. conſil. 49. per tot. cui ſe ſubſcripſit Tob. Nou. & idem Tob. conſilio 100.per tot.

16 Amplia in nepotibus, vt auus pro eorum 34 delictis vigore dictę conſtitutionis non teneatur ſoluere legitimã,vt conſuluit Eugen. conſ.45.n.5.

17 Amplia in filijs minoribus, vt pater pro eis 35 non teneatur ſoluere legitimam,etiã præſuppoſita dicta conſtit. Marſil. ſingu.362. verſ.ſed limita, Farinac. q 24.nu.168.vbi de com.& alios allegat Viuia.commun,opin.in verbo, ſtatutũ diſponens, quod pater teneatur ſoluere pro filio verſ. limita 4.Baiard.q.86.num.10.& num.40. vbi de commu. licet ſub nu. 41. vidiſſe dicat in ſtatu eccleſiaſtico patres teneri ad ſolutionem legitimæ pro filijs 25. annis minoribus delinquentibus.

Sed iſta ampliatio erit vera, ſine difficultate in 36 filijs delinquentibus in pupillari ętate, Marſil. d. ſing. 362.& ſingul.491.Plot.in repet.ſi quando, §. 53. num.10.C.vnden.

18 Amplia quando delinquens, haberet, & pa-37 trem, & filios; quia eius legitima non venit in confiſcatione,ſed reſeruatur nepotibus,Ruin.conſ. 8. num. 6 vol.5.Tob.Non.conſil.95.per tot.Farinac. q. 24 nu. 72.Lud deciſ Peruſ.11.nu.27.ſeqq. vbi firmat hanc opinionem eſſe canonizatam in omnibus curijs ſtatus eccleſiaſtici, & ita pluries fuiſſe iudicatũ Michael.Craſſ.in tract.de ſucceſſ.§. legitima, q 12.nu.4.Farinac. conſ.2.nu.7. Add.ad conſtitu.Marchię lib 4 cap.18.in littera B.num.1. Baiard.in q. 86 num.23. Add.ad Magon.deciſ.94. in littera A. in fine, Carp.d.c.omnium, nu. 261.

Quę ampliatio procedit etiam quando filius ha-38 beret tantum vxorem pręgnantem, Lud. deciſ. Peruſ. 11.num.28.verſic.& adeo verum, & nu.99. ſeq.Carpan. d. cap.omnium, nu.562.

Sed an nepotibus debeatur iſta legitima quę eis reſeruatur in vita aui, vide Farinac. cõſ.92.per tot.

1 Limita, & intellige iſtam ampliationem,quando pater deliquit auo ſuperſtite, & tunc immediate reſeruetur legitima nepotibus, ſecus ſi non ſuperuiueret tempore commiſſi delicti Craſſ. in d.§. legitima, q 4.numero primo. in fi.

2 Limita in crimine lęſę Maieſtatis, quia confi-40 ſcatur legitima licet delinquens habeat patrem, & filios, Gig. de crim. lęſę Maieſt. lib.2.rubr.vlt.q. 15. Addit. conſtit.Marchiæ,in d. c.18.in littera B, Baiard.in q 86.num. 23. verſ.fallit,Add.ad Magon. d. deciſ 94. in littera A, in fi. vbi teſtatur, quod ita viderunt pluries iudicari, ac etiam ipſi in ciuitate Spoleti iudicarunt.

19 Amplia quando pater repręſentaret filium 41 condemnatum in carceribus; quia euadet diſpoſitionem dictę conſtitutionis Marchię; vide Marſil.ſingul.362.verſiculo numquid pater.

20 Amplia, quod ſi pater ſoluat aliquid pro fi-42 lio, & filius habeat peculium, vt intelligatur ſoluiſſe legitimam de peculio filij,& non de proprijs bonis, Ruin. conſil. 149.nu.14.volum.3.Moron. de pac. quęſt.154.nu 20. Viu.comm.opin.in verb. ſtatutum diſponens, quod pater teneatur, numero 15.Baiard.quęſtio.86.numero 34.

Sed in ſtatu eccleſiaſtico per conſtitutionem Marchię lib 4.c.18. prouiſum fuit, quod pœna ſoluatur de peculio filij, vel ſi illud non habeat, vel non ſufficiat, & filius non ſit ſoluendo, etiam pater pro filio teneatur in legitima, vt refert, & bene declarat Baiard. in quęſtio.86. num. 35 & 39.

21 Amplia, quod in caſibus in quibus pater te-43 netur ſoluere legitimam pro delicto filij, vt filiæ fœminæ excluſę à ſtatuto connumerentur;laſiſſimè Hier. Gabr.conſ.11.per tot.lib 1.Rimin.iun.conſ. 187. n.26.ſeq. Ant.Gabriel.lib.6.tit.de legit.concl. 2 Craſſ de ſucceſſ.§.legitimã,q.7.vbi latiſſime Carp. 44 d. c. omnium, nu. 718. vbi dicit idem eſſe in filio exhęredato, vel profeſſo in aliqua religione, vbi tamen ſubdit hoc non procedere vigore ſtatuti Mediolani.

22 Amplia, quando filius condemnaretur non 45 per veras probationes, ſed in contumaciam,Clar. q.86.nu.173.Burſat.conſil.169.numero primo, libro 2. vbi de commu. Eugen.conſil.69.num.6,vbi de commu.& conſil.45.num.21.

1 Limita quando ſtatutum, vel lex reſpiceret diſponenda condemnationem; quia tunc pater tenetur pro filio ad fauorem fiſci ſoluere legitimam, 46 etiam ſi fuerit condemnatus in contumaciam; ſecus ſi ſimpliciter loqueretur Clar.d q.86, nume.9. Farinac q.24 nume.177.ſequ vbi de commu.Burſat. d. conſil. 169, num. 3, vbi de commu.Magon. deciſ. Lucenſ 94. nume.5. Eugen. conſ.69.num.6. ſequen. Scau. in tract. crimin. c. 97. numer. 126. verſ. tertio vero.

Sed Farinac. in d. q. 24. nume.177.ſequentibus refert Docto. contrariam opinionem ſequentes,& ibi declarat quando vtraque opinio procedat, & quid etiam ſi ſtatutum mixtum loqueretur,& poſt

Fari-

Farinac. Fachin. controuer. iur. lib. 9 cap. 52. vbi de equiori sententia, quod non sufficiat sententia contumacialis.

2 Limita quando filiusfam. condemnatus in cōtumaciam, de ea habuit scientiam, & non appellauit Ioseph. Lud. conclusione 3 Ampha. 5. Menochius consilio 100 nu. 14. sequen. volum. 1. Baiard. q. 86. nume. 20. in fine.

23 Amplia, quod in solutione legitimę debet 47 attendi tempus delicti, & non condemnationis, & ideo si fuerit patrimonium auctum per patrem post commissum delictum per filium ante condemnationem fiscus non potest prætendere legitimam in dicto augumento, Romagiol. In l. in qua, tam, num. 438. seqq. ad l. Falcidiam, Moron. de pac. q. 153. Vasq. in tract. de success. §. 30. nu. 220 & 2 3. Crass. in d. §. legitima, quæst. 30. Gabriel. cons. 176. lib. 2. per tot. Cassa in Cataleg. glos. mund par. 6. conclusio. 26 vide Farinac in q. 24. nu. 84 vbi refert plures opiniones licet docti supradictos non alleget.

Alij autem tenent, quod attendatur tempus condemnationis quos refert Carpan. in dicto capitulo omnium, numero 264.

Alij autem, quod debeat attendi tempus mortis patris ne fieret præiudicium alijs filijs nascituris, Lancell. Polit. in l. filium quem habentem, nu. 163. capit. famil. hercisc. quem sequitur Duen. regul. 356. ampliatio. 2. vt refert Carpan. d. cap. omnium, nume. 265. vbi subdit, nisi pater interim bona dissiparet, vel alienaret in fraudem huius cōdemnationis, & ad fauorem aliorum filiorum.

Alij autem, vt attendatur tempus publicationis, & non mortis naturalis. Boss. de bon. public. nu. 6. & 10. Roland. cons. 97. num. 34 vsque ad nu. 40. vol. 2. vbi recitat opiniones contrarias, & trāsit cum opinione Boss. & eamdem opinionem sequitur Carps. de omnium, numero 712.

24 Amplia, vt legitima semel soluta per patrem 48 amplius solui non debet, vt aperte legitur in d. constitutione Marchię.

25 Amplia, vt in calculanda legitima non habea-49 tur ratio donationis inter viuos factę a patre filio nec ob causam necessariam, nec in præmium emancipationis, nec imputetur feudum, vel emphiteusis Ecclesiastica, nec bona aduentitia filij, nec consumpta per filium in ludo nec ea quæ proueniant ab auo, secus si a patre; de quibus omnibus late vide per Carp. in d. c. omnium, numero 720. vsque ad num. 731.

26 Amplia, vt confiscatis bonis patris reuoce-50 tur legitima per filios postea natos de qua ampliatione, & de eius veritate vide Tiraquel. in l. si vnquam numero 233 C. de reuoc. donat. Alban. cons. 206. numero 23. Surd. de alimentat. tit. quæst. 31. numero 37. Vinc. franch. decis. 102.

1 Sublimita istam 18. principalem limitationem 53 in statu Ecclesiastico per bullam Sixti Quarti insertam inter constitutiones Marchię, lib. 4. cap. 62. qua cauetur patrem teneri ad legitimam pro delicto filij Hond. cōs. 95. n. 1. & 49. li. 1. Baiar. q. 87. n. 19

Quæ constitutio licet non loquatur de condemnato per contumaciam, tamen per extrauagantes Pij Quarti, & Pij Quinti est extensa ad condemnationem etiam in contumacia factam non obstante quacumque consuetudine. Farinac. quæst. 24. numero 181. Baiard. quęst. 87. num. 19. in fin. Eugen. cons. 69. numero 7. in fin. Flam. Cart. de capit. bannit. c. 1. nu. 301. vers. sed hodie.

Et quod talis constitutio valeat non est dubitandum Iul. Clar. q. 86. num. 8. Lud. decis. Perus. 11. nu. 26. vbi de commu. Viu. lib. 1. comm. opin. opin. 29. in princ. Vasq. de success. §. 20. numero 286. Crass. de success. §. legitima quæst. 12. num. 3. vbi in fin. testatur de magis communi, & practicata opinione Carp. d. c. Omnium, numero 254. seqq.

Sed tribus modis talis constitutio Marchiæ seu simile statutum de iure limitatur. Primo si filius fuisset in contumacia damnatus. Secundo si filius moriretur ante partem ei à patre assignatam. Tertio quando filius damnatus habere filios, vt tradit Carp. d cap omnium nu. 257 seqq.

2 Sublimita, quod si pater assignauerit aliquid 54 fisco pro legitima. publicatis bonis filij fiscus agit contra patrem ad supplementum legitimæ, vt consuluit Bertaz. cons. 439 per tot. vol. 2. quia istud ius petendi supplementum legitimæ transit ad heredes extraneos. Clem. de patr. pot. effect. 16. n. 49.

3 Sublimita, quod si legitima fuerit assignata filio in vita, & patrimonium patris augeatur, augetur etiam ipsa legitima filij, vt de veriori sententia firmat Marzol. cons. 39. nu. 64. & Crass. in d. §. legitima, quęst. 33. per totam dicit in isto puncto fuisse varias doctorum opiniones, quas ibi seriatim recenset ad quem me remitto pro vera declaratione istius articuli.

4 Sublimita, vt in solutione legitimæ computen-56 tur bona quę pater habet extra territorium, vt respondit Vulpel. respons. 54. per totum, & sub nume. 10 declarat etiam fuasers ex contuit Marchiæ.

5 Sublimita, vt si filius pateretur delictum pro 57 interesse legitimę an possit pater reuocare confessionem, & an possit appellare à sententia lata contra filium vide Bart. in locis relatis per Baiard. q. 80. num. 18. & 29.

6 Sublimita, vt executio pro legitima fiat con-58 tra patrem absque alio processu ipso patre non citato neque sequuta condemnatione contra filium. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 1. versic. quarto interest. Baiard. quæst. 89 num. 27. Farinac. q. 24. num. 183. & ita passim in vrbe, & toto statu Ecclesiastico obseruatur Iul. Clar. q. 86. nu. 9. in fine vbi de comm.

7 Sublimita, vt pater teneatur ad solutionem le-59 gitimæ pro delicto filij etiam si inter ipsos adesset inimicitia per ea quæ trad. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 24. nu. 2. & 3.

8 Sublimita, quod stante dicta constitutione 60 Marchię teneatur soluere legitimam fisco condemnatione filij etiam si in sulte fuisset condemnatus, vt decidit Bald. in l. vnica, nu. 12. & seqq. C. ne filius pro patre.

9 Subli-

9 Sublimita quando filios esset in carceribus, & 61 ex illis aliter euadere non posset, nisi soluendo legitimam, quia pater poterit cogi ad solutionem dictę legitimę Duen. reg. 356. fallen 5. vbi alios allegat. Farinac. d. q. 24. num. 21. & seqq.

20.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta alicui debita ob eius delictum non veniunt in confiscatione.*
2 *Alimenta nulla constitutione possunt tolli.*
3 *Vncia filio naturali debita non venit in confiscatione.*
4 *Alimenta possunt subministrari filio bannito per patrem non obstante, quod per constitutionem fieret etiam mentio de patre.*
5 *Alimenta non veniunt in confiscatione etiam vita durante ipsius banniti.*
6 *Amplia, vt procedat in quacumque dispositione legis vel hominis.*
7 *Alimenta nec etiam in crimine læsæ maiestatis veniunt in confiscatione.*
8 *Alimenta non veniunt in confiscatione etiam quando debentur propter vsumfructum relictum.*
9 *Alimenta debentur filijs, & vxoribus delinquentium donec sequatur declaratoria.*
10 *Alimenta debentur vxori delinquentis etiam si nullam habeat dotem.*
11 *Alimenta debentur filijs, & vxoribus etiam si illa absorbeant tota bona delinquentis.*
12 *Alimentorum appellatione quænam veniant in proposito.*
13 *Alimenta non debentur bannito qui vigore alicuius statuti impune potest occidi.*
14 *Alimenta fiscus non tenetur præstare quando delinquens condemnatur non in tota, sed in aliqua parte bonorum.*
15 *Filij damnati quibus portio reseruatur de ea non tenentur aere patrem.*

20 Limita principaliter, vt in confiscatione nō 1 veniant alimenta alicui debita. Boss. de public bon. numero 12. vbi de comm. Nell. in tract. banni t. in prima parte 2. temporis. nu. 36. Iul. Clar. quæst. 78. num. 22. in fi. vbi de comm. & ibi Baiard. nume 109. ac Giacar. in add. in littera B. Late Hon. ded. consi. 95 nu. 70. & seqq. lib. 1 Franc Lucan. de fisc. titu. de bon. public. num. 5. Carpan. d cap. omnium, num. 192. vbi concord. allegat. & num. 765. latissime Surd. de Alimen. tit. 8. priuileg 59 num. 14. & seqq.

1 Amplia, vt procedat, quod alimenta nulla 2 constitutione possint tolli etiam si de eis expressa mentio haberetur late post alios Honded. d consi. 95. num. 73. & seqq Carpan. d. cap. omnium, n. 763.

2 Amplia, vt procedat etiam in vncia filio de-3 bita, quę cum loco alimentorum detur, non veniat in confiscatione, vt latissime consuluit Honded. consi. 95. nu. 50. seqq. & in fine, consi. testatur ita fuisse resolutum per D. Flam. Cartari m. Late Surd. in tract. de Aliment. tit. 1. quęst. 31. nu. 31. & seqq. vbi tenet, quod alimenta filio spurio debita non veniant in confiscatione ob delictum patris, nisi esset particeps criminis.

4 Amplia in filio bannito cui per patrem possunt 4 subministrari dicta alimenta, nec ea possunt confiscari, non obstante, quod constitutio etiam de patre loqueretur Soc. Iun. in consi. 54. num. 12. lib. 3. post Nell. in tract. de bannitis in prima par. 2. temporis. Clem. de patr. potest. effect. 17. num. 10. Honded. d. consi. 95. nu. 76.

4 Amplia, vt dicta alimenta non veniant in con-5 fiscatione etiam vita durante ipsius banniti. Boss. de bon. pub. ic. num. 72. vbi ita fuisse iudicatum testatur Iul. Clar. quæst 78. num. 22. in fi. Canalcan. de vsufruct. mulier. nu. 238. Clem. d. effect. 17. num. 69. seq. vbi tamen subdit à tali controuersia libera nos Domine, quia fiscus nunquam vult perdere. Honded. d. consi. 95. num. 70. & sub num. 77. reddit bonam rationem Pereg d lib. 4. nume. 45. & num. 123. vbi alios allegat de iur. fisc.

5 Amplia, vt procedat in quocumque debito 6 pro alimentis vel legis dispositione vel ex hominis voluntate, vt in legato, vt non veniant alimenta in confiscatione etiam durante vita delinquentis vel grauati, vt post alios Honded. in d. consi. 95 n. 79. vers. quæ opin o Pereg. d. lib. 5 n. 123.

6 Amplia, vt nec etiam in crimine læsæ Maiesta-7 tis alimenta in confiscatione veniant sed illo banniti conseruentur. Plot consi. 39. nu. 83. Becc. consi. 8. num 7. Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 59. n. 15. vbi reddit bonam rationem.

7 Amplia, vt nec etiam veniant in confiscatio-8 ne alimenta quando debentur propter vsumfructū relictum quia sequuntur naturam vsusfructus, & sicut ipse extinguitur, ita etiam extinguntur alimenta, & fiscus ea inuadare non potest, vt post Franc. Marc. decis. 833. tradit Caualcā. de vsufruct. mulieris numero 238. in fine, & Pereg. d. lib. 5. nu. 123. in fin. Surd. d. priuileg. 59. num. 23. seqq. distingue tamen vt ibi per eum.

9 Amplia, vt filijs, & vxoribus delinquentium 9 donec sequatur declaratoria debeantur alimenta Boss. de alimen. præstan. num 1. & 2. Plot. consi 30. num. 86. Carp. d. c. omnium numero 770. Imo semper etiam in crim. læsę Maiest late Farinac. tit. de crim. læsæ Maiest. q. 115. §. 3. nu 128. vbi alios allegat, vbi subdit Surd. de Alim. tit 1. q. 31. tenere contrarium, & ibi contrarijs respondet, & loquitur in crim. hæresis etiam.

10. Amplia, vt vxori debeantur alimenta in bo-10 nis mariti delinquentis etiam si nullam haberet dotem Clem. d. effect. 17. num. 14. Carpan. d. c. omnium, num. 771.

11 Amplia, vt filijs, & vxoribus debeantur ali-11 menta etiam si legitima eis non sufficiat, & omnia bona confiscata absorbeantur. Carp. d. c. omnium, n 772. vbi post Boss. & Plot. testatur ita fuisse per Senatum Surd. de Alim. tit. 1. q. 31. n. 13. ibi late.

Quę

Quenam ven ant in proposito appellatione ali-
12 mentorum vide Boss. in tit. de alimen. nu. 40. Plot.
conf. 30. num 84. & 86. & seq.

1 Sublimita quando ex aliquo statuto damnatus
13 potest impune offendi quia alimenta ei non de-
bentur, vt post Alciat. in l post contractum num.
90. de donat. Carp. d. c omnium, num. 194 quod est
notandum in statu Ecclesiastico per. Bullas Pij
IIII. & Pij V.

2 Sublimita, vt fiscus non teneatur ad alimenta
14 quando succedit damnato in quadam quantitate
solummodo Bal. in l. data opera, num. 60. in fine,
C. de his qui accus. non poss. Carpan. d. c. omniũ,
numero 769.

3 Sublimita, quod si alicui bona publicentur, &
15 ex dispositione statuti aliqua portio filijs damna-
ti reseruetur, vt ex ea filij non teneantur alere pa-
trem. Carp. d. c. omnium, nu. 780.

21

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Portio vxori inopi in bonis mariti debita non ve-
nit in confiscatione ob delictum viri.*
2 *Portio predicta non confiscantur etiam si fieret
confiscatio in bonis viri vigore alicuius particu-
laris substitutionis.*
3 *Limita in crimine læsæ Maiestatis.*
4 *Vt possit confiscari per specialem constitutionem.*
Limita de consuetudine nu. 5. sed contra nu. 6.

20
1 Limita vt nec etiã portio quę debetur vxo-
ri inopi in bonis mariti non venit in con-
fiscatione ob publicationem bonorum eiusdem
mariti. Plot. conf. 30. numer. 41 iuxta auth. prę-
terea. C. vnde vir. & vxor. Farinac. q 25. nu 113.
vbi de comm. Mazol. conf. 48 num. 11. Baiard. q.
78. nume. 87. & fuit Originalis doctrina Soc. senior.
in conf. 121. numero 1. eq. vol. 4 vt dicit Pereg. d.
lib. 5. num. 46. Marf in d. Verb confiscata, num. 17.

1 Amplia, vt procedat etiam si vigore alicuius
2 particularis constitutionis fieret confiscatio d.
quarta pars vxori miserationis gratia relicta ne
inopia laboret venit in confiscatione. Plot. d. conf.
30. numero 43. Roland. conf. 14. numer. 27. & conf.
15. numero 4. seq. vbi de comm. late Farinac. d.
q. 25. nu. 114 seq. Carp. in d. c. omnium, nu. 775.

1 Limita in crimine lęsę Maiestatis, vt per publi-
cationem bonorũ mariti veniat dicta quarta pars
vxori debita d. Auth. bon. damnat. Pereg. d. lib.
5. numer. 46. tit. 1.

2 Limita, vt ista quarta pars vxori debita con-
4 fiscari possit per statutum, & specialem constitu-
tionem Farinac d. q. 25 numero 125. vers. nisi de ea
sed Carpan. in d. c. omnium numero 775. dicit cen-
sentur reseruata ista quarta pars quando statutum
totam reseruaret legitimam.

3 Limita forsan de consuetudine, vt publicetur
5 dicta quarta pars vxori debita, vt videtur sentire
Pereg. d. lib. 5. numero 46. dum inquit in practica
crederem, quod fisci causa præualeret, & ibi sub-
dit rationem a qua opinione non videtur dissenti-
re Baiard. in d quæst. 78. numero 87. in fin. dum in-
quit sed hoc nunquam practicari vidi, & quod non
posset obtineri a fisco propter eius voraginem cũ
sit saccus sine conscientia.

Sed ego opinioni non assentio, quia si d. quarta
6 pars debetur vxori miserationis gratia, & ne ino-
pia laboret, & succedat loco alimentorum, sicut
alimenta non veniunt in confiscatione, vt in prę-
cedenti limitatione vidimus, nec etiam debet ve-
nire illa portio.

22.

Limitatio, decimatertiæ Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus non venit in confiscatione ob delictũ
illius, qui dictum vsumfructum habet. Sed
contra numer. 2.*
3 *Vsusfructus non venit in confiscatione quando
vsufructuarius patitur maximam, vel mediam
capitis diminutionem.*
4 *Vsusfructus semel confiscatus etiam si vsufru-
ctuarius fuerit restitutus à Principe non re-
conualescit.*
5 *Maximam, & mediam capitis diminutionem
quis patiatur.*
6 *Filij possunt consequi dotes maternas quando pa-
ter amittit vsumfructum legalem in dictis bonis.*
7 *Vsusfructus extinguitur per mortem vsufructua-
rij condemnati, vt fiscus desinat uti, & frui di-
cto vsufructu.*
8 *Mater instituito vsufructuaria in bonis filij, &
ex constitutione Bulgari debeat tantum habere
alimenta, si tamen bona filij publicentur mater
consequitur totum vsumfructum.*
9 *Mater relicta vsufructuaria vna cum filio si filius
committat delictum per quod habeatur pro mor-
tuo, totus vsufructus acquiritur matri.*
10 *Vsus vel habitatio non transit in fiscum.*

22
1 Limita principaliter in vsufructu qui non ve-
nit in confiscatione, propter delictum il-
lius, qui dictum vsumfructum habet Alexan. conf.
23 num. 14. vol 1. Corrad. in tit. de public. bon. nu.
3. Late Farinac. in quæst. 25. n. 148. Carpa. d. c. om-
nium num. 272. vbi alios allegat.

Contraria opinio desumitur per tex. in terminis
2 in l. si postulauerit. §. iubet de adulteriis, & deci-
dit. Nell in prima parte 2. temporis q 27. & Pereg.
d. lib. 5. num. 73. vbi dicit quod ista commoditas
vtendi. & fruendi potest in vita vsufructuarij per
eum alteri cedi, idcirco ex publicatione etiam
transire potest in fiscum, & ante eum Farinac. in
d. q. 25. nu. 149. vbi de comm. & alios allegat Car-
pan. d. c. omnium, nume. 273. seq. vbi etiam quam-
plures allegat.

Tenendo istam contrariam opinionem. Primo
illam

dotem in crimine læsæ Maiestatis quando fuissent participes eiusdem criminis.

35 *Filij masculi in isto crimine læsæ Maiestatis debēt per fiscum alimentari.*

36 *Filius quando excluditur ab hereditate paterna ob aliquam causam excluditur etiam à legitima confiscatis bonis paternis.*

37 *Filio bannito legitima non debetur confiscatis bonis paternis.*

38 *Legitima non debetur filijs quando pater vigore condemnationis non habetur pro mortuo, vel condemnatur in aliqua parte bonorum.*

39 *Legitima, vel portio confiscatis bonis maternis filijs nulla debetur, contra num 41.*

40 *Legitima debetur matri, & Auiæ confiscatis bonis filiæ.*

23 LImita principaliter, vt ob delictum patris 1 reseruetur portio filijs, etiam præsupposita dicta constitutione Marchiæ, quæ interpretatur iuxta leges antiquas positas in l prima, & in l. cum ratio de bon. damnar. Roland. consil. nonagesimo septimo, numero nono, & vigesimosexto, libro secundo, Iul. Clar. quæst. 78 vers. videndum est. Farinac. d. quæstione vigesimaquarta, numero trigesimoquarto, vbi de magis communi æquiori, & veriori. Pereg. late de iure fisc. libro quinto, numero trigesimoquarto, versic. contrariam opinionem, vbi alios allegat, & ita fuisse Venetijs obtentum in facto Clem. de patr. potest. effect. 16 numero trigesimoquinto, seqq. Corrad. in d. tit. de bon. public. numero octauo, in princip. Fachin. in suis controuersijs, libro quinto, capitulo 95. vbi testatur de consuetudine totius Italiæ.

Contrarium voluerunt Cephal. & Cassan. in locis 2 relatis per Iul. Clar. d. quæst 78. sub num. 23. versic. hodie tamen, & per Farinac in d quęstione vigesimaquarta, sub numero trigesimoquarto, versic. & licet contrarium, & per Pereg. in dict. libro quinto numero 34.

1 Amplia, & è contra vt publicatis bonis filij 3 reseruanda sit portio ipsi patri, & dicta constitutio sit etiam per iura antiqua, ita intelligenda. Peregr. d. lib. 5. tit. 1. num 35.

Quæ ampliatio non est vera, quando filius delin- 4 quens haberet filios, quia ascendentibus non debetur legitima. Cocch. in tract. de legit. in princip. num. 2. fol 2. & in capit. parentum legitima, fol. 99. Add. ad Carpan. in d cap. omnium, numero 719. in littera B, in fin.

2 Amplia, vt reseruetur legitima filijs, etiam si per 5 constitutionem imponatur pœna confiscationis bonorum absque vlla reseruatione. Roland. d. cōs. 27. num. 29. lib. 2. vbi de magis comm. Clar. d. quęst. 78. num. 23. sed certe, & vbi Add. in littera G, Clement. in dict. effect. 16, numero 36. Thes. decis. 104. numero tertio. Peregr. d. lib. 5. num. 54. affirmans, ita fuisse iudicatum.

3 Amplia, vt reseruetur etiam legitima nepotibus 6 Roland. d. cons. 97. num. 33. Baiard. d. q. 78. nu. 121. Peregr. d. lib. 5. num. 41.

4 Amplia, vt reseruatur etiam pronepotibus. 7 Peregr. d. libro quinto, titulo primo, numero quadragesimo primo in fine, vbi subdit licet Angel. contrarium senserit.

5 Amplia, vt etiam reseruetur filijs naturalibus, 8 vt post Roland in d. cons. 97 numer. 33. & Plot. in consi. 30. num 87. Baiard. d. quęstione 78. numero 121. Carpan. d c. omnium, nu 754.

Contrariam opinionem tenet Pereg. in d. libro 9 quinto, num. quadragesimo secundo, & se refert ad illud quod sæpius dixit in hac materia in tract. de incapacibus. Marsi in l. infans, numero decimo octauo, C de Sicar. Honded. consil. 95. numero 60. & nomero 62. vbi dicit, quod nulla portio debetur filio naturali, aut spurio, & ibi inter alios allegat Riminal. Iun. cons. 215. numero 52. & 116. libro secundo, qui etiam ibi alios allegat.

6 Amplia, vt reseruetur portio, vel legitima fi- 10 lijs legitimis. Bal. in cap de causis de offic. de legat. Cassan. in consuet. Burg. vt refert, & sequitur Baiard. d. quæst. 78. num. 121. vers. & etiam.

7 Amplia etiam in filijs adoptiuis dūmodo ado- 11 ptio non fuerit facta in fraudem. Rolan. d. cons. 97. numer. 42. seq. Farinac d quęstio. vigesimaquarta, numero 40. in princ. Baiard. in d quęstione 78. numero 121. Thes. decis. 104 numero secundo, versic. ampliatur vero Carpan. d. capit. omnium, numero 754. vbi dicit quę est quarta post Plot. in d cons. 30. num 87. & Roland. vbi supra.

8 Amplia in filijs emancipatis Pereg. in d. libro quinto, numero 39.

9 Amplia in filijs conceptis ante bannum, vel 13 confiscationem licet nondum sint nati, secus si post confiscationem essent concepti, & nati Gabriel. cons. 123. numero tertio, seq volumine primo. Farinac. d quęstione vigesimaquarta, nume. quadragesimo secundo. vbi de veriori, & communiori opinione. Baiard d quæst. 78. num. 129. vbi de veriori. Pereg d. lib. 5. nume. 40. seq.

10 Amplia si pater habeat vnum vel duos filios, 14 eorum portio erit dimidia pars bonorum, l. fi. vers. dimidia parte de bon. damnat Plot. consil. trigesimo, numero 87. Roland. d cons. 97. numero trigesimo, & sequen. Farinac d. quęstione vigesimaquarta, numero. 38 Clemen. d. effect. 16. numero 35. Pereg. d lib 5. nu. 38. Carpan. d. cap. omnium, nu. 716.

11 Amplia quando pater habet tres vel plures 15 filios, quia non legitima, sed tota hereditas paterna filijs reseruatur, l fi. §. si plures de bon. damnat Farinac. d. quęstio. 24 numero 30. 40. & 170. seq. Tob. Non. cons. 95. numero duodecimo, & seq. vbi testatur, quod in vrbe hanc partem tres insignes Aduocati tenuerunt cons. 98. numero octauo, cons. 105. numero duodecimo, Clement. d. effect. 16. numero 36 Pereg. d. libro quinto, numero 38. vers. si vero plures, & de ea communi, & æquiori opinione late Thes. decis. 104. & ibi Add. & decis. 198. & ibi latius etiam Add. ad Carpan. d. c. omnium, num. 716.

Et hodie isto modo sunt intelligenda statuta disponentia d. Auth. bon. damnat. vt firmat Tob.

F Non.

Non.in d. conf. 97.numero octauo, Clemen.d.ef-fect.16. num.36.feq.vbi alios in terminis adducit.

12 Amplia, vt legitima, feu portio, filijs debeatur 16 a die publicationis condemnationis, & non a die mortis patris ne interim cogantur filij mendicare. Farinac. d. quæſ. 24.numero 33.feq.vbi dicit hanc opinionem æquiorem,& veriorem, quicquid dixerit.Rub.Alex & eamdem opinionē contra d.Rub. Alex.tenet Pereg.in d.lib.5.numero 36.feq.vbi teſtatur de communi.

13 Amplia, vt etiam filia maritata conſequatur 17 legitimam in caſu delicti in bonis paternis,& maternis etiam ſi eis renuntiaſſet poſt Dec. in conſil. 235. numero quarto, Carpan. d. c. omnium, numero 735.

14 Amplia, vt etiam monaco reſeruetur legiti-16 ma, & illius monaſterium illam conſequi poſſet etiam ſi monacus deceſſiſſet ante bannum,& confiſcationem Ioan.de Arn.epit.67.in fin.Carpan. d. cap.omnium,numero 756.

15 Amplia, vt deſcendentes etiam, quod tem-19 pore delicti patris non adeſſent, & bona omnia paterna confiſcata fuerint renocent confiſcationem vſq;ad legitimam. Nell de bannit.ſecunda par. 3. temp. quæſt. 10.in fin,Boſſ.de bon, publ.numero 39 verſic.& hęc opinio.Gabriel.conſ.123.numero 4 libro primo.Carpan.d.cap.omnium,nu. 757.ſeq.

16 Amplia, vt filijs reſeruetur legitima in bonis 20 patris etiamſi per ſtatutum generaliter abſque aliqua reſeruatione bona paterna publicarentur.Car. pa.d.c. omnium,nu 761.ſeq vbi concord. alleg.

17 Amplia, vt filius in legitima præferatur fiſco. 21 Carpan.d.c omnium, nu 764.

1 Sublimita procedere de conſuetudine, vt non 22 reſeruetur tota hereditas filijs ob eorum numerum, ſed tantummodo legitima quæ eſt dimidia totius hæreditatis teſte Iul. Clar. in d.quęſtio.78. numero 25. & adducit Caſſan.in conſuetud.Burg. tit. de confiſc.rub.1.§.primo,num.16.

Sed contra Clar. inſurgit. Farinac. in quęſt.24. 23 numero 40.in fin.& dicit quod apud ſe nulla remanet dubitatio,& in iudicando ab ea tanquam communi,& bene Iuris auctoritate firmata non eſſe recedendum, neque ad alia loca dictam conſuetudinem eſſe extendendam, & poſtremo latius inſurgit contra eumdem Clar.Honded.in conſ 110.numero decimo ſeptimo, volumine primo, vbi reſpondet Clar.& Caſſan.&Fachin. in ſuis controuerſijs, libro quinto, capitulo nonageſimoquinto, qui etiam reprobat opinionem Clar.& teſtatur de cōmuniori, & ante eos tenuit Roland. conſilio nonageſimoſeptimo, per totum, libro ſecundo.

2 Sublimita, vt iſta tota hæreditas filijs reſerue-24 tur ex quadam indulgentia Principis quando patrimonium eſt paruum, ſeu exiguum, ſecus ſi eſſet amplum, & magnum, quia tunc reſeruatur tantummodo dimidia pars bonorum, ita diſtinguit Salicet.in leg.fin.numero 3. C. de bon. damnat. & de iſta diſtinctione, mentionem facit. Peregr.lib.5. ſub num.38. verſ.aliter autem, cum qua diſtinctione videtur pertranſire.

Sed contra iſtam diſtinctionem Salic. valde ex-25 clamat. Theſ. deciſ. 104. vbi firmat opinionem contra Salic.eſſe communem, & æquiorem, & ita plures fuiſſe per Senatum deciſum, idemque teſtatur in deciſ. 198. & ibi Add.dicentes, quod officiales, qui amplectuntur opinionem Salic. magis diligunt burſas Principis, quam communem, & obſeruatam opinionem, & quaſi affectant nodum in ſcripo, & ibi reſpondent omnibus obiectionibus.

Et opinio contra Salic. eſt vera indifferenter ſi-26 ue principaliter per ſtatutum, ſiue in conſequentiam per contumaciam fiat bonorum publicatio ſemper procedat diſpoſitio dicto §. ſi plures, vt firmat Theſ. in dict.deciſ. 198.in fin.& ibi etiam Adden.in fin.

Sed hodie in curia Romana eſt canonizata iſta 27 diſtinctio, Salic.quia ita fuit obſeruatum in cauſa Ioan. Baptiſtæ Piccinardi, qui fuit decapitatus ob malas cantilenas, & inhoneſtos verſus factos contra Clementem Octauum, iam defunctum, & aliquos Cardinales pro quibus per Bullam Pij Quinti, & bannimenrorum Gubernatoris vrbis vltra pœnam mortis eſt inflicta etiam confiſcatio bonorum, & quia eius patrimonium erat magnum valoris vltra Scuta quinquaginta millia fuit eius quatuor filijs aſſignata dimidia pars, & alia fuit fiſco incorporata Iudice exiſtente Farinac. tunc Locumtenente Illuſtriſſimi D. Lantis A. C. nunc Cardinalis meritiſſimē, & ego etiam dum fui poſtea Locumtenens in eodem tribunali A. C. in cauſa cuiuſdam Franciſci Gregorij de Peruſia idem pronūciaui, idemque etiam fuit obſeruatum deinde in vna Maceraten. & ſic hodie ſub Paulo V. iuſtiſſimo Principe iſta opinio Salic per tot caſus deciſos eſt canonizata, & credo quod iſta obſeruantia ita interpretandi dict. §. ſi plures in poſterum etiam obſeruabitur prout fuit etiam per decretum Ducis Sabaudiæ eadem obſeruantia canonizata, vt teſtatur Add. ad Theſ. in dict. deciſ. 104. licet ſtilus, vel obſeruantia Romanæ curiæ ſit variabilis, & quilibet Pontifex inducat ſuam obſeruantiam teſte Pacian. in tractat.de probation. lib.primo cap.49. numero 89.

A qua Salicet. diſtinctione eſt ſine dubio recedendum quando pater delinquens haberet duodecim filios, cui lex multum fauet, & Princeps ad decoratam Ciuitatem ob numerum tot filiorum immunes patrem, & filios ab oneribus, & impenſis facit Text.in leg.fin. C.de His, qui num.lib.libr. 10.Alb.de Roſ.in Rub. ff. de mun.& hon. numero 88.& latiſſime Roland.conſ.52.per tot.lib.2. & annuit Plot.conſ.3.numer. 21.tomus ſecundus crim. in fol.qui loquitur in patre, qui habebat duodecim filios.

3 Sublimita in filijs nondum natis neque conce-28 ptis tempore publicationis, quia eis nulla portio reſeruatur Farinac.d.q.24.numero 42.vbi de com. Peteg.d.lib.5.num.40.

4 Sublimita in crimine hereſis quo nulla portio 29 filijs etiam Catholicis, & Orthodoxis reſeruatur, cap. vrgentis de hæret. Text. in authen. Gazaros, C.cod.

C, eod. tit. Iul. Clar. §.hæresis vers.& scias Simonec. in tract. de hæretic. cap. 9. numero 2. Roland. late, cons. 8. numero 35. seqq. vol. 3. vbi respondet contrarijs Farinac. d. quæst. 24. numero 44. vbi de communi vide latissime Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 5. cap. 45.

30 Quæ sublimitatio procedit non solum in terris Ecclesiæ, sed etiam Imperij. Roland. d. cons. 8. numero 35. seqq. Farinac. d. quæst. 24. n. 44. in fine. Ac etiam procedit quando bona hæretici confiscantur post mortem quia eius memoria damnatur secundum communem intellectum d. cap. vrgentis teste Roland. in d. cons. 8. & Farinac. in d. quæst. 24. num. 4 circa finem.

31 5 Sublimita in crimine læsæ Maiestatis, quia nulla portio filijs reseruatur. Boss. in tit. de crim. læsæ Maiest. numero 134. Roland. d. cons. 8. numero 35. Ias. cons. 46. numero 1. vol. 3. Boer. decis. 264. in princ. Dec. cons. 442. numero secundo, Baiard. quæstio. 78. numero 124. & 130. Add. ad Thes. decis. 104. in fine, Carpan. in d. capit. omnium, numero 781. vbi dicit ita esse tenendum licet aliqui contrarium sentiant, & pro ista ampliat. allegat. Alciat. consil 467. num. 5. seq.

32 Sed filiæ fœminæ licet in isto crimine priuentur successione, & legitima, debent tamen honeste dotari, vt post Martin. Laud. & Afflict. & alios Boss. in d. tit. de crimin. læsæ Maiest. nume. 134. vers. in fœminis, vbi testatur, ita fuisse seruatum per Regem Ferdinandum: latissime consuluit Becc. cons. 8. per totum, vbi respondet contrarijs; Farinac. in titu. de delict. quæst. 24. num. 47. & sub num. 96. dicit non priuari successione aliorum coniunctorum, tam ex testamento, quam ab intestato in tit. de crim. læsæ maiest. quæst. r 15. §. 3. Surd. de Alimen. tit. 1. quæst. 31. num. 26. sed num. 30. contrarium tenet.

33 Et isto casu legitima non regulatur secundum numerum filiorum, sed erit tantummodo tertia pars, vt per Becc d. cons. 8. num. 26.

34 Nisi tamen filiæ fœminæ vna cum patre machinatæ fuissent contra Principem, vel eius statum, vt post Gig. Bal. & Afflict. firmat. Becc. in d. cons. 8. num. 16. vbi subdit, quod est iusta, & rationabilis decisio, quia non ex delicto patris, sed proprio dictis bonis priuentur.

35 Et filij masculi in isto crimine licet priuentur etiam legitima, debent tamen per fiscum alimentari. Castr. cons. 80. nu. 2. lib. 1. Dec. cons. 719. nu. 3. Rip. in l. ex facto §. ex facto num. 9. ad Trebellian. Plot. d. cons. 30. num. 83. seq. Becc. d. cons. 8. nu. 6. Surd. de Aliment. tit. 1 q 31. per totam tenet ac tuetur contrariam opinionem, vt filij non sint alendi ex bonis confiscatis.

36 6 Sublimita in omni casu, in quo filius excluditur ab hereditate paterna ob aliquam causam excludatur etiam a legitima confiscatis bonis paternis: late Peregrin. de iur. fisc. lib. 2. titul. 7. numero 9. vbi de comm. & dicit etiam esse communem quando filia excluditur à successione propter masculos. Baiard. d. q. 78. num. 126.

37 7 Sublimita in filio bannito cui legitima non reseruatur per delictum patris. Peregr. lib. 3 tit. 7. n. 31. vbi alios allegat de iure fisc.

38 8 Sublimita, quando pater condemnatur in aliqua parte bonorum, vt in pœna pecuniaria, vel alio modo pro quo nō habeatur pro mortuo, quia nulla portio datur filijs. Peregr lib. 5. tit 1. nu 44.

39 9 Sublimita in bonis maternis cōfiscatis per delictum matris in quibus nulla portio datur filijs, l. de bonis matris, C. de bon. proscript. Iul. Clar. qu. 78. numero. 25. vbi de comm. Far nac. d. quæst. 24. num. 41. Peregr. lib. 5. num. 43. qui concordantes allegant Carpan. d. capit. omnium nu. 734.

40 Sed versauice, quod matri, & Auiæ debeatur legitima in bonis filij confiscatis. Surd. in tracta. de aliment. titu. 2. quæst 15. ante numero 196. seq. Add. ad Carpan. d. cap. omnium. num. 719 littera B, vers. quod matri, vbi alios allegant. Plot. cons. 30. numero 87 Carpan vbi supra, num 746.

41 Sed quod filijs in bonis matris damnatæ debeatur etiam legitima tenent Lancel Corrad. in tit. de public. bon. nu 2. seq. Idem late firmat. Beret. in cons. 52. & late etiam Carpan. d. c. omnium, numer. 750. vbi testatur ita bis per Senatum fuisse decisū.

24.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio non trahitur ad bona acquisita post condemnationem.*
2 *Hæreditas delata filio bannito per mortem patris, matris, vel fratris non venit in confiscatione.*
3 *Hæreditas delata ante bannum, vel condemnationem, sed non adita ante dictam condemnationem non venit in confiscatione.*
Declara, vt num 4.
5 *Bona acquisita post delictum in quacumque confiscatione a lege, vel constitutione inflicta non veniunt in confiscatione.*
6 *Legitima filij non venit in confiscatione si pater moriatur post sententiam contra filium.*
7 *Filius bannitus capax legitimæ excludit fiscum, si est incapax proximiores admittuntur.*
8 *Bannitus quando dicatur capax, vel non.*
9 *Filius familias post condemnationem non transmittit bona paterna ad fiscum.*
10 *Bona de futuro non confiscantur etiam si habeant ortum de præterito.*
11 *Bona de futuro non transeant in fiscum, quando condemnatus non perdit statum.*
12 *Bona etiam præsentia, quæ ex iure superuenien te quæruntur non confiscantur.*
13 *Bona de futuro nec etiam in crimine læsæ maiestatis non confiscantur.*
14 *Bona de futuro reperta penes fiscum tempore delicti potest illa fiscus retinere.*
15 *Bona de futuro in transfuga post condemnationem per fiscum capi possunt.*

6 Bona futura an dicantur in proposito a die delicti vel a die sententiae.

24 Limita principaliter, vt confiscatio non
1 trahatur ad bona acquisita post bannum, & condemnationem, & sic ad bona de futuro, 1 si mandauero, ff. is cui bona, ff. mandat. Plot. cons. 30. numero 55. Boss. de bon. public. numero. 15. Farinac. d q. 25. vbi de comm. Decian. respons. 64. nume. 45 volum. 3 Vulpell. respons. 112 numer 3. vbi de commun. Baiard. d. quest. 78. nu 22. in fine. Pereg libro quinto, numero 132. Eugen. co fi. 69. numero 11. vbi de commun. Carpan. d cap. omnium, numero 354. vbi alios infinitos allegat. Marl. in d. verb. confiscata, numero octauo. vbi concordantes allegat in tract. de Bannir. Magon. decis. Florent. 99. numero secundo, vbi de communi, Surd. de Aliment. titu. 8. de priuileg. 59. numero 17.

1 Amplia, vt procedat in haereditate deinde
2 delata per mortem patris, matris, vel fratris, vt ipsa haereditas non veniat in confiscatione Pereg. d. lib 5 nu. 133. vbi concordantes allegat. Corrad. in d. tit. de bon. public. sub. num. 4 in fine, & nume. 5. Magon. decis Florent. 99. numero 3.

2 Amplia, vt procedat in haereditate delata ante annum vel condemnationem, sed adhuc ante dict.
3 condemnationem non adita, vt per Farinac. d. q. 25. num. 141. qui testatur, ita alias fuisse iudicatum, & concordantes allegat Surd de aliment tit. 8. priuileg. 59 num. 8. vt alios allegat.

Sed pro declaratione istius secundae ampliatio-
4 nis est dicendum si tale ius adeundi haereditatem est transmissibile, vt transeat etiam in fiscum aut non, & tunc nec etiam transeat in fiscum. Boss. de bon. pub ic. nu. 16 Farinac. d. q. 25. num. 141. in fin. qui alios allegat.

3 Amplia, vt sit vera in quibuscumque bonis fu-
5 turis acquisitis, vel acquirendis post delictum in quacumque confiscatione facta a lege statuto, decreto, vel constitutione secundum communem opinionem attestatam per Plot. in d. cons. 30. nu. 59. in princ.

4 Amplia, vt procedat in legitima filij, quia si pa-
6 ter moriatur post sententiam latam contra filium, non transit in fiscum ipsa legitima. Plot. d. cons. 30. num. 59. vers fiscus non: vbi de comm. Decian. respons 64. num. 47. vol. 3. Farinac. d. q 24. num. 19. seq. Rim. Iun. cons. 130. num. 8. vol 2. Baiard. d. qu. 78. num. 111. Pereg. in d. lib 5. num. 133. vers. & idem est in legitima. Eugen. cons. 60. num. 18. seq. Magon. decis. Florent. 99. num. 3.

Et si filius bannitus esset capax legitimae legiti-
7 mam capit, si est incapax excluso fisco ad proximiores deuoluitur. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit 7. num. 42. Baiard. d. dict. q. 78 num. 111. Eugen. d cons. 60. num. 18. seq.

3 Quando autem bannitus dicatur capax vel no
8 vide Farinac. qu. 102. in 2. par. & Carpan. dict. cap. Omnium, num. 356. loquitur in acquisitis ex contractu Iuris gentium, vt illa bannitus retineat. Corrad. in d. tit. de public. bon sub num 3. & 4.

5 Amplia in publicatione bonorum fil. j post con-
9 demnationem, quia fiscus bona paterna inuadit. Boss. de bon. public. num. 80. Lud. Cat. cons. 105. per tot. tom. 1. cum Vulpell respons. 112. nu. 4. Baiard. d. q 78 nu. 110 Plot. in d cons. 30. num. 57. vbi dicit quod cautela est, vt bannitus repudiet haereditatem paternam in concordia cum illo ad quem haereditas deuoluitur, & quod de hoc fiscus conqueri non potest, & ita fuisse iudicatum, & per omnes Quaestores Mediol. ni fuisse sententiam approbatã.

6 Amplia, vt non possint confiscari bona de fu-
10 turo etiam si habeant ortum de praeterito Ruin. cons. 123. nu 6. lib 4 Honded. cons. 55. num. 19. lib. 2. Pereg. lib. 5. num. 132. in fin. Mag d. decis. 99. n. 4. Surd d. priuileg. 59 num. 18. vers. vbi inquit.

7 Amplia quando per delictum condemnatus
11 non perdit statum, quia est casus indubitabilis, vt bona de futuro non acquirantur fisco, statu vero mutato consideratur an sit habilis ad acquirendũ, aliàs ad heres suos transmittit, & sic fiscus semper excluditur egregr. d. lib 5. num. 133. in fin. vbi concordantes allegat Farinac. q 25. numero 38 seqq. Add. ad Farinac. lib. 1. decis. 17 in littera D Fachin. controu. Iur. lib 9. cap. 51. vbi Late vbi in finem subdit, sed post eius mortem in dd. bonis acquisitis succedit fiscus.

8 Amplia nec etiam praesentia quae ex iure postea
12 superueniente quaeruntur Eugen cons. 69. numero duodecimo.

9 Amplia, etiam in crimine laesae Maiestatis non
13 veniant in fiscum iura de futuro, Eugen. dict cons. 69 num. 13. Add. ad Carpan d. c. Omnium, numer. 354. in littera vbi concordantes allegat.

1 Sublimita, & intellige hanc 24. Limitationem
14 principalem quando bona delinquentis quo quomodo reperirentur penes fiscum, quia potest illa occupare, & retinere etiam post bannum, & sententiam, secus si reperiatur penes tertium, quia illa non potest a possessione vendicare. Iul. Clar. q. 78. num. 13 in fin. vbi testatur ita fuisse per Senat. Mediol. decisum, & ib. Baiard. num. 114. Carpan. d. c. omnium, num. 371. vbi sequendo opinionem Iul. Clar. dicit esse in terminis decisum per Ruin. in cõs. 123. num. 6. vers. hoc tamen vol. 4. vbi subdit eo magis procedere, vbi bannitus potest impune offendi, vt possint eius bona depredari, & auferri tam per fiscum, quam per priuatum bannito viuente. Vulpel respons. 73. num. 3. seq. cum vigore Bullae Pij IV & Pij V. possint impune offendi, merito possunt etiam bonis spoliati.

Alij autem tenent, vt bannitus non possit in bonis damnificari quos refert Ludou. decis. Perus. 11. num. 7. 9.

Secus erit post mortem banniti, quia non potest spoliari neque possunt eius bona per alios occupari Carpan. d. cap. omnium num. 373. vbi concordantes allegat.

Item licet procedat in bonis possessis per bannitum, vt occupari possint, fallit tamen in bonis cessis alijs quae nec per fiscum nec per alios priuatos possunt

possunt occupari neque auferri tanquam ab indigno. Carp. in d. c. omnium num. 373. vbi concordantes allegat.

2 Sublimita in transfuga, & rebelle quia eius 15 bona capi possunt per fiscum etiam post condemnationem Pereg. d. lib. 1. nu. 133. in fin. per l. transfugam ff. de acquiren. rerum domin.

3 Sublimita, & intellige, vt bona futura de iure 16 communi dicantur a die sententiæ, & non a die criminis, vt posi Boss. de bon. publ. nu. 60. & Boer. firmat Carpan. in d. cap. omnium, nu 357. vbi subdit aliter dicendum esse vigore decreti Mediolani.

25.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona conditionalia non confiscantur si purificetur conditio post condemnationem.*
2 *Amplia in crimine læsæ maiestatis.*
3 *Amplia in obligationibus passiuis conditionalibus prouenientibus ex vltima voluntate.*
4 *Amplia, vt nec in vita condemnati transeant in fiscum iura conditionalia prouenientia ex vltima voluntate.*
5 *Amplia in substitutione pupillari, & fideicommissaria. num. 6.*
7 *Amplia in legatis conditionalibus verificatis post condemnationem.*
8 *Amplia in bonis relictis per fideicommissum in diem certam si interim bona illius publicentur non transeunt in fiscum.*
Declara prout in num. 9.
10 *Amplia in iure adeundi hæreditatem si non est transmissibile ab hæredes extraneos non transit in fiscũ, nisi bannitus posset impune offendi, n. 11.*
12 *Ius adeundi hæreditatem potest repudiari per bannitum, vel banniendum in præiudicium fisci.*
13 *Idem procedit in legato.*
14 *Et bannitus repudiando hæreditatem, vel legatum non dicitur facere in fraudem, maxime si fiat repudiatio ante sententiam, num 15.*
16 *Pater exhæredans filium condemnandum cum causa excludit fiscum, e. usa quæ dicatur, n. 17.*
18 *Bona conditionalia fiscus non capit quando conditio nunquam fuit adimpleta.*
19 *Conditio quando si potestatiua operatur, vt bona non transeant in fiscum.*
20 *Conditione purificata fiscus teneretur iura conditionalia sibi obuenta creditoribus soluere.*
21 *Ius feudi transitorij ad fiscum nondum apertum tempore banni delinquentis non transit in fiscũ.*
22 *Ius querelanii competens bannito exhæredato non transit in fiscum.*
23 *Ius dicendi de nullitate testamenti patris non transit in fiscum.*
24 *Ius petendi supplementum an transeat in fiscum.*
25 *Ius patronum an transeat in fiscum.*
26 *Ius acceptandi, & ratificandi orationem an transeat in fiscum.*
27 *Ius declarandi voluntatem damnati non transit in fiscum.*
28 *Ius reuocandi donationem per virum vxori factam non transit in fiscum.*
29 *Ius reuocandi donationem filio in potestate an transeat in fiscum.*
30 *Ius reuocandi abstensionem non transit in fiscum.*
31 *Iura in fixa domo confiscantur publicata domo.*
32 *Iura concernentia instrumenta fundi non confiscantur confiscato fundo.*
33 *Iura quæ spirant per mortem ciuilem non confiscantur.*
34 *Iura actiua prouenientia ex vltima voluntate transeunt in fiscum.*
35 *Iura conditionalia prouenientia contractu transeunt in fiscum. Quod procedit siue agatur de conditione casuali siue contestatiua num. 6.*
36 *Iura conditionalia de futuro non transeunt in fiscum secus si de præsenti vel de præterito.*
38 *Ius adeundi hæreditatem ex testamento non trãsit in fiscum secus si ab intestato.*
40 *Iura conditionalia ex contractu collata post mortem quando transeunt in fiscum.*
41 *Ius simplex consistens in spe non transit in fiscum secus quãdo habet annexũ ius accrescẽdi, & 42.*
43 *Sententia differri debet vsque ad mortem patris, vt fiscus succedere valeat, & hoc traditur pro cautela. Quæ cautela per alias duas cautelas tollitur num 44.*
45 *Ius conditionale de futuro sub conditione casuali non transit in fiscum secus si sub conditione mixta vel potestatiua.*

25 LImita principaliter, vt in confiscatione non 1 veniant iura, & bona conditionalia, vt si Reo aliquid debeatur sub conditione, & post condemnationem verificetur conditio non acquirantur fisco, Ant. Gomez. tit de delict. cap. 14. nu. 2. Iul. Clar. quæst. 78. num. 22. Farinac. d. quæst. 25. nu. 142. vbi de commu. Boss. de bon. public. n. 14 vbi de comm. Simin. Iun. cons 50. num. 88 vers. vnde licet, volum. primo, & cons. 131. num. 8. volum 2 Baiard. d. quæst. 78. nume. 105. vers. item adde vbi de commu. ni Franc. Castrac. in tracta. de Societ offic ca. 39, nu n. 14. Carpan. d cap omnium, nume. 383. Rom. Sing. 270. num. 1. Surd. de Aliment. titu. 8 priu leg. 59. numero. 19.

1 Amplia, vt procedat etiam in crimine læsæ 2 maiestatis, qu. 18. Eugen. cons 69. nu 13.

2 Amplia, vt procedat in obligationibus passi- 3 uis conditionalibus prouenientibus ex vltima voluntate, vt non transeant in fiscum. Boss. tit. de bon. publ. sub nu. 14. Farinac. d. quæst. 25. nu 143. Iul. Clar. quæst. 78. sub num. 22. vbi de comm. Anton. Gomez. d. cap. 14 nu. 2. Peregr. d. lib. 5 nu. 93. Carpan. d. cap. omnium, nume. 384. seq. & ibi testatur de comm. & reddit bonam rationem.

3 Amplia, vt nec etiam in vita condemnati ista 4 iura conditionalia prouenientia ex vltima voluntate transeant in fiscũ, Iul. Clar. d. quæst. 78. sub numero 22.

4 Amplia in specie si aliquis fuerit substitutus al-
5 teri ante condemnationem, & deinde purificetur conditio bona non transeunt in fiscum. Tex. in l. substitutio sic acquir.rer.domin.Cassan.super consttit.Burg.rub.2.§.2.de confisc.num. 24. vers. hinc etiam mih.Farinac.d.quęst.25.nume. 144. Boss. de bon public. nume. 18. vbi dicit procedere, tam in substitutione pupillari, quam fideicommiss. & in vtraque substitutione loquitur etiam Pereg.d.lib. 5.num.94.Carpan.d.c.omnium,num 308.seq. vbi reddit rationem, & num. 416.

5 Amplia in fideicommissis, quæ nec etiam tran-
6 seunt in fiscum verificata post mortem, & condemnationem Boss. d. tit. de bon. confisc.num. 15. circa fin.vers.item non transit Farinac.d.q. 25.nu. 144.Carp.d.c.omnium.nu 415. vbi alios allegat.

Idem erit in legatis conditionalibus purificatis
7 post cōdemnationem ne transeant in fiscum Boss. de bon.pub.num.24.Clar.d.quæst.78.vers.Item in fiscum in fin.Farinac.d.q.25.num. 145. Cassan. in loco citato num. 24. vers. non veniunt legata Pereg.d lib.5.nu.93.Carp.d c.omnium num. 306.

6 Amplia quando relinquitur fideicommissum in diem certam si iterim bona illius publicentur non veniunt bona subiecta fideicommisso in fiscū. Bar. in l. Imperator de fideicom. libert.Alex.cons. 23.vbi late vol.1.

Pereg. in tract. de fideicom. art.40.nu.5.decla-
9 ret opinionem Bar. & Alex.procedere in reprohibita ex dispositione hominis per cuius dispositionem sequuta alienatione committitur fideicommissum ad fauorem illius cuius respectu facta fuit prohibitio, & ideo ille potest statim bona fideicommissaria vendicare secus in prohibitione legali per quam non committitur statim fideicommissum, & ob id bona cadunt in fiscum vsque ad euentum diei fideicommissi.

7 Amplia, & intellige, vt ius adeundi hæredita-
10 tem ante confiscationem, vel sententiam si est transmissibile ad extraneos heredes transmittatur etiam in fiscum, secus si non est ad dictos heredes extraneos transmissibile, quam distinctionem dicit communem Iul. Clar. in d. quæst. 78. nume.24. Carpan. d. cap.omnium,nume.388.seqq vbi late, & testatur etiam de communi.

Nisi tamen posset bannitus impune offendi vi-
11 gore alicuius statuti.Carpa. d. c omnium, nume. 391. vers. nisi ex statuto, pront possunt in Statu Ecclesiastico vigore Bullarum Pij IIII. & Pij V. Vulpel responsf73.nu.3.seq.

8 Amplia quod huiusmodi ius adeundi hæredi-
12 tatem ante sententiam potest repudiari in præiudicium fisci per ipsum bannitum, vel banniendum Nell.in prima par.2.temporis, quæst.30.Dec. cons. 438. num.5.& 10.& cons.445.num.65.Ruin.cons. 23. nume.2.& 17.vol.3.Bertaz.cons.510.num.16. vol. 2. Carpa. d.cap.omnium, nume.252.vbi trad. hoc pro cautela,dixi in conclus.27.

Et idem procedit in legato delato bannito, vel
13 banniendo, vt possit illud repudiari in præiudicium fisci, & per Add. ad Bertaz. in d. cons. 510. in littera C. vers. quod habet locum etiam in legato dixi late in conclus.27.

Et repudiando hæreditatem vel legatum ban-
14 niendus, vel bannitus non dicitur facere in fraudem, vt per add. ad Bertaz. in d.consil.510.in littera C in princ. vbi subdunt magis procedere si repudiatio fiat ante sententiam, & Carpan. in d. c.omnium, num. 396.dicam in d.conclus.27.

Et idem erit si pater exhæredaret filium condē-
16 nandum cum causa, fiscus excluderetur a successione filij delinquentis post mortem patris Boss.
17 de bon. public.num 38.vbi dicit, quę causa dicatur legitima. Carp d.c.omnium, num. 253. & numero 423.seq.

Qui Carp sub num 392. seq. videtur loqui quando hæreditas vel legatum non potest transire in fiscum, & tunc si bannitus illud repudiet fiscus non possit hæreditatem capere tanquam ab indigno secus vero in hæreditate quę potest transire in ipsum fiscum, quia si bannitus illam non capiat fiscus non excluditur.

9 Amplia, vt magis procedat, vt bona condi-
18 tionalia fiscus minime capiat, quando conditio nunquam fuerit adimpleta. Soc. Iun. cons. 51.numero 9. volum. 1.

10 Amplia quando conditio non est casualis vel
19 mixta sed protestatiua, quia sicut tale Ius non transit ad heredes extraneos nec etiam transit in fiscum. Ant.Gomez in d.cap 14 num.2 circa finem Honded.cons 95 numer. 21.i fin.vol.1.qui loquitur in volca filio naturali debita.

11 Amplia, vt purificata conditione fiscus te-
20 neatur iura conditionalia sibi obuenta soluere creditoribus Franc. Castrac. in tract de Societ.Offic. cap. 39.nume.15.

12 Amplia, vt Ius feudi transitorij ad hæredes
21 extraneos, & ad fiscum nondum apertum tempore banni delinquentis non transit in fiscū nec spes illa cum sit conditionalis. Boss. de pub bon.nu.15. & 18. Carpan.d.cap. omnium num.422.

13 Amplia in querela competente bannito ex-
22 hæredato non transeat in fiscum Carpan.d.c.omnium nnmer.423.

14 Amplia, vt inofficiosi querela, & Ius dicen-
23 di de nullitate testamenti patris banniti tale ius non transit in fiscum vbi filius esset bannitus ante mortem patris secus si post alios Carp. d. c. omnium num.425.

15 An ius petendi supplementum transeat in fi-
24 scum vide Doct. Add per Carpan. in d.c.omnium num.426.vt dixi in limit.

16 Amplia, in Iurepatronatu, quod non transit
25 in fiscum, de quo late dixi in limit.

17 Amplia, in ius acceptandi, & ratificandi do-
26 nationem factam damnato per eum non acceptatam non transeat in fiscum.Plot. d. cons.30.Carp. d.c. omnium,num.436.

18 Amplia, in ius declarandi voluntatem dam-
27 nati, vt non transeat in fiscum.Plot.d.cons.30.n. 90. vers.sicut nec ius.Carp.vbi supra num.436.

19 Amplia in iure reuocandi donationem fa-
ctam

28 ētam per vitum vxori fiue inter viuos fine caufa mortis, quæ damnato competit, vt non tranfeat in fifcum poft Boff. tit. de bon. public. num. 37. numero 52. Carp. d. c. loco nume. 437.

20 Amplia, in iure reuocandi donationem fa-
29 ctam filio in poteftate quę competit patri damnato. Boff tit. de bon. public num 37. & 52. limitando, vt ibi per eum Carp. num. 438.

21 Amplia, vt ius refiocandi abftenfionem cum
30 fit perfonale non tranfit in fifcum. Boff de bon. pub. num. 37. verf. fimiliter ius. Carp. d loco num. 439. Surd de aliment. tit. 8. priuileg. 9. nu. 10. vt iura perfonalia non tranfeant in fifcum.

22 Amplia, vt publicata domo veniunt tantum
31 iura infixa eidem domo. Carpan. d loco nu. 441.

23 Amplia, vt publicato fundo non veniant iu-
32 ra concernentia inftrumentum. Carpan. d. loco numero 443.

24 Amplia, vt bona, & iura quę fpectant per
33 mortem ciuilem non confifcantur. Lancell. Corrad. in d. §. 3 tit. de public. bon. numero 7. verf. limita vt bona.

1 Sublimita, in obligationib. prouenientibus ex
34 voluntate non pafsiuis, fed actiuis quia illa tranfeunt in fifcum. Boff. in tit. de bon. public. numer. 14. feq vbi ponit exemplum Rom. fingu'. 170 n. 1.

2 Sublimita in iuribus conditionalibus prouenie-
35 tibus ex contractu quæ tranfeunt in fifcum etiam fi fuerint verificata per fententiam Gomez. d. cap. 14. num. 2. verf. quod tamen intellige Farinac d.q. 25. nu. 146. Caffan. in loco fupra citato fub nu. 24. verfic. limita 2. Honded. d. conf 95. nu. 72. vbi alios allegat. Baiard. d. q. 78. nume. 105. verf. item adde, vbi de comm. Corrad. Lancell. d §. 3. tit. de pub. bon. num. 7 Roman. fing. 170. num. 1.

Quæ fublimitatio procedit fiue fimus in condi-
36 tione cafuali fiue mixta fiue conteftatiua, vt per Caffan. vbi fupra fub nume. 24. in d. verf. limita fecondo vbi dicit effe cafum menti tenendum Rom. d. fing. 170 difentit in conditione cafuali.

3 Sublimita, & intellige, vt bona conditionalia
37 non tranfeant in fifcum quando debentur fub conditione de futuro, fecus fi de præfenti vel de præterito, quis tunc fifcus dicta bona inuadit Ant. Gomez. d. cap. 14. num. 2. in fin. Farinac. d. q. 25. num. 147. vbi de comm. Baiard. d. q. 78. num. 16.

4 Sublimita, quando bannitus fuccedit ab In-
38 teftato, vt ius adeundi tranfeat in fifcum fecus fi ex teftamento late confuluit Bertaz. confil. 489. per tot. vol. 2.

5 Sublimita, & intellige quando iura conditio-
39 nalia ex contractu prouenientia, fi collata fint poft mortem, fi delinquens vellet illa capere non iure donationis, fed iure hęreditario, prout poteft tunc non tranfeant in fifcum, fecus fi capiat iure donationis quia illa tranfibunt in fifcum, vt late confuluit Rim. Iun. conf. 131. in primo dubio numero 1. feqq.

Et fcias quod delinquens pro exclnfione fifci
40 poteft facere talem declarationem etiam poft delictum commiffum. Rim. Iun. d. conf. 131. num. 91.

6 Sublimita, & intellige quando fumus in fim-
41 plici iure debito in fpe, vt non fit publicabile, fecus quando huiufmodi ius habet etiam vnitum vel annexum ius accrefcendi quia eft publicabile, vt refpondit Vulpell. refponf. 112. num. 8. 9. & 10. Vbi ponit exemplum, & Baiard. d. q. 78. num. 107.

7 Sublimita quando foluto matrimonio fifcus
42 agit ad dotis repetitionem mortua filia cuius pater poft ftipulationem ex delicto damnatus fuerat quia cum iam huiufmodi ius effe in effe formatum poteft ademi per fifcum Vulpell. d. refponf. 112. nu. 5. 6. & 7. Baiard d. q 78 nume. 18.

8 Sublimita in filio delinquente, vel differatur
43 fententia vfq; ad mortem patris quia tunc fuccederet fifcus nom ne filij Boff. de bon. public. nu. 18. feq. Cott. in fuis memorial. in verb. teftamentum. verf. fed quid fi filius. Carp d. c. omnium, n. 153. vbi in fin. reprehendit Plot. in conf. 30. num. 58. contrarium tenentem, & hoc doctores tradunt pro cautela ad fauorem fifci.

Quæ cautela per alias duas cautelas dirimitur, vt
44 fifcus excludetur, quas ponit Carp. in d. c. omniū. numer. 151. feqq.

9 Sublimita, in debito de futuro fub conditione
45 cafuali, vt non tranfeat in fifcum fecus fi fub conditione mixta vel poteftatiua Carp. d. c. omnium, nu. 418. Rom. fing. 170.

10 Sublimita, in quibus reus habet ius ad rem quia tranfeunt in fifcum. Rom. fing 30.

19.

Limitatio decimatertiæ Conclufionis.

SVMMARIVM.

1 Bona fi recta fideicommiffo non confifcantur etiā in crimine læfæ Maieftatis num. 2.

3 Fideicommiffum conceptum cum claufula fi fine filijs decederet operatur quod exiftentibus filijs bona quoad proprietatem non tranfeant in fifcū.

4 Probibitio alienandi concurrens cum fideicommiffo eo magis impedit confifcationem.

5 Limita quoad vtile dominium quia in vita grauati bona publicantur, & 10. & Declara prout in vndecimo.

6 Fideicommiffario fubftituto decedente viuente Reo condemnato, bona tranfeunt in fifcum.

7 Legitima filij tranfit in fifcum non ob ftante fideicommiffo.

8 Trebellianica tranfit in fifcum non obftante fideicommiffo.

13 Fideicommiffario vltimo delinquente bona tranfeunt in fifcum.

12 Bona fideicommiffo fubiecta quoad vtile dominiū per bullam Sixti Quinti tranfeunt in fifcum.

26 1 Limita principaliter in bonis fubiectis fideicommiffo vel reftitutioni, vt non tranfeant in fifcum l. ftatuit §. Cornelio. Felici. de iur fifc. l. cum pater §. hæreditatem el primo de legat 2. Roland. conf. 32. nu. 25. vol. 1. Farinac. d. q. 25. nu. 22. vbi

vbi de comm. Gomez. ad leg. 40. Taur. 91. vers. tertio facit Natt. cons. 528. n. 19. seqq. vol. 3. Michael. Craff in tract. de success. §. 1. num. 10 Marzan. in epit. fideicomm. ss. par. 2. q. 47. Carp. d. c. omnium, numero 170

1 Amplia, vt nec etiam in crimine lesæ Maiestatis bona subiecta fideicommisso transeant in fiscũ Craff. d. §. 1. numer 10.

2 Amplia in fideicommisso facto cum clausula si sine filijs decederet, quia quoad proprietatem existentibus filijs bona non transeunt in fiscum, sed tantummodo quoad vtile dominium cum causa sua restituēdi mortuo substituto ex facto §. ex facto ad trebellian. late Pereg. de Iur. fisc. lib. . . tit. 6. num. 5. seqq. & latius de intellectu illius. §. ex facto Ioseph. Rostic. in tract. an & quando liberi in condit. posit par. 1. cap. 2. num. 58. seq.

3 Amplia quando vna cum fideicommisso concurrit etiam testatorij expressa bonorũ alienatio, vt eo minus bona fideicommiss. capiat fiscus Farinac. d. q. 25. n. 36. vbi alios allegat pluries testantes de communi de qua dixi in limitatione: 17. principali tangente bona prohibita alienari.

1 Sublimita, quoad vtile dominium, quia in vita grauati possunt publicari late Pereg. lib. 5. tit. 1. num. 69. & dicam infra in 4. Sublimitatione.

Vnde si contingeret viuente Reo eo damnato decedere fideicommissarium substitutum bona ipso iure cedūt ad fauorem fisc. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. de deport num 20. & lib 5 tit. 1. nu 69. in fin. vbi ponit exemplum Farinac. q. 25. numero 49.

2 Sublimita in legitima quæ per delictum filij transit in fiscum non obstante fideicommisso de quo dixi in limit. 17. princ pali.

3 Sublimita in Trebellianica etiam non obstante fideicommisso transit in fiscum, vt dixi supra in 5. principali ampliatione super ista cōclusione 13.

4 Sublimita in vita delinquentis, & interim bona subiecta fideicommisso transeunt in fiscum, & post mortem ipsius alijs heredibus vocatis restituantur d. §. Cornelio Felici Farinac d. q. 25. nu. 34. vbi de comm. & alios allegat. Iul. Clar. q. 78. num. 10. vers. si vero vbi testatur, quod ita practicatur Corrad. in §. tit. de public. bon. nu. 6. Ant. Gomez. ad. leg. 40. Taur. num. 91. vers. tertio facit Pereg. lib. 5. num. 69. Carpan. d. c. omnium, numero 171. vbi alios allegat.

Quæ quarta sublimitatio duobus modis declaratur per Farinac. in d. q. 25. num. 35 seq. vt procedat in casu conditionis mortis secus in casu alienationis vel si fuerit adiecta clausula, vt bona conseruentur in agnatione vel familia de qua clausula scripsit etiam Bott. cons. 39. per tot. Sec. si cum fideicommisso concurret expressa alienationis bonorum, quia tunc, nec in vita delinquentis commoditas transit in fiscum late. Soc. Iun. cons. 49. nu. 10. lib. 3. vbi de communi.

5 Sublimita in statu Ecclesiastico per bullam Sixti Quinti in ordine 6. vt bona fideicommisso subiecta in vita delinquentis fiscus adimat de qua sublimitatione, & intellectu d. bullæ latius dixi in 17. principali limitatione numero 15.

6 Sublimita quando vltimus sit delinquens ex fideicommissarijs Add. ad Carp. in d. c. omnium, num. 171. in littera A.

27.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Peculium Castrense, vel quasi per delictum filij reseruatur patri, quoad proprietatem, & vsumfructum contra numero 2.*
2 *Peculium Castrense vel quasi reseruatur patri etiam si delinquens haberet filios.*
4 *Limita in crimine lesæ Maiestatis.*
5 *Limita quando filius per condemnationem non mutaret statum.*
6 *Limita quando filius condemnaretur in pœnam mortis, & confiscationis bonorum.*
7 *Limita quando per statutum esset aliter prouisum.*
8 *Peculium Castrense, vel quasi per constitutionem Marchiæ confiscatur.*
9 *Limita quando pater potuit prohibere, & non prohibuit.*

27 1 Limitā, vt non veniat in confiscatione peculium Castrense, vel quasi per delictum filij nec quoad proprietatem nec quoad vsumfructū, sed reseruatur patri in solatium patriæ potestatis l. 3 C. de bon. proscript. Plot. cons. 30. nume. 19. Iul. Clar. q. 78. nu. 12. vbi de com. Farinac q. 24. nu. 11. vbi alios allegat, & testatur de communi & nume. 13. vers. Quibus tamen non obstantibus testatur hanc opinionem æquiorem veriorem, & communiorem. Handed cons. 95. num. 37. vol 1. vbi alios allegat Pereg. lib 5. nu. 30. vbi alios allegat, & testatur de communi, & reddit bonam rationem, & dicit huic opinioni esse inhærendum, quia in ea habemus casum legis Clem. de patria potest. effect. 2. num. 37 vers. & quod, vbi dicit procedere, tam de iure antiquo quam nouo, & testatur de communi, vt reseruatur patri totum integrum, & illæsum, Carpan d. c. omnium, nu 101, vbi de veriori, & communiori opinione, & num. 218. Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. cap. 49. vbi de communiori.

Contrariam opinionem tenet Crot. in repetit. l. 2 frater, fratre, C. de cond. indeb. & ibi respondit d. l. 3. vt illa procedat de iure antiquo, secundū quod pater occupabat bona filij iure pœculij, secus hodie de iure auth. quia filius. habet heredem in pęculio Castrensi vel quasi. Doct. adducti per Farinac. d. q 24. nu. 12. 13 & eamdem opinionem tenet Gomez. variar. resol tom. 2. tit. de contract. nu. 15. & veriorem præsertim in crimine lęsę maiestatis dicit Gig. lib. 2. tit. de pœn. q. 12. Baiard. d. q. 78. nume. 57. Doct. adducti per Pereg. lib 5. nu. 130, vers. aliquando & ibi reddit bonam rationem, & dicit quod in facto hęc opinio pro fisco preualeret.

1 Amplia istam principalem limitationem, vt tale

le pæculium Castrense vel quasi referuetur patri etiam si filius delinquens haberet filios, quia illud transmittitur ad patrem, & non ad filios Peregr. lib. 5. nu. 130. vers. ampliatur com nunis.

1 Sublimita istam 28 limitationem in crimine 4 læsæ maiestatis Olasc. decis. 94. per tot. Gig. d. q. r 2. nu. 14. Pereg d. lib. 5. nu. 130. vers. limita primo. Fachin in d. cap. 49 in fin.

2 Sublimita quando filius per condemnationem 5 non mutaret statum, sed bona solummodo adimerentur, quia eo casu pater non potest impedire exequutionem in bonis filij. Ruin. cons. 117. n. 7. volum. primo. Pereg. d. lib. 5. num 130. vers. limita 2.

3 Sublimita quando per delictum filius condem- 6 naretur in pœnam mortis naturalis, & confiscationis bonorum, quia fiscus occupat eius bona, & post Bal. salic. & Alexan. tradit Pereg d. lib. 5. vers. limita 3. nu. 130.

4 Sublimita quando aliter esset decretum per 7 Principem, vel inductum per consuetudinem. Peregr. d. lib. 5. nume. 130. versic. limita quarto proue 8 fuit prouisum per consuetudinem Marchiæ, lib. 4 capit 18

5 Sublimita quando pater potuit prohibere deli- 9 ctum, & non prohibuit. Clem. de patriæ potest. effec. 2. num. 37 in fin.

28.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Pæculium aduentitium non confiscatur.*
2 *Peculium aduentitium non confiscatur quando pater in eo habet administrationem etiam quoad proprietatem.*
3 *Amplia etiam si in eo pater non haberet administrationem, contra nu. 4.*
5 *Peculium aduentitium non publicatur etiam si pater concessisset filio administrationem bonorũ, numer. 6.*
7 *Pæculium aduentitium non confiscatur etiam si inter patrem, & filium fuisset conuentum, quod filius possit disponere libere de bonis in quibus pater habet vsumfructum.*
8 *Peculium aduentitium ob delictum patris respectu vsusfructus non confiscatur, sed consolidatur cum proprietate, contra nu. 9.*
10 *Conciliatio istarum opinionum.*
11 *Peculium aduentitium vbi publicari potest vigore statuti precium non succedit loco rei ad effectum illud confiscandi.*
12 *Peculium aduentitium ob delictum serui non publicatur in præiudicium Domini.*
13 *Peculium aduentitium quoad proprietatem in crimine lasæ maiestatis diuinæ, & humanæ ob delictum filij confiscatur.*
14 *Filius condemnatus in legitima, vel in certa quãtitate pæcuniarum de iure exequutio fieri potest in d. peculio, etiam vigore constitutionis Marchiæ num. 15.*
16 *Peculium aduentitium in totum confiscatur ob delictum patris quando filius negotiatus fuerit nomine patris.*
17 *Peculium habens si moriatur excluditur fiscus, & consolidatur vsusfructus cum proprietate.*
18 *Si vero non moriatur vita durante ipsius delinquentis vsusfructus transit in fiscum.*

28 1 LImita principaliter in peculio aduentitio in quo non cadit confiscatio ob delictum filij. Roland. cons. 56 numero decimo, volumine tertio, Tob. Non. cons. 102. numero primo. Ploț. d. consil. 30 nume 20. Iul. Clar. d. quæst. 78. num. vndecimo. vbi de comm Parif. consil 157. n. 32. & sq. volum. 4. Honded. cons 95. num. 35 vol. 1. Pereg. lib. 5. nu. 128. vbi alios allegat Clem. de patriæ pot. effect. 2. numero 36. seq vbi de comm Carp. d. cap. omnium, nume. 101. & latius nume. 215. seqq. vbi concordantes allegat latissime Andr. Fachin. in controuer. Iur. lib. 9. cap. 47.

4 Amplia, vt magis procedat, quando in eo pa- 2 ter habet administrationem, & vsumfructum non publicetur etiam quoad proprietatem. Iul. Clar. quæst. 78. num. 11. vbi testatur ita fuisse iudicatum per Capel. Thol. 120 decis. Boss. de bon. public. nu. 71. Ruin. cons 117. num. 7. seqq. volum. 1. Curt. sen. cons. 59. nume. 12. vbi de communi. Carpan. d. c. omnium, num 234.

2 Amplia etiam si pater in eo non habeat admi- 3 nistrationem, & vsumfructum adhuc non publicatur. Soc. iun. cons 77 per tot. vol. 2. Ruin. cons. 24. nu. 6. lib. 5. Iul. Clar. d. q. 78. nu. 11. vers. sed certe, vbi Baiar. nu. 56. vbi Clar. in fin. dicit, quod si casus contingeret ita forte iudicaret contra fiscũ. Pereg. d lib. 5. nu 128. vers. Amplia etiam quia licet pater in dictis bonis non habeat vsumfructum nihilominus dicitur habere quamdam commoditatẽ cuius vigore non potest filius illa bona alienare vide Clem de patriæ potest. effect. 2. nu. 44. And. Fach. in controu. Iuris. lib 19. c. 48. vbi licet hanc opinionem à contrarijs, & testatur esse veriorem, & communiorem.

Contrariam opinionem quod possit confiscari peculium aduentitium in quo non habet pater vsũfructum Gign. titul. de pœn. commit. quæstione vndecima, in fin. Boer. decis 7. numero decimoquinto, vbi refert per Dyn. Arest. sic fuisse indicatum. Iul. Clar. d. quęst. 78. numero vndecimo, vers. cæterum, vbi alios allegat, & testatur de commu. Doct. Add. per Pereg. d libro quinto, numero 128. versic. dubitabilis tamen Menoch. de recuperan. possessrem. 9. numero 81. seqq. licet deinde dicat esse cogitandum propter auctoritatem. Ruin. in cons. 24 numero sexto, relatus tamen male per Iul. Clar. pro contraria parte, vt bene animaduertit. Baiard. in d. quęst. 78. numero 56. facit cons. Castren 39. numero secundo, volumine primo, vbi dicit quod pater in bonis filij in quib. non habet vsumfructũ filius potest illa alienare, vt refert. Clement. in d. effect. 2. numero 45. Carpan. d. c. omnium, sub numero 235.

Sed

Sed vbi vsusfructus esset relictus tertio, & spes esset quod ad patrem reuerti posset non publicatur etiam concessa opinione Ruin. pro comm. vt declarat post alios quos alleg. Carpan. in dicto, cap. omnium, numero 236.

3 Amplia, vt si pater concessisset filio administrationem bonorum aduentitiorum, & publicatis bonis filij non tamen poterit publicari dictum peculium aduentitium Iul. Clar. d. quęst. 78. numero 11. in fin. & ibi Baiard. nume 52. seqq. vbi alios adducit, & dicit quid econuerso.

Contrariam opinionem, vt isto casu publicetur peculium aduentitium tenent Docto. adducti per Carpan. d. c. omnium, num. 237.

6

4 Amplia, vt non publicentur bona in praeiudicium patris etiam quando inter patrem, & filium fuisset factum compromissum, quod filius possit libere disponere de bonis in quib. pater habet vsumfructum, vt post Alban. in cons. 66. volumine primo, tradit Baiard. d. q. 78. num. 55. Carpan. d. c. omnium, num. 238.

7

5 Amplia, vt econtra ob delictum patris peculium aduentitium non publicetur respectu vsusfructus, qui reseruatur filijs, & consolidatur cum proprietate. Anto. Gomez. variar. resolut. tom. 2. titu. de seruit. cap. 15. numero 18. Gig. titu. de pęn. commit. crim. lęsæ maiest. quæst. 13. nu. 4. qui alios allegat Farinac. d. q. 24 num. 29. Carp. d c. omnium, nu. 204. vbi de veriori, & communiori, & concordantes allegat.

8

Contrariam opinionem ob delictum patris venire in confiscationem vsumfructum in bonis aduentitijs filij vita durante ipsius patris defendit in loco supracitato, dicto numero 18. vers. sic. sed his non obstantibus. Anton. Gomez. Petr. a Plac. epit. del. & lib. 1. cap. 22. nume. 39. vers. si quidem patre delinquente Farinac. & post eum Pereg. d. lib. 5. numero 129.

9

Conciliando istas contrarias opiniones dicitur aut per sententiam pater amittit patriam potestatem, quia ciuitatem vel libertatem perdiderit, & sic patitur maximam vel mediam capitis diminutionem, & istis casibus vsusfructus consolidatur cum proprietate, aut patriam potestatem non amittit, & tunc commoditas vsusfructus publicabitur vita durante ipsius patris. Farinac. d. q. 24. nume. 33. & post eum Caualcan. Borgin. in tract. de vsufruct. nume. 235. & 238. & Pereg. in d. lib 5. nume. 129. vers. tu vero, vbi concordantes allegat Carpa. d. cap. omnium, num. 205. & num. 207. seq. dicit hanc distinctionem esse communem.

10

Bene verum est, quod in casu publicationis si filius non haberet in bonis alendus esset ex illis fructibus, vt post Boer. in decis. 7. tradit Pereg. d. lib. 5. nu. 129. sub vers. tu vero, in fine.

Sed Nel. in 1. par. 2. tēporis q. 26. ver. sed Carp. in d. c. omnium, nu. 206. hanc declarationem non approbat nec Alex. & Menoch. & ipse Nell. ibi Carp. ita testatur.

Qui Pereg. sub nume. 129. in fin. dicit quod Gig. in q. 19. sub tit. de pœn. comitten. post Nell. aberrauit dum firmauit, quod vbi pater perdit patriā potestatem dimidia vsusfructus confiscatur ad l. cum oportet, C. de bo. quę lbr. & decipitur, quia licet soluta patria potestate per emancipationem pater retineat medietatem vsusfructus, Iuxta formam. l. cum oportet, secus est quando soluitur, quia passus fuit pater maximam vel mediam capitis diminutionem, quia tunc vsusfructus in eius persona extinguitur.

Sed vbi pater remisit d. vsumfructum sine dubio non publicantur. Carpan. d. c. omnium num. 209.

6 Amplia, vt in casu statuti prout Perusiæ, ac constitutionis Marchiæ pœculium aduentitium confiscari posse, si bona fuerint vendita precium non succedit loco rei ad effectum illud cōfiscandi. Tob. Non. cons. 102. num 4. seqq.

11

7 Amplia, vt nec etiam peculium serui ob eius delictum in pręiudicium domini publicetur. Bal. in l. exequutorem num. 32. C. de exequutio re Iud. Carpan. d. c. omnium, numero 266. Corrad. in tit. de bon. public. num. 8. vers 2. limita.

12

1 Sublimita, in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, & humanę commisso per filium, vt publicetur proprietas peculij aduentitij saluo vsufructu patri Osasc. decis 94. per tot. Baiard. d. q 78. nu. 51. Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 5. nu. 126. vers. limita 1. Carpan. d. c. omnium n. m. 229 Fachin. d. cap. 48.

13

2 Sublimita, quod si filius fuerit condemnatus in certa quantitate pecuniarum vel in legitima poterit fieri exequutio in peculio profectitio. Pereg. d. li. 5. num. 127. vbi concordantes allegat, & hoc etiam fieri potest vigore constitutionis Marchiæ, vt dixi suprad in pæculio Castrensi vel quasi.

14

15

3 Sublimita quando fiscus negotiatus fuerit nomine patris, quia publicatis bonis paternis publicabitur etiam dictum lucrum, tam quoad vsumfructum quam quoad proprietatem. Crauet. cons. 165. num. 4. Late Rip. in l. in quartam, nu. 157. seqq. ad leg Falcid. Baiard. d. q. 78. nume. 54.

16

4 Sublimita, & intellige generaliter, quod in bonis in quibus delinquens non habet nisi vsumfructum si moriatur excluditur fiscus, & consolidatur cum proprietate, aut naturaliter non moritur, & tunc vita durante ipsius delinquentis transit in fiscum ita relatis hincinde contrarijs opinionibus illas distinguit. Farinac. d. q. 25. nu. 150. vbi alios allegat, & testatur de communi.

17

18

29.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Pœculium profectitium ob delictum filij non publicatur.*

2 *Pœculium profectitium non publicatur etiam si pater dederit filio facultatem donandi, & disponendi.*

3 *Pœculium profectitium non confiscatur etiam si filius*

filius condemnaretur in contumaciam, & haberetur pro confesso, & conuicto nec sententia sustineretur si adesset vnus testis de visu nu. 4.

5 *Peculium profectitium ob delictum patris quoad proprietatem non confiscatur.*

6 *Vsusfructus peculij profectitij ob delictum patris consolidatur cum proprietate excluso fisco.*

7 *Pater ista pecualia potest iure proprio occupare, & excludere fiscum, etiam quoad generalem tenutam.*

8 *Peculium profectitium in crimine læsæ Maiestatis publicatur.*

9 *Peculium profectitium quando pater amittit patriam potestatem confiscatur contra n. 10.*

11 *Peculium profectitium per constitutionem Marchiæ publicatur.*

29 1 LImita principaliter, vt peculium profectitium ob delictum filij non publicetur Ploc. conf. 30. numero 20. Parif. conf. 157. num. 36. vol. 4. Tob. Non. conf. 102. num. 1. Iul. Clar. quæst. 78. nu. 10. vbi de comm. Farinac. quęst. 24. num. 26. vbi de comm. Pereg. lib. 5. numero 125. vbi de comm. de iur. fisc. Carp. d. c. omnium, nume. 202. vbi de comm. & latius nu. 215. seqq. & num. 239. vbi testatur, quod de hoc nemo dubitat.

1 Amplia, etiam si pater dederit filio dictum pe-2 culium profectitium cum libera facultate donandi, & disponendi. Ploc. d conf. 30. numero 20 vers. & hoc procedit. Boss. de bon. public. numero 71. Pereg. d. lib. 5. numero 125. vers. quando pater, vbi reddit bonam rationem. Carpan. d. cap. omnium numero 240.

2 Amplia, etiam si vigore statuti haberetur filius 3 pro confesso, & conuicto, & condemnaretur in contumacia, adhuc pater retineret vsumfructum, Ploc. d. conf. 30. nume. 21. seqq. vbi late subdit, quod nec sententia ad istum effectum sustineretur si a-4 desset vnus testis de visu cum alijs adminiculis.

3 Amplia, & e contra, vt ob delictum patris 5 non publicetur peculium profectitium etiã, quoad proprietatem. Ploc. d. conf. 30. nume. 32 Clar. d. q. 78. num. 13. vbi de comm. Farinac. q 24. nume. 26. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. numero 128. vbi alios allegat, & testatur de comm.

4 Amplia, quod nec vsusfructus ob delictum pa-6 tris confiscatur, sed consolidatur cum proprietate excluso fisco. Ploc. d. consil. 30. nu. 23. Parif. conf. 157. nume. 19. 20. 44. & 50. vol. 4. Farinac. d. quęst. 24. numero 29. sed pro veritate istius ampliationis vide supra in precedenti 28. limitatione principali in 5. ampliatione.

5 Amplia, vt ista peculia pater iure proprio oc-7 cupet, & in eis succedat Carpan. d. c. omnium, nu. 241. seqq. vbi, concordantes allegat, & ibi infert, 8 quod fiscus non potest illa apprehendere etiam per generalem tenutam, nisi vt caueatur in finistrum transeant vbi sunt mobilia.

1 Sublimita, in crimine læsæ Maiestatis, quia pu-8 blicatur ob delictum patris Farinac. d. q. 24. numero 27. Pereg. d. lib. 5. num. 126.

2 Sublimita, quando pater amitteret patriam 9 potestatem, quia illud peculium, vt patrimonium eius dicitur, & ideo fisco cedit doct. add. per Pereg. in d. lib. 5. numero 126. vers. limita 2.

Sed alij Doct. tenent prout in specie Bal. in l. exequutorem nu. 33. C. de exequut. rei. Iud. vt in tanto merore infelicitatis paternæ peculium reseruetur filijs loco alimentorum. Pereg d. lib. 5. nu. 126. in fin. vbi dicit, quod ista opinio est humanior.

3 Sublimita, quando filius condemnatur in cer-10 ta quantitate, & legitima exequutio fieri possit in peculio filij profectitio. Pereg. d. lib. 5. num. 127.

4 Sublimita in statu Ecclesiastico per constitutionem Marchiæ, lib. 4. cap. 18. quia huiusmodi peculium publicatur, vt refert etiam Baiard. d. quæst. 78. num. 50.

30.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Bonis mobilibus, & immobilibus confiscatis non veniunt iura, & actiones, nec confiscatis se mouentibus, num. 2.*

3 *Bonis mobilibus, & immobilibus vigore statuti confiscatis non veniunt iura, & actiones.*

4 *Confiscatio vigore statuti de omnibus bonis non comprehendit iura, & actiones.*

5 *Confiscatio facta per verbum possessiuum, vt quia diceretur in pœnam confiscationis bonorum suorum non veniunt iura, & actiones & ideo in pratica apponuntur illa verba mobilia, & immobilia iura, & actiones, & nomina debitorum, n. 6.*

7 *Confiscatio bonorum simpliciter facta comprehendit iura, & actiones.*

8 *Nomina debitorum comprehenduntur in confiscatione quando bannitus potest impune offendi.*

30 1 LImita, vt in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium non veniant iura, & actiones Iul. Clar. d. quæst. 78. num. 9. vbi de commu. Pereg. d. lib. 5. num 49. in princ. qui dicit quia sunt tertia species. Baiard. d. quęst. 78. nu. 28. Marf. in d. verb. confiscata, nume. 16 Soc. Iun. conf. 49. n. 18. lib. 3. vbi late.

1 Amplia nec in confiscatione mobilium, & immobilium, & se mouentium veniunt iura, & actiones. Pinel. in rub. de bo. mater. par. 1. nume. 25. Pereg. d. lib. 5. num. 49. in fin.

2 Amplia etiam si dicta mobilia, & immobilia ex 3 forma alicuius statuti publicentur non veniant iura, & actiones. Soc. iun. conf. 51. nu. 5. volum. 2. Baiard. d. q. 78 num. 28.

3 Amplia quando vigore eiusdem statuti omnia 4 bona essent publicanda adhuc non comprehenduntur iura, & actiones. Tiraquel. de vtroque retract. in princ. glos. 7. num. 6. vbi alios a[illegible] Baiard. d. qu. 78. nume. 26. vers Item adde.

9 Amplia quando adiungitur verbum posses-5 siuum, vt si dicatur in pœnam confiscationis bo-

7 Iuspatronatus ex forma concessionis non transibile ad hæredes extraneos nec etiam transit in fiscum. Quod procedit etiam in iure patronatu non Ecclesiastico nume. 8.
9 Iuspatronatus libertorum non transit in fiscum.
10 Iuspatronatus Ecclesiasticum non transit in fiscum in casu confiscationis de iure communi vel vigore statuti,
11 Iuspatronatus, nec etiam in crimine læsæ Maiestatis transit in fiscum. Declara prout num. 12.
13 Iuspatronatus transmissibile ad hæredes extraneos confiscatur contra nume. 14.
15 Iuspatronatus transiēs in fiscum intelligitur pro eo tempore quo patronatus fuisset habiturus.
16 Iuspatronatus requirit, vt expresse fiat mentio de eo in sententia, vt confiscari possit.
17 Iuspatronatus Ecclesiasticum in casibus in quibus est confiscabile, an eius exercitium transeat in fiscum in hæredes vel in Ecclesiam.
18 Castro vel villa confiscatis Iuspatronatus Ecclesiasticum venit in confiscatione.

32 1 LImita principaliter in iure patronatus Ecclesiastico, vt per Iudicem laicum confiscari nequeat. Plot d. conf. 30 n. 18. Martin. Laud. de fisc. q. 4. Iul Clar. qu. 78. numero 8. Farinac. d. quæst. 25. num. 151. vbi de magis commu. Petr. Cabal. in quæst. crim caf. 40. num. 1. 2. & 3. vbi alios allegat testatur hanc esse magis communem æquiorem opinionem, & in iudicando sequendum, & quod ahs ita in Dominio Veneto fuisse decisum Carpan. in d c omnium num. 429.

1 Amplia, quod Iuspatronatus non transibile 2 in personam extraneam non est confiscabile Iul. Clar. d. q. 78. nu. 8 Soc. Iun. conf. 51. vol. 2. per tot. Pereg. d lib. 5. num. 21.

2 Amplia, vt non possit confiscari Iuspatrona- 3 tus Ecclesiasticum per Iudicem Laicum, nec expresse, nec tacite, nec directe nec indirecte vel principaliter nec accessorie. Felin. in c. quanto, n. 3 extr. de Iudic. Ang de malefic. in verbo, & eius bona publicamus, nu. 15. Petr. Cabal. d. caf. 40. n. 4.

3 Amplia, quod in confiscatione mobilium, & 4 immobilium non comprehendatur Iuspatronatus. Soc. Iun. conf. 51. nume. 4. vol. 2. Baiar. d. q. 78. sub num. 26.

4 Amplia, vt in confiscatione bonorum facta 5 per sententiam Iudicis laici non veniat Iuspatronatus etiam si expresse in dicta sententia de eo fuisset facta mentio Dec. d. cap. quanto nu. 6. Baiard. d. q. 78. num 26. vers. vel si.

5 Amplia, vt nec etiam durante vita condem- 6 nati d. Ius transeat in fiscum ratione spiritualitatis quicquid sub dubio dixerunt. Gig. & Roch. de Curt. relat. per Farinac in d. q. 25. nu. 154. quorum opinionem non solum valde dubitabilem, sed minime veram esse credidit prout idem existimat Petr. Cabal. d. caf. 40. nnmer. 6. & dicit hanc opinionem esse æquiorem magis communē, & in iudicādo sequendam, sed vtile dominium reuertit ad dominum, & late post alios quos allegat Corbel. de caus. 7. n. 68. & seqq & ibi respondet contrarijs,

6 Amplia quod vbi ex forma concessionis, aut 7 aliter nō est transmissibile ad hæredes extraneos, nec etiam in fiscum ex voto omnium transire potest. Marf. Sing. 314 vers. pro prædictis Iul. Clar. d. quæst. 78. num. 8. Pereg d lib. 5. num. 121. Petr. Cabal. d. caf. 40 nu. 7.

7 Amplia, vt nec etiam Iuspatronatus non Ec- 8 clesiasticum si non est transmissibile ad hæredes extraneos, nec etiā est confiscabile, l. 4 de iur. patr. Antō. Gomez ad leg. 40 Taur. n. 91. vers. 40. facit.

8 Amplia in Iure patronatu libertorum, vt non 9 transeat in fiscum de quo dixi in limitatione principali.

9 Amplia, vt Ius patronatus Ecclesiasticum 10 non transeat in fiscum, non solum quando confiscatio fit vigore alicuius statuti, sed etiam si fiat de iure commu. per Iudicem laicum. Carpa. d. c. omnium, num. 430 vbi subdit, quod bene poterit per Iudicem Ecclesiasticum confiscari.

10 Amplia, vt nec etiam in crimine læsæ maiestatis transeat in fiscum. Carp. d. c. omnium, n. 431.

Declara istam decimam ampliationem, vt non 11 procedat vita durante delinquentis, quia vtilitas transit in fiscum, Carp. d c. omnium, numero 432. vbi testatur, quod multi tenuerunt contrarium, vt Iuspatronatus in isto crimine læsæ maiest. transeat in fiscum, & ideo quod istæ contrariæ opiniones, ita possunt conciliari, quoad proprietatem non transeat, quo ad vsumfructum sic.

1 Sublimita quando Iuspatronatus est transmis- 13 sibile ad hæredes extraneos est etiam confiscabile. Iul. Clar. d. q. 78 n. 8. dicens non video cur isto casu non debeat transire in fiscum Doct Add. per Pereg in d. lib 5. n. 72 in princ. vbi de comm. & per Petr Cabal. in d. caf 40. nu. 9. Inquiens scio, quod in aliquibus locis non vulgaribus, seruatur, vt transeat in fiscum, tam in vita condemnati, quam post mortem Carpan. d. ca omnium, num. 138. & sub nu. 434. videtur transire cum ista distinctione.

Contrariam opinionem Soc. in cōs. 51. volu 2. 14 Mant. conf. 5. in prima parte. Secundum quorum responsa fuit indicatum per Serenissimum Dominium Venetum, vt refert. Gig in tractat. de crim. læsæ maiest. in tit. de pœn. committen. q. 4. n. 3. vbi de com. Farinac. q. 25. nume. 153 etiam tenet contra opinionem Clar. & testatur etiam de commu cum quo transit Petr. Cabal in d. caf. 40. numer. 5. vers. sed etiam distinctio. Clar. Pereg lib. 5. num. 72. vers. contrarium vero, vbi alios adducit, & testatur de communi, & in Dominio Veneto, ita fuisse indicatum Carpan. d. c omnium, num. 38. post Cassan. dicit, quod ista opinio est tutior, & æquior.

1 Limita, istam opinionem pro fisco, vt Iuspa- 15 tronatus sit confiscabile, & remaneat penes fiscum, vt procedat solum pro eo tempore quo patronatus fuisset habiturus Pereg d. lib. 5. sub num. 72. circa finem vers. tenendo autem.

2 Limita, & intellige quando omnia bona delinquentis confiscatur, & facta fuisset expressa mentio de iure patronatus secus si dictum fuisset tan

 tummo.

tum nodo de mobilibus, & immobilibus, quia non comprehenderetur Ius patronatus, D c. in d. c. Quarto, sub numero 11. Pereg. d. lib. 5. numero 72. in fin.

3 Limita, & intellige, quod in omnibus casi- 17 bus in quibus non est confiscabile eius exercitium non transit in fiscum nec in hæredes delinquentis, sed ipsa Ecclesia remanet libera sub potestate episcopi, vt tradunt Roch. de Curt. Lamber, Simone. & Gig in locis relatis per Petr. Cabal, in d. cas. 40 nu. 8. vbi tamen subdit, quod si hoc verum esset tota ista quæstio redderetur inutilis si fiscus non posset vti d. iure, sed Ecclesia remaneret libera sub potestate Episcopi, vnde Lud. de Molin valde dubitat de huiusmodi veritate, & Cabal. dicit, quod non est mala dubitatio.

2 Subinn ta, principaliter istam limitationem 18 quando confiscatur Castrum seu villa alicuius, in qua adesset Ius patronatus, quia veniret tunc in confiscatione Carp d. c. omnium numer. 433. vbi subdit, & vendito Castro censeretur etiam venditum Iuspatronatus.

33.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteotica bona non transeunt in fiscum.*

2 *Emphiteotica bona Ecclesiastica non transeunt in hæredes extraneos, nec in fiscum. Sed in vocatos, vel in Ecclesiam nu. 3. Contrarium, nu. 4.*

5 *Emphiteutica bona non publicantur in capitulo Fœlicis de Pœnis.*

6 *Emphiteutica bona ecclesiastica non possunt per Principes seculares confiscari.*

7 *Emphiteutica bona quando non transeunt in hæredem extraneum, nec etiam transeunt in fiscum, quod procedit etiam in crimine lesæ maiestatis, contra nu. 9.*

10 *Emphiteusis recepta pro se filijs, & nepotibus eã in crimine læsæ maiestatis non confiscatur*

11 *Emphiteuta si amiserit per condemnationem statum, & bona vita durante delinquentis bona nõ confiscantur etiam quoad vtile dominium.*

12 *Emphiteuta condemnatus in contumaciam in pœnam confiscationis bonorum, & ad mortem non transmittit bona ad fiscum etiam quoad commoditatem.*

13 *Emphiteutica bona extra territorium non confiscantur; nec etiam in casib. in quibus transeunt ad hæredes extraneos, num. 14.*

15 *Emphiteusis si in concessione fuerit dictum non possit alienari, in contentiorem non confiscatur.*

16 *Emphiteusis non transit in fiscum quando in concessione fuit dictum vt non posit alienare sine licentia Ecclesiæ petita, & obtenta.*

Declara prout in num. 17. 18. 9 & seqq.

23 *Emphiteutica condemnatus, & pro mortuo habitus, vt bona, & fructus amittat eius vita durante Ecclesia infra biennium potest declarare emphiteusim ad se spectare alias fiscus illam benè retinet num. 24.*

25 *Emphiteuta condemnatus in contumaciam si venerit in forsis curia interim commoditates percipiendi fructus in vita delinquẽtis trãsit in fiscũ.*

26 *Emphiteusis Ecclesiastica, transit in fiscum quando condemnatio fit à Iudice Ecclesiastico.*

27 *Emphiteusis concessa a priuato, transit in extraneos hæredes, & in fiscum.*

28 *Emphiteusis priuata si ex pacto non transit in hæredes extraneos nec etiam transit in fiscum.*

29 *Melioramenta facta in emphiteusim transeunt in fiscum. Declara vt nume. 30.*

31 *Emphiteusis quando confiscantur intelligitur cõfiscatum vtile Dominium saluo iure dominij directi qui potest dare precium, & recuperare emphiteusim a fisco.*

33 Limita, vt bona emphiteutica non transeãt 1 in fiscum Boer. decis. 348. nume. 7. Iul. Clar. §. emphit. q. 29. num. 1. in princ.

1 Amplia, vt bona emphiteutica prouenientia 2 ab Ecclesia, vel locis pijs non transeant ad hæredes extraneos, nec in fiscum Plot. cons. 30. num. 60. Iul. Clar. in d q. 29. sub vers. Iudic. vbi de magis communi, & ibi add. in littera A. etiam testantur de magis communi Farinac. d. q. 25. numero 50. seq. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, Carpan. super constit. Mediol. tit. de iure fisc. cap. omnium, numer 134. vbi concordantes allegat, Magon. decis. lucens. 12. nu. 7. vbi de magis communi opinione.

Imo transeunt in Ecclesiam, vel vocatos Carp. 3 in d. cap. omnium, n. 135. vbi alios allegat.

Contrariam autem opinionem aliqui tenent 4 quos refert Iul Clar. d q. 29. sub vers. tu dic ibi aliqui vero vbi post Ruin. in cons. 25 num. 33. lib. 5. etiam testatur de magis communi.

2 Amplia, vt non publicentur nec etiam in cap. 5 fœlicis de pœn. Carpan d. cap omnium, num. 137.

3 Amplia, quod per Principes seculares non 6 potest induci, vt bona emphiteutica Ecclesiæ transeant in fiscum Bonaco. com. opin. crim. par. 1. fol. 14. vers. confiscari nequeunt bona Ecclesiastica Farinac d. q. 75 num. 53.

4 Amplia, vt si emphiteusis non sit transmissibi- 7 lis ad hæredes extraneos, nec etiam sit confiscabilis Plot. d. cons. 30. nu. 67. Clar. d. q. 29. sub vers. breuiter vbi subdit hoc procedere siue fuerit concessa ab Ecclesia siue a priuato; sequitur Farinac. d. q. 25 numero 53. in fine latissime Corb. in tract. de iur. emphit. tit. de caus. priuat. ob mort. ciuil, cas. 7. num. 24. vbi alios allegat.

5 Amplia, vt in casu in quo non est transmissi- 8 bilis ad hæredes extraneos nec etiam publicetur ob crimen læsæ Maiestatis Boer. decis. 264. numero 7. seq. post Gig. & alios Viu comm. p. 2. opin. 71. prope fin. vbi de comm. quam opinionem tenuit Bero. cons. 114. num. 34. seqq. vol. 1. Ruin. cons. 117. nu. 5. vol. 1. Corbul. in d. caus. 7. num. 84. vbi alios allegat, & testatur de comm.

Contra-

Contrariam opinionem, vt sit speciale, quod in crimine læsæ Maiestatis bona emphiteutica publicentur Henric. Borc. in c. vrgentis sub num. 6. de hæreticis. Soc. in cons. 266 numer. 40. vol. 1. relati per Corbol in d. caus. 7. n. 25. vbi tamen tenet opinionem supra in ampliatione firmatam, & contrarijs respondet.

7 Amplia, quando emphiteusis fuit recepta pro 10 se filijs, & nepotibus, vt nec etiam ob crimen lęsę Maiestatis in fiscum transeat, sed vel ad dominum vel ad alios in inuestitura comprehensos etiam, quod fuerit commissa cum pacto, vt primus receptor valeat ad eius libitum alienare emphiteusim, tam inter viuos quam in vltima voluntate in præiudicium aliorum comprehensorum, & quod filius possit alienare in præiudicium nepotis, & vnusquisq; ex comprehensis in præiudicium comprehensorū, vt late defendit Corbol. in d. caus. 7. nume. 30. seqq. vbi dicit vigere simile decretū in ciuitate Vrbini, & verba præfata apponi soleant in ipsa inuestitura, & ibi respōdet cōtrarijs.

7 Amplia etiam si emphiteuta per condemna- 11 tionem amiserit statum, & bona, vt nec vita durante delinquentis bona emphiteutica publicentur etiam quoad vtile dominium vel commoditatem sed reuertatur ad Dominium vel aduocatos in ipsa inuestitura, & concludit post alios, quos allegat Corbol. in d. caus. 7. nu. 64. seqq. vbi refert alias hic in vrbe fuisse obtentum contra cameram Apostolicam Add. ad Magon. decis. lucens. 12. in litt. C. qui testantur quod ita pluries in facto obtinuerunt.

8 Amplia, si emphiteuta condemnatur in con- 12 tumaciam in pœnam confiscationis bonorum, & ad mortem, vt nec etiam fiscus percipiat fructus vel commoditatem sed deuoluatur, vel ad Dominum, vel ad alios vocatos Ruin. cons. 117. in fin. lib. 5 Corbol. in d caus. 7. num. 73.

6 Amplia in bonis emphiteuticis extra territo- 13 rium sitis, vt non veniant in confiscatione Bursat. cons. 122. num 4. vol 2. Corbol d. caus. 7. n. 74.

10 Amplia, vt nec etiam in casib. in quib. bona 14 emphiteutica non transeunt in extraneos hæredes nec etiam in vita delinquentis transeunt in fiscum, sed vtile Dominium interim applicatur Domino Dec. cons. 442. nu. 3 t. Crauett. cons. 27. n. 6. Plot. cons. 36. num. 77.

11 Amplia, etiam quod emphiteusis esset transfibilis ad hęredes extraneos non transibit tamen in fiscum quando in concessione adesset clausula, quod non possit alienari in potentiorem cum fiscus dicatur quasi fiscus, & potentior. Plot. d. cons. 30. num. 67. in fin.

12 Amplia, vt magis procedat, quando in con- 16 cessione apponeretur clausula quæ in omnibus solet apponi, quod non liceat emphiteutæ rem commissam vendere vel alienare vel aliter obligare sine licentia Ecclesię petita, & obtenta, quia ex ista duplici prouisione legis, & hominis excluditur fiscus etiam quoad cōmoditatem percipiēdi fructus in vita delinquētis, vt post alios quos allegat ita firmat Corbol. in d. caus. 7. numero 70.

13 Amplia, vt in generali confiscatione non veniant bona emphiteutica post Alexan. & Nel. Mars. in d. Verb. Confiscata num. 11.

1 Sublimita, & intellige istam principalem li- 17 mitationem quando ex pacto consuetudine, vel ex aliqua alia constitutione esset emphiteusis transmissibilis ad hęredes extraneos, quia est etiam confiscabilis. Boss. in titu. de bon. public. nu. 60. Gig tit. de pœn. comitten. cr m. lęsę maiestatis, quęst. 6. num. 4. seq. lib 2. Farinac. d. quæst 25. n. 54. Carpan. in d. cap. omnium, nume. 140.

Quæ sublimitatio intelligitur, vt procedat in 18 emphiteusi concessa à priuato transitoria in fiscum quando transit in extraneos hęredes, vt firmat Iul. Clar. in q 29 vers. tu dic in prin. & in vers. breuiter. ibi. Si vero, §. emphiteusis.

Secus vero in emphiteusi concessa ab ecclesia, 19 quę licet sit transitoria ad hęredes extraneos, nō tamen potest transire in fiscum, vt testatur. Iul. Clar. in d. quest. 29. vers. breuiter ibi certum est, vbi firmat hanc opinionem pro Ecclesia esse tutiorem, æquiorem, & etiam magis communem, & post Castan. tradit Carpan. in d. cap. omnium, num. 138 vbi etiam firmat hanc esse communem, & tutiorem opinionem Magon. decis. lucens. 12. n. 8. & ibi Add. in litt. C, de magis communi testantur, & quod procedat etiā respectu vtriusque dominij, & quod ita pluries in facto obtinuerunt, & Add. ad Iul. Clar. in d. q. 29. etiā de magis cōmuni in litt. A.

Et licet aliqui tenuerint contrariam opinionē, 20 nempe isto casu transire in fiscum, tamen Ecclesia poterit infra biennium emphitensim a fisco repetere per tex. in §. primo Authē de aliena. emphit. qui licet videntur loqui in emphiteusi concessa ab Ecclesia Constantinopolitana tamen intelligitur etiam in concessa a quacumque Ecclesia, vt bene post Alex in l. si finita. §. si de vectigal. nume. 30. de damn. Inf. &. Iul. Clar. in d. q. 29. circa fin. & reassumit Farinac. in d. q. 25. numer. 57. Carpan. in d. cap. omnium, num. 139. Sed Andr. Fachin. in cōtrouers. Iur. lib. 18. c. 53. in fin. defendit d. constitut. non extendi ad alias Ecclesias.

Et miror, quod Idem Farinac in d. q. 25. num. 56. vers. sed quod vna cum Boss. in tit. de bon. public. num. 60. teneat contrariam opinionem contra Iul. Clar. & contra Ecclesiam, & etiam firmet eam esse magis communem opinionem.

Quoniam, vt bene ipse Iul. Clar. considerat 21 omnino opinio Boss. repugnat naturę emphiteusis, vt transeat in fiscum, cum ius Ecclesię efficeretur deterius, cum numquam esset spes caducitatis, cum semper fiscus restituatur in integrum, numquam etiam ad Ecclesiam reuerteretur, ac etiam quia fiscus dicitur potentior quam priuatus, & ex multis alijs causis, & priuilegijs competentibus fisco, vt idem Iul. Clar. in d. q. 29. sub vers. breuiter, bene cōsiderat, cū qua Iul. Clar. opinione nouissime inuenio, quod tradit Corb. d. caus 7. n. 62. Magon. decis. lucens. 12. num. 8. & ibi Add in litt. C, de magis communi testantur.

Et non obstat, quod Farinac. se fundet in opi-
22 nione Boss. & quod ita fuerit alias decisum Mediolani, quia respondetur, quod illa decisio precipue fuit fundata, quia emphiteusis poterat transire in extraneos heredes, & successiue per regulam generalem etiam in fiscum, & tamen concessio in emphiteusim est contractus. Ias. in l. gallus, §. instituens, nume. 48. de liber. & posth & stricti iuris Ruin. consi. 35. nu 2. volum. 2. Ias. in prælud. feud. num. 34 in fine, vbi de comm. Roland. cons. 93. nu. 15, volum 2 & verba in contractibus stricti iuris propr è, & strictè accipiuntur, l. quicquid astringere, vbi Doct. de verb oblig cap. cum dilecti extra de donat. & in illis non recedatur à verbis l. prima, §. si his qui nauem de exercit. actio. & fiscus verè, & propriè non dicitur heres delinquentis, sed quasi heres, vt bene explicat, Peregr. libro quinto, numer. 60. seqq. & sub numer. 66. dicit quod magis habetur pro possessore, quã pro herede, & aliũde legitur, quod nõ sit hæres, sed successor vtdictę, vt firmat Tob. Nõ cõs. 105. n. 14. & seq.

Et in his quæ sunt facti, prout in casu nostro, quem esse heredem proueniat a facto iux. not. in l. pro herede, & in l. gerit. de reg. hæred. aliud sit esse tale, aliud esse loco talis. Bar. in l si maritus, §. legis Iulia de adulter. & in l. si is pro emptore de vsu capt. sequitur igitur, quod emphiteusis Ecclesiastica pro se, & heredibus extraneis concessa non possit transire in fiscum irreuocabiliter, & sic opinio Boss & Farinac contra Ecclesiam substinere nequeat. Sed post hæc scripta inueni, quod Andreas Fachin. controuers iur. lib. 9. cap. 53. Doct. opinionem contra Iul. Clar. & ad rationes Clar. respondit.

2 Sublimita, quando emphiteuta condemnare-
23 tur in aliquam pœnam, & pro mortuo haberi non possit, & tunc si vigore dictæ condemnationis amittat bona & fructus dicti us patronatus Ecclesiastici vita condemnati durante Ecclesia intra biennium poterit declarare rem ad se re-
24 dire, alias fiscus posset eadem bona retinere, vt bene declarat post alios Corb. in d caus. 7. numer. 66. vers. nam hæc opinio, & n. 67. & Carpan. d. cap. omnium, num. 141. seq.

3 Sublimita, quando esset emphiteuta condem-
25 natus, sub conditione in contumaciam si venerit in fortiam curię, & isto casu cum ante capturam non efficiatur seruus pœnę, & non habeatur pro mortuo non potest redire ad Ecclesiam, ideo cõmoditas percipiendi fructus in vita delinquentis transit in fiscum Ruin. cons 13. nu. 36. in fin. vol. 3. & post alios Corb. in d. caus. 7. num. 72.

4 Sublimita, quando confiscatio fit a Iudice
26 Ecclesiastico, quia in ea veniunt bona emphiteutica Ecclesiastica, vt post alios firmat Farinac. in d. quæst. 25. n. 57. Carp. d. c. omnium, num. 141.

5 Sublimita, in bonis emphiteuticis concessis
27 a priuato, quia illa transeunt, & in extraneos hęredes, & in fiscum Iul Clar. in d. q. 29. vers. tu dic. Farinac. d. quæst. 25. nu. 59. vbi de comm. Carpan. d. cap. omnium, num. 129.

Dummodo tamen dicta emphiteusis priuata ex
28 pacto vel ex tenore inuestituræ non transiret ad extraneos hæredes, quia tunc nec etiam transiret in fiscum Roland. cons 98. nu. 18. vol. 2. Iul. Clar. d q. 29. in princ. & sub vers breuiter Farinac. d. q. 25. nu. 60. vbi alios allegat Carp. d. cap. omnium nu. 129. vers. nisi adsit pactum.

6 Sublimita quoad melioramenta facta in rebus
29 emphiteuticis, quia illa veniunt in fiscum Pereg. d. lib 5. nu. 131. in fi. vbi tamen distinguit an amiserit bona emphiteutica ob culpam erga Dominum vel erga alios.

7 Sublimita, & intellige, quod vbi res emphi-
31 teutica confiscatur intelligitur solum publicatum vtile dominium saluo iure domini directi qui potest dare precium, & recuperare a fisco. Carp. d. cap. omnium, nu 131. seq.

34.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Fœudalia bona non transeunt in fiscum.*

2 *Feudalia bona quæ non transeunt ad hæredes extraneos nec etiam transeunt in fiscum.*

3 *Feudalia bona quæ non transeunt in hæredes extraneos nec etiam transeunt in fiscum quamuis statutum per verba ampla generalia mandet bona confiscari.*

4 *Fœudum nouum cuiuscunque qualitatis sit non transit in fiscum sed deuoluitur ad dominum, & Dominus non tenetur expectare mortem naturalem vasalli delinquentis num. 5.*

6 *Feudum concessum pro se filijs liberis, & descendentibus nulla facta mentione de hæredibus non transit in fiscum.*

7 *Fœudum defertur ad Dominum, quando delictũ fuit commissum in Dominum vel contra conuentiones fœudi.*

8 *Fœudum defertur ad vocatos quando delictum non committitur contra conuentiones fœudi.*

9 *Feudum informe nec etiam transit in fiscum, sed defertur ad vocatos.*

10 *Feudum defertur ad vocatos quando vasallus occidat fratrem vel filium fratris, num. 12. Declara num. 11.*

13 *Feudum defertur ad condominos, & non ad fiscum, quando ex forma statuti omnia bona publicantur propter homicidium commissum.*

14 *Feudum mixtum non transit in extraneos hæredes nec in fiscum.*

15 *Feudum quando non transit in fiscum, sed ad Dominum, vel ad vocatos, nec etiam in vita delinquentis, vtile Dominium transit in fiscum num. 17. contra num. 16.*

18 *Feudum in casibus in quibus transit in fiscum intelligitur dummodo per legitimas probationes, & non in contumaciam fuerit condemnatus n 19.*

20 *Fœudum nunquam censetur confiscatum nisi expressa mentio de eo fiat in sententia.*

21 Fœu-

34 1 LImita in bonis foeudalibus quę non transeunt in fiscum etiam vbi bona delinquentis vel vigore statutorum vel consuetudinis confiscanda essent Plot. cons. 30. nume. 68. Boss. tit de bon. public. nume. 21. vers fiscus vero Iul. Clar. §. foeudum quaest. 84. num. 1. vbi de comm. Boer. decis. 264. num. 7. Farinac. quaest. 25. nume. 62. vbi de comm. Carpan. in d cap omnium, n. 144 vbi alios allegat, & ibi etiam reddit rationes post Cepol. cons. 58. in 2. dub. inter consilia ciuilia. Soc. Iun. cons. 49. nu. 1. lib. 3. vbi ponit hanc limitationem pro indubitata etiam in crim. lęsae Maiestatis.

2 1 Amplia, vt omnia foeuda quę non transeunt in extraneos haeredes, nec etiam transeant in fiscum Iul. Clar. q. 78. numero 6. & in §. foeudum q 84. Boss. tit. de non public nu. 53. vers. prosequendo materiam Farinac. d. quęst. 25. nnmer. 51. Pereg. d. lib. 5. nume. 106. vers quinto ex primis a regula Petr. Cabal. cas 182. num. 13. Carpan. d. cap. omnium n. 152 & ibi dicit ad quem transferatur.

3 2 Amplia, etiam quando lex vel statutum per verba ampla generalia, & vniuersalia mandet bona delinquentis confiscari, vt non dicatur comprehendere foeudalia quae in extraneos hęredes transire nequeunt, vt nec etiam transeant in fiscum, vt in puncto consuluit Bertaz. consil. 368. & cons. seq. vol. 2. Pereg. d. lib. 5. sub numero 112. post vers. cum autem foeudum Petr. Cabal. d. cas. 182. numero 14.

4 3 Amplia, vt si foeudatarius commisit delictum per quod priuari debeat foeudo, si foeudum sit nouum, & habet initium in eius persona, quia de eo fuit inuestitus cuiuscumque naturę, & qualitatis sit, etiam si nullo modo sit hereditarium, sed simpliciter ex pacto, & prouidentia deuoluitur ad Dominum excluso fisco, & exclusis etiam vocatis in ipsa inuestitura etiam si delictum non sit commissum in ipsum, sed in alium Alciat. cons. 132. nn. 42. vers. rursus in foeudo nouo lib. 5. Clar. in §. foeudum quęst. 8 num. 4. vers sed circa hanc, & quęst. 66. nu. 5. vers. aut vero Vasallus, vbi firmat, quod in hoc nemo discrepat, & sub num. 7. vers. alij vero, inquit esse claram, & expeditam conclusionem, & in q. 84. circa medium Farinac. d. q 25 n. 72. 74. 75. Pereg d. lib. 5. tit. 1. n 107. vers. itē intellige, & n. 112. vers. alij vero dixerūt, & n. 113 circa fin. testatur de comm. Bertaz. cons. 368 n. 2 lib 2. Petr. Cabal d. cas. 182. n. 3 et 4.

5 Nec isto casu erit expectanda mors naturalis ipsius vasalli delinquentis per dominum directum, quia eo viuente foeudum, & illius fructus ac commoditates sibi acquirit, & vtile dominium cum directo consolidatur Clar. d. q. 84. vers. secundum autem genus Farinac. d. q 25. nu. 72 Bert 2 cons. 369 versic. quarto loco lib 2 num. 22. Petr. Cabal. d. cas. 182. sub nu. 4. vers. nec ad consuetudinem.

6 4 Amplia, vt in feudo concesso ex pacto, & prouidentia pro se filijs seu liberis, & descendentibus simpliciter nulla facta mentione de haeredibus non veniat in confiscationem, nec etiam quocumque vasalli delicto in fiscum transire posset, sed vel ad dominum foeudi, vel ad alios in concessione vocatos Clar. in d. §. feudum quaest. 84. vers primum est, Farinac. d q. 25. num. 62. vers. limita 3. & numer. 67. vers. Amplia 3. & num. 71. vers. sublimita 1. & num. 78. Lud. de Molin. in tract. Hispan. primogen. lib. 5. cap. 11. num. 3 vers. secundo, quia Petr. Cabal. dict. cas 182. num. 11. & 12. Carp d. c. omnium nu. 147. in princ. & num. 148. dicit, quod feudum concessum pro se, & filjs masculis dicitur ex pacto, & prouidentia, & non haereditarium.

7 Et isto casu si delictum fuerit commissum in dominum, vel contra conuentiones feudi, feudum applicatur Domino, vt suae iniuriae vltionem consequatur Boss. tit. de bon. public. numer. 55. 57. 58. Clar. in §. feudum, q. 66. num. 1. 3 5. Farinac. d. quęst. 25 nu. 76. 77. 78. Lud Molin. d. c. 11. num. 35. & 36. vbi de comm. & num 39. & 40. Petr. Cabal. d. cas. 182. nume. 15. vbi alios allegat. Pereg. d. lib 5 tit. primo, nume. 108. versic. rursus intellige. Claud. Bertaz. ad consil Patris 281. in littera B, in princ. vbi de magis comm.

8 Si vero delictum fuerit commissum in alium quam in Dominum, & non contra conuentiones, foeudum defertur ad vocatos in ipsa inuestitura. Pereg. d. loco citato, nu. 112. circa fin. & n. seq. vbi de comm. Farinac. d. q. 25. numero 87. Roland. consil. 78. per tot. lib 4. vbi de magis comm. Bertaz. cons. 181. numero 16. vbi de comm. Petr. Cabal. d. cas. 182. nume. 15. versic. secundum vero Thes. decis. 177. nume. 1. vbi testatur ita fuisse per Senatum decisum.

5 Amplia, vt nec etiam fœudum informe quan-
9 do est concessum non ex pacto, & prouidentia,
sed simpliciter nulla facta mentione filiorum, ne-
que hæredum, quia illud nec etiam transit in fiscũ,
sed deuoluitur ad eos ad quos ex natura fœudi re-
gulariter transit, vt est videre per Clar. in d. §. fœu-
dum, quęst. 9. num. 6. versic sed quid dicendum Fa-
rinac. d. quæst. 25. nu. 81. Pereg. d. lib. 5. sub nu 113.
vers. hęc tamen conclusio Petr. Cabal. d. cas. 182.
numero 12.

6 Amplia, vt etiamsi vasallus occidat prodito-
10 rie fratrem germanum, vel filium ipsius fratris nõ
deuoluitur fœudum ad fiscum, sed ad alios com-
pręhensos in inuestitura Cabal. in cas. 182. nu. 17.
vbi alios allegat.

Nisi tamen interfecerit in odium vel iniuriam
11 domini, quia tunc priuatur fœudo. Pereg. de Iur
fisc. lib. 2. tit. 3. num. 13.

7 Amplia, vt vasallus ex simplici homicidio etiã
12 in fratre domini commisso si ciuiliter agatur ad
priuationem fœudi, fiscus illud pręcendere non po-
test. Tex. in cap. 1. an illi qui interfecerunt fratrem
domini sui Cabal. d. cas. 182. n. 17. versic. cum alias.

8 Amplia quando ex forma statuti bona omnia
13 publicarentur per homicidium commissum, quia
fœudum vel aliqua portio ipsius fœudi non transit
in fiscum, nec ad alios condominos etiam quod
haberent ex ista inuestitura plenum ius vtilis do-
minij cum omnibus iuribus loci infeudati, & etiã
cũ regularibus, & iuribus fiscalib. & haberet ius
confiscandi, & cameræ eorum applicandi. Crauet.
cons. 128. num. 3. & 4. vers. sed præmissis. Dec. cons.
252. numero 5. seq. Beroal. d. cons. 368. seq. Thes. d.
dec. s. 167. Petr. Cabal. d cas. 182. nume. 18. seq. vbi
dicit ad quos an ad Dominum, vel ad filios descen-
dentes, & alios collaterales transmittatur. Mars. in
d. Verb. confiscata, nume. 10.

9 Amplia quando sumus in fœudo mixto prout
14 est quando alicui conceditur pro se filijs seu libe-
ris, & descendentibus, & hæredibus quo casu re-
quiritur, quod sit filius vel descendens ac etiam
hęres. & tunc non possit huiusmodi fœudum tran-
sire in extraneos hæredes, nec etiam transibit in
fiscum qui loco extranei hęredis habetur ex regula
generali supra firmata, vt in puncto tradit Boss. in
d. tit. de bon. public. num. 30. vers. nam aliquando
fœudum Petr. Cabal. d. cas 182. num. 21. seq. vbi
post alios tradit ad quos tale fœudum deuoluitur.

10 Amplia, vt in casu in quo fęudum non deuo-
14 luitur in fiscum, sed vel ad dominum vel ad filios
vel ad alios compręhensos in concessione, nec
etiam fiscus possit vita vasalli delinquentis duran-
te percipere fructus, & commoditates cum spe-
ctent ad eos ad quos deuoluitur fœudum. Boss. d.
titu. de public, bon nume. 53. vers. prosequendo
materiam, vbi de comm. & ita etiam Mediolani
seruari. Farinac. d. q. 25. nu. 68. seq. vers. Amplia
quarto, vbi de comm. & seruata in practica opi-
nione, nec non esse ab ea recedendum. Thes. de-
cis. 167. nume. 2. vbi testatur ita in contingentia fa-
cti fuisse, per Senatum decisum. Pet. Cabal. d. cas.
182. nume. 20. Bertaz. cons. 369. sub nu. 23. volu. 2.
Pereg de iur. fisc. lib. 2. tit. 3. nu. 17. vers. sed in fœu-
dalibus.

Contrariam opinionem tuetur. Pereg. in lib. 5.
16 tit. 1. nu. 115. versic. contra autem pro fisco, qui
etiam testatur sic iudicatum, & exequutum vidisse
referens plures ita tenentes, & magis procedere
si fiscus sit etiam Dominus fęudi, & non diuersus,
quia tunc absolutum esse inquit fructuum commo-
ditatem vita delinquentis ad ipsum fiscum, & do-
minum fœudi spectare per Tex in c. 1. §. final. tit. de
capit contrad.

Sed Petr. Cabal. in d. cas. 182. sub nume. 20 vers.
17 sed per hoc dicit esse tenendum opinionem firma-
tam in pręcedenti ampliatione, & ad obiectiones
factas per dictum Pereg. respondit.

11 Amplia quod in omnibus casibus in quibus fi-
18 scus capit fœudum in pręiudicium aliorum proce-
dit quando constat per veras probationes secus si
per fictam confessionem, vel probationem ex cõ-
tumacia resultantem quę vigore statutorum ha-
beatur pro legitima confiscatione, vel probatio-
ne prout est in statu Ecclesiastico per bullas Pon-
tificum, quia talis contumacia non egreditur per-
sonam contumacis, nec præiudicat alijs compre-
hensis in inuestitura, vt in puncto tradunt Boss. de
bon. public. sub num. 56. vers. aduerte tamen Fari-
nac. quęst. 25. nume. 79 Pereg. d. lib. 5. nu. 110. vers.
limita secundo Bertaz. consil. 368. num. 7. vers. qui-
bus additur. Petr Cabal. d. cas. 182. num. 25. vbi fir-
mant post Boss. etiam si super delicto essent exami-
nati testes, qui illud deponerent. Caip. d. c. om-
nium, nu. 159. & 160.

Sed de ista ampliatione. Pereg. in d. lib. 5. nume.
19 110. versic. sed hoc valde dubitat. dicit esse penes
ipsum valde periculosam quando testes desuper
examinati de delicto deponerent, quia tunc non
dicitur condemnatus ex sola contumacia, sed etiã
ex probatione, & in hac dubitatione videtur etiam
transire. Farinac. in d. quęst. 25. num. 79. in fin. & Pe-
tr. Cabal. d cas. 182. num. 25. in fin.

12 Amplia, vt nunquam censeatur, vt bona
20 fęudalia confiscata sint, nisi in sententia confisca-
tionis de illis expressa mentio habeatur. Paris cõs.
7. num. 3. volum primo Roland. cons. 29. numer. 8.
seqq. volum. 3. Villalob. comm. opin. litiera S, num.
47. vbi de comm. & Farinac. d. q. 25. n. 63. seqq. vbi
de com. Mars. in d. Verb. confiscata, num. 10.

13 Amplia, vt magis procedat in fœudis Eccle-
21 siasticis, quam in confiscatione facta per iudicem
secularem vt non veniant bona fęudalia in confi-
scatione etiam in casibus in quibus confiscari pos-
sent. Gig. in tit. de pœnit. comitten. crim. lęsę maie-
statis, lib. 2. quęst. 5. num. 8. qui loquitur in confi-
scatione bonorum propter crimen lęsę maiestatis
etiam contra Imperatorem, Regem, vel Rempu-
blicam, vt refert & loquitur. Farinac. d. q. 25. nu-
mero 66.

14 Amplia etiam quando fęudum est nouum, &

tra n.

transitorium etiam in extraneum hæredem in præiudicium agnatorum cum consensu tamen vel cũ licentia Domini, si vasallus delinquat non confiscatur, sed vtile Dominium consolidatur cum directo, & applicatur Domino excluso fisco, vt post Clar. q. 84. vers. secundum autem genus in §. feudum, & Dec. Alex. Farinac. d. quæst. 25. nu. 72. Carpan. in d. c. omnium, num 153.

Intellige, & declara istam ampliationem procedere quando verba inuestituræ sunt negatiue concepta, quia dicant, vt vasallus non possit alienare sine Domini consensu, vel licentia, secus si affirmatiue, quod possit alienare impetrata licentia, vel habito consensu, quia in primo casu feudum non confiscatur, & quod sit transitorium ad hæredes. Secundo autem casu confiscatur, vt declarat Boss. in tit. de bon public. nume. 54 quem refert, & sequitur Farinac. in d. q. 25 num. 72.

15 Amplia, quod vasallus debet præstare seruitia in alio loco, quam in loco in quo est bannitus, quia delinquens non amittit feudum Carpan. d. c. omnium. num. 154.

16 Amplia, vt publicatis bonis Domini proprietas rei feudalis non confiscatur, sed consolidatur cum vtile dominio. Carpan d. c. omnium, nu. 167. vbi concordantes allegat.

1 Sublimita, & intellige, vt feudum nouũ quod incepit a patre, & ex eius persona immediate debetur filijs, & descendentibus per delictum patris confiscatur, secus si feudum antiquum proueniens ab alijs maioribus, & in eo sunt vocati filij, vel descendentes, vel certæ personæ non transit in fiscum per delictum possessoris. Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus, vbi Imol num. 5. Alex. num 21. de damn. infect. Io. de Plat. in l. priuilegia, num. 2. C. de.... Ant. Gomez. ad leg. 40 Taur num. 91. vers. & in expresso, vbi de com. Plot. consil. 30. nu. 69. Pereg. d. lib. 5. nu. 170.

2 Sublimita in casu in quo ex natura feudi, vel ex tenore inuestituræ deuoluitur feudum ad heredes extraneos in fiscum etiam transit perpetuo cũ onere seruitij debiti patrono. Farinac. quæst. 25. nu. 70. vers. sed quod Pereg. d. lib 5. n. 71. vbi de comm. & ibi alios concordantes allegat Petr. Cabal. d. cas. 182. nu. 10. Carpan. d. cap. omnium, num 147. Doctores adducti per Fachin. in suis controuers. cap. 20. lib. 7. vers. quarta est sententia.

Contrarium voluit Alex. in d. § si de vectigalibus, num. 30. dum dicit feudum perseuerare penes fiscum viuente condemnato per Tex. in l. statius, §. Corne io Pelici quem refert, & sequitur Bero. consi. 78. nume. 11. volum. primo. Fachin. in dd. suis controuersijs, cap. 20 sub vers sed vt libere dicam.

Sed contra ipsum Alex. adest suprad. communis opinio, & Pereg. in d. lib 5. sub nume. 71. dicit caueas a dictis per Alex. quia per errorem, & inaduertenter loquutus fuit, sed in fine d. nume. 71. inquit forte saluari posset opin. Alexan. in feudo mixto. Carpan. d. cap. omnium, sub num. 147.

Sed in quem dictum feudum deuoluatur, vide late Peregr. in d. lib. 5. num. 113.

3 Sublimita in feudo hæreditario recepto pro se & quibuscumque hæredibus vel pro se, & quibus duret, vt transire possit in quoscumque extraneos etiam sine licentia domini, & tunc si fiscus est, idem vna cum domino directo tunc transit in fiscum, aut fiscus est diuersus a fisco domini directi, & delictum non erat tale propter quod feudo vasallus priuari posset, & tunc præfertur fiscus, aut erat tale propter quod poterat vasallus priuari, & tunc Domino, & non fisco applicatur Iul. Clar. §. feudum, quæ. 84. vers. sin quam distinctionem post Corrad. in tit. de public. bon. sub num. 3. vers. quintolimita sequitur Farinac. in d. quæst. 25. nu. 73. & eamdem sequitur Pet. Caba. in d. cas. 182. numer 6. Carpan. d. cap. omnium, num. 150

4 Sublimita in crimine læsæ maiestatis, vt feudum respectu vtilis domini, publicetur. Osasc. decis. 94. nu. 52. & post G g. & alios. Carpan. d. ca. omnium, nume. 161. vbi subdit saluo iure domini inferioris.

5 Sublimita, quod pro delicto commisso contra Imperatorem, Regem vel Rempublicam, quis non priuatur feudo ab Ecclesia recognito, nisi per sententiam Ecclesiæ, vt post Gig. Carpan. d. cap. omnium, num. 165. vbi subdit, quod dictum feudum Ecclesiasticum non confiscatur, sed reuertitur ad Ecclesiam.

6 Sublimita, quod licet in d. crimine læsæ maiestatis publicetur feudum ob delictum commissum in Dominum requiritur tamen declaratoria. Carpa. d. cap. omnium, nume. 164. vbi subdit post Gig. quod in Regno Neapolitano fiat ipso iure confiscatio.

7 Sublimita, & intellige quod melioramenta facta in feudo ob culpam commissam in Dominum confiscantur secus ob culpam commissam in alios, vt tradunt communiter feudistæ in cap. 1. §. si vasallus in tit. hic finitur lex. Iaf. in l. prima, num. 26. & in l. 2. nume. 27 C. de iur. emphit. Iul. Clar. d. quæst. 88. §. feudum. Pereg. d. lib. 5. nu. 231. vbi alios allegat, & testatur de comm.

Quia autem si feuda arius Imperatoris cuderit falsam monetam summi Pontificis, an incurrat in crimen læsæ maiestatis erga Pontificem, & feudum hunc specialiter applicari debeat cameræ Apostolicæ. vide Farinac. consil. 47. vbi etiam alij in hoc puncto scripserunt.

35.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Dos vxori vel nuri per delictum mariti vel soceri non confiscatur.*

2 *Dos vxoris non confiscatur etiamsi bona mariti publicentur ex crimine læsæ Maiestatis, & vxor fortunam mariti sequatur.*

3 *Dos confessata si sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis non confiscatur.*

4 *Exceptio non numeratæ dotis spirat per lapsum decennij*

decennij vel est diuersa secundum diuersitatem casuum nume. 5.
6 *Confessio dotis est considerãda an sit facta ante delictum vel post.*
7 *Fiscus in multis alijs casibus etiam decennio non elapso excluditur in dote vxoris.*
8 *Omnes exceptiones quæ dantur contra maritum dantur etiam contra fiscum.*
9 *Dotis augmentum magis habet suspitionem quam ipsa dos principalis.*
10 *Portio derelinquenda vxori pauperi non confiscatur etiam in crimine læsæ Maiestatis num. 11. Limita prout num. 12.*
13 *Vxor est alenda per fiscum donec dos ei restituatur.*
14 *Vxor potest retinere bona pro restitutione suæ dotis.*
15 *Dotis lucrum non confiscatur.*
16 *Vxor post condemnationem mariti potest impedire fiscum ne ingrediatur possessionem bonorum si instrumentum habeat clausulam constituti secus si non habeat dictam clausulam contra, quod indistinctè possint impedire incorporationẽ n. 17. Quæ contraria opinio procedit siue dos consistat in specie vel in pecunia nu. 18.*
19 *Vxor impedit deuastationem in bonis mariti.*
20 *Maritus potest restitnere dotem vxori post condemnationem quando est condemnatus in certa pœna secus si in confiscatione bonorum.*
21 *Vxor an habeat Ius supplendi precium.*
22 *Vxor hæretici quando amittat dotem.*
23 *Bona ficti vel falsi mariti filios non confiscantur.*
24 *Vxori quarta pars debita ex lege longobardorum reseruatur.*
25 *Fiscus in restitutione dotis vxoribus delinquentium potest uti certis cautelis, vt amplius non molestetur.*

35 1 Limita principaliter, quod dos Vxoris vel Nuri per delictum mariti vel Soceri etiam in casu in quo bona confiscari possint non publicantur Plot. d. conf. 30. nume. 50. Soc. Iun. conf. 55. num. 43. vol. 2. Iul. Clar. in quest. 68. num. 14. ibi publicatis autem bonis mariti Farinac. d q. 25. nume. 111. vbi de comm. Pereg. lib. 5. num. 82. Carp. in d. cap. omnium, nu. 275. & 774.

1 Amplia, etiam si bona mariti publicentur ex 2 crimine læsæ Maiestatis, & vxor fortunam sequatur non publicatur ipsa dos vxoris. Boss. de bon. public. nu. 651. Clar. d. q. 78. num. 14. vers. & hoc etiam Farinac. d. q. 25. num. 111. vers. etiam quod Plot. d. conf. 30. num. 50. Pereg. d. lib. 5. nu. 82. vers. Amplia etiam Carpan. d. cap. omnium, num. 278. seq. vbi dicit idem in delicto principali.

2 Amplia, vt procedat in dote confessata quan- 3 do sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis cum alias sola confessio fisco non præiudicet leg. si quis post hac, vers. dos etiam, C. de bon. præscript. Farinac. qui alios allegat in d. q. 25. num. 120. seqq. Mazol. conf. 48. per tot. Bott. conf. 23. per tot. Pereg. d. lib. 5. num. 82. vers. intellige Rim. Iun. conf. 180. num. 7. seqq. vol. 2. Carpan. d. cap. omnium, num. 280. Add. ad Magon. decis. lucens. 55. in litt. C, vers. An talis confessio, vbi de communi.

Et exceptio suffragatur per lapsum decennij Au. 4 th. quod locum. C. de dot. caut. non numerat. Plot. d conf. 30. num. 52. Farinac. d. quæst. 25. num. 122. in fin. Rim. Iun. d. conf. 180. num. 3. & Carpan. in d. c. omnium, num. 281. dicit quod tempus opponendi, & excipiendi de hac non numeratione dotis est diuersum secundum diuersitatem casuum notatorum per Afflict. in const. Reg. rub 40. vt magister causas num. 5. lib. 1.

Sed erit considerandum an dicta confessio sit 5 facta ante reatum vel post Plot. conf. 30. num. 41. seqq. vol. 1. Carpan. d. c. omnium nu n. 281.

3 Amplia, in multis alijs casibus etiam decen- 6 nio non elapso fiscus excludatur quos seriatim post alios quos adducit recenset Plot. in d. conf. 30. nume 52. & præcipue quando præcessit instrumentum promissionis. Item quando dos fuit data secundo marito prout fuerat data primo marito, & alios casus ibi recenset Carpan. d. cap. omnium, o. 282. & Add. ad Magon. decis. lucens. 55. in litt. C, circa finem.

Ac vltra illos casus fiscus etiam non poterit op- 7 ponere dictam exceptionem quando maritus fuit condemnatus in contumaciam, vt post Foller. in pract. crim. 1. par. 2. pract. vers annotentur, numero 2. in fin. tradit Carpan. d. c. omnium, num. 284.

Bene verum est quod in omnibus casibus in quibus excluditur fiscus apponere d. exceptionem poterit probare simulationem per testes. Carp vbi supra numer. 289.

4 Amplia, vt omnes exceptiones quę dantur 8 contra maritum dantur etiam ad excludendum fiscum Plot. d. conf. 30. nu. 52. in fin.

5 Amplia, vt procedat etiam in augmento dotis 9 licet in eo magis vigeat suspitio quam in ipsa concessione dotis Plot. conf. 30. numer. 25. vers. & ita decis. Boss de public. bon. num. .. Farinac. d. q. 25. num. 122. circa fin. vbi testatur apud nos ita vidisse semper obseruari, & latius sub num. 129. vbi alios allegat Pereg. d. lib. 5. num. 82 vers. intellige.

6 Amplia, vt procedat etiam in portione relin- 10 quenda, vxori pauperi per Auth. præterea C. vnde vir. vt non publicetur Farinac. d. q. 25. numer. 123. vbi alios allegat Mazol. conf. 48. numer. 11. seq. vers. & prædicta Pereg. d. lib. 5. num. 46. Baiard. d. q. 78. numer. 87. qui Pereg. & Baiard. tamen dicunt, quod in practica non posset obtineri à fisco propter eius voraginem, & cum sit factus sine conscientia prout istis temporibus bene verificatur Carpan. dict. cap. omnium, numer. 775. vbi reddit rationem.

Quæ 6. ampliatio procedit etiam in crimine 11 læsæ Maiestatis Plot. d. conf. 30. num. 41. seqq. Carpan. d. c. omnium, num. 777.

Limita istam 6. ampliationem quando mulier 12 habuerit duos viros, & à primo viro, vel eius heredibus dict. quartam non petierit, quia etiam à fisco

fisco qui succedit secundo viro damnato petere non potest Plot. d. cons. 30. num. 46. Carp. d cap. omnium num 778

7 Amplia, vt mulier debeat alimentari ex bonis 13 dotalibus donec ei soluatur dos. Boss. de alimen. vxor. præstan. col. 1. Pereg d. lib 5. num. 82. vers. & interim Baiard. d. q. 78. nu 88 vbi subdit hoc nunquam vidisse obseruari in practica imo cum maximo labore, & dispendio minime posse recuperare dotes penes fiscum existentes, & ego pluries audiui clamores istarum mulierum licet præmanibus in promptu haberent instrumenta dotium.

8 Amplia, vt possint vxores apponere manus in 14 bonis mariti confiscatis pro euictione, & restitutione dotium, & aliorum ad eas spectantium Angel. in l. si quis post hac C. de bon. damnat. quem sequuntur Doct. relati per Farinac. in d. q. 25. numero 119. Mazol. d. cons 480. vers. & sic concludo Pereg. d. lib. 5. num. 82 in fin. Baiard. d. q. 78 nume. 82. Carpan d. cap. omnium num. 276.

Sed animaduertat mulieres ne eis eueniat, quod euenit cuidam mulieri quæ fuit hic in curia acriter torta sub prætexta, quod vltra sua bona mobilia in dotem sibi data alia subripuerit.

9 Amplia, vt idem sit in lucro dotis, vt publica- 15 tis bonis mariti non præiudicet vxori, sed ipsa est citanda, aliàs publicatio non valeat Mazol. d. cons. 48. num. 14.

10 Amplia, vt vxores post condemnationem 16 mariti possint impedire fiscum ne ingrediatur possessionem bonorum sibi pro dote obligatorum donec de dote fuerint satisfactę, si in instrumento haberent clausulam constituti secus si non haberent, quia tunc deberent bona mariti confiscari, & deinde ab eo dotes repetere. Farinac. d. q. 25. n. 116. seqq. vbi alios fere infinitos allegat Add. ad Iul. Clar. in quęst. 78. in littera E, Carpan. d. c. omnium, num 294

Contrariam opinionem indistinctè, quod vxor 17 possit impedire incorporationem Mazol. in d. cons 48 nume 9 seq vbi de comm. & post Alex. & Cassan. Baiard. d. quæst. 78. numero 82, Carpan. d. c. omnium, num. 292. seq.

1 Amplia, istam contrariam opinionem, vt pro- 18 cedat siue dos consistat in pecunia siue in specie post Mazol. in d. cons. 48. firmat Baiard. in d. quæst. 78. nume. 82.

2 Amplia, quando bona mariti deberent deua- 19 stari, quia vxor potest impedire ne deuastentur licet de consuetudine non seruetur dummodo nō sit domus fundus dotalis quæ non deuastabitur, vide Baiard. in d q. 78. nu 83. seq. vbi allegat Doct. in puncto pro vtraq; parte Carpan. d. cap. omniū, nu. 296. vbi concordantes allegat, & dicit procedere in quolibet alio creditore ad effectum, vt prius sibi satis fiat late dixi in limitatione 68.

1 Amplia, principaliter, vt maritus condem- 20 natus in aliqua pecuniarum quantitate possit vxori dotem restituere secus si esset condemnatus in confiscationem omnium bonorum Bal. cons. 40. num. 1. in fin. vol. 1.

12 Amplia, an fiscus vel vxor habeat ius offe- 21 rendi vel supplendi precium vide Bal. in d. cons. 40. num. final.

1 Limita, in vxore hæretici quę scienter virum 22 hæreticum duxit, quia per delictum in hæresi mariti confiscatur dos vxoris secus si ignorauerit cap. decernit de hæret. Franc Lucan de fisc. par 2. num. 25. Carpan. cap. Omnium, num. 305.

13 Amplia, vt bona falsi vel ficti mariti si hac de 23 causa vltimo supplicio afficiatur eius bona non confiscantur, sed relinquuntur filijs susceptis ex ipso simulato matrimonio, vt Iudicauit Senatus Tholos. decis. diuers 95. fol. 277. vt referunt Add. ad Carp. in d. cap. omnium, nu 306. in littera B.

14 Amplia, vt quarta quę vxori debetur ex le- 24 ge Longobardorum censeatur ei reseruata etiā confiscatis bonis viri Carpan. d. c. omnium, numero 779.

1 Sublimita, & intellige, vt fiscus possit resti- 25 tuere dotes vxoribus delinquentium per certas cantelas, vt amplius super eis molestari non possit quas docet Soc. Iun. cons. 55. numero 12. 13. 14. vol. 2.

36.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta vxori stante matrimonio inter viuos, causa mortis vel propter nuptias ob delictum viri non confiscatur num. 3*

2 *Etiam si confiscatio fieret ex statuto vel consuedine.*

4 *Cautela ad excludendum fiscum, vt fiat donatio causa mortis per maritus.*

5 *Donatio causa mortis inter viuos vel propter nuptias ob delictum viri in crimine læsæ Maiestatis non confiscatur.*

6 *Donatio causa mortis vxori facta per maritum potest reuocari etiam post condemnationem in præiudicium fisci num. 7.*

7 *Donatio vxori facta per maritum non publicatur ob eius delictum etiam si per statutum annullarentur omnes donationes per maritum vxori factæ.*

8 *Dotis augmentum per maritum vxori factum nō confiscatur ob delictum mariti.*

9 *Donatio facta per maritum vxori si crimen committat pro quo bona post eius mortem poterant confiscari quando reuocetur.*

10 *Donatio vxori facta per maritū reuocatur quando fuit facta in fraudem fisci, quando memoria defuncti damnatur, & quando res donata tempore banni adhuc reperiuntur penes virum.*

36 1 Limita principaliter, vt datum vxori stante matrimonio per donationes inter viuos vel causa mortis vel propter nuptias, vel occasione matrimonij acquisitum ob delictum viri non confiscatur Plor. d. cons. 30. num. 48. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. nume. 7. vers. sic delinquente. Baiard.

Baiard. d. q. 78. nu. 77. Carpan. d. cap. omnium, nu. 333. Marsi. in d. Verb. Confiscata num. 17.

Amplia, vt procedat etiam si de iure vel statuto seu ex consuetudine fiat confiscatio, vt non publicentur bona donata vxori a marito, & e contra, quia non solum per mortem naturalem sed etiam per ciuilem donatio confirmatur. Boss. de bon. public. num. 36. Duen. reg. 226. in 9. Limit. Marsil. Singu 316. Iul. Clar. §. donatio, q. 9. vers. scias tamen Farinac. d. q. 25. numero 118. vbi de communi.

2 Amplia in specie, vt procedat etiam in donatione causa mortis. Boss. vbi supra numer. 36. seq. vbi de communi, & num. 52. vers. Idem est in donatione Plot. d. cons. 30. numer. 25. Marsil. de Sing. 316. Farinac. d. q. 25. nume. 131. Pereg. d. lib 5. nume. 148. in fin. Carp. d. cap. omnium, num. 333.

3 Amplia, vt detur pro cautela a Docto. ad excludendum fiscum, vt fiat donatio vxori causa mortis per maritum Marsil d. Singul. 316. Boss. de bon. public. num. 36. seq. Pereg. d. lib. 5. num. 148. circa finem, & dicam in conclusione confiscatio bonorum quibus remedijs, & cautelis euitetur. Carp. d. c. omnium, num. 333.

4 Amplia, vt nec etiam in crimine læsæ Maiestatis donatio causa mortis Inter viuos vel propter nuptias publicetur ob delictum viri Plot. d. cons. 30. n. 28. Farinac. d. q. 25. nu. 132. Carp. d. cap. omnium, num. 333. vbi alios allegat.

5 Amplia, vt donatio causa mortis vxori facta non reuocetur licet maritus etiam post condemnationem possit illam reuocare, quia istud Ius adimendi non transit in fiscum Plot. d. cons. 30. nu 25. Carp. d. cap. omnium, nu. 334 vbi concordantes allegat, & num. 337.

Et si reuocetur per maritum non pertinet ad fiscum sed ad ipsum reuocantem si reuocatio fiat post bannum. Marsi Sing 316. nu. 2. Carpan. d. cap. omnium, num. 335.

6 Amplia, vt donationes vxori factæ per maritum non publicentur ob eius delictum etiam si per statutum annullentur omnes donationes per maritum vxori factæ Baiard. post alios in d. q. 78. numero 77.

7 Amplia, in augmento dotis, vt non publicetur licet fuerit factum a marito ob delictum mariti. Carp. d. c. omnium, nu. 302. vbi concord. allegat.

1 Sublimita, & intellige, vt in casu in quo donator commisit crimen pro quo post eius mortem bona poterant confiscari tunc donatio infirmatur, & transit in fiscum etiam si non metu futuri criminis facta fuerit, ac etiam delictum non erat tale pro quo viuens maritus damnatus fuisset capitaliter, & isto casu donatio confirmatur, si vero deportatus esset suspenditur donatio, & si maritus illam non reuocauit bene vxor eamdem retinet, si vero maritus reuocauerit post illius mortem fiscus eam capit Tex. in l. res vxoris, C. de donat. inter virum, & ita communiter distinguitur, & post alios quos allegat testatur Pereg. in d. lib. 5. nu. 148. Carpa. d. c. omnium num. 336. & 338.

2 Sublimita, in tribus alijs casibus positis per Farinac. in d. q. 25. num. 132. seqq. Primo quando est facta in fraudem fisci. Secundo quando memoria defuncti damnatur. Terzo quando res donatæ tempore banni reperiuntur adhuc penes virum Carpan. d. cap. omnium, num. 339. seqq. vbi loquitur in casu in quo fuisset facta in fraudem fisci.

37.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Dos vxoris ob eius delictum non publicatur nisi in quinque casibus.*
2 *Omnia alia bona vxoris in dictis quinque casibus publicantur.*
3 *Vestes festiuæ, & preciosæ non publicantur, sed reseruantur marito.*
4 *Vestes quæ dicantur preciosæ.*
5 *Lucrum dotis quod debetur vigore alicuius statuti etiam in illis quinque casibus non publicatur nisi mulier esset heretica ante pactum de dote lucranda num. 6.*
7 *Dos vxoris non publicatur ob eius delictum etiam præsupposito statuto, vt dos publicetur.*
8 *Dos non confiscatur quando quis stipulatus fuerit dotem sibi restitui.*
9 *Vsusfructus non confiscatur confiscatis bonis vxoris.*
10 *Dos vxori restituitur quando ipsa fuit post publicationem restituta à Principe.*
11 *Dotis causa concurrens cum causa fisci, preualet contra num 12. & 13.*
14 *Dos licet transeat in fiscum tamen vir lucrum dotis a fisco vendicat.*
15 *Dos amittitur per vxorem propter adulterium.*
16 *Quibus applicetur dos quando est accusata vxor de adulterio.*
17 *Dos data a patre licet non publicetur ob delictum vxoris si tamē pater moriatur fisco applicatur.*

37 1 LImita principaliter, & e contra, vt per delictum vxoris eius dos non publicetur nisi in quinque casibus læsæ maiestatis Iuliæ, Vis publicæ, Parricidij, Veneficij, & de Sicarijs, l. quinque legibus, ff. de bon. damnat. Ang. de Malefic. in verb. & eius bona publicamus, num. 29 Iul. Clar. quæst. 78 num. 14. Ant. Gomez. ad leg. 77. Taur. nume. 1. vbi de comm. Franc. Lucan. Parmen. in tit. de public. bon. nu. 7. versic. septimo quæritur de iur. fisc. Plot d cons. 30. num 53. Farinac. d quæst. 25. num. 113. seqq. Roland. in tract. de Lucr. dot. q. 59. Franc. Castrac. in tract. de Societ. offic. cap. 39. nume. 10. Carpan. in d. cap. omnium, nu. 301. seqq.

1 Amplia, vt in illis quinque casibus non solum 2 dos, sed etiam omnia alia bona vxoris publicentur. Boss. de bon. public nu. 63. Iul. Clar. quæst. 78. num 14. vers. & in illis casibus, vbi de comm.

2 Amplia, vt vestes festiuæ, & preciosæ non publicen-

3 blicentur, sed reseruantur marito, vt post Capr. in conclus. 74. testatur de commun. Baiard. in d. quæst. 78. nume. 61.

Et quæ vestes vxoris sint preciosæ, vel magni, 4 vel parui valoris relinquitur arbitrio iudicis, Capr. consi 135. n. 16 Baiard. d q. 78. nu. 61.

3 Amplia, vt lucrum dotis, quod marito debe- 5 tur vigore alicuius statuti non publicetur, sed relinquatur eidem marito etiam in illis quinque casibus. Roland. de lucr. dot quæst. 59. Plot. d. consi. 30. nu. 54. Farinac. d quæst. 25. nume. 115. Gomez. ad leg 87. Taur. nu. 6. vers. prædicta tamen Baiard. d. quæst 78. nu 63. quod est notandum pro Romanis, qui lucrantur vigore statuti vrbis quartam partem, & in patria mea Ciuitatis Castelli lucrantur dimidium totius dotis.

6 Nisi tamen mulier fuisset hęretica ante pactum de dote lucranda, quia pactum non valeret. Roland. d. quæst. 59 num. 5. Baiard. d. quæst. 78. num. 63. in fi. Carpan. d. c. omnium, num. 305.

4 Amplia etiam præsupposito statuto, vt dos pu- 7 blicetur propter delictum vxoris, adhuc non publicab. tur constante matrimonio in preiudicium mariti Plot d. consi. 30. num. 53. versic. nec nocet constitutio.

5 Amplia quando pater vel alius extraneus sti- 8 pulatus fuit dotem sibi restitui licet mulier committat delictum propter, quod bona essent confiscanda, tamen non publicabitur dos patri vel ex- traneo debita ex contractu l. si dotem. C. de Iur. dot. quam singularem, & vnicam reputat Ant. Gomez. ad leg 40. Taur. nume. 91. vers. Sexto facit.

6 Amplia, vt confiscatis bonis vxoris in publi- 9 catione non veniat vsusfructus, qui sibi debebatur, vt post alios quos allegat firmat Baiard. d q. 78. [illegible] 74.

7 Amplia, quando post publicationem bonorum 10 vxor fuerit restituta a Principe, quia tunc recuperat dotem a fisco, & forte etiam a viro, vt post Bal. Nouel in tract. de dot. 7. par. 11. spec. vers. Insuper aduerte firmat Baiard. in d q. 78. num. 64.

8 Amplia, quando causa dotis concurreret cum 11 causa fisci, quia ead. die cum vxore, & fisco contraxisset, nec de proprietate appareat, preualere debent causa fisci. Bal. in l. dotis. C. de Iur. dot Rip. in l. 1. num, 10. solut. matr. Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 16. sub nume. 8. Pereg. de Iur. fisc. lib. 6. tit.... num. 33. vbi dicit hanc opinionem communem, & veriorem.

Contrariam opinionem, vt causa dotis & cau- 12 sa fisci vna alteri non sit præferenda dicit Salic. in l. 2. C. de priuil. fisc. Bal. Nouel. in 1. priuileg. 9. par. principali Vinc. Hercul. in d. l. 1. n. 5. vide Fachin. controuers. Iur. lib. 10. cap. 33.

Pereg. autem in d. lib. 6. tit num. 33. in fin. dicit 13 esse veram istam contrariam opinionem quando cum fisco concurreret causa pia, & sub nu. 34. dicit quod si fiscus reperiretur in possessione, & detentione rerum, eius conditio esset potentior sicut quando agitur inter duos, & firmat quod ita decidit Salic. in d. l. 2. & bene iudicio suo.

Amplia, quod licet dos transeat in fiscum tamē 14 vir eam repetit a fisco si totam vel aliquam partem ex statuto vel pacto lucraretur Carp. d cap. omnium, num. 304. vbi concordantes allegat.

1 Sublimita, vt vxor propter adulterium amit- 15 tat dotem. Iul. Clar. in §. adulterium vers. alia quoque. Menoch. de arbit. cas. 287. num 7. lib. 2. Ant. Gomez. ad leg. 80. Taur. vers. item etiam Thom Triuis. decis. Veneta 56 nume. 3. lib. 1. Hieron. in tract. commu. contr. quæstio. 298 in princ. & latius quæst 709 de quo latius dicam in conclus. ob stuprum, & adulterium quando mulier amittat dotem vel alia bona.

Quibus autem applicetur dos quando est cri- 16 minaliter accusata vxor de adulterio, & detrusa in monasterium vide latissime Farinac. in consi 72. per tot. vbi declarat. Tex. in l. consensus C. de repud. & Auth vt liceat matri, & au ç. §. quia vero plurimum, & §. adulterium Authen. ad nulli Iudicum, & Authen. sed hodie C. de adulter.

2 Sublimita, quod licet dos data a patre filiæ si ipsa delinquat non publicetur in preiudicium patris Corrad. in d. tit de public. bon. num. 3. vers. hinc est tamen si moriatur pater si co applicatur. Osasc. decis. 94 num. 7. Carpan. d. cap. omnium, numer. 306.

38.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis ob delictum donantis non reuocatur, contrarium nume. 2.*

3 *Donatio causa mortis ob delictum donantis condemnati in contumaciam non reuocatur.*

4 *Donatio clerico facta ob delictum donantis non comprehenditur sub decreto reuocandi infra biennium Declara prout num 5.*

6 *Donatio causa mortis infra biennium facta a die delicti in aliquibus locis reuocatur ob delictum donantis.*

38 1 Limita principaliter in donatione causa mortis facta quia si contingat bona donatoris publicari non infirmatur, nisi per sententiam capitalem, aut per delictum pro quo post illius mortem bona publicentur secus si patiatur tantummodo pœnam deportationis, l. si aliquis de donat. caus. mort. l. cum hic, § si maritus vxori, & l. sed si mors. §. primo, de don. inter viu. vt dicit Peregr. in l. 5 num. 147. vers. sed contra: Menoch. de præsumpt par. 1 lib. 3. præsump. 124 nu. 70.

Contrariam opinionem quod etiam si donator 2 non moriatur, sed ciuitatem, ac libertatem amittat infirmetur donatio, & fisco applicetur Boss. de public. bon. num. 32. Natt. consi. 549 nume. 12. volu 4. & alij relati per Pereg. d. lib 5. num. 147. Carpan. d. cap. omnium, num. 343. vbi dicit quod reuocetur siue fiat ante delictum, siue post, siue bona fide siue non, & ibi concordantes adducit.

1 Limi-

1 Limita istam contrariam opinionem quando 3 esset facta ista donatio causa mortis vxori. Carpan. d. ca. omnium, nu 344. vbi tamen subdit nisi in casu memoria defuncti damnaretur, Menoch. d. præsumpt. 124. num. 71. post Bald. & alios tradit hoc pro cautela ad euadendam confiscationem bonorum.

2 Limita istam contrariam opinionem quando damnatur ex contumacia, quia non præiudicaret donatario, vt post Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. Carpan. d. capit. omnium, numero 350.

3 Si fieret Clerico, quia non comprehenderetur 4 sub illo decreto Mediolani reuocandi infra biennium. Ploc. cons. 30 nu 73. Carpan. d cap. omnium, nu 351. & nu 899. seqq.

Quid autem si pœniteat committere an alienas 5 possit reuocare alienationem, vide Doct. Adductos per Carpan. in d. c. 2 omnium, num. 352. seq.

Tenendo istam contrariam opinionem illam primo amplia quando fit donatio causa mortis per patrem filios. quia est nulla, siue fiat ante delictū, siue post nisi sit iuramento firmata. Carpan. d. cap. omnium, numero 346.

2 Amplia, vt in aliquib. locis sit prouisum, vt 6 non teneat donatio causa mortis quando fit infra biennium a die delicti prout est Mediolani. Carpan. d. cap. omnium, nume 347. vbi subdit, quod tale decretum intelligitur quando fiat delictum animo deliberato, & in dubio, præsumitur factum in rixa.

39.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos reuocabilis per superuenientiā filiorum non reuocatur ob delictum donantis, contra numero 2.*

3 *Donatio inter viuos si filij sint concepti, & nati ante condemnationem per eorum natiuitatem reuocatur, & reuocatur ipso iure absque reuocatione donantis, nu. 4. contra nu. 5.*

39 1 Limita principaliter in donatione inter viuos reuocabili per superuenientiam filiorum iuxta terminos, l si vnquam, C. de reuocan. donat de qua Doct. in varijs locis scripserunt, & præcipuè. Boss. de bon. public. n. 37 seqq. vt si donator condemnetur in pœnam relegationis, & cōfiscationis bonorum, vt reuocetur donatio ad commodum donatoris excluso fisco Peregr. d. lib. 5. numer. 149 vers & breuiter resolutio est. Franc. Castrac. in pract. de Societ. offic. cap 39. nume 12. vbi de communi.

1 Amplia quando filij sunt concepti, & nati post deportationem, quia donatio non reuocatur Pereg. d. lib 5 nu. 149. versi. aut vero Reus, & sic fiscus nihil prætendere potest.

Contrariam opinionem quod reuocetur donatio si filij fuerint concepti post condemnationē. Bart. in l. prima de bon. damnat. Boss. de bon. public. nu 36. seq. quia interest filiorum donationem reuocari, cum sint habituri eorum portionem, & fiscus etiam ex ista reuocatione suffragatur, & Pereg. d. lib. 5 nume. 149. vers. alij vero contra, & versic sic diligenter, qui tamen impugnat huiusmodi opinionem.

1 Sublimita quando filij sunt concepti, & nati 3 ante condemnationem, quia per eorum natiuitatē donatio reuocatur. Tex. in l. ex facto ad Trebel. & fisco pro eius portione applicatur. Boss. de bon. public. nu. 37. seq. Pereg d num. 149 vers. aut vero sunt concepti iuncto vers sed hic incidenter.

Quę limitatio procedit etiam si donator non 4 reuocauerit donationem quia ipso iure censeretur reuocata. Rip in d. l. si vnquam quęst. 45 Boss. vbi supra, Menoch cons 77. per tot. volumine primo.

Quod nisi accedente declaratione donatio non 5 reuocetur, & in fiscum non transeant tuetur. Pereg. in d lib. 5. num. 150 vers. pro negatiua, & num. 151. versic. sed pro priori, & ibi adducit Angel. in l. si filius. C. de bon. damnat. & respondit Menoch. contrarium tenenti.

40.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a Principe alicui pro se, & descendentibus nō cōfiscatur nisi in vita delinquentis.*

2 *Limita quando vltra donationem Princeps prohibuit res donatas alienari contra nu. 3 Declara numer. 4.*

40 1 Limita in donatione facta a Principe alicui pro se, & descendent bus, vt non possit cōfiscari nisi in vita delinquentis ad Tex. in l. Statius, §. Cornelio de iur fisc. Peregr. d. lib. 5. num. 122. in princ. Carpa. d. cap omnium, num 169 dicit quod donationes Principis quæ non transeunt ad extraneos non transeunt nec etiam in fiscum.

1 Sublimita quando vltra donationem Princeps 2 prohibuit res donatas alienari, quia tunc nec in vita delinquentis possunt confiscari. Boss. de bon. public. numer. 59 Pereg. d. lib 5. numer. 123. vers. limitando.

Sed contra istam sublimitationem videtur sen-3 tire Gabriel. in cons. 140. num. 36. seqq. vol. 1. vbi concludit donatione facta per fratres ad inuicem cum prohibitione non alienandi non impedire retinere in vita delinquentis fiscum partem ipsius.

Sed Iudicio meo opinio Gabrielis nihil opera-4 tur in proposito, quia præsupponit huiusmodi donationem, & prohibitionem alienandi factam inter fratres esse in fraudem fisci, vt ipsemet Gabriel. ibi dicit, & prout ego latius dixi supra in limit. principali num ..... Quæ fraus in ipso Principe donante non potest considerari, & ideo cessat opinio eiusdem Gabrielis.

Limita

41.
Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta fisco absenti, & pro eo nomine stipulandi est inualida.*
2 *Actio, & stipulatio officialis fiscalis fisco non creditur nisi interueniat debita verborum forma.*
3 *Fisco acquiritur actio quando Notarius pro eo stipulatur sequuta ratificatione fisci.*
4 *Fiscus ex testamento priuati, vel ex alia vltima voluntate acquirit.*

41 Limita principaliter, vt donatio facta fisco 1 absẽti, & pro eius nomine stipulatio fit nulla, & inualida Pereg. de Iur. fisc. lib. 6. tit. 1. nu. 20.
1 Amplia, quod ex stipulatione officialis non ac-2 quiritur fisco actio, nisi interueniat debita verborum forma. Bal. in l. 1. num. 14. c. per quas person. nob. acquir. Pereg. d. lib 6. tit. 1 num. 24.
1 Sublimita, quando Notarius pro fisco stipula-3 tur, quia non quęritur actio nisi sequuta ratihabitione fisci post alios Pereg. d. lib. 6. tit. 1. nu. 23. vbi subdit, quod sufficiat tacita ratihabitio.
2 Sublimita, vt capiat fiscus ex testamento pri-4 uati, vel qualibet alia vltima voluntate l. 1. & leg. in fraudem, §. qui autem de iur. fisc. cuius sublimitationis late vide Peregr. lib. 4. tit. 1. numer. 1. seqq. de Iur. fisc.

42.
Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix licet turpiter acquirat tamen bene retinet, fiscus ei non succedit.*
2 *Limita, & intellige in meretrice publica secus in alia muliere inhonesta conditionis, quia de acquisitis ex stupro, & adulterio non disponit, sed fiscus bona capit.*
3 *Meretrices vigore bullarum Pontificum in curia decedentes sine filijs legitimis tenentur reseruare aliquam portionem Monasterio conuertitarum.*
4 *Conuertitae in vrbe habent eorum proprium tribunal eis erectum per Pium V.*

42 Limita principaliter in acquisitis per mere-1 tricem, quia licet turpiter acquirat, tamen bene retinet, & potest etiam de bonis acquisitis ex turpi quaestu testari, & fiscus ei non succedit Alber. in l. si quaeramus circa fin. de testament. & in l. qui vas. §. final. de furt. Bart. in l. 1. C. de cond. ob turp. caus. & in terminis consuluit Natt. cons. 540. per tot. vol. 4. Ias. in l. 3. §. sed quod meretrici. ff. de eo ob turp. caus. Pereg. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 2. sub nu. 6.
1 Sublimita, & intellige in meretrice, quae pa-2 lam omnibus praebet copiam sui, & turpitudinem suam publice habet, secus in alia muliere Inhonestae conditionis, quia de acquisitis ex stupro, & adulterio disponere, & testari nequit, sed fiscus bona sua aufert l. Lucius de Iur. fisc. Cyn. in l. 2. C. de cond. ob turp caus. Natt. d. cons. 540. numer. 5. vbi alios allegat Pereg. d. lib. 2. tit. 2. num. 6.
2 Sublimita hic in curia vigore bullarum Leon. 3 X Clem. VII. & Paul. III. Summorum Pontificum, quia meretrices decedentes ab intestato eis succedit Monasterium conuertitarum de vrbe, & decedentes ex testamento tenentur relinquere quintam partem omnium bonorum eidem Monasterio sed in casu ab intestato si habeant filios, vel filias d. Monasterium non succedit, prout pluries fuit contra d. conuertitas resolutum coram Iudice erecto, & deputato à Pio IV.

43.
Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Mortem sibi consciens eius bona fiscus non capit. Declara, & intellige prout num. 2.*

43 Limita principaliter in his, qui sibi mortem 1 consciuut, vt fiscus eorum bona non capiat Plot. d. cons. 30. nu. 80. Soc. iun. cons. 51. nu. 3. vol. 1. Franc. Lucan. de fisc. tit. de bon. public. n. 1. vbi in fine dicit, quod de his qui sibi mortem consciuerunt fit correctus per d. Auth. bona damnatorum.
1 Sublimita, & intellige istam 44. limitationem 2 quando doloris impatientia aeris alieni, aut vitae tędio, aut alia simili causa secus conscientia proprij sceleres pro quo veniebat imponenda confiscatio bonorum, quia tunc aut fuerit probatum, vel non probatum delictum ex ipsa morte, fiscus habet intentionem fundatam, & bona illius occupat, nisi haeredes vellent Innocentiā defuncti probare latissime trad. Petr. Cabal. in quęst. crimin. cas. 137. nu. 1. pluribus sequentibus, & vide decis. Auenionen. 123. Didac. Canter. de homic. c. 6. num 53. seqq. & Pereg. lib. 4. tit. 4. per tot. Franc. Lucan. de fisc. tit. de publ. bon. nu. 1. latissime Farinac. in tract. crim. tit. de Homicidio q. 128. per totum, & sub n. 95. dicit post alios per Auth. bona damnatorum esse correcta iura antiqua in hoc circa cōfiscationem bonorum, & sub numero 99. fisco non acquiri feudum quando quis sibi mortem intulerit Iul. Clar. §. feudum, quaest. 58. vbi de communi. Peregr. lib. 4 tit. 4 num. 12. de iure fisci.

44.
Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Communia cum delinquente non veniunt in confiscatione.*
2 *Confiscatio restringitur ad bona delinquentis.*
3 *Domus deuastanda si sit communis cum delinquente quid sit faciendum num. 4.*

5 *Bona mariti delinquentis deuastanda si uxor in eis habeat hippotecam non possunt deuastari nisi satisfacta d uxore maxime si domus deuastanda esset fundus dotalis n.6. Quid de cõsuetudine n 7*

8 *Quilibet creditor delinquentis poterit impedire deuastationem rei communis.*

9 *Coloni in fructibus possunt impedire vastum.*

10 *Fructus venditi ad aliquod tempus per delinquẽtem nisi refecto pretio non deuastantur.*

11 *Domus deuastanda si ex deuastatione domus vicini diruatur quis teneatur ad dominum resarciendum an fiscus, vel delinquens*

12 *Fiscus habens vsumfructum solummodo in re non potest illam alienare.*

13 *Fiscus non potest rem communem alienare nisi sequatur precij solutio.*

14 *Fiscus antequam vendat rem communem tenetur interpellare socium.*

15 *Fiscus in casibus in quibus potest vendere rem communem intelligitur cum subastatione legitime facta.*

16 *Fiscus potest rem communẽ diuidere, & alienare inuito socio licet habeat minimam partem, rei.*

44 LImita principaliter, vt in confiscatione non veniant communia cum delinquente, sed pars delinquentis tantum, & socij publicetur Osasc. decis. 94. num. 18. Corrad. in d §.3 tit. de public. bon num.8.

1 Amplia, vt confiscatio non fiat in bonis alterius quam delinquentis ideo dominium, & possessio probata impedit publicationem bonorum, l. fin C. de bon. vac. Lancell. Corrad in d. §.3. tit. de public. bon. nu.8.

2 Amplia, vt si domus aliqua sit deuastanda quę sit communis cum alio prius sit diuisio vel caueatur antequam deuastetur modo, quo notat. Alber. in tract. super statu. lib 3 q 46 & q. 48. Ang. de Malefic. in verb & eius bona nu. 21 vbi Ang. Carpan. in d.c. omnium, num 446 & nu 689. late Farinac. q. 112. nu 116 seq. vbi remissiue

3 Amplia, vt si delinquens habeat partem inferiorem alter vero superiorem, vt non sit domus deuastanda. Carpan. in d.c. omnium, num. er. 447. Farinac. d. q. 112. num. 17.

4 Amplia, vt bona mariti delinquentis non denastentur in quibus vxor habet hipotecam pro sua dote nisi facta vxori satisfactione. Alber super statu, lib. 3 quæst. 7. & 14. Aug ad Angel. de Malefic. in verb. & eius bona. nu. 10 vers & hoc intellige circa fin. Carpan. d cap. omnium, num. 196. & nu. 448. Baiard. in quęst. 78. nume. 83. seq. vbi late, & vide Farin. post hæc scripta visum, quæstio 116. §. 1. nu 35. seqq. tit de cr min. læsæ maiest.

Eoq magis procedit vbi domus deuastanda esset fundus dotalis. Baiard in quęst. 78. num. 83. seq. vbi subdit quod in alijs casibus vxor de consuetudine non obtineret Farinac. d quæst 116. § primo, numer. 38. seq. vbi dicit quid sit faciendum pro d. consuetudine sustinen.

5 Amplia in quolibet alio creditore delinquentis. Albert. in d quæst. 7. nume. 7. & quęst. 14. Ang. in d. verb. & eius bona, numer. 18. & ibi Add. Carpan. in d. c. omnium, nu. 449.

6 Amplia, vt nec etiam detur vastum in fructibus colono pertinentibus. Alber. lib. 3. quęst. 1. Ang. vbi supra, n. 19 Carpan. d. cap omniũ, n. 450.

7 Amplia in fructib. venditis ad aliquod tempus per delinquentem quia nisi refecto precio non deuastantur. Roman. in l. 1 §. seruus, num 4. ad Sillanian. Carpan. vbi supra, nu. 451.

Vbi autem vigore alicuius statuti prout est Mediolani, & constitutionis Marchiæ, ac bannimentorum status ecclesiastici deuastari debeat domus in fractoribus pacis si ex deuastatione, seu ruina domus vicini diruatur, quis teneatur ad damnum resarciendum an fiscus vel delinquens, vide Alber. in d. lib. 3. qu. 9. vt refert Carpan. in d. cap. omnium, nu. 452.

8 Amplia, vt procedat quando fiscus haberet in re tantummodo vsumfructum, vt post Bal. firmat Baiard. in q 95. num. 24. vers. Limitatur.

9 Amplia, & intellige, vt fiscus non possit alienare communem habita fide de precio, sed requiratur precij solutio l. si procurator. § fin. de iur. fisc. Baiard d quæst 95. num 24. circa finem.

10 Amplia, & intellige, vt fiscus antequam vendat rem communem, vt prius interpellare debeat ad illam emendam socium. Iaf. in l. fin. n. 2 C. de iur. emphit Rip. in l. serui electione. §. labeo, de leg primo, Baiard. d quæst. 95 n. 24 vers. & etia Mãdell. in tractatu de iur Prothomis. §. fin. num 21.

11 Amplia, & intellige, vt in casu in quo vendere potest fiscus intelligitur cum subastatione legitime facta. Boss in tit. de fisc. & eius priuileg. num. 37 seq. Baiard. d. quęst 95. nu. 24 in fin.

1 Sublimita, & intellige, vt fiscus possit vendere rem communem cum socio delinquente. Martin Lauden. in tract. de iur. fisc. q. 53. Mandell in tract. de iure Prothomis. §. fin num. 20. in fin.

2 Sublimita, vt fiscus possit rem communem diuidere, & alienare inuito socio, licet habeat minimam partem rei, vt post Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 19. de constit. Baiar. d. q 95. sub numero 24.

3 Sublimita, vt procedat etiam in alio contractu locationis, vel pignoris licet fiscus sit posterior, vt creditor possit pignus alienare, & ex precio anterioribus creditoribus satisfacere, & residuum retinere, vt post Bald. & Boss. tradit Baiard. in d. q. 95. sub num. 24.

4 Sublimita, vt possit rem communem vendere etiam si esset communis cum Ecclesia, vt post alios quos allegat firmat Baiard. in d. qu. 95. sub num. 24. vers. & hoc priuilegium.

5 Sublimita, vt possit fiscus rem vendere, quando esset obligata fisco, & alteri priuato, vt post Bal & Salic. firmat idem Baiard. in d. q. 95. sub nu. 24. vers. idemque.

6 Sublimita, vt fiscus possit rem communem vendere licet res sit diuisibilis Baiard. d. q. 95. sub numero 24. vers. & hæc procedunt, vbi subdit hoc

hoc esse verum, quando est vtile fisco, vt tota res vendatur.

45.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum in crimine nefando nunquid, contrarium num. 2.*
3 *Confiscatio de iure canonico in crimine nefando admittitur contra nume. 4.*
5 *Confiscatio in isto crimine post mortem Rei non datur.*
6 *Clerici in isto crimine nefando priuantur officijs, & beneficijs, & detruduntur in perpetuũ carcerẽ.*

45 1 LImita in crimine nefando pro quo non intret confiscatio bonorum vt late deffendit Plot. conf. 112. lib. 1. per totum quicquid alias in tract. de in lit. iurand. §. 6. num. 44. tenuerit, & sub num. 20. in d. cons. 132. testatur ita Mediolani fuisse, per Senatum declaratum, eamdem opinionem sequitur, & tuetur Tob. Non. cons. 104. per totum. Menoch in add. lib 2. cas. 286. nume. 26. in fin. vbi testatur de iure ciuili recte sensisse Senatum Mediolani, eandem decis. Mediolani refert. Iul. Clar. in §. Sodomia num. 6. in fin. vbi Baiard. nu. 18. Pereg. de iur. fisc. lib. 5 numer. 169. vbi refert etiam d. Mediolani decis. & testatur, quod nulla lex reperitur, quę talem pœnam confiscationis bonorum imponat, & quod est rectior opinio, quod bona non confiscentur, nisi lege cautum reperiatur. Farinac. tit de delict. carnis q. 148. nu. 15. etiam testatur, quod apud nos in curia ita seruari vidit, & quod non meminit aliquem Sodomitam presentim morti traditum fuisse condemnatum in confiscationem bonorum, prout nec etiam ego vidi, nec audiui hic in curia pro d. delicto confiscationem impositam fuisse, imode anno 1600. in Trib. Illustrissimi D. Vicarij in causa cuiusdam Francisci Napolitani magistri Ludi literarij consulti ob d. vitiũ obtinui eius bona non publicari.

2 Contrariam sententiam quod pro isto crimine imponatur confiscatio bonorum Plot. de in lit. iurand. d. § 6. num. 44. Ant. Gomez. ad leg. 80. Taur. nnmer. 32. vers & imprimis dico vbi testatur de comm. Ant. Scap. in tract. de iur. non script. lib. 5. cap. 143. numero 9. vbi de magis communi Iul. Clar. in d. §. Sodomia numero 6. vbi de veriori, & magis communi. Peregr. d. lib. 5. num. 169. testatur de communiori, & Menoch. in d. cas. 286. in 26. in add. etiam de magis communi.

3 Quam opinionem magis communem Doct. recipiunt esse verum de iure canonico, vt testatur Menoch. in d. casu 286. num. 26. in fine, & de hoc anno 1609. in causa de facto intentata ad expurgandam Ciuitatem quibusdam forensibus de huiusm. crimine pessimo diffamati, per generalem inquisitionem in qua multi fuerunt detecti suspecti de hoc vitio, & in contumaciam fuerunt condemnati in confiscationem bonorum, tam in tribunali Guber. quam in Tribunali Vicarij vrbis.

4 Sed Farinac. in d. quęst. 148. num. 14. in fin. & nu. 15. in fin. dubitat de ista distinctione facta inter ius ciuile, & Canonicum, & dicit quod pro hac distinctione ad sic dicendum nescit quomodo Menoch. moueatur, qui Menoch. in d nu. 26. in fin. dicit vt ex dd. suprascriptis facile est intelligere, vt de iure pontificio pro isto crimine imponatur confiscatio bonorum.

Sed ego non video, quod intentio Menoch. possit colligi, nisi ex dictis sub num. 14. vbi firmat per hęc verba, verius ergo qui stuprator iure pontificio puniatur pœna excommunicationis, & priuetur bonis, omnibusque beneficijs, & perpetuo carceri includatur per cap. Clerici, vbi Abb. de excess. Prælat. & adducit Diaz. in practic. crim. cap. 80. & Fab. à Monteleo. in prax. arbit. in 3. par. principali, num. 486.

5 Sed in d. cap. Clerici hoc non disponitur, quoad priuationem bonorum, nec ibi Abb. hoc dicit, nec minus Diaz. in allegato cap. 80. hoc firmat, & Fab. a Monteleo. solum refert per Pontificiam sanctionem disponi Clericum sodomitam priuari omnibus beneficijs, & detrudi in perpetuum carcerem, & nulla verba ponit de priuatione bonorum, & sic Farinac. iusta de causa dubitat de illa distinctione, prout ego etiam de dicta opinione valde dubito, eoque magis cum Peregr d. lib. 5. num. 169. testetur non esse iure cautum in isto delicto confiscationem bonorum imponi. Plot cons. 132. num. 26, tom primo, crim. in fol. vbi late.

6 Amplia istam contrariam opinionem, vt magis procedat post mortem sodomitę, vt procedi non possit ad confiscationem bonorum. late Plot. in d. cons. 132. num. 6 seqq. nec ad effectum, vt annullet eius testamentum Farinac. tit. de iniq. qu. 10. numero 44.

46. 47. 48. 49. 50. 51.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum non punitur in confiscatione bonorum licet fur condemnetur in pœnam furcarum.*
2 *Confiscatio in aliquibus locis non fit.*
3 *Confiscatio non fit in bonis quæ non transeunt nisi ad filios.*
4 *Confiscatio pro robaria non imponitur,*
5 *Incendium non punitur in confiscationem bonorum.*
6 *Confiscatio sine causa vel cum causa falsa non tenet.*

46 1 LImita principaliter in crimine furti, pro quo bona non publicantur, etiam, quod pro eo imponatur pęna furcarum Socc. cons. 157. num. 9. seqq & ante eum tenuit Bal. in cons. 426. num. 6. lib. 1. Petr. Cabal. cas. 197. num. 9. Iul. Clar.

H 2 quęst.

quæst.78.num.2. vbi Baiard. n.14 vbi alios allegat. Franc.Lucan.de hic titul.de public.bon.num.primo,vers.erat fur. Corrad in titul de public.bon.n. 5. in fin. vbi reddit rationem. Cassan. super consuet. Burg Rub.1 §.5. num.135 mihi fol 233.

47 Limita si in aliquibus locis extet consuetudo, 2 vt non intret confiscatio bonorum, prout est in Regno Neapolitano, vbi non datur pœna confiscationis bonorum, nisi in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, vt post Afflict. testatur Baiard. in quęst.78.num 8 & in Ciuitate Bononię, quamuis statutum, ibi, contrarium disponat, de qua consuetudine attestatur. Gozadin. consil 96. num.4. quę fuit confirmata per bullam Pij Quarti, vt testatur Bertaz. cons. 477. nu 7. volum 2.Gram.52. n. 9. etiam dicit quod in eodem Regno extat constitutio, vt bona immobilia non publicentur, & ideo non poterunt confiscari fructus pendentes, cum dicantur partes rei immobilis.

48 Limita, vt ea quę non transeunt, nisi ad fi- 3 lios non confiscentur Tex in l.Insulam, vbi Bald. solut.matr. Martin.Laud.de fisc.quęst.197.Franc. Lucan, de fisc.in 2.par num. 16. in fine.Corrad in d. §. 3.titu.de public bon.num.7 vers.11.limita.

49 Limita, vt confiscatio bonorum pro roba- 4 ria non fiat de iure communi, Carpan. in Constit. Mediolani in tit.de iur fisc.cap omnium,n.100.

50 Limita in crimine incendij bona non publi- 5 cari. Carpan.in d.cap omnium, nu. 101.

51 Limita in confiscatione facta sine causa, vel 6 cum causa tamen falsa, vt non teneat confiscatio. Sfor. Odd.conf 72.nu.28 vbi loquitur quando bona fuerunt publicata de facto absque sententia.

52.53. 54 55 56.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus bonorum damnati non publicantur si fuerunt venditi ante delictu per aliquod tẽpus.*
2 *Bona damnati creditori pignorata an veniant in confiscatione.*
3 *Bona delinquentis quæ per mortem ciuilem spirant non publicantur.*
4 *Bona quæ non transeunt nisi ad certum genus personarum non publicantur.*
5 *Vilia bona non confiscantur.*
6 *Vilia bona quæ dicantur.*
7 *Indumenta, & annuli non publicantur, sed sunt Iudicis.*

52 1 Limita, vt fructus bonorum damnati non publicentur, quando per ipsum fuerunt vẽditi ante delictum per aliquod tempus nisi refundatur precium per fiscum, vt post alios firmat. Carpan.in d.cap.omnium, numero 195.

53 Limita, vt bona damnati, quæ alicui credi- 2 tori pignorata fuerunt an veniant in confiscatione, vt possit inferri præiudicium creditori distinguendo relatiue tradit Mars. in tractat. de bann. vers.confiscata, num. 9. vt refert Carpan. in d.c.omnium, num.196

54 Limita, vt bona quæ spirant per mortem 3 ciuilem alicuius non publicentur Ang. de Malefic. in verb.& eius bona, num.14.Cassan.d.rub.2. §.2.glos.1.num.16.Carpan.d.cap.omnium, num. 197. Corrad d § 3.tit.de public.bon.num.7.vers. limita vt bona.

1 Amplia, vt procedat etiam in his, quæ non 4 transeunt, nisi ad certum genus personarum, vt post Cassan. firmat Carpan. in d c. omnium, num. 197.in fin.& dixi supra limit 48.

55 Limita, vt vilia non veniant in confiscatio- 5 ne bonorum, sed de eis iudex possit ornare cubile, & satisfacere nuntijs euntibus pro maleficio, pro eorum mercede August. ad Ang. in d. vers & eius bona, num.7.in fin & nume. 8. Carpan post alios in d.cap.omnium, nume. 198 seq Corrad. tit. de public. bonorum nu. 3. vers.7.limita.

Vilia esse dicuntur vsque ad aurum post Au- 6 gust. firmat Carpan. ai. d. cap.omnium, nu. 199. Corrad.d.tit.de public. bon. num. 3 vers.septimo limita dicit, dummodo non excedant quinque scutorum summam.

56 Limita principaliter, vt indumenta, & an- 7 nuli non publicentur, sed sint iudicis pro necessitate officij post alios firmat Carpan.in d. cap.omnium, nu.200. Rom.Sing.548.& ibi Add.

57. 58. 59. 60. 61.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Benefi ium Ecclesiasticum filij non publicatur ob delictum patris etiã in crimine læsæ Maiestatis.*
2 *Bona quæ non transeunt in hæredem extraneum nec etiam transeunt in fiscum.*
3 *Bona quæ transeunt in hæredem extraneum transeunt in fiscum.*
4 *Hæredes extranei qui dicantur in proposito.*
5 *Bona quæ non transeunt in hæredem extraneum nec etiam transeunt in fiscum in crimine læsæ Maiestatis.*
6 *Ius patronatus libertorum non transit in fiscum.*
7 *Limita quando est transmissibile ad extraneos hæredes.*
8 *Limita in crimine læsæ Maiestatis.*
9 *Portio quæ debetur domino non publicatur damnato liberto.*
10 *Bona quæ possunt separari a re cõfiscata sine corruptione subiecti non confiscantur.*
11 *Confiscata farina non confiscatur saccus, nec pulsus propter asinum, nec scafa propter nauem, nec salma propter bestiam.*
12 *Fundo confiscato an boues arratorij, & omnia ad cultum fundi confiscentur.*

57 1 Limita, vt beneficium ecclesiasticum filij non publicetur per delictum patris etiam pro crimine læsæ maiestatis Carpan. d.cap.omniũ, numero

n.168. num.214.Marſ. in tract. de Bannit. in Verb. confiſcata, nu. 21.

58 Limita; & intellige, vt ea omnia quæ tran-
2 ſeunt in hęredem extraneum tranſeant etiam in fiſcum, vt dixi ſupra in ampliat. 95 ſecus vero quæ non tranſeunt in hęredem extraneum, vt nec etiã
3 tranſeant in fiſcum Iul. Clar. quęſt. 78. verſ. nunc videamus. ibi hinc infertur. Plot. conſ. 30. num. 17. & 95. Roland. conſ. 31. num. 26. vol. 1. & conſ. 98. num. 16. vol. 2. Oſaſc. deciſ. 94. num. 4. ſeqq. Carpan. in dicto cap. omnium, num. 127. & num. 376. vbi concordantes allegat. Marſ. in d. Verb. confiſcata, nu. 13. ex qua regula negatiua multas illationes ponit Pereg. lib. 5. nu. 91. ſeqq. tom. 1.

Quis autem dicatur in propoſito hæres extra-
4 neus docet Oſaſc. in d. deciſ. 94. nume. 16. & 17. vbi videtur concludere, vt appellatione hæredum extraneorum in materia tranſmiſſionis veniant omnes collaretales etiam, quod ſuccedere poſſent ab inteſtato ad quam Oſaſc. deciſ. ſe refert. Carp. in d. cap. omnium num. 128.

1 Amplia, vt procedat iſta Limitatio etiam in
5 crimine læſę Maieſtatis, vt poſt Oſaſc. in d. deciſ. 94. num. 5. in fin. Firmat. Carp. in d. cap. omnium, nu. 127. in fin.

59 Limita in iurepatronatu libertorum, vt non
6 tranſeat in fiſcum, ſed remaneat liberis damnatorum Carpan. d. c. omnium, num. 417.

1 Sublimita, & intellige, vt procedat quando
7 non eſt Iuſpatronatus libertorum tranſmiſibile ad extraneos hęredes ſecus ſi poſſet tranſire in hęredes extraneos, quia tunc etiam tranſiret in fiſcum. Carpan. d. cap omnium nu. 417.

2 Sublimita, in crimine lęſæ maieſtatis, quia
8 non tranſmittitur in poſteros, ſed liberti remanent ſine patrono, vt poſt Bal. in l. 1. num. 9. C. de bon. libert. firmat Carpan. in dicto cap. omnium, nu. 428. vbi firmat eſſe mirabile dictum.

60 Limita, principaliter, vt porrio quæ debe-
9 tur Domino ſeu patrono non publicetur damnato liberto Corrad. in d. tit. de pub. bon. nu. 3. verſ. 6. limita.

61 Limita generaliter in rebus quæ ſine corru-
10 ptione ſubiecti poſſunt ſeparari a re confiſcata, vt ipſa non veniant in confiſcatione Rip. in tract. de peſte in rub de remed. ad conſer. vber. numer. 130. Corrad. in d § 3. tit de pub bon. nume. 7. in
11 fin. vbi dicit, quod confiſcata farina non confiſcetur ſaccus, nec pullus propter aſinum, nec Scafa propter nauem, nec Salma propter beſtiã.
12 Bal. in l. cum ancillis. num. 3. C. de incepr nupt. vbi docet ſi confiſcato fundo boues aratorij, & omnia, quę ſunt ad cultum fundi confiſcentur.

62.

Limitatio decimatertia Concluſionis.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitus pendente proceſſu ſuper crimine debet ali ex bonis publicatis quamuis incorporatis.*
2 *Item debent ſibi ſubminiſtrari expenſa, vt poſſit ſe defendere in parandis aduocatis, & ſcripturis & ita ſeruatur de conſuetudine nu. 3 Quod procedit etiam, in crimine læſa Maieſtatis n. 4.*
5 *Item procedit quando lis pendet cum fiſco ſuper omnibus bonis,*

62 Limita, vt pendente proceſſu ſuper crimine
1 inquiſitus debeat ali ex bonis publicatis, & quantumuis incorporatis, & debeant ei ſubminiſtrari alimenta, & omnia ea, vt poſſit ſe
2 defendere in parandis ſcripturis procuratoribus, & aduocatis Pich. d. l. ſi poſt contractum, num. 98. de donat. Rebuſ. in tract. de ſenten. proniſ in præfatio. nu. 113 ſeqq. Carpa. in d. cap. omnium, num. 696. ſeqq vbi teſtatur ita fieri per Senatum
3 quotidie prout etiam hic in vrbe ego millies obtinui, & obſeruaui, & paſſim obſeruatur.

1 Amplia, vt procedat etiam in crimine lęſæ
4 Maieſtatis Gig. de crim. lęſę Maieſt. lib. 2. rub. de pœn comitten. q. 26. Carpan d. cap. omnium nu. 696. in fin.

2 Amplia, quod idem ſit ſi pendeat lis cum fi-
5 ſco ſuper omnibus bonis alicuius, vt ſint ei neceſſaria ſubminiſtranda, vt poſt Rebuſ. in d. præfatio. n. 118. Carpan. d. cap. omnium, nu. 696.

63.

Limitatio decimatertia Concluſionis.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio bonorum fieri non debet niſi elapſo anno dato per Pium V. ad ſe expurgandum. De conſuetudine non ſeruatur num. 2.*
3 *Bona incorporata camera non reſtituuntur etiã ſi Reus abſoluatur, niſi per camerã Apoſtolicã.*
4 *Camera Apoſtolica æquitatem ſequitur.*

63 Limita, vt confiſcatio bonorum fieri non
1 poſſit niſi elapſo anno conceſſo ad ſe expurgandum ſecundum bullam Pij V. prout ſæpius fuit in Rota; reſolutum quas deciſiones de verbo ad verbum Farinac. in d. q. 11 num. 92. refert.

Sed de conſuetudine non ſeruatur, quia ſtatim
2 ſequuta ſententia contumaciali in confiſcationem bonorum, vel in aliam pœnam pecuniariam per procuratores fiſcales obtinetur a Iudicibus exequutio ſententię, & quod peius eſt bona alienantur, vt exclamat Farinac. d. q. 11. numer. 98. ſeqq. quia de iure bona vendi non poſſunt, vt late dicit Pereg. l b. 7. tit. 3. num. 10. de iure fiſci, & ob id
3 quando Rei ſe conſtituunt, & abſoluuntur, oportet vt cauſa proponatur in plena camera Apoſtolica pro reſtitutione bonorum, & ibi habent non ſolum contradicentes Procuratorem fiſcalem, ac Cameræ Apoſtolicę Commiſſarium, ſed etiam emptores dd. bonorum a quibus adeo redditur difficultas, vt diu vexarentur, niſi ſuprema æquitas illius Trib. Camerę Apoſtolicę ſuffragaretur,
4 prout de dicta æquitate teſtatur Granut. Theoré 4.

H 3 num.

num. 8 prout pluries ego obtinui cum magna æquitate, ac etiam celeritate a tot viris bene eruditis, & magnam æquitatem amplectentibus, ex quibus d. Camera Apostolica decorata reperitur.

64.

Limitatio, decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in contumaciam comparens infra annum statim recuperare debet bona annotata si satis dederit. Quod procedit etiam si se constituat in carceribus absque aliqua satisdatione num. 2. Contrarium seruatur de consuetudine numer. 3. In curia aliquando fuit seruatum Ius commune num. 4.*

5 *Quid ex ista consuetudine resultare possit si Reus discedat pendente processu.*

64 1 Limita principaliter quod condemnatus in contumaciam si compareat infra annum statim recuperat bona annotata si satisdederit Alberic. in l. 1. nu. 4. de requir. reis. Iul. Clar. qu. 44. vers. dixi quod, numer. 4. & de communi testatur Farinac. in quæst. 11. nu. 84.

1 Amplia, vt procedat si condemnatus se con-2 stituerit in carceribus, quia illa succedunt loco satisdationis Foler. in pract. crimin. in verbo si citati compareant, num. 5 Farinac. d. qu. 11. num. 85.

3 Sublimita de consuetudine quia etiam compareat infra annum durante lite vel processu apud fiscum bona conseruantur, & Reo non restituuntur Todoch. in pract. crim cap. 19. tit. de contum. purg num. 5. Farinac. d. q. 11. num. 86 87. & sub nume. 88. valde exclamat contra d. prauam consuetudinem non solum annotandi dicta bona, sed etiam vendendi. Carpan. d. cap. omnium, n. 687.

4 Sed hic in curia diuerso modo aliquando obseruatur, vt ego tempore S. D. N. Pauli V. dum erat auditor cameræ de anno 1596. per acta Francisci Belgi obtinui bona restitui cuidam Archidiacono Tullen. condemnato in contumaciam in pœnam scutorum mille pro quibus fuit facta exequutio in partibus, cum infra annum se in carceribus constituerit statim fuerunt sibi bona restituta, sed hoc forsan dici poterat obtinuisse ex gratia Clementis VIII. tunc Pontificis, quod fit aliquando, vt annuit Farinac. in d. q. 11. numer. 86. vers. vel nisi eiusdem Principis speciali gratia.

Item in vna de terra Seriæ Campaniæ pro Ignatijs condemnatis in curia Campaniæ in pœnam scutorum trium millium, contra quos statim fuit facta exequutio in tot animalibus, & cum sponte se constituerint hic in curia declinando forum illius Prouinciæ vbi fuerunt condemnati in contumaciam dum erat V. Adiutor Cameræ Reuerendissimus D. Lapis obtinui in plena congregatione etiam acerrime oppugnante Procuratore fiscali dd. animalia restitui præstita cautione, sed quia bona, iam prætendebantur fisco incorporata in partibus, & ob id vigore facultatum Cameræ Apostolicæ non poterant dd. animalia restitui, n. si causa proposita, & cognita in plena camera Apostolica, vbi diu causa discussa tandem fuit resolutum bona præfata restitui facto actuali deposito, prout exequutum fuit per acta Anto. Mainardi 1598. mense Septembris existente scriba criminali Marcio Lucentino de Firmo.

5 Ex qua consuetudine resultare potest, quod si Reus pendente processu nouarum defensionum decedat, firma remaneret bonorum confiscatio nulla habita ratione probationum factarum neque earum quas eius hæredes facere vellent ad innocentiam illius demonstrandam, vt per Iul. Clar. in d. quæst. 44. num. 4. vbi testatur, ita fuisse iudicatum per Senatum in causa cuiusdam Panigarolæ, vbi tamen subdit quod dubitat, quod Princeps ea in foro conscientia retinere non possit vbi de innocentia Rei apparet, vt etiam refert Carpan. in d. c. omnium, nume. 687. late de com.

65.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus comparens infra annum si fuerit absolutus recuperat bona sibi annotata secus si compareat post annum etiam si fuerit absolutus quamuis docuerit de eius innocentia nu. 2. contra istam distinctionem num. 7.*

3 *Captus infra annum si fuerit admissus ad nouas defensiones, & fuerit absolutus non recuperat bona.*

4 *Signatura Sanctissimi semper rescribit eum clausula sine praiudicio bonorum fisco incorporatorum quando admittit Reum ad nouas defensiones.*

5 *Clericus condemnatus in priuatione beneficiorum si compareat elapso anno non recuperaret beneficia licet fuerit absolutus.*

6 *Dataria Sanctissimi non confert beneficia clerici per priuationem nisi la. so anno.*

8 *Condemnatus in contumaciam in confiscationem bonorum in casu in quo de iure imponi non poterat an teneat sententia num. 11.*

9 *Condemnatus in contumaciam si fuerit absolutus infra annum an recuperet bona si fuerint per fiscum alienata num. 12.*

10 *Rota Romana tenet, quod si delictum non fuit plene probatum, & Reus comparet infra annum recuperet bona licet non fuerit absolutus n. 13.*

65 1 Limita quando condemnatus in contumaciam comparet infra annum quia si fuerit absolutus a crimine pro quo fuerat condemnatus recuperat bona sibi per fiscum descripta, & anno-2 tata, secus vero si compareat elapso anno, quia etiam, quod docuerit de eius innocentia, & fuerit absolutus, bona non recuperat. Iul. Clar. in quæst. 44. nu. 1. versic. in illis igitur casibus per tex. in l. 1. de requir. Reis. Corrad. in praxi. §. 3. tit. de pub. bo.

no.

no.n.40. verf. Nihilominus posse. Farinac. in tit. de Inquisir. qu. 11. num 86. & in conf 14. & ibi add. in littera A, Carpan. in d. c. omnium, num. 686. Sforz. Odd. conf. 72. nu. 43. seqq.

1 Amplia, vt procedat etiam in capto infra annum, & admisso ad nouas defensiones per Principem in statu Ecclesiastico per Pontificem in plena signatura gratię, vt etiam si docuerit de eius innocentia, & fuerit absolutus, non recuperet bona, quia signatura solet semper rescribere cum illa clausula sine præiudicio bonorum fisco incorporatorum, vt testatur Farinac. in d. q. 11. nume. 89. Corrad. d. tit. de bon. pub. num. 40. verf. sed vbi.

2 Amplia in Clerico condemnato in priuatione beneficiorum, vt si comparcat elapso anno etiam quod fuerit absolutus non recuperet beneficia. Farinac. in d. conf. 14. num. 7. vbi subdit eo magis procedere, quia signatura semper solet rescribere cum illa clausula sine præiudicio bonorum fisco incorporatorum, & satis dicuntur beneficia incorporata ex collatione eorum in tertiam personam; etiam in dataria sanctissimi solet obseruari, vt beneficia vacantia per priuationem in tertiũ non conferantur nisi elapso anno.

6 Sed Scacc. in tract. crim. cap. 97. nu. 155. insurgit contra huiusmodi Farinac. & communem distinctionem de comparente infra annum vel elapso anno, quia indistinctè tenet quod quandocumque docuerit de eius innocentia etiam elapso anno recuperet bona, & quod illa clausula sine preiudicio bonorum fisco incorporatorum non debeat apponi quando Princeps admittit bannitum ad nouas defensiones ex aliqua iuxta causa.

Item valde etiam insurgit ibi contra eumdem 8 Farinac. dum videtur tenere quod etiam si agatur de delicto pro quo confiscatio bonorum imponi non posfit, si tamen imposita fuisset ad huc sit inhærendum allegatæ distinctioni de comparente infra annum, vel elapso anno.

Baiard. autem videtur facere aliam distinctio- 9 nem in quęst. 44. nume. 9. seqq. quod si bona fuerint alienata per fiscum, prout facere potest, vt ipse, inquit, etiam si fuerit absolutus infra annum adhuc bona alienata bannitus nó recuperet, & quod ita vidit semper obseruari.

Rota autem Roman. tenet, vt si delictum non 10 fuerit plene probatum Reus comparens infra annum bona recuperet per simplicem comparitionem, etiam si non docuerit de eius innocentia neque fuerit absolutus, vt est late videre per Farinac. in d. q. 11. num. 98. seqq. vbi ponit aliquas decisiones Rot. Romanæ per extensum.

In tanta autem Doct. contrarietate, & varieta- 11 te, tu dicas, quod opinio Farinac. in illa parte, quod etiam in casu in quo de iure non intrat confiscatio bonorum elapso anno etiam si docuerit de innocentia, & fuerit absolutus non recuperet bona male Farinac. sentiat, & ego adhæreo opinioni Scacc. quia si a principio fiscus non potuit apponere manus in dd. bonis, nec etiam poterit post sententiam contumacialem iniuste latam, cum ipsa nunquam faciat transitum in iudicatum, vt in terminis de sententia contumaciali lata in confiscationem bonorum contra terminos Iuris late exclamat idem Farinac. quæst. 25. n. 34 seq Baiard. d. quęst. 76. num. 11. Pereg. de iur. fisc. lib. 5. num. 7. Roland. conf. 99. num. 4. ib 1.

In alio autem casu, in quo de iure intrat confiscatio bonorum, si compareat post annum, & doceat inquisitus de eius innocentia, & absoluatur, vt recuperet bona in hoc Scacc. loquitur contra opinionem omnium Doct. superius adductorum, & contra communem practicam, cum nunquam Reus recuperet bona etiam si fuerit absolutus cõparens elapso anno ita passim in curia indubitanter seruatur, & idem obseruatur in capto infra annum.

Circa verò illud, quod firmat Baiard. vt si bo- 12 na fuerint alienata per fiscum, condemnatus illa non recuperet quamuis comparuerit infra annum etiam si fuerit absolutus, & quod ita semper vidit obseruari, pareat mihi, quod ipse nimis audacter loquitur, quia contrarium hic in vrbe seruatur, & ego pluries vidi obseruari, & in specie obtinui tempore Illustrissimi Domini Cardinalis Tabernę tunc vrbis Gubernatoris in fauorẽ cuiusdam Io. Pauli Baccini Florentini condemnati in confiscationem bonorum, & in pænam vltimi supplicij pro homicidio, qui infra annum comparuit, & docuit de eius innocentia, & fuit absolutus recuperauit omnia sua bona per fiscum alienata, & in specie quandam vineam, & vnum censum scutorum sex millium per fiscum venditum, & emptum per Chiriacum Matthęium nobilem Romanum, & ita indubitanter in curia obseruatur, alias esset in posse procuratoris fiscalis per alienationem bonorum destruere supra firmatam conclusionem, quę se habet, vt comparens infra annum si doceat de eius innocentia, & fuerit absolutus, vt recuperet omnia sua bona.

Circa verò, quod tenuit Rota Romana, vt comparens infra annum etiamsi non docuerit de eius innocentia, quando delictum non est plene probatum, & non fuerit absolutus adhuc recuperet eius bona, super quo late dicit Farinac. in d. quęst. 11. num. 98. seqq. cum pluribus seqq. ego nunquam vidi dictam opinionem Rotę in curia obseruari, neq. practicari, & super me remitto ad late scripta per d. Farinac.

66.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Reus commisso delicto non tenetur in foro conscientiæ soluere pœnam ante condemnationem.*
2 *Amplia, etiam si pœna committatur ipso iure.*
3 *Amplia, vt procedat etiam respectu pœnæ parti publicandæ.*
4 *Amplia, vt possit bona alienare pro alimentis necessarijs*

5 *Amplia*

5 *Amplia quando delictum est occultum.*
6 *Amplia in alienatione titulo Lucratiuo.*
7 *Amplia etiam si delictum esset notorium.*
8 *Limita in alienatione facta de titulo oneroso.*
9 *Limita vt teneatur parti lesa resa cire damnum.*
10 *Nisi leui vel leuissima culpa commiserit delictum.*

66 Limita, vt Reus commisso delicto non teneatur 1 in foro conscientiæ soluere pœnam impositam a iure pro delicto ante condemnationem. Iul. Clar. quæst. 80 num. 7. vbi de communi, & sub vers. nec dicatur, respondet cuidam obiectioni, & testatur quod nec etiam Theologi dissentiunt ab hac communi sententia, quæ est Canonistarum: late Anton. Gomez. tit. de delit. cap. 1. nu. 5. vers. contrarium tamen, & in cap. 14. nu. 3.

1 Amplia, vt procedat etiam si bona ipso iure 2 per legem vel statutum fisco propter illud delictũ publicentur secundum communem opinionem ferè ab omnibus approbatam, vt testatur Siman. de hæretic. cap. 9. nume. 27 seqq. quam refert, & sequitur. Iul. Clar. in d. q. 80 nu. 7. ibi, & quod.

2 Amplia, vt procedat etiam respectu partis, cui 3 pœna per statutum esset applicata, vt non teneatur ante condemnationem delinquens in foro conscientiæ soluere d. pœnam. Ant. Gomez d. cap. primo, num. 5. vers. item adde, & d. cap. 14. num. 3. circa princ. Iul. Clar. d. quæst. 80, vbi de communi.

3 Amplia, vt in foro conscientiæ possit commis- 4 so delicto ante sententiam bona alienare pro alimentis sibi necessarijs Gomez d. cap. 14 nume. 3. vers. item limita, & n. 5. vers. item poterit alienare.

4 Amplia, vt magis procedat, quod possit bona 5 alienare in foro conscientiæ, quando delictum erat occultum, & nullo modo probari posset. Gomez. d. ca. 14 nume 3. circa fin. versic. item limit.

5 Amplia in alienatione titu. lucratiuo, vt ex do- 6 natione Gomez. d. cap 14. numer 3. vers. titulo vero lucratiuo.

6 Amplia, vt procedat etiamsi delictum esset no- 7 torium secundum communem opinionem attestatam per Sum. Siluest. in verb. pœna, quæst. 25. num. primo, & relatam per Iul. Clar. in d. quæst. 80. num. 7. in fin. vbi dicit in iudicando non esse ab hac cõclusione recedendum.

1 Sublimita in titulo oneroso, quia non potest 8 alienare, & emptor se poneret in maximo periculo, quia possent ab eo bona a fisco auferri, & aliena s peccaret, vt testatur Gom. in d. c. 1. num 5. sub vers. contrarium tamen, & in d. cap. 14. nu 3. vers. ex his infertur.

1 Sublimita in foro conscientiæ, vt teneatur re- 9 sarcire damnum ex d. delicto parti illatum Iul. Clar d. quæst. 80. nu. 7. vers. bene tenetur.

Nisi tamen leui, vel leuissima culpa delictum 10 commiserit Gomez. d. cap. 1. numero 5. vers. item etiam. Iul Clar quæst. 62. num. 5. vbi de communis. Sed Couarr. in 4 decret. 2. par cap. 6. nu. 12. contrarium tenet, maxime vbi ex natura contractus ex legis dispositione etiam leuissima culpa consideratur, vt etiam tenet Baiard. d. q. 62 nu. 25.

67. & 68.

Limitatio decimatertia Conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo dicitur extincta per pacem deinde sequutam, vt non confiscetur.*
2 *Bona fisco incorporata operantur, vt dicantur confusæ actiones adeo quod fideiussores non teneantur ad pœnam conuentionalem.*
3 *Fideiussor soluens pœnam ante confiscationem si deinde bona publicentur fiscus tenetur dictam pœnam solutam fideiussori restituere.*
4 *Fideiussores habent meliora, & potiora iura in fructibus confiscatorum restitutioni subiectorum quam ipse fiscus.*

67 Limita si fuerit præstita fideiussio de non 1 offendendo quæ intelligitur stipulata per bullas Pij Quarti, & Pij Quinti, ad fauorem cameræ Apostolicæ, si deinde partes sequatur pax pœna, fideiussionis non confiscatur, quia dicitur extincta per pacẽ deinde sequutam Moron. in tract. de treg. & pac. quæst vltima Eugen. consil. 82. nu. 9. seq. lib. 1. Add ad Iul. Clar. quæst. 47. in littera B, in fine latissime Farinac. quæst. 107 art. 12. par. prima, per totum cum ampliationibus, & limitationibus, & in cons 31. vbi latissime Add. & Deo dante, dicam in conclus. cautio de non offendendo quando dicatur rupta, vt pœna committatur, & etiam de omnibus alijs casibus in quibus pœna conuentionalis euitetur, vt non confiscetur.

68 Limita quando bona principalis sunt incor- 2 porata fisco, quia fideiussio es sunt liberatæ, cum sint eo, fusæ actiones. Marc. in rub de solut. nume. 346. Eng. consil. 2. nume 30. seqq. late Petr. Cabal. in tract. crimin. cas. 90 num. 1. qui loquitur in bannito cum publicatione bonorum vt fideiussor non teneatur ad pœnam, neque illum repræsentare Baiard. d. q 95. nu. 2.

1 Amplia vt si fideiussor soluerit pœnam ante 3 confiscationem bonorum banniti, si bona etiam ipso iure publicentur, teneatur fiscus restituere d. fideiussori pœnam solutam post Becc. in consil. 57. Baiar. d. in d. qu. 95. num. 1.

2 Amplia quod in fructibus bonorum confiscatorum restitutioni subiectorum meliora, & potiora iura habent fideiussores quã fiscus, vt post alios quos allegat firmat Baiard. in quæst. 78. num. 37.

Confiscatio bonorum in quibus casibus fiat ipso iure, vel ipso facto.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum fit ipso iure quando lex vel statutum vtitur dictionibus vel verbis, mox, incontinenti, illico, protinus, ipso facto vel verbis denotantibus tempus præteritum, vt si priuatus bonis suis.*

2 *Amplia,*

2 *Amplia, quando vtitur verbis geminatis.*
3 *Confiscatio inducitur ipso iure per legem in contrahente nuptias incastas.*
4 *Dotes data contemplatione matrimonij contracti per incastas nuptias publicantur.*
5 *Nuptias incastas contrahens est ex communicatus.*
6 *Authen. bona damnatorum non procedit in hoc crimine de incastis nuptijs.*
7 *Scientia tempore contractus in incastis nuptijs non superuenientis attenditur.*
8 *Crimen incestiarum nuptiarum inducitur ratione sanguinis non autem si cum vxore vel serua aliena rem habuerit.*
9 *Per incastas nuptias ipso iure confiscatio committitur per matrimonium sequutum secus absque matrimonio, & non si non sequatur copula numero 10.*
11 *Liberi legitimi si adessent impediunt confiscationem in isto crimine incestiarum nuptiarum.*
12 *Confiscatio ipso Iure intelligitur in crimine lesa Maiestatis contra nu. 13.*
14 *Administratio bonorum in crimine lasa Maiestatis interdicitur.*
15 *Administratio bonorum interdicitur in apostatibus a fide.*
16 *Confiscatio bonorum ipso iure in multis alijs casibus imponitur remissiue.*

CONCLVSIO XIIII.

14 Conclusio est, quod quando ob delictum lex vel constitutio vtitur dictionib. vel
1 verbis, mox, incontinenti, illico, protinus, ipso facto, aut verbis denotantibus tempus preteritum, vt sit priuatus bonis suis, tunc confiscatio omnium, vel partis bonorum, vel pœna pecuniaria intelligitur irrogata ipso iure late. Felin. in capit. Rodulphus, nume 48. seq. extr. de rescript. latissime Tiraquell. in l. si vnquam in verbo reuertatur. C. de reuocan. donat. num. 298. & post alios quos allegat Pereg de iur. fisc. lib 4. tit. 5. nu. 7. lib. 5 nu 171. Carpan in nou. Constit. Mediol. cap. omnium, nu. 567. seqq.

1 Amplia quando lex vtitur verbis geminatis,
2 vt pulchre scripsit Curt. sen. cons. 30. & sequitur Peregr. d. lib. 4. tit 5 sub num. 7. vers. idem quando. Carpan. d. cap omnium, num. 568. in fin.

2 Amplia in specie in contrahente nuptias in-
3 castas, quia lex per contractum ipso iure inducit pœnam confiscationis bonorum §. 1. Auth. de incest. nupt. vers. mox rerum suarum & in Auth. incast. C. eorum. Boer. decis 264. numer. 14. seq. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 16. & lib. 5. nume. 2. in princ.

1 Subamplia, vt etiam dotes datę contempla-
4 tione illius matrimonij publicetur Bal. in d. Auth. incest. Pereg. d. lib. 5. nu. 12. vers. quod dotes.

2 Subamplia, vt etiam vinculo excommunica-
5 tionis contrahentes sint innodati Pereg. d. lib. 5. sub numero 12.

3 Subamplia, vt dispositio Auth. bona damnat
6 non procedat in hoc crimine secundum communem opinionem attestatam per Pereg. in d. lib. 5. num. 12. in fin. vbi subdit, quod non desunt, qu. contrariam sententiam tueneur, sed male.

1 Limita, & intellige, in scientibus tempore
7 contractus impedimentum, alias superueniens scientia non noceret licet postea in simul cohabitassent, quia lex punit contractum glos. in Clem. prima de consang. & affin. Couarru. de sponsa. cap. 6. 2 partis, §. Duen in reg. 150. in prima, limit. vbi alios adducit. Pereg. d. lib. 5. nu. 13.

2 Limita, & intellige in nuptijs incestis, vt in-
8 ducatur istud crimen ratione sanguinis, non autem si cum vxore, vel serua aliena quis rem habuerit, quia iura pœnalia stricte intelliguntur secundum com. opin. attestatam per Boer. dec 264. nu. 13. & per Pereg d. lib. 5. nu. 14.

3 Limita in contrahente incastas nuptias de iure ciuili, & non de iure Canonico, de qua limitatione, vide late Pereg. in d. lib. 5. nu. 15. & 16.

4 Limita, & intellige in contrahentibus proprie
9 nuptias incastas secus autem in committentibus incestum absque matrimonio per accessum ad monialem vel consanguineam. Marian. sen cons. 12. num. 23. volumine primo. Boer. decis. 264. Peregr. d. lib. 5. nu. 17. in fin. vbi postquam retulit aliquos Doct. contrarium tenentes testatur hanc esse veriorem opinionem.

5 Limita, & intellige quando vltra matrimo-
10 nium est subsecuta copula, non enim vnum sine altero sufficeret Bal. Nou. in tract. de doc. 11. parte, nu. 3. vers. secundus casus, & num. 7. in 6. casu Duen. de reg. 150 in 3. limit. Peregr. d. lib. 5. numero 17. in fin.

6 Quando adessent liberi legitimi, quia tunc
11 bona reseruantur dd. liberis, cum onere alendi parentes, §. primo, Auth. de incest. nupt. & Auth. incestas, C. eodem Pereg. d. lib. 5. numero 12. in princ. & lib 4. tit. 5. num. 16. in fin.

3 Amplia in crimine lęsę maiestatis, l. ex Iudi-
12 ciorum de accusat. l. penul. & final. C. ad l. Iuliam maiest. Pereg. d. lib 4 tit. 5. nume. 19 & in contingentia facti scripserunt Veronen. consi. 16. Ruin. cons. 3. num. 11. vol. 5. Ferret. consil. 31. quam ampliationem intellige, & declara, vt per Boss. in tit. de crim. læsæ maiest num. 57. Gramm. decis 6. in fin. & post alios infinitos quos allegat Peregr. d. lib. 4. tit. 5. nu. 19. vers. intellige in duobus, & lib. 5. num. 18. nouissime Farinac. tit. de crimin. læs. maiest q. 116. num. 14. §. 1. vbi alios concordantes allegat & §. 2. nu. 66. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 14. num. 4. vers. prędicta tamen.

Contrariam opinionem, quod non ipso iure
13 incurratur pœna, sed requiratur sententia tenent Hieron. Gabiel. cons. 179. nume. 1. vbi de communi. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 12. num. 11. circa medium Andr. Facchine. in controuer. Iur. lib. 9 cap. 35 per totum vbi etiam respondet contrarijs, & alij relati per Farinac. in d. q. 116. num. 15. §. 1. & §. 2. num. 67.

Bene

Bene verum est, quod siue pœna incurratur ipso iure, siue non, etiam quoad priuationem feudorum omnes admittunt, vt requiratur declaratoria si non quoad ammissionem dominij saltem quoad ad emptionem possessionis bonorum latissime Farinac. in d. q. 116. num. 17. & 20. §. 1. vt dicam in seq. conclus.

Et in isto crimine bonorum administratio in-
14 terdicitur delinquenti, & alienare seu alios contractus facere tam [illegible] titulo oneroso quam lucratiuo in præiudicium fisci non potest Affl. in tit. quæ sint reg. in verb. & bona committen. num. 12. Aret. in §. publicat. num. 2. Instit. de pub. iud. Farinac. q. 116 § 2. nu. 59. vbi alios allegat.

4 Amplia, vt etiam in Apostatibus a fide inter-
15 dicatur eis alienatio bonorum l. 1. cum tri. b. ll. seqq C. de . . . . . Pereg. lib. 4. tit 5. num 32.

5 Amplia, in multis alijs casibus relatis per
16 glos in leg. ex Iudiciorum de accusat. Corrad. in § 3. tit de publicat. bon. nu 24 per Pereg de iur. fisc. lib. 4. tit 5. numer 6. 19 cum pluribus seqq. & lib. 5. num. 167 seqq. & plenius per Tiraquell. in verb. reuertatur. C. de reuocand. donat. ad quem se refert etiam in hac materia Farinac. in tit. de Inq. q. 10, numero 71.

Confiscatio bonorum, vbi imponitur ipso iure, qui effectus resultent.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum non requirit sententiam vbi fit ipso iure sed requiritur declaratoria.*
3 *Citari debet pars in ista declaratoria fallit in crimine notorio.*
4 *Confiscatio bonorum vbi fit ipso iure transit ad hæredes post mortem delinquentis.*
5 *Confiscatio bonorum ipso iure operatur, vt hæredes teneantur restituere fructus perceptos per delinquentem a die commissi delicti.*
6 *Confiscatio bonorum ipso iure non requirit litis contestationem, vt transire possit ad hæredes.*
7 *Declaratoria facti in delictis in quibus ipso iure pæna infligitur potest ferri post sententiam contra numero 8.*
9 *Confiscatio ipso iure licet inducat incorporationem absque sententia tamen intelligitur si fiscus petierit, & voluerit.*
10 *Emptor bonorum confiscatorum gaudet bonis donec sequatur dicta declaratoria fisci.*
11 *Confiscatio bonorum ipso iure operatur vt Princeps ante dictam declaratoriam possit bona confiscata in tertium conferre.*
12 *Dominium rerum delinquentium statim commisso delicto acquiritur fisco vbi imponitur pæna ipso iure.*
13 *Possessio bonorum delinquentium non apprehenditur per fiscum nisi sequuta declaratoria etiam vbi pæna imponitur ipso iure limita nu. 14. 15.*
16 *Bona delinquentis vbi imponitur pæna ipso iure possunt præscribi ante captã possessionẽ per fiscũ.*
17 *Fructus delinquentis vbi imponitur pæna ipso iure debentur a die delicti cum alias debeantur a die sententiæ, sequuta tamen declaratoria fiscus illos percipit num. 18.*
19 *Hypoteca fisco acquiritur in delictis vbi pæna imponitur ipso iure a die sententiæ.*
20 *Confiscatio ipso iure operatur, vt non requiratur quod in sententia fiat expressa mentio de confiscatione cum secus sit in alijs delictis.*
21 *Confiscatio ipso iure operatur, vt bona non possint retineri per delinquentem licet secus sit in alijs delictis*
22 *Confiscatio afficit etiam delinquentem occultum.*
23 *Alienationes factæ post delictum in casibus in quibus ipso iure bona confiscantur etiam bona fide factæ non teneant secus sit in alijs. Idem est in alienatione titulo oneroso facta nume 24.*
25 *Fiscus recuperat bona alienata etiam non restituto pracio in istis delictis declara prout in num. 26. 27 & 28.*
29 *Delinquens non potest de bonis testari in istis criminibus vbi imponitur pæna ipso Iure etiam ante sententiam cum secus sit in alijs.*
30 *Legitima filiorum calculatur Iuxta tempus condemnationis, & illis debetur.*
31 *Debitores delinquentes non possunt soluere creditoribus ante sententiam in istis delictis.*
32 *Authen. bona damnatorum non corrigit confiscationem in istis pænis ipso iure inflictis.*
33 *Appellatio non datur vbi confiscatio fit ipso iure.*
34 *Pæna exigitur vbi imponitur ipso iure non obstante quacumque desuetudine.*
35 *Priuatus ipso iure impeditur ab agendo licet secus sit in alijs.*
36 *Exceptio de iure tertij in istis delictis ante sententiam apponitur secus in alijs.*
37 *Subditus non tenetur obedire feudatario ante sententiam vbi confiscatio fit ipso iure.*
38 *Confiscatio transit ad hæredes etiam lite non contestata, & nihil peruenerit ad eos, vbi imponitur ipso iure.*
39 *Pæna non ligat subditum extra territorium secus vbi fertur sententia.*
40 *Præscriptio non currit contra fiscum vbi imponitur confiscatio ipso iure.*
41 *Sententia reuocatoria non requiritur vbi fuit facta alienatio in casibus vbi imponitur pæna ipso iure.*

CONCLVSIO XV.

15
1 Conclusio est, quod vbi imponitur pœna ipso re, non requiratur sententia confiscationis, sed tantum declaratoria super facto, quæ nihil de nouo inducit, sed retrotrahitur ad tempus delicti, & non quoad dominium acquirendum,
2 sed quoad emptionem possessionis bonorum tantum. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 13. Carpan. in d. cap. omnium num 569. latissime Farinac. in tit. de crimine læsæ Maiest. q. 116 nu. 17. & 20. latissime Franc. Personal. in tract. de Gabel, num. 2. seqq. vbi con-

vbi concordantes allegat. Surd. de Alimene. tit. 8. priuileg. 35. num. 3.

Et ad huiusmodi declaratoriam perueniri non 3 potest nisi parte citata alias processus, & sententia erunt nullius momenti cum citatio sit de iure naturali Mar. sen. conf. 12. nu. 9. vol. 1. Bero conf. 176. numer. 89. seq. volum. 1. Gram. decis. 105. num. 58. seq. Pereg. d. lib 7. tit. 5. num. 10. qui vltra supra adductos alios adducit Franc. Personal. in d. tract. de Gabell. nume. 417. vbi dicit, quod totus mundus ita obseruat, etiam in crimine Heresis, & lesæ Maiestatis.

Fallit in crimine notorio, & manifesto, quia 4 non est opus alia citatione vel declaratoria circa illud Felin. in cap. 1. num 60. extr. de constitu. Grā. d. decis. 105. num. 13. 58. Bero d. conf. 176. num. 96. Pereg d. lib. 4. tit. 5. nu 21.

1 Amplia, vbi lex vel statutum imponit confiscationem omnium vel partis bonorum ipso iure quoad d. pœnam delictum transit in heredes, & potest ab eis pœna exigi etiam mortuo delinquente l. ex iudiciorum vers. adeo de accusat. Suarez. in com. opin. vers. mos. num. 22. & vers pœna nume. 129. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo reuertatur num. 196 seqq C. de reuocan donat. vbi etiam refert contrarium tenentes Ant. Gomez. tit. de delict. cap 2. num. 80. vers 6. casus. Farinac. in tit. de inquisit. quæst. 10. nu. 68. vbi alios infinitos Doct. adducit etiā testantes de communi Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 7. circa fin. Carpan. super nonis constitut. Mediolan. in cap. omnium nu. 620. Baiard. ad Iul. Clar. in q. 78. sub num. 102. Bursat. cons. 77. nu. 20. seqq. lib.

2 Amplia, vt procedat quoad heredes, vt ipsi 5 teneant restituere fructus per delinquentem per ceptos a die commissi delicti Couarr. in tract. de s. onsal. cap. 6. §. 7. nume. 6 & seq. Farinac. d. q. 10. sub nu. 68. circa fin. vers. vbi etiam quod.

3 Amplia etiam lite non contestata cum delin-6 quente Ioseph. Ludo. conclus. 3. vers. ampliatur hoc maxime vbi de communi, & de practica totius Italię. Flam Cart. in tract. de execut. sent. capto bānit. cap. 1. nu. 353. seq. Farinac. d. q. 10. n. 68. in fin.

4 Amplia, vt sententia declaratoria super facto 7 ferri possit a Iudice post mortem delinquentis cū sententia non dicatur lata ab homine sed lege, & retrotrahitur ad tempus delicti quando pęna imponitur ipso iure Bero. conf. 176. num. 95. vol. 1. Farinac. d. q. 10 nume. 69. vers. sed his non obstantibus vbi de communi, & de crebriori sententia, & respon. respondet contrarijs Cartar. in d. cap. 1. num. 356. seq. vbi alios allegat Pereg. lib. 4. tit. 5. nume. 12. vers. verum a priori & nume. 13. & 14. vbi alios allegat, & respondet contrarijs. Carpan. late in d. cap. omnium, n. 648. cum pluribus seqq. Menoch. cons. 99. nu 172. vol 1.

Contrariam opinionem tenuerunt, vt senten-8 tia declaratoria requiratur ante mortem delinquentis ad effectum confiscandi bona in totum vel in partem Doct. add. per Farinac. in d. q. 10. nu. 60. 70. & per Pereg. in d. lib. 4. tit. 5. nume. 8. seqq. per Carp. in d. cap. omnium numero 632. seqq.

1 Limita, & intellige istam quartam ampliatio-9 nem, vt locum habeat quando fiscus voluerit, & petierit bona confiscari nō aliter. Natt. conf 472. nume. 18. volum. 2. Bursat. conf 37. num. 16. vers. non obstat, & nu. 17 vol. 1. Alciat. consi. 326. nu. 2 vers. aliqnid confiscatiuum. Carpan. d. cap. omnium, nume 658 vbi supradd & alios adducit.

2 Limita, & intellige, vt licet interim bona 10 confiscata non possint alienari, cum dominium statim sit fisco applicandum, emptor tamen poterit gaudere bonis, donec fiscus declarauerit hanc suam voluntatem, vt post Bal. in l. non solum in fine, ff. de in integrum restitut. Carpan. d. cap. omnium, num. 660.

Secundus effectus est, vt in omnibus casibus in 11 quibus ipso iure vel ipso facto bona publicantur in totum vel in partem Princeps ante declaratoriam super facto, potest illa bona in tertium conferre, cum eorum dominium commisso delicto immediate fuerit acquisitum fisco Principis. Bero. 12 consil. 61. in primo dubio, & cons. 176. nume. 89. seqq. volum primo, Soc. sen. cons. 4. num 24. seq. volu. 3. Pereg d. lib. 4. tit 5. num. 15 Io Anib. in l. post contract. nu 212. seq. de donat. Carpa. d. cap. omnium, num. 590.

Licet exequutio non posset fieri, nec possessio 13 apprehendi, nisi sequuta sententia declaratoria, antequam sententiam declaratoriam bona fisco non incorporantur Pic. in d. l. post contractum, n. 73. in fin. Silvan. conf. 25. numero 34. vers per quę verba Carpan. d. cap. omnium, nu. 592. seq.

1 Limita quando statuto aliter caueatur prout 14 est in Regno Neapolitano, vt feudum reuertatur ad dominum absque sententia Afflict. super constit. Reg rub. 21 de accusat. num. 4. & 5. lib. 2. Carpan. d. capit. omnium, num. 595.

2 Limita, vt licet solum dominium, & non pos-15 sessio amittatur, vbi pœna infligitur ipso iure, tamen fiscus fortius, & plenius ius habet in dd. bonis, quam habeat in alijs criminibus, vel pœnis ipso iure inflictis Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur, num. 379 C. de reuocan. donat. Carpan. d. cap. omnium, numero 595.

3 Limita, & intellige ex quo in istis delictis pos-16 sessio non amittatur per confiscatum, bona possunt præscribi. Tiraquel. in d verbo reuertatur, n. 390. Carpan. d. c. omnium, num. 596.

Tertius effectus quod fructus medio tempore 17 perceptia die delicti sunt fisci, licet alias deberentur solum a die sententię exceptis quibusdam casibus Plot. conf. 30. nume. 31. Tiraquel. in d. verbo reuertatur nume. 268. Carpan. d. cap. omnium nume. 588. Gabriel. lib. 7. de crim. conclus. 12. nu. 10. Suarez. in suis commu. in verbo fructus post. Mars. in d. Verb. confiscata nume. 20.

Quod intellige, vt fructus fiscus consequatur se-18 quuta declaratoria super crimine. Afflict. rub. 8. de probab. instru. nu. 13. vers. est ergo lib. 3 Carp. d. cap. omnium num 589. Pereg. lib 5. numer. 172. sub vers. notandum vbi alios allegat Farinac. tit. de

de crim. lęſę Maieſt. q. 116.§.2.nu.66.verſ.& effe-ctu, vbi alios allegat.

Niſi quoad effectus, qui trahunt ſecum executionem abſque alio facto veluti, quoad Reus ſit infamis, vel quod ſit inteſtabilis nam quoad hos effectus non expectatur alia declaratio ſuper crimine, ſed ſtatim crimine commiſſo Reus incurrit ipſas pœnas Pereg. d. lib. 5. nume. 172. in fin.

4 Effectus eſt, vt vbi bona ipſo iure publican-
19 tur, hypoteca fiſco oriatur a die commiſſi delicti, ſecus in alijs criminibus vbi requiritur ſententia, quia a die ſententię oritur fiſco hypoteca late Carp. in d. cap. omnium, num. 598. ſeqq.

5 Effectus, quod vbi requiritur ſententia debet
20 ſpecifice Iudex bona confiſcare, ſed vbi confiſcatio fit ipſo iure non eſt neceſſaria expreſſio confiſcationis bonorum, ſed ſolum ſufficit, quod dicatur quod talis eſt culpabilis de delicto de quo in proceſſu. Afflict. in d. conſt. Reg. rub. 8. de iuſtru. probab. num. 14. lib. 3. Carpan. d. c. omnium, num. 607. vbi ſubdit quod in ducatu Mediol. Iudices ſolent apponere confiſcationem in ſententia ad abundantem cautelam, maxime contra; condemnatos in contumaciam.

6 Effectus eſt, quia vbi bona confiſcatur ipſo
21 iure non poſſunt retineri in foro conſcientiæ per delinquentem licet alias poſſent Tiraquell. in d. verbo reuertatur, nume. 291. ſeqq. Gomez. de delict. cap. 14. nume. 3. verſ. 2. limita, Carpan. in d. cap. omnium, nu. 608. Bonacoſ. in queſt. crim in verbo pœna ſi ſtatutum imponat.

7 Effectus, vt afficiat delinquentem etiam oc-
22 cultum Tiraquell. in d. verbo reuertatur numer. 295. Carp. d. cap. omnium, num. 609.

8 Effectus inſurgit, vt alien tiones factæ poſt
23 delictum in caſibus in quibus ipſo iure bona confiſcantur etiam bona fide non teneant, licet alias tenerent. Boſſ. de bon. pub. nu 76. Siluan. conſ. 25. nume. 24. ſequen. Corrad. in d. §. 3 de pub. bon. nu. 14. verſ limita tamen. Carpan. d. cap. omnium nu. 610. Not. conſ 30. nume 31. verſ. ſecundo Iul Clar. q. 78. num. ... verſ. cæterum Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 14. num. 4 verſ prædicta tamen.

1 Amplia, vt procedat etiam in alienatione ti-
24 tulo oneroſo facta Corrad in d. tit. de pub. bon. ſub nume. 14. verſ & tit. oneroſo.

2 Amplia, vt procedat, vt fiſcus recuperet bo-
25 na alienata, etiam non reſtituto precio Corrad. ſub d. numero decimoquarto, verſic. etiam non reſtituto.

1 Limita, & intellige, niſi bona fides naſcere-
26 tur ex publico nempe ex ſententia abſolutoria ſequuta, quia licet deinde detegeretur delictum ad huc alienationes medio tempore factæ tenerent, Boſſ. tit. de bon. pub. nume. 76. verſ. 2. intellige, vbi teſtatur ita per ſenatum Mediol. fuiſſe deciſum, & ſequitur Carpan. in d. c. omnium nume. 612.

2 Limita fiſcum teneri ad precium, vbi illud re-
27 periatur in bonis damnati, vel ad eius vtilitatem verſum Auguſt. ad Angel. de Maleſic. in verbo, & eius bona, nume. 39. verſ. tu autem, ibi, ſecus quando. Boſſ. de bon. pub. nume. 76. verſ. 3. intellige, & ſequitur Carpan. iu d. cap. omnium, nu. 613. declarando tamen, vt per Boſſ. an alienatio ante delictum fuerit facta in fraudem vel ne.

3 Limita, & intellige quando alienatio eſſet fa-
28 cta ex neceſſitate pro defenſione perſonæ in parandis Aduocatis, Procuratoribus, & ſcripturis Boſſ. d. tit. de bon. public. num. 76. verſ. 4 intellige Carpan. d. cap. omnium, num. 614 Gig. de crim. lęſæ maieſt. rub. de pœn. committen. q. 74. numero 3. in fin.

Secus ſi fuiſſet facta alienatio pro alijs neceſſitatibus veluti doris, vt poſt Pic. in l. poſt contract. nu. 74. ſeq. firmat Carpan. in d. cap. omnium, num. 615. Gomez. d ca. 14. num. 4. verſ. item Adde, dicit quod omnes alienationes necarios facit.

9 Effectus inſurgit, vt vbi bona ipſo iure confi-
29 ſcantur delinquens non poſſit de eis teſtari, licet vbi requiritur ſententia potuiſſet teſtari. Bal. conſ. 358. nume. 4. volum. primo Tiraquell. in d. verbo ſi reuertatur l. ſi vnquam nume. 331 Siluan. conſ. 25 num. 34. verſ per quæ verba, volum. 1. Carpan. d. cap. omnium, num. 616.

10 Effectus inſurgit, quia vbi bona ipſo iure
30 confiſcantur legitima filijs præſeruatur, & calculatur iuxta tempus condemnationis. Boſſ. de bon. public. nume. 10 Carpan. d. cap. omnium, numero 618.

11 Effectus deſumitur, vt confiſcatio, vbi ipſo
31 iure fit impediat debitores ne poſſint delinquenti ſoluere, cum vbi requiritur ſententia tute ſoluere valeant. Tiraquell. in d l. ſi vnquam in verbo reuertatur, nu. 365. Carpan. d. c omnium, n. 619.

12 Effectus colligitur, quod Auth. bon. damnat.
32 non intelligatur corrigere confiſcationes quæ fiunt ipſo iure ſecundum communem opinionem atteſtatam per Carpan. in d. c. omnium, num. 622. & notat Plot in d. conſ 30. n. 31. verſ. quarto, quia.

13 Effectus, vt appellatio non detur vbi confi-
33 ſcatio fit ipſo iure Plot. d conſ. 30 num. 31. verſicu. 5. quia Boſſ tit de pœn. nu. 34 verſ. nam ſi ante ſententiam. Carpa. in d c omnium, nu 643. & num. 647. verſ quod vetitum.

14 Inſurgit effectus, vt pœna impoſita ipſo iure
34 exigatur non obſtante deſuetudine Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in verbo reuertatur num. 350. priuileg. 24. Carpan. in d. cap. omnium. nu. 624.

15 Effectus oritur, quia priuatus ipſo iure im-
35 peditur ab agendo licet in alijs non impediatur interim agere, & ius ſuum proſequi Tiraquell. in d. verbo reuertatur, nume. 354. Carpan. in d. cap. omnium, num. 625. declarando tamen, vt per Tiraquell. vbi ſupra, nu. 360.

16 Effectus ſequitur, vt licet non poſſit opponi
36 de iure tertij, vbi ſententia requiritur ad priuationem iuris illius, ſecus eſt quando quis ipſo iure priuatur. Tiraquel. d. verbo reuertatur, num. 356. ſeq. Carpan, d. ca. omnium, nu. 626. declarando tamen vt per Tiraquel. a nu. 356. vſque ad nu. 358.

17 Effectus inſurgit, vt vbi confiſcatio fit ipſo
37 iure ſubditi interim non teneantur obed re d.

mino. Tiraqu. d. verbo reuertatur, nu. 366. priuileg. 31 Carpa. d. c. omnium, nu. 628.

18 Effectus oritur vbi pœna imponitur a lege 38 ipso iure transeat ad heredes cum alias non transiret lite non contestata, & nisi quatenus ad eos peruenerit. Boss. titu. de pœn. num. 34. in princ. & versi. inter cæteros, & vers. extra decreta, & tit. de accusat. num 35. seqq Carpan. d. cap. omnium, num. 919. Anton. Gomez. tit. de delict. c. 14. nu. 3. vers. vbi habetur.

19 Effectus, vt vbi pœna imponitur ipso iure 39 non liget subditum extra territorium: secus vbi feratur sententia, quia ligat subditum absentem extra territorium. Tiraquell. in d. verbo reuertatur, nu. 440.

20 Effectus, vt vbi bona ipso iure confiscan- 40 tur aliqua præscriptio contra fiscum bonorum interim alienatorum quinquennis, & vlterioris temporis non currat cum alias obstaret Boss. tit. de fisc. num. 52. seq. Carpan d. c. omnium, n. 631.

21 Effectus, vt in casibus in quibus bona ipso 41 iure confiscantur si fuerint alienata pro eis auocandis non requiritur sententia reuocatoria, sed solum sufficit declaratoria super ipso facto, & tunc fisco competit rei vendicatio. Pic. in l. post contract. num. 69. circa secundum tempus, & num. 72. & seq. Vbi Ioan. Anibal. num. 122. seq. Carpan. in d. cap. omnium, num. 881. & late dicam in conclusione seq.

Confiscatio bonorum, an requirat sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non requiritur, vbi committitur delictum circa rem contra legis prohibitionem & delinquens punitur in amissione res.*
2 *Vendicatio rei fisco conceditur, vbi acquiritur confiscatio sine sententia.*
3 *Procurator fiscalis nomine cameræ apprehendit possessionem, & tenutam bonorum condemnati, & fiscus consequitur fructus si vero tertius possideat fiscus ab illo vendicat.*
4 *Sententia requiritur quando committitur delictum circa rem sed Reus extra rem in pers.na, & alijs bonis punitur.*
5 *Citatio requiritur in omnibus casibus in quibus requiritur sententia.*
6 *Citatio requiritur etiam, vbi declaratoria super crimine solummodo fieri debet, & imponitur confiscatio ipso iure, prout in crimine læsæ maiestatis, contra num. 7.*
8 *Citatio ad exequutionẽ declaratoria nõ requiritur*
9 *Declaratoria super facto requiritur in omnibus casibus in quibus non requiritur sententia.*
10 *Declaratoria requiritur etiam in notorijs.*
11 *Declaratoria super notorio inexcusabili, & patenti non requiritur.*
12 *Sententia confiscationis debet ferri aquè principaliter cum condemnatione corporali, & non accessoriè.*
13 *Sententia confiscationis vnius territorij trahitur ad bona alterius territorij præcipuè si territoria essent sub eodem Principe.*
14 *Sed sẽtẽtia non exequitur per Iudicẽ qui illam tulit, sed per Iudicem territorij, vbi bona sita sunt.*
15 *Sententia confiscationis habet exequutionem paratam contra hæredes damnati absque alia probatione.*
16 *Sẽtentia non habet exequtionem quando in ea dicitur bona esse publicanda secus si diceretur bona publicamus.*
17 *Sententia reuocatoria requiritur in reuocatione bonorum, vbi confiscatio non fit ipso iure, nec est interdicta bonorum administratio.*
18 *Sententia reuocatoria requiritur quando agitur pro alienatis in fraudem ante, & post delictum.*
19 *Et in alienatis ante delictum requiritur reuocatoria etiamsi bona essent confiscata ipso iure.*
20 *Sententia reuocatoria competit in alienatis in fraudem omnibus nominatis in Authen bona damnatorum quando eis fit ius delatum.*
21 *Practicæ non reuocandi alienata, sed a prehendendo ea, vt uein e grauati agant contra cameram est reprobata.*
22 *Sententia reuocatoria in casibus in quibus confiscatio fit ipso iure.*
23 *Vendicatio bonorum alienatorum fisco competit in casibus in quibus ipso iure fit confiscatio.*
24 *Vendicatio rei quomodo sit intentanda.*
25 *Libellandi modus in reuocatoria actione per fiscum intentata.*
27 *Hipotecaria actio fisco competens post sententiam quomodo conc piatur.*
28 *Conditio competens fisco quomodo fit intentanda.*
29 *Libellus reuocatorius non requirit expressionem nominis nationis, sed solam facti narrationem.*
30 *Libellus non est necessarius quando intentatur officium Iudicis in alienatione post sententiam.*
31 *Sententia dua lata in eadem causa illa præfertur quæ cantat in fauorem fisci.*
32 *Intellige quando fiscus agit de damno euitando.*
33 *Fiscus tam actiuè, quam passiuè non soluit neque recipit expensas litis.*
34 *Et idem seruatur in vrbe, & in alijs quam pluribus locis.*
35 *Fiscus calumniosè agens deberet puniri in expensis, ac etiam de iure comburi.*
36 *Sententia confiscationis, vbi requiritur si fuerit omissa habetur pro omissa.*
37 *Confiscationi bonorum in dubio iudicandum est non esse locum.*
38 *Confiscationis sententia tertio non citato non nocet.*
39 *Confiscationis sententia tertio non nocet cui fuit facta donatio sine fraude quando donator fuit condemnatus in contumaciam.*
40 *Sententia confiscationis in aliquibus casibus nocet tertio non citato.*
41 *Sententia lata contra filium nocet patri non citato quoad legitimam etiam si filius fuerit condemnatus in contumaciam.*

41 *Sententia nocet fideiussoribus etiam ipsis non citatis lata contra principales etiam in contumaciam in statu Ecclesiastico.*
43 *Sententia lata contra Principem ligat eius fiscu, & successores.*
44 *Sententia lata contra fiscum procuratore non citato est nulla.*
45 *Sententia lata ad fauorem fisci fisco non citato valet.*
46 *Sententia lata neutra parte instante in fiscalibus causis valet.*
47 *Conditio fisci in pari causa est deterior conditione priuati.*
48 *Sententia lata contra fiscum sub prætextu falsorum testium, & instrumentorum est ipso iure nulla, vel ope restitutionis venit retractanda.*
49 *Reuocatoria sententia non datur in alienatis post sententiam pendente appellatione, & officium iudicis secus alienatis ante sententiam.*
50 *Vendicatio Rei competit fisco in omnibus post delictum.*
51 *Sententia confiscationis non transit in iudicatum etiamsi ab ea non fuerit appellatum.*

CONCLVSIO XVI.

16 CONclusio ac distinctio communis, est quod 1 vbi delictum committitur circa rem contra legis prohibitionem, & delinquens puniatur in amissione rei, tunc absque alia sententia ipso facto delinquens amittat dominium ipsius rei, & fisco acquiratur l. Imperator ff de iur. fisc. vbi casus est in eo, qui ex tacito fideicommisso reliquit personæ incapaci, vt fiscus bona sine sententia vendicet, & est exemplum in l. commissa ff de publican. in eo, qui pro re vectig. nõ soluit, & aliud habetur in l. 1. §. in bona, ff. de iur fisc. lib. 5. num. 167. vers. nam interdum Carp. super nouis constit. Mediol. tit. de pub. bon. c. omnium num. 565.

Sed quia in his, & alijs similibus casibus fisco 2 possessio non acquiritur ideo fisco vendicatio cõceditur, Doct in d l. Commissa Afflict. in d. cap. 1. §. Sancimus, colum 2. tit. quo temp mil Peregrin. d. lib. 5. late sub num. 52. & num. 167. vers. in iis tamen casibus.

Et ideo publicatis bonis delinquentis Procu- 3 ratores fiscales nomine cameræ apprehendunt possessionem, & tenutam bonorum eiusdem condemnati, & tunc fiscus consequitur fructus, si vero tertius illa possideat fiscus ab ea vendicabit Pereg. d. lib. 5. num. 52.

Aut delictum committitur circa rem, sed Reus 4 extra rem in persona, & in alijs suis bonis plectitur, & tunc requiritur sententia condemnatoria, vt si committatur homicidium, & similia l. 2. C. de his qui pub ratio. lib. 10. Pereg. d. lib. 5. nu. 167. in fin, Carp. d. c. omnium num. 564. & num. 566.

1 Amplia, quod in omnibus casibus in quibus 5 requiritur sententia, est necessaria citatio, ad illius defensam. Corrad. in sua prax §. 3. tit. de bon. pub. num. 16. in fin, Carpan. in d. cap. omnium numer 566. & latius num 641. Marian. Soc. in tract. de citat. art. 7. num. 35. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur num 404. C. de reuocan. donat. Gabriel. tit de cita. num. 104 Plot. cons. 30. nu. 7. 61. Bursat cons. 77. num. 12. vol. 1.

2 Amplia, vt requiratur citatio etiam in casibus 6 in quibus pœna ipso iure irrogatur, cum etiam in eis requiratur declaratoria super crimine, vt inferius dicam, & ideo ad ipsam declaratoriam ferendam requiritur citatio, Clem Pastoral. 5. de re Iud. Bar. in extrauagan. ad reprimendum in verbo sine figura Gig. in tit. de crim. læs. Maiest. lib. 2. tit. qual. in crim. læs Maiest. q 6. & in vltima parte qu. 1. Peregr. d. lib 5. num. 172. vbi de communi, & loquuntur in crimine læsę Maiest. late Farinac. in titul de crim. læs. Maiest. quest 116. §. 1. num. 15. vbi concordantes allegat, & firmat hanc esse communiorem, & veriorem sententiam.

Contrariam opinionem in crimine læs. Maiest. 7 quod ad declaratoriam non requiratur citatio, tenet Luc. de Pen. in l quisquis C. de petit bon. sub. quem sequitur Afflict in cap. 1. § item si fratrem numer. 10. quib. mod. feud. amitt. & in cap. Sancimus, col. 3. & 4 tit. quo temp mil. Carpan. in dict. cap. omnium, num. 564. seq. vt non requiratur citatio vbi pœna infligitur ipso iure, Farinac. in d. quæst. 116. num. 10 vbi concordantes allegat, & ibi testatur de communi, Fachin, controu. iur. lib. 9. cap. 35. per totum.

Saltem dicas, quod quoad exequutionem sen- 8 tentiæ declaratoriæ non requiratur citatio partis, Soc in d. art. 7. numero 66, vers. 14. seqq. Mars in pract. crim. §. aggredior, num 110. Gabriel d. titul. de citat. conclus. 1. numer. 364. Carpan d. cap. omnium, num. 643.

3 Amplia, vt in omnibus casibus in quibus non 9 requiritur sententia confiscationis, requiratur tamen declaratoria super facto, vel crimine, quę nihil de nouo inducit, quoad acquisitionem dominij, sed solam operatur quoad ad emptionem bonorum confiscatorum, & fiscus possit capere possessionem, & illam auocare à quocumque possessore, Pereg. lib. 4. tit. 5. num 13. Carpan. in d. cap. omnium, num. 569. & 644. & late Farinac. in dict. q. 116. §. 1. num. 10. seqq. late Afflict. super Const. Reg. lib. 3. Rubr. 8. num. 13.

1 Subamplia, vt etiam in notorijs requiratur 10 declaratoria Mars. in pract. crim. §. aggredior, n. 133. Menoch. cons. 133. num. 18. vol. 2.

11 Nisi sit notorium inexcusabile, & patens Gabriel, conclus. 12. num. 2. 5. lib. 7. de crim. licet ferenda sit sententia super notarietate 16. numero 6. Bursat. consil. 74. numero 28, volum. 1. tamen sustinetur exequutio non probatur notorio, vbi de eo non fit dubium Gabriel. d. conclus. 12. numer. 7. seqq. Carpa. late in d. cap. omnium, num. 636. seq. Afflict. super Constitut. Reg. lib. 3. Rub. 8. num. 14. vers. quando est notorium.

4 Amplia, vt vbi requiritur sententia confisca- 12 tionis bonorum debet ferri ipsa sententia æquè principaliter cum cõdemnatione corporali, & nõ acces-

accessoriè ad pœnam corporalem Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. nume. 83. Carpan. in d. cap. omnium, num. 570. Sforz. Odd. in cons. 72. numer. 51. & dixi in conclus. 28. Confiscatio quando morte Rei extinguatur Ampliatione 9.

5 Amplia, vt sententia confiscationis lata per 13 Iudicem vnius territorij trahatur ad bona alterius territorij, præcipuè si territoria essent sub eodem Principe iuxta distin. Bal. in l. cunctos populos, numero 51. C. de Sum Trinit. & late dixi in 14 conclus. 13. sed ipsa sententia non exequitur per officialem illam ferentem sed per alium illius territorij in quo bona sita sunt, vt declarat Alberic. tract. super statut. lib. 3. q. 2. nu. 11. Carpan. d. c. omnium numer. 572.

6 Amplia, vt sententia confiscationis bonorum 15 habeat exequutionem paratam contra heredes condemnati absque alia probatione, Angel. de Malefic. in d. vers. & eius bona num. 22. cum declarationibus ibi per eum & August. ibi in add. & sequitur Carpa. in d. c. omnium, nu. 581.

Non traheret sententia confiscationis secum 16 exequutionem, si in ea dictum esset bona publicanda, secus si dictum fuerit bona publicamus, Angel. in d. verbo, & eius bona, numer. 16. & ibi Add. Carrer. in prax. §. circa in vltima par. nume. 34. vers. & aduertas.

7 Amplia, vt in reuocatione bonorum in delictis, vbi confiscatio non fit ipso iure, nec interdicta sit administratio requiritur sententia reuocatoria per actionem paulianam, vel in factum. Pic. in l. post contractum, nu. 100. de donat.

1 Subamplia, vt reuocatoria ordinaria requi-18 ratur quando agitur pro alienatis in fraudem ante, & post delictum Pic. in d. l. post contract. num. 50. & 93. limitando, nu. 95. & ibi Io. Anib. nu. 149. & Alciat. num. 29. vbi de communi. Carpan. d. ca. omnium, nu. 887. & num. 889.

19 Quæ subampliatio procedit in alienatis ante delictum etiam si bona essent confiscata ipso iure. Carpan. d. num. 887. in fin.

2 Subamplia, vt reuocatoria actio competat 20 fisco quando in fraudem fuit facta alienatio, sed etiam patri, filijs, & alijs nominatis in Auth. bon. damnat. quando eis sit ius delatum per d. Auth. quæ non esset correcta contra Bar. in d. l. post contract. num. 20. tenent ibi Roman. num. 14. Pic. num. 99. Io. Anib. nume. 352. sequen. & Alciat. num. 39. vbi de veriori, & communiori opinione testatur rationibus per eum allegatis, & sequitur Carpan. in d. cap. omnium, n. 889.

Et licet Principes in reuocando alienata nulli-21 ter vel in fraudem non obseruent huiusmodi practicam reuocandi alienata, sed faciant apprehendere possessionem bonorũ, & postea si illi in quos est facta alienatio pretendant se grauatos habeant regressum contra cameram per tex. in l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10. tamen non est bona practica, vt notat Pic. in d. l. post contract. nu. 101. vbi respõdit ad d. leg. prohibitã. Carp. d. c. omniũ, n. 889.

1 Limita, quando sumus in casibus in quibus 22 confiscatio fit ipso iure, quia sententia reuocatoria non requiritur, sed sufficit solum declaratoria super ipso facto. Pic. in d. l. post contract. nume. 69. vers. circa 2. tẽpus, & n. 72. seq. Io. Anib. n. 222. seq. Carpan. d. cap. omnium, nume. 882. sequitur Iul. Cla. quæst. 78. vers. ceterum. ibi. vero bona, & vers. si vero.

Sed fisco in illis casibus competit rei reuocatio 23 bonorum alienatorum. Carpan. in d. c. omnium, num. 883. seq.

24 Et quomodo si sit intentanda rei vendicatio per fiscum, sit concipiendus libellus notat. Pic. in d. l. post contract. nu. 100. vers. vero fiscus.

25 In reuocatoria actione, vbi per fiscum agitur qui sit modus libellandi docet Pic. in d. num. 100. vers. ex istis.

26 In actione hypotecaria fisco competenti post 27 sententiam condemnatoria in pœnam pecuniariam quomodo incipiatur. Pic. in d. num. 100. vers. interdum etiam.

In omnibus alijs casibus in quibus fisco com-28 petit conditio quomodo sit procedendum Pic. d. nume. 100. versic. reperio tamen.

29 In libello reuocatorio non requiritur, vt exprimatur nomen actionis, sed sufficit sola facti narratio. Pic. in d. l. post contract. nu. 103. ad finem.

30 Vbi officium Iudicis imploratur, vt in alienatione post sententiam non est necessarius libellus. Pic in d. l. post contract. d. num. 100. versic. si vero intentetur.

8 Amplia quod in duabus sententijs latis a duo-31 bus Iudicib. ordinarijs altera pro fisco, altera contra fiscum, ea præualet, & exequenda est quæ in fauorem fisci extat Specul. in tit. de test. §. postquam sub num. 7 Ias. in l. prima, num. 36. & solut. matrim Couarr. variar. resolut. lib. 1. c. 16. num. 40. Pereg. de iur. fisc. lib. 7. tit. 4. num. 13.

Quæ ampliatio intelligitur quando fiscus non 32 de lucro captando, sed de damno euitando agit Pereg. in d. lib. 7. tit. 3. num. 46. & tit. 4. nu. 13. quod esse notandum dicit, quia casus in partibus ipsius sæpe contingere potest.

9 Amplia, vt fiscus ex priuilegio, & ex sui con-33 ditione non soluat expensas litium, si succumbat, nec illas exigat, si victor existat. Ant. Columb. in tract. de ord. proced, in caus. crim. art. 138. & allegat tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Boer. de-34 cis. 324. in prin. post Bal. in l. qui crimen. numero 20. C. qui accusat. non poss. Pereg. de iur. fisc. lib. 7. tit. 4. numero 14. vbi testatur ita obseruari in Camera Patauina, & in alma Ciuitate Venetiarum, & ita etiam in vrbe aliter obseruari neque practicari vidi nec audiui, ac etiam ita Mediolani seruari testatur Iul. Clar. in q. 10. num. 5.

Bene verum, est quod si dolose, & calumniose, 35 procurator fiscalis prosequeretur aliquem esset in expensis, & damnis versus partem condemnandus, vti quilibet priuatus, & ita pluries seruatum fuisse per Parlamentum Parisiense attestatur Pap. lib. 24. tit. 1. arest. 4. vt refert. Iul. Clar. in d. quęst. 10. nume. 5. Imo quando per calumniam procurator

fiscalis instigat debet etiam ex constitutione Imperatoris concremari l. vniuersi C. si caus. fiscal. vbi Salic. reddit bonam rationem Grati. decis.60. nume.21.Iosepf.Lud.decis.Incent.1.nu.34.& seqq. part.1. vbi valde exclamat contra istos fiscales, qui recipiendo ab instigatoribus munera, & pecuniam indebite pauperes innocentes vexant inquiens, quod licet d. pœna ignis de facto non seruetur in foro fori, non tamen in alio seculo ab ea excusabŭtur, & Farinac.in tit.de accus. quæst. 16.num.10.& 21.refert tremendum casum successum in illo, qui fuerat bis Romę procurator fiscalis, & deinde Gubernator vrbis, qui fuit in publico loco decapitatus, cuius exemplo omnes alij officiales discere deberent, ne eis idem contingat

10 Amplia, vt bona Burgensatica fisco deuoluta per aliquam causam requirunt sententiam quo ad amissionem dominij Affl. super constit. Reg. lib.3.Rub 8 nume.14 vers.2.conclusio.

1 Limita, & intellige, vt confiscatio bonorum 36 vbi requiritur si fuerit omissa debet haberi pro omissa, cum sententia in hac specie stricte sit intelligenda. Dec cons.445.num.67.cum sit odiosa Roland. cons. 29.nu.16.vol.3.Carp d.c.omnium, numer. 573 seq.

2 Limita, vt in dubio sit iudicandum contra 37 fiscum, confiscationem bonorum non esse fiendam Couar. variar. resolut. lib.1.c.16.nu.1.Carp. d.c.omnium num 576.

3 Limita, & intellige, vt sententia confiscatio-38 nis bonorum regulariter tertio non citato non noceat, prout regulariter est in quacumque sententia, vt in terminis firmant Socin. cons.121. nu.11.vol.4.& alij relati per Augu. ac Angel. de malefic. in verbo, & eius bona publicamus num. 22.Carpan.d.ca.,omnium, nume.577.

4 Limita, & intellige, quod sententia confisca-39 tionis bonorum tertio non noceat in quem fuit facta donatio absque fraude etiam infra biennium iuxta decretum Mediolani, qui donator fuerit ex sola contumacia damnatus de aliquo crimine. Alciat in l post contract. num.32.vers qua ratione de donat. & in tract. de præsumpt. reg.3.præsumpt. 22.nume 24.Carpan.in d.cap.omnium, num 578.

1 Sublimita, vt sententia confiscationis noceat 40 tertio non citato in aliquibus casibus positis per Bal. in l.iuris C.quando res iudic.non nocet quem refert, & sequitur Augus.in d.verbo,& eius bona num. 2. Iul.Clar.in q.86.num.9.

Et sententia lata contra filium nocet patri non 41 citato quoad legitimam etiamsi fuerit condemnatus in contumaciam, vt dixi, in concl. 13. limit. 19.num.58.

Item nocet fideiussoribus de non offendendo 42 etiam ipsis non citatis si fuerit lata sentētia contumaciam per bullam Pij IIII. Const. 870. Baiard. qu.47.nume.28.

5 Limita,& intellige,quod sententia lata contra 43 Principem vel eius fiscum ligat etiam eius successores, vt illam retractare nequeant, vt in specie cō-fuluit Oldr.cons.94 quem sequitur Tiraqu. de iure primog.q.35.n.18.Cou. in pract.c.13.versic.3.hoc in tract. Pereg. lib.5 tit.habentes iura fisci numer. 7.& latius. Ari. Pinel. in l. 1.in 3 part.numero 48. C. de bon.mater.

6 Limita, & intellige vt sententia lata contra 44 fiscum aduocato vel procuratore fiscali non citato sit nulla, & inualida l. non intelligitur, §. diuus l. si fiscus, ff. de iur.fisc.l.2.C.si aduersus fiscum, & l. final. C de aduocato fisc.Pereg.de iur. fisc. lib. 7. numer.2.& 3. vbi dicit idem esse in pro-45 curatore fiscali, quod est in aduocato vbi subdit valere sententiam pro fisco datam quamuis absente aduocato vel procuratore cum priuilegium suum, sibi nocere non debeat l. acta. §. final. ff. de re iudic.l.non ideo minus, C.de procurat.& in statu Ecclesiastico per bullam Pij & Sixti V. in quolibet actu fiscus citari debet, & in specie ad sententiam.

Sed bene verum est, quod si neutra instante 46 parte fuerit lata sententia in fiscalibus causis speciale est, vt sententia valeat vt post Bar. & Ias.firmat Pereg. in lib.7 tit.3.num.47.

7 Limita, & intellige, quod in pari causa ve-47 rior sit opinio, quod in pœnalibus, & confiscationibus bonorum potior conditio sit priuati quā fisci l. non puto ff. de iur. fisc. Felin in cap.Pastoralis num. 11. extra de rescript. Natt.cons.314.in fin Neguzan. in tract.de pign. in 4.memb.2.part. num. 118. Pereg lib.7.tit.3 num.45.vbi post relatas plures opiniones sequitur istam opinionem supra affirmatam.

8 Limita, & intellige, vt sententia lata contra 48 fiscum prætextu falsorum testium, & instrumentorum est ipso iure nulla vel saltem ope restitutionis in integrum retractanda, vt post alios Boss. in tit. si ex fals instrument. vbi etiam firmat posse reparari procedendo criminaliter per querelam falsi intra annos 20. tit. C. si ex fals instrument.l. querelam C. de fals.Pereg.lib.7.tit.4.num.10.late infra conclus. 30.

9 Limita in casibus in quibus confiscatio fit ipso iure non requiratur sententia reuocatoria, vt dixi supra in 7.Ampliat.

10 Limita, vt in alienatis post sententiam pen-49 dente appellatione non requiratur actio reuocatoria sed competat officium Iudicis secus in alienatis ante sententiam Pic. in d. l. post contract.& dixi in conclus. 13. limit. 13. numero 48.& tradit Carp.in d c.omnium, num.888.

Sed vigore decreti Mediolani rei vendicatio 50 competit fisco in omnibus alienatis post delictum cum omnis alienatio deinde fit irrita, vt pluries dixi, & firmat Carp.in d c.omnium, sub nu.888.

11 Limita, & intellige, vt sententia confisca-51 tionis non transeat in rem iudicatam, etiam si ab ea non fuerit app.llatum, vt post Bal. firmat Mars. in tracta. de bannit. in verbo confiscata nu. 25.& Carp.in d.cap.omnium,num.575.

Crida

Crida in publicatione bonorum, quod operentur.

SVMMARIVM.

1 *Cridæ emissæ in publicatione bonorum elapso tempore excludunt quoscumque creditores.*
2 *Cridarum tempus modus, & forma solent per statuta locorum determinari.*
3 *Cridæ de quo tempore fieri debeant ante, vel post sententiam.*
4 *Cridæ præiudicant non contradicenti in repetendo rem non descriptam.*
Declara prout num. 5.
6 *Cridæ præiudicant vero domino non contradicenti quando delinquens possidebat aliquam rem mala fide, si fuerit per fiscum apprahensa.*
7 *Cridæ præiudicant vero domino non contradicenti quando fiscus apprahendit bona pro quibus delinquens se gerebat uti hæres alicuius.*
8 *Cridæ non præiudicant ignoranti de bonis non apprehensis per fiscum.*
Limita prout num. 9.
10 *Cridæ non præiudicant locatori, nisi bona essent apprahensa per fiscum.*
11 *Cridæ disponētes, vt in termino vnius mensis quilibet debeat contradixisse, & iustificasse suum creditum, & si in termino creditor comparuit, & allegauit esse creditorem an possit dictum credi tum iustificare post terminum.*
12 *Cridæ an comprehendant credita priuilegiata pro dote, pro tutela, pro minoribus, pro militibus, pro præsentibus, & absentibus.*
13 *Cridæ an comprehendant habentes ius annuæ pensionis.*
14 *Cridæ an comprehendant creditores iurium conditionalium.*
15 *Cridæ an comprehendant hæreditatem iacentem.*
16 *Cridæ an excludant, vt quis non possit probare per iuramentum in supplementum extra terminum quando in termino institit velle iurare.*
17 *Clerici tenentur contradicere Cridis emissis per iudicem laicum.*
18 *Terminus appositus in cridis incipit currere statim apprahensa possessione.*
19 *Cridæ non præiudicant creditoribus quoad bona non apprehensa.*
20 *Cridæ non comprehendunt omnia bona, sed regulantur à vi verborum decreti cuiuslibet loci.*
21 *Cridæ non comprehendunt res non descriptas.*
22 *Cridæ ob formam non seruatam sunt nullæ, & non præiudicant.*
23 *Cridæ sunt nullæ si non fuerit seruata forma in omnibus, sed etiam in vno.*
24 *Creditor qui in termino cridarum producit scripturam imperfectam potest extra terminum illā conualidare etiā si fiscus in termino opposuerit de nullitate n.25. Quid obseruetur in practica n.26.*
27 *Creditor qui omisit contradicere cridis sui debitoris si iterum debitor delinquat, & fiant cridæ potest deducere debitum suum in secundis cridis.*
28 *Creditor, qui non contradicit cridis an possit illud consequi à debitore gratiato.*
29 *Cridæ non præiudicant his qui agere nequeunt.*
30 *Creditores, qui non contradixerunt cridis si tamen ante cridas post delictum commissum postquam bona fuerunt apprahensa per fiscum petierūt seruari formā decreti loci nō sunt exclusi.*
31 *Cridarum terminus respicit tantummodo id quod petitur, & non alias qualitates extrinsecus, vt si quis vellet probare absentiam.*
32 *Creditores non contradicentes cridis factis contra Clericum sibi non præiudicant.*
33 *Pater nomine filiorum quando cridis contradicere possit.*
34 *Mater occasione legitimæ filij quando cridis contradicere possit.*

CONCLVSIO XVII.

17 1 Conclusio est, vt confiscatis bonis delinquentis debitoris fiscus emittat proclama seu cridas, vt infra certum tempus compareant creditores & doceant de eorum credito, quo elapso, & de credito non docto non admittuntur amplius ad aliquid petendum tex. in l. diffamari C. de ingen. man. & in l. si eo tempore, C. de remiss. pig Pereg. lib. 5. nume 199. de delict. q. 25. numero, 181. Boss. tit. de proclam. num. 9. vers. & hæc dicta.

2 Et solent esse in locis particularia statuta disponentia circa tempus, & modum, & formam faciendi similes Cridas, vt Mediolani, quod refert Boss. in tit. de proclamat in prin Carpan. in d. cap. omnium numer. 705 & latius dixit in tit. de offic. Quæst. extraor. & Venetijs adest simile decretum, quod de verbo ad verbum refert, Pereg. de iur. fisc. lib. 5. num. 200.

3 De quo autem tempore fiant huiusmodi cridæ si loquimur de iure communi, & tunc aut agitur de bonis vacantibus, & cridæ fiunt postquam dd. bona vacantia sunt per fiscum descripta, vt si aliquis sit hæres compareat, & ostendat, & nemine comparente fit locus fisco l. 1. & 3. C. de bon. Vacant. Boss. in tit. de proclamat. numero 9. in princ. In alijs bonis pronenientibus ad fiscum ex delicto 1. fit descriptio deinde quæritur an deliquerit, & declarato eum deliquisse bona apprehenduntur. & sic fiunt post sententiam, & post captam possessionem Boss. in d. tit. de proclam. numero 9. in fin. vers. idem est, & ita secundum Ius commune in curia obseruatur.

4 1 Amplia, quando delinquens possidebat rem aliquam bona fide putans rem illam esse suam licet de illa re non fuerit facta descriptio vel apprehensio si vigore decreti loci res habeatur pro apprehensa ad fauorem fisci] prout est Mediolani cridę præiudicant non contradicenti respectu illius rei non descriptę, Boss. in d. tit. de proclam. numero 5. vers. & ex his Carp. in d. c. omnium numero 704.

5 1 Limita, istam primam ampliationem si damnatus possedisset rem illam mala fide, & per fiscum

non fuerit apprehensa, quia cridæ non præiudicarent vero Domino, & non contradicenti, Boss. d. tit. de proclam. num. 4. vers. difficultas.

2 Amplia, quando delinquens possidet aliquam
6 rem mala fide, quia si fiscus illam apprehenderit cridæ præiudicarent vero domino non contradicenti, Boss. in d. tit. de proclam numer 4. vers. fateor q. Carpan. d. cap. omnium, num. 707.

3 Amplia, quando quis se gerebat pro hærede
7 alicuius alienando, & exigendo credita d. hæreditatis si fiscus bona illa hæreditaria apprehenderit cridę prędudicant vero domino, secus si fiscus illa non apprehenderit, etiam præsupposito decreto Mediolan. vt res non apprehensa habeatur pro apprehensa Boss d. tit. de proclam. num. 7. vbi dicit sic iudicasse contra fiscum, & in eodem num. 7. ad finem testatur eius sententiam fuisse approbatam per Senatum, vt etiam refert, & sequitur Carp in d. cap omnium, nume 708.

4 Amplia generaliter, vt ignoranti de bonis non
8 apprehensis cridę non noceant Codofred. in l. finali nume 13. in fin C. de bon. vacan. lib. 10. Boss. in tit. de proclam, num. 5. & numer. 9. vers. & de hoc proclam. Carpan. in d. c. omnium num 710.

1 Limita, vigore decreti Mediolani disponen-
9 tis, vt bona habeantur pro appręhensis Boss d. tit. de proclam. nume. 10. vers. item est aduertendũ Carpan. d. c omnium, num 711.

5 Amplia, vt locatori non præiudicent cridæ
10 super bonis condemnati nisi bona locata per fiscum essent apprehensa etiam si locator non contradicat, secus si vere fuissent descripta, ita notat Boss. ad intelligentiam dicti decreti Mediolan. in tit. de proclam. num. 4. Carp. in d. c. omnium, numero 709.

6 Amplia, quando decretum dicit, quod quili-
11 bet debeat in termino mensis contradixisse, & iustificasse suum creditum, & creditor comparuit in termino, & dixit esse creditorem in scutis 1000. ex causa mutui, & nihil adduxit, post terminum non poterit amplius probare, cum decretum copulariue disponat ad contradicendum, & iustificandum, ideo vtriusque concursus requiritur l. si hęredi plures de condit. institut. prout dicitur in termino concesso ad probandum, & probatum habendum, vt probatio fieri debeat intra terminum Dec. in c. licet causam, numero 31. extr. de probat. Pereg. d. lib. 5. num. 206.

7 Amplia, vigore decreti Mediolani, vt inclu-
12 dantur etiam credita priuilegiata pro dote, pro tutela, pro mutuo, pro deposito, item credita masculorum, fęminarum, militum, nobilium, ignobilium, rusticorum, minorum pupillorum præsentium, & absentium denegato beneficio restitutionis in integrum ob generalitatem verborum d. decreti, vt respondit, Boss. in d. tit. de proclam. sub nume. 12. & idem obseruatur Venetijs vigore decreti illius dominij, vt testatur Pereg. in d. lib. 5 sub nume. 201. vbi subdit hoc idem procedere in cridis emptionalibus, & etiam in cridis pro exclusione iuris congrui cum etiam minoribus currat præscriptio absque spe restitutionis in integrum latissime Tiraquel. de retract. municip. §. 35. glos. 1. per totam.

Sed Pereg. in d. num. 201. sub vers. sed contra dicit, quod pupillis minoribus mulieribus maritatis in earum dotibus facile aduersus rigorem illius decreti per magistratus pietatis, & iustitię maxima cum humanitate cultores sucurritur, & quod ita in camera Patauina obseruatum fuit.

8 Amplia. pro Venetis vigore illorum decreti,
13 vt confiscatis bonis alicuius habentes super eis ius pensionis annuę veluti pro censu pro liuello vel pro annua feudali, aut locatalia ad longum tempus teneantur contradicere cridis, vt firmat Pereg. in d. lib. 5. sub nume. 101. vers. rursus videtur.

9 Amplia, pro eisdem Venetis, & Mediolanen.
14 vt iurium conditionalium creditores vigore illorum decretorum teneantur contradicere cridis cum spes sit quod creditum illud quandoque debetur, & in alios quoscumque successores transmittitur, vt per Boss. in d tit. de proclam num. 11. & per Pereg. in d. lib 5. num. 210. in princ.

10 Amplia, in hęreditate iacente, vt currat
15 tempus cridarum, vt per Boss. in d. tit. de proclam. nu. 12. circa princ. qui tamen se refert ad Cuman. in l. 1. §. vult. ff. de acquiren. poss. Ias. in l. si is qui pro emptore in vltimo notabil ff de vsucap.

11 Amplia, si quis in tempore cridarum con-
16 tradixit, & institit velle probare per iuramentum in supplementum probationis. Iuxta terminos l admonendi ff. de iure iurand. & in termino non iurauit, vt sit exclusus, vt non possit amplius iurare, vt post Ias. in l. si quando C. vnde vi tradit, Boss in d tit. de proclam, num. 18. vbi subdit maxime procedere Mediolani vigore illius decreti, & non sufficeret iuramentum calumniæ, quod apponitur in omni contradictione nec aliud iuramentum implicitum, & quod ita ob seruatur, & ita ipse seruari fecit.

12 Amplia, quod si Clericus fuerit creditor Lai-
17 ci delinquentis tenetur contradicere cridis factis per iudicem laicum cum non citetur per dd. cridas, sed simpliciter vocetur si prętendat aliquod ius habere, vt post Bal in l. consulta C. de testamen. & Pelin. in cap. cum inter colum. 7 de re iudic. tradit, Boss. in d. tit. de proclam. nume. 25. vbi subdit, quod Marian. Soc. ponit regulam, & fallentias in cap. 1. de for. compet.

1 Limita, & intellige, quod terminus præfixus
18 in proclamate de iure communi incipit incurrere statim apprehensa possessione tex. in l. final. C. de bon. vacan. & post Odefred. firmat Pereg. in tit. de iur. fisc. lib. 5. nume. 203. in fin & nume. sequen. vbi subdit, quia cridæ habent vim prescriptionis ad finiendum, & excludendum ius tertij l. si eo tempore, ff. de vsucapion. præscriptio autem sine possessione ex parte præscribentis, non currit l. sine possessione, ff. de vsucap. cap. sine possessione de reg. iur. in 6.

2 Limita, vt cridę non noceant contradictori-
19 bus quoad bona per fiscum non apprehensa, Boss.

in tit. de proclam. num. 4. vbi late Pereg d. lib. 5. à numero 204.

3 Limita, & intellige, vt non omnia bona includantur in ipsis cridis, sed regulantur a vi verborum decreti cuiuslibet loci, vt est videre late per Boss. in d. tit. de proclam. fere per totum Carp. in d. cap. omnium, numer 705 qui loquuntur in decreto Mediolani, & de decreto Veneto late loquitur Pereg. in d. lib 5. num. 200. sequ.

4 Limita, & intellige, quod si omittatur aliqua 20 res ipsius delinquentis, vt non describatur cridę non pręiudicant, late Boss. in d. tit. de proclam. numero 4.

5 Limita, quod si non fuerit seruata forma in 21 ipsis cridis erunt nullæ, & lapsus cridarum non nocebit creditoribus, vt post Alex. in l. 1. de lib. & posth. tradit. Boss. in d. tit. de proclam. vbi admonet creditores, vt ad hoc semper animaduertant, & maxime dicit procedere si nullitas versaretur circa citationes & earum relationes, & circa locum vbi fieri debeant.

1 Amplia, vt cridę sint nullę si non fuerit serua- 23 ta forma non solum in omnibus, sed etiam in vno, vt post Alexand. in d. l. 1. firmat, Boss. in d. titu. de proclam. numero 13. vers. vna ommissa.

2 Amplia, vt per decretum Mediolani quamuis sit amplum non sit sublata exceptio nullitatis, vt firmat idem Boss. in d. tit. de proclam. nu. 13. vers. & nullitas.

6 Limita, & intellige, quod si creditor intra 24 terminum præfixum in cridis produxit scripturam imperfectam puta priuatam vel instrumentũ non in forma probante vel de confessione Rei delinquentis, quæ nocere non solet l. si quis post C. de bon. proscript. & procurator fiscalis post dictum terminum opposuit exceptionem iuris, creditor poterit post d. terminum, & exceptionem fiscalis iustificare intra producta quia fiscus tenebatur in tempore opponere exceptionem iuris, ideo opposita iuris exceptione post terminum poterit etiam creditor iustificare, & probare post d. terminum, vt firmat in d. tit. de proclam. nume. 14. & post eum Pereg. d. lib. 5. num. 207. tit. 1.

1 Amplia, quod etiam si fiscus contradixerit in 25 in tempore creditor poterit post terminum dummodo res sit integra producere instrumenta ad iustificandam suam intentionem, cum instrumenta faciant rem notoriam, vt post Ant. Butr. & Aretin. firmat Felin. in cap. licet causam, num. 31. extr. de probat. & sequitur Pereg. in d. lib. 5. numero 207. in fin.

Bene verum, est quod hæc omnia dicta in Am- 26 pliatione ac fortius in limitatione in practica possent substitueri nisi ex concessione Senatus, vt dicit Boss. in dict. titul. de proclamat. numer. 14. & Peregrin. in dict. libro quinto numero 107. circa medium, quod in dominio Veneto esset valde difficile hoc obtinere, sed bene dicit, quod esset recurrendum ad Doct. in d. cap. licet causam, ex quorum dictis colligitur, quod producto in termino aliquo instrumento licet non in forma probante possit creditor extra terminum ac confirmandam eius fidem producere originale, quia qui confirmat nihil de nouo dat Bal. in cap. 1. extr. de fid. instrumen. quem sequutus est Felyn in d. c. li cet causam sub n. 44. in 5. limit.

7 Limita quando aliquis commisit delictum, & 27 fuerunt omissæ cridę, & creditores non contradixerunt, & sic fuerunt exclusi ab omni iure suo super bonis confiscatis si Reus iterum delinquat, & iudex iterum pro nouo delicto confiscet bona per eum quæsita illi creditores super nouis confiscatis habent regressum, & possunt eorum creditum consequi, vt sentit, Boss. in d. tit. de proclam. nu. 15. vbi testatur ita fuisse seruatum, sed Pereg. in d. lib. 5. num. 208. vers. ego autem, valde dubitat de ista decisione Bossij, sed iudicio meo non bene dubitat, quia inter alias rationes quas Boss. adducit illa est potissima, vt induceretur præscriptio cum mala fide, & bannitus reportaret commodum ex suo delicto, quod est omnino absurdum, vt bene ibi Boss. explicat.

8 Limita, quando bannitus, fuerit restitutus, 28 quia si creditores eorum negligentia non contradixerunt cridis, & ab eorum credito deciderunt, adhuc creditores possunt consequi eorum creditum ab ipso bannito re integrato, vt tenuit Boss. in d. tit. de proclam. nu 15. & 16. licet Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. par. 2. q. 97. art. 3. per totum nume. 15. seqq impugnet opinionem Boss. & ad eius fundamenta respondeat, cum quo videtur transire Farinac contra Bossium in tit. de delict. q. 25. num. 181. per rat onem, cum ex ipsa præscriptione ius creditorum sit extinctum, & quod extinctum est amplius reuiuiscere non possit, sed ego concurro cum opinione Boss. quia non est verũ, quod præscriptio vigore cridarum tollat neque extingat actionem, sed tantum patitur exceptionem, & ideo bannitus cui bona restituuntur non succedit in ius fisci, sed reponitur in suum ius, idcirco cum omnibus obligationibus, & conditionibus prioribus; cum hoc contingat ex natura restitutionis, vt in terminis etiam tenet Peregr. in d. lib. 5 numero 208. vers. sed quid erit, vbi, in fine putat hanc opinionem esse veriorem prout etiam pro veriori ego approbo.

9 Limita, quod cridę non noceant his, qui age- 29 re nequeunt, vt late per Pereg. in d. lib. 5. nu. 205. vbi distinguit 4. casus, post Boss. & alios ad quem lectorem remitto.

10 Limita in his, qui non contradixerunt cri- 30 dis, sed tamen venerunt statim, cum bona fuerunt per fiscum apprehensa, antequam bona fuissent posita ad cridas, & petierunt, ac iurarunt seruare formam decreti Mediolani, quia non dicerentur exclusi per cridas etiamsi in tempore cridarum non comparuerunt vt late per Boss. in d. tit. de proclam. num. 17.

11 Limita, quod terminus cridarum respicit 31 tantummodo, id quod petitur, & non alias qualitates extrinsecas puta si quis vellet probare se absentem fuisse vel etiam qualitatem per quam con-

concederetur longus tempus ad contradicendum, vt post specular. & Alex. in. firmat Boss. in d. tit. de proclam. num. 19. vbi testatur, quod ita obseruatum fuit ac decisum per Senatum.

12 Limita, in creditoribus, qui non contradi-
32 xerunt cridis factis à iudice laico contra Clericum delinquentem tanquam nulliter factis, ita docet Boss. in d. tit. de proclam. num. 20. vbi in fine concludit quid sit il° e dominio faciendum pro dd. cridis retractandis ad fauorem Clerici.

13 Limita, vt pater nomine filiorum sit legiti-
33 mus contradictor, quando est legitimus administrator leg. 1. C. de bon. matern. & legitimus administrator dicitur quando pater habet vsumfructum in illis bonis, alias secus, vt post Soccin. Alex. Angel. & alios firmat, Boss. in d. tit. de proclam. num. 21. vbi admonet procuratorem fiscalem, vt diligenter videat quando pater contradicit vti legitimus administrator an sit casus in quo habeat vsumfructum vel non.

14 Limita quando mater nomine filiorum, vti
34 mater, & co. iuncta persona occasione legitimæ, quia filij non dicuntur priuati legitima cum eis suffragetur contradictio matris, Boss. in d. tit. de proclam num. 22. vbi tamen subdit, quod vigore decreti illius dominij in contingentia facti fuit per Senatum relatus casus Duci, & Dux concessit dispensationem ad fauorem filiorum cum esset saltem con radictum in tempore per coniunctam personam.

Confiscatio bonorum, vel alia pœna pecuniaria quando morte Rei extinguatur.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio morte delinquentis extinguitur.*
2 *Cõfiscatio morte Rei extinguitur etiam vbi imponitur pœna pecuniaria prout in delictis priuatis.*
3 *Confiscatio extinguitur per mortem Rei etiam in vectigalibus.*
4 *Confiscatio extinguitur per mortem Rei quando proceditur contra alium, vt pro delicto alterius puniatur.*
5 *Confiscatio extinguitur etiam vbi Reus fuit condemnatus non per veras probationes, sed in contumaciam, contra num. 6*
7 *Confiscatio extinguitur per mortem Rei, quando fuit condemnatus per veras probationes, & pendente appellatione Reus mortuus fuerit.*
8 *Confiscatio extinguitur per mortem Rei pendente appellatione, vt heredes non teneantur iustificare innocentiam defuncti.*
9 *Secus si moriatur post tempus ad appellandum, & Reus obtinuerit litteras ad nouas defensiones quia confiscatio transit ad heredes.*
10 *Alij tenent, vt sufficiat in tempore obtulisse Reum se defendere.*
11 *Confiscatio extinguitur si condemnatus obijt infra tempus ad appellandum absque quod heredes appellent.*
13 *Quod magis procedit si condemnatus interim fecit testamentum, & heredes adhiuerint hereditatem antequam sententia transiret in iudicatum, contra num. 12.*
14 *Confiscatio non transit ad heredes quando Iudex nihil dixit de confiscatione in sententia simul cum pœna corporali.*
15 *Confiscatio non transit ad heredes quãdo in sententia accessoriè, vel in consequentiam fuit irrogata pœna confiscationis.*
16 *Confiscatio quando dicatur irrogata in consequẽtiam pœnæ corporalis, num. 17. & 18.*
19 *Confiscatio in aliquibus partibus inaistinctè extinguitur ante pœnam confiscatam Reo naturaliter decedente.*
20 *Confiscatio extinguitur si Reus fuit absolutus, & moriatur etiam si actor appellauerit.*
21 *Confiscatio non transit ad heredes quãdo ius fuit præscriptum.*
22 *Confiscatio in crimine læsæ maiestatis diuinæ trãsit ad heredes.*
23 *Limita, vt non trãnseat contra fautores, & receptatores.*
24 *Limita quando fuerit tantummodò suspectus de heresi.*
25 *Confiscatio in crimine læsæ maiestatis humanæ transit ad heredes.*
26 *Reus in crimine læsæ maiestatis statim admittit administrationem bonorum.*
27 *Legitima non reseruatur filijs in crimine læsæ maiestatis.*
28 *Legitima non reseruatur filijs in isto crimine etiã si illam detrahant in restitutione fideicommissi.*
29 *Filij ob crimen læsæ maiestatis priuantur successione feudi, siue feudum sit paternum antiquum ex pacto, prouidentia, siue hereditarium, contra num 30.*
32 *Item contra Papam, & eius officiales.*
33 *Item in necem Cardinalium.*
34 *Item quod seruetur d. consuetudine quando cõmittitur contra alios superiores.*
35 *Confiscatio transit ad heredes in contrahente incastas nuptias.*
36 *Confiscatio in crimine repetundarum transit ad heredes.*
37 *Crimen repetundarum præscribitur spatio vnius anni à die mortis delinquentis.*
38 *Cõfiscatio trãsit ad heredes in crimine peculatus.*
39 *Furti crimen transit ad heredes quoad restitutionem Rei furatæ, vel eius extimationis.*
40 *Fallit in crimine rerum amotarum.*
41 *Confiscatio in apostatibus à fide conuictis viuentibus transit ad fiscum, sed post eius mortem infra quinquennium hereditas defertur proximioribus fidelibus.*
42 *Confiscatio transit ad heredes in desertore militiæ*
43 *Confiscatio transit ad heredes in necante eum cuius morte succedere debet.*
44 *Acquisita turpiter possunt vendicari ab heredib.*
45 *Pœna in fraudante gabellam in re ipsa transit ad heredes infra quinquennium.*

Decla-

CONCLVSIO XVIII.

18 Conclusio est, vt omnis confiscatio, & pœna pecuniaria per mortem Rei extinguatur l. defuncto de pub. Iudic. Osasc decis. 149 & 152. Iul. Clar. q. 51. vers. vlterius quæro Plotius cōs. 132. num. 7. tom. 1. crim. & cons. 39 sub numer. 29. Sebast. Med. in tract. mors omnia soluit par. 2. nu. 5. Farinac. q. 10. num. 36. vbi alios infinitos allegat, & testatur de Communi Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. num. 78. vbi de communi Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 1. Sforz. Odd. cons 72. n. 39.

1 Amplia, vt procedat etiam in delictis priuatis pro quibus imponitur pœna pecuniaria d. l. defuncto. Peregr. d. lib. 4. tit. 5. num. 1. vers. etiam, quod Gomez d. cap. 1. num. 78. circa princ. vbi de communi Add. ad Thes. decis. 144. circa princ. vers. & hæc regula.

2 Amplia, in vectigalibus l. 1. §. pœnæ de publican. Pereg. d. lib. 4. tit. 5. sub n. 1. vers. amplia etiam.

3 Amplia quando pro delicto vnius proceditur contra alium, vt pro delicto officialis contra potestatem, & pro delicto filij contra patrem ex forma alicuius statuti l. sed & si §. 1. de publican. glos. Bar. & Castren. in l. 1. §. final. ff eodem Pereg. d lib. 4. ti. 5. num. 1. vers. ampliatur etiam, quod est notandum ad declarationem bullę Sixti IIII. & constitutionis Marchiæ disponentis partem teneri pro deli-

delicto filij ad soluendam legitimam.

4 Amplia, quando Reus non fuit condemnatus 5 per veras probationes, sed in contumaciam, quia etiam, quod agatur de delicto pro quo bona ipso iure confiscentur confiscationis pœna non transit ad hęredes, vt in terminis tradit Bero. in cons. 8. per totum, & præsertim num. 2. 3. seqq. quem refert, & sequitur Sforz. Odd. d. cons. 72. num. 38. Pereg. d. lib. 4. tit. 5. n. 37. vbi concordantes allegat.

Contrariã opinionem tenet Doct. add. per Fari- 6 nac. in d. q. 10. num. 59. qui vero sunt quasi infiniti, & ibi restantur de communi.

5 Amplia, quando fuit condemnatus per veras 7 probationes, & pendente appellatione Reus mortuus fuerit, vt pœna non transeat ad hæredes respectu bonorum si velint appellationem prosequi tex. in l 3. C. si pend. appell. Reus mort. fuer. Sebast. Med. in d. tract. mors omnia soluit par. 2. conclus. 32. numer. 37. late Vasq. controuers. Illust. cap. 96. nume. 17. seqq. Farinac. tit. de inquisit. q. 10. nu. 46. vbi concordantes allegat, & testatur de communi. Sforz. Odd. d. cons. 72. nu 46. vbi testatur quod ita notant omnes Aret. de appel. Rub. fin. numero 5. seq.

6 Amplia, quando condemnatus obijt in termi- 8 no ad appellandum, & se defendendum, quia hęredes non prohibentur appellare, & innocentiam defuncti Iustificare si velint. Ang in d. l. ex iudiciorum nume. 3. Ant. Gomez. d. cap. 1. nume. 83. vers. vnum tamen. Pereg. d. lib 4 tit. 5. numer. 35 & 39. Farinac. d. quæst. 10. num. 49. vbi alios allegat. Cattar. de execut. Sent. c. 1. numero 341. & loquitur in hæredibus cuiuscumque condemnati, tam ex mera diffinitiua, quam ex sententia lata in contumaciam. Sforz. Odd. in d. cons. 72. numer. 56. vbi de communi.

Secus, si moriatur post tempus ad appellandum, 9 & Reus obtinuerit literas ad nouas faciendas defensiones, quia hęredes quoad retractandam bonorum publicationem non audirentur, vt post alios firmat Pereg. in d lib. 4. tit. 5. numero 39. vbi subdit hoc dictum esse ambiguum, & se refert ad Boss. in tit de remed. instit col. vltima.

Sed Sforz. Odd. in d. cons. 72 num. 47. seqq dicit 10 sufficere, vt Reus in tempore obtulerit se defendere vel si petierit audiri per viam restitutionis in integrum de Iustitiam vel per viam salui conductus.

7 Amplia, Imo si condemnatus obijt infra tem- 11 pus ad appellandum, & antequam sententia transuerit in iudicatum, vt extincta sit pœna, absque, quod Reus vel eius hæredes appellent vel appellare velint, glos. in d. l. ex iudiciorum quam magis communiter Doct. sequuntur, vt testatur Alex. in l 3. §. si seruus sub nume. 10. ff de acquir. poss. Ant Gomez. d. cap. 1. nume. 82. vbi de communi. Sforz. Odd. in d. cons. 72. num. 58. vbi recollegit 17. Doct. & ibi etiam testatur de communi, & magis communi. Farinac. in d. q. 10. num. 46. vbi de communi, & multos alios Doct. pro hac opinione adducit.

Contra d. glos. tenuerunt Bar. in d. l. ex Iudicio- 12 rum nume. 1. Ang. num. 3. & nonnulli alij relati per Sforz. Odd. in d. cons. 72. sub num. 57.

Quę glos. opinio magis procedit quando con- 13 demnatus fecit testamentum, & antequam sententia transiret in iudicatum hæredes bona hęreditaria adiuerunt. Bal. in cap. venientes nume. 1. in fin. de ieiurand. & in l. 3. numer. 5. C. si pend. appell. Corset. sing. verbo appellato nume. 2. Sforz. Odd. d. cons. 72. nume 59.

8 Amplia quando Iudex in sententia nihil dixit 14 de bonorum confiscatione, sed tantum condemnauit Reum in pœnam corporalem, quia licet bonorum ademptio veniat in consequentiam ad crimen, extinguitur tamen effectus ademptionis bonorum per mortem Rei sequuta intra tempus ad appellandum, etiam si hæredes non appellent, neque innocentia defuncti probent Sforz. Odd. d. cons. 72. nu. 64 vers. secus autem per tex. in l. 3. C. si pendent. appell. & in l. fin. C. si Reus vel accusat.

9 Amplia quando pœna confiscationis non fuit 15 æque principaliter in sententia cum pœna corporali expressa, sed accessorie, vel in consequentiam, quia tunc non transit ad hęredes etiamsi innocentiam defuncti non probent d l. 3. vers. nã multum, & d l. fin. Gomez. d cap. 1. num. 83. Farinac. d. quęst. 10. num. 47. vbi de communi, & multos alios concordantes allegat, & ibi reddit rationem Pereg d. lib. 4. tit 5. nume. 40. Odd. d. cons. 72. num. 54. vers. aut vero. Aretin. in tract. de appell. rubr. fin. numero 11.

In consequentiam confiscatio bonorum, vel 16 accessorie dicitur venire quando Iudex in sententia condemnauit in pœnam corporalem cum bonorum publicatione, quæ dictio, cum, ex sui natura coniungit accessorie. Bar. in d. l. 3. in fin. Ang. in d. l. ex Iudiciorum, num 3. Iul. Clar. q. 94. vers. sed pone Pereg d. lib. 4 tit. 5. num. 40. vers. dicitur autem Odd. d. cons. 72. numer. 52. versic. sed Bar. Aret. d. rub. fin. nu. 11.

17 Item accessorie, & in consequentiam dicitur venire pæna pecuniaria ex natura delicti quando. quis condemnaretur in pœnam deportationis quę trahit accessorie pœnam pecuniariam, Farinac. d. q 10. num. 47. vers. ita tamen quod pœna.

18 Item quando Iudex condemnat Reum non legittimis probationibus, & causa discussa, sed in contumaciam, quia dicitur semper imponere in consequentiam bonorum ademptionem. Bal. in d. l. 3. in princ. Odd. in d. cons. 72. num. 54. vbi firmat hoc esse notabilissimum dictum.

10 Amplia in aliquibus partibus indistincte Reo 19 naturaliter decidenti ante pœnam confiscatam ademptio bonorum extinguatur, vt post Nell. firmat in d. lib. 4 titu. 5. numer. 46 Pereg. de iur. fisc.

11 Amplia quando Reus fuit absolutus, quia si 20 actor appellauit, & Reus moriatur, delictum extinguitur, vt tenet Peregr. in d. lib 4. num 48. licet ibi referat quod Bal. teneat contrarium, cum se fundet in l. Lucius de iu. fisc. quæ nihil facit ad rem istam.

12 Am-

12 Amplia in quocumque casu in quo de iure, 21 vel consuetudine siue statuto bona confiscentur, vt non confiscentur quando ius confiscandi est præscriptum. Farinac. quæst. 25. nume. 158. tit. de delict. & pœn. & latius dicam infra in seq. conclusione.

1 Limita in crimine hæresis de quo etiam post 22 mortem quis potest accusari, & ab heredib bona adimi, cap. fin. 24 quæst. 3. cap. filij de heretic lib. 6. l. Manicheos, C. de heret. Anto. Gomez. tit. de delict. cap. 1 num. 80. vers. 1. casus. Seb. Med. in tract. mors omnia soluit conclus. 2. nume. 8. par. 2. Farinac. d. quæst. 10. numer. 27. vbi alios allegat, & testatur de communi. Mascard. de probat. conclus. 348. nu. 35. versic. Amplia etiam Peregr. de iur. fisc. lib 4. tit. 5. num. 19. Flam. Cart in tract. de effecut. sent. c. 1. num. 345.

1 Declara, & intellige, vt non habeat locum 23 contra fautores, & receptatores hereticorum contra quos post mortem non proceditur si ipsi receptatores non fuerint heretici cap. accusatus §. porro de heret in 6. Vindual. in tract. de heretic. quæst. 22 num 8. Farinac. d. quæst. 10. num. 47.

2 Declara, & intellige, vt procedat, quando 24 vere constat defunctum fuisse hereticum, tunc eius bona publicantur, & post eius mortem, secus si fuerit tantummodo suspectus de hæresi d. c. accusatus, §. porro. Sanchin. in tract. de heretici. cap. 24. num. 2. Farinac. d. q. 10. num. 40.

2 Principaliter limita in crimine lesæ Maiestatis 25 in quo speciale est, vt de eo procedi possit contra delinquentem etiam post mortem, & bona heredibus auferantur tex in l. ex Iudiciorum vers. 1. de accusat. l. Pantonius, §. Rei perduellionis de acquir. hered. Ant. Gomez. d cap. 1. nume. 80. vers. secundus casus vbi de communi, & in facti contingentia super hoc crimine scripserunt Cipol. cons. 17. Rnin. conf. 3. num. 12. lib. 5. Ferret. cons. 31. Pereg. d. lib. 4. tit. 5. num. 19. Farinac. d. q. 10. num. 42. vbi de communi, & alios concordantes allegat.

1 Amplia, vt adeo procedat, vt statim delicto 26 commisso amittat Reus administrationem bonorum, vt non possit amplius alienare, donare, dotes constituere, nec alios contractus ex titulo lucratiuo vel oneroso in preiudicium fisci facere; latissime Farinac. q. 116. §. 2. nu. 59. vbi alios concordantes allegat.

2 Amplia, vt adeo procedat, vt etiam filij pri-27 uentur legitima, Boss. in tit. de crim. læs. Maiest. num. 138. Iul. Clar. §. læs. Maiest. nu. 13. in fin. Menoch. cons. 175. num. 50. seq. lib 3. Farinac. q. 116. §. 3. nume. 77. vbi de communi, & veriori.

3 Amplia, vt procedat in legitima quam filius 28 detrahit in restitutione fideicommissi. Farinac. in d. §. 3. q. 116. nume. 88. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. nume. 22. vers. adeo vt nec legitimam.

4 Amplia, vt filij ob dictum crimen priuentur 29 successione feudi siue sit paternum antiquum ex pacto, prouidentia, siue hereditarium. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 41. num. 24 Farinac. d. q. 16. num. 80. seq. vbi remissiue dicit an hoc procedat in præiudicium aliorum agnatorum in concessione, vocatorum, & domini proprietarij.

Contrarium, quod legitima filijs reseruetur 30 voluit Ioan. de Lingan. in Clemen. Pastoralis de re iud. vbi de veriori opinione quem sequitur Ioã. de Platea in §. interdum, colum. 2. ad finem in tit. de hæred. quæ ab intest. defer. vt refert Farinac. in d. q. 116. num. 79.

1 Sublimita, & intellige istam quintam limita-31 tionem procedere solummodo quando tale crimen committitur contra Imperatorem, & contra Rempublicam Romanam, ac eius collaterales, & tunc confiscatio transeat ad heredes.

32 Secus si committatur contra alios superiores recognoscentes, vel non recognoscentes alios superiores latissime. Farin. in quæst. 10. numer. 43. vbi infinitos alios allegat, & idem voluit in quæst. 116. §. primo, nu. 23. seqq. & latissime. Peregr. lib. 4. tit. 5. nume. 19 20. 22. & seq. & præcipuè, sub num. 27. vbi etiam tradunt quid Principes seruent de facto, & de consuetudine hodie, ad quos lectorem remitto, quia plene loquuntur.

33 Item procedit si committatur contra Papam, & eius officiales. Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo totius orbis. Anchar. cons. 439. nume. 6. seq Pereg d. lib. 4. tit. 5. nu 23.

34 Ac etiam si committatur in necem Cardinalis, cap. fœlicis de pœn. in 6. latissime, Farinac. d. tit. de crim. læsę maiest. quæst. 112 Inspect. prima per totam, vbi ponit ampliationes, & limitationes.

3 Limita in contrahente incæstas nuptias, quia 35 lex imponit pœnam ipso iure per ipsum contractum, & confiscatio transit ad heredes in d. l. ex Iudiciorum de accusa. Boer. decis. 264. nu. 14. seq. vbi hanc opinionem tuetur. Couar. tit. de Sponsal. c. 6. par. 2. §. 8. per totum. Peregr. d. lib. 4 tit. 5. nu. 16. vbi declarat pluribus modis istam limitationem ad quem lectorem remitto.

4 Limita in crimine repetundarum, quia pœna 36 transit etiam in hæredes d. l. ex Iudiciorum, & ibi gloss. & communiter Docto, vt testatur Anto Gomez. in d. cap. 1. num. 80. vers. tertius casus est Pereg. d. lib. 4. tit 5. num. 31. vers. 5. casus.

37 Sed huiusmodi crimẽ præscribitur spatio vnius anni a die mortis delinquentis, l. 2. ad leg. Iul. repet. Pereg. d. lib. 4. tit. 5. nume. 31. versic. 2. casus. Farinac. d. q 10. num. 75. vbi de communi.

5 Limita in crimine peculatus quando quis sub-38 traxit rem sacram, vel publicam, quia eius pœna durat post mortem delinquentis, l. fin. ff. ad leg. Iul. peculat. Ant. Gomez. d. cap. 1. n. 80. vers. 4 casus, vbi de communi. Iul. Clar. quæst. 51. vers. sunt tamen. Farinac. d. qu. 10. num 73. vbi de communi. Pereg. d. lib. 4. tit. 5. num. 31. in fin.

6 Limita in crimine furti in quo speciale est ob 39 eius frequentiam, vt etiam aduersus heredem pro restitutione rei furatæ, vel eius extimationis si res non extet detur condictio furtiua, etiam lite non contestata cum defuncto, & etiam si nihil peruenerit ad heredem l. si pro fure, §. 1. de cond. furt.

furt. Seb. Med in tract. mors omnia soluit parte 2, conclus 32. nu.91. Ant Gomez d.cap.1.sub n.85. circa fin Vasq. contro Illustr.lib.3 cap 96 nu 24. vbi reddit huius limitationis duas rationes. Farinac. d.q 10 num 71.

Quæ limitatio non procedit in actione rerum 40 amotarum, vt declarat Sebast. Med. in d. nume. 91.& refert Farinac lib d.num.71.

7 Limita, in apostatibus a fide qui si viuentes 4 fuerint accusati, & conuicti bonis priuentur, & fisco applicentur, & post eorum mortem infra quinquennium a die commissi criminis proximioribus suis fidelibus deferantur l 1. cum tribus l. seqq. C. de Apost. Pereg. d.lib 4 tit.5 num.32.

8 Limita in desertore militiæ l. 4. C. de re milit. 42 lib. 12 Pereg d lib.4.tit.5.sub nu.32.

9 Limita in eo, qui aliquem necat cuius morte 43 ei succedere debet, quia fiscus ab eo, & eius hæredib. bona aufert, l Lucius, ff. de iur.fisc. Peregr. d.nu.32 vers.9 casus.

10 Limita in turpiter acquisitis ob aliquod scelus 44 commissum per defunctum d. l. Lucius l.fin.ad leg. Iul. peculat.& l.in hæredem, ff. de calumniat. Pereg. d.n.32. in fin dixi in conclus. 13 in ampliat.

11 Limita in pœna fraudatæ gabellæ, quia in re 45 ipsa, & contra hæredes exercetur intra quinquennium l commissa, l.fraudati, vbi Doct.de publican. l. 2. C.de vectig. Pereg dicto lib.4.tit.5.nu. 42.& dixi supra in conclus 13 in ampliat.

Declara istam limitationem, vt per glos. & 46 Castren. in d. l fraudati.

12 Limita in eo qui conscientia proprij crimi-47 nis postquam fuerat accusatus vel in delicto deprehensus interfecit se, quia si delictum erat tale pro quo bonorum confiscatio imponi poterat transit ad hæredes l fin.ff de bon eor.qui ant.sent. mort.sibi consciue.Gomez d.cap.1.num.80.vers 5. casus vbi de communi Roland. cons 20 lib 3.vbi late Menoch de arbitr lib 2.cas 284 vbi latissime Pereg lib 4. tit. 4. num.3.vbi de communi & tit. 5.numero 45.

Sed bene eius hæredes admitterentur ad pro-48 bandam innocentiam defuncti d.l final. Gomez. d cap. 1. numero 80 sub vers 5. casus. Roland.d. cons.20.& Menoch d.cas.280

13 Limita in delictis commissis extra contractum 49 tunc regulariter actio non detur contra hæredes, secus in delicto seu dolo commisso in ipso contractu, quia tunc si ille dolus purgatur per actionem ex eo contractu bene datur etiam actio contra hæredes, Vasq. controuer. Illust c. p. 96. nume. 26 vers. septima limitatio colligitur, lib. 3. Farinac. d. q. 10 numer 76 in fin.qui Vasq amplíat, & sublimitat istam limit. & ibi videas per eum.

14 Limita, quando ex delicto imponitur pœna 50 amissionis bonorum vel pecuniaria ipso facto, vel iure incurrenda, quia pœna præfata transit contra hæredes Gomez d. cap. 1 num.80. vers.6. casus Seb. Med.in conclus 32.nume.88. Iul.Clar.in q 51. versic. scias etiam Osasc. decis. 149.num.2. in fin. Farinac. qui alios infinitos allegat in d.q. 10.numero 68. & teneatur de communi.

Quę limitatio secundum aliquos intelligitur 51 dummodo viuente delinquente fuerit lata declaratoria super ipso facto quos refert Farinac. in d. quęst.10. numer.69.70. Bursat.cons.77.numer.22. lib 1.Ant.Gabriel.conclus 35.numero 16.seqq.tit. de crim.l.7.

Sed crebrior, ac magis opinio est, vt non re-52 quiratur declaratoria viuente delinquente, sed sufficiat; quod feratur post eius mortem cum retrotrahatur a die commissi delicti. Boss.in tit.de pœn. num.34.in fin. & in tit.de senten num. 46.sequen. Iul Clar.d.quęst.51.vers scias etiã.Farinac. d. q. 10. num 70 vers sed his non obstantibus Pereg lib.4 tit.5.num.7 circa fin.Carpan. super nou. constit. Mediol c. omnium, nume.620.Baiard.ad Iul. Clar.q 78.sub nume. 102.

Quæ limitatio magis procedit si in vita delin-53 quentis super confiscatione esset sequuta sententia vel declaratoria.Neuiz.cons.78.num.18 Osasc. decis.106.per totam.Bursat.d.cons.77.numer.23. vers. & eo magis lib.1.

Ac etiam magis procedit quando de iure com-54 muni ipso iure bona confiscarentur. Iul. Clar. d. q.51.vers.scias etiam.Bursat.d.cons 77 num.23.

15 Limita quando Reus moritur ante senten-55 tiam, sed post litem contestatam, quia eo casu ferri potest sententia contra hęredes, & pœna ab eis exigi d. l. ex iudiciorum vers. & cæteris vero iuncta glos.in vers pœnæ, & glos.final.Osa.c.d.decis.149 num.3.seq.& num.9 vbi de crebriori opinione, & quod ita fuit per Senatum iudicatum. Bursat. d. cons. 77.num 20.21.vbi de magis communi.Seb.Med in d tract. Mors.omnia soluit parte 2.conclus.32 numero 91.Vasq.controuer.Illustr. cap.96. num.25.lib.3.Farinac.d.q.10. numer.70. vbi de magis communi, & alios concordantes allegat.

Intellige, quando lis fuit valide contestata se-56 cus si inualide, quia nulla contestatio litis non transmittit actionem ex delicto ad hęredes Vasq. controuer. Illustr.d.cap.96.nume. 25.vers modo istam, & vers.sequenti Farinac.d. q. 10. numero 54.vers.sublimita.

Item intellige, ac sublimita, quando litis con-57 testatio esset sopita de consensu partium tunc extinguitur etiam effectus transmissionis contra hęredes, vt post Vasq. vbi supra dicit idem Farinac. in d.q.10.num 54.in fin.

16 Limita, quando lis non fuit contestata ob 58 defectum Rei, quia vadat per subterfugia, & dilationes, quia tunc habetur pro contestata, & actiones transeunt ad hæredes l.si eum, §.qui iniuriam, vbi Bal. in 6. notabil.ff.si quis cautio. Vasq. d.cap.96.num.25.sub vers.4. principalis limit.vbi de communi Farinac.d q.10.numer. 51.vbi etiam de communi.

1 Sublimita istas 14.& 15.limitationes, & intel-59 lige, vt procedant in delictis priuatis in quibus pęnales actiones transeunt ad hęredes secus in publicis, quia delicta publica extinguuntur etiam post

post litem contestatam Seb. Med. d.conclus. 32.n. 91. Vulpel. respons. 1.nu.3.in fin.Farinac.d.quęst. 10.nume.53.vbi concordantes allegat.

2 Sublimita, & intellige, vt nec etiam in delictis priuati lite contestata pœna transeat ad hęredes nisi quando ex eo delicto ciuiliter agitur ad pœnam fisco applican. quia nec etiam in delictis priuatis, & lite contestata pœna transit ad hęredes, vt late post alios. Farinac. in d.q. 10. nume. 54.

60

Et idem. Farinac. in d. nu.54.declarat.Osasc.in decis. 149. sub num. 2. & 7.vt illa decisio licet videatur loqui, vt pœna pecuniaria etiam si criminaliter agatur transeat ad hęredes intelligitur in terminis in quibus loquitur, nempe, quod non solum. lis fuerit contestata, sed etiam Reus fuerit confessus vel conuictus,& tunc etiam si criminaliter agatur transeat pœna pecuniaria ad hæredes cum qua declaratione transit Bursat.in d.cons.77. num.20.21.& 23.vbi testatur de communi.

Confessio in proposito nō erit sufficiens, quando fieret coram notario, & iudice, sed illa, quę solemniter, & Iudicialiter in forma Iudicij coram testibus notario præsente, & fisco eam acceptante, vt post alios quos allegat firmat Bursat. in d. cons.77.num.24.vers.quia respondetur.

61

Ac etiam intelligi debet de confess. vera in Iudicio emissa,& non de conditionali.vel qualificata, vt declarat Idem Bursat. in d.cons.77.num.24. vers. 2. id procedit.

62

Lis quando contestetur. in criminalib. docet Vulpel. respons. 1.num.3.in fin.& seqq.Farinac.in d.q.10.nume.55.& ante eos.Iul.Clar.q.45.nume. 2. vbi Baiard.nume.57. Scacc.in tract.eius.cap. 103.num.9.vt si Reus fuerit pręsens,vt per responsionem factam super delicto lis contestetur, si fuerit absens cum vigore constitutionis habeatur pro confesso tunc per illam fictam confessionem dicatur lis contestata.

63

17 Limita si conclusum fuerit in causa, vt pœna transeat ad hæredes cum paria sint conclusum esse in causa vel latam esse sententiam. Alban. in cons. 99.num.2.seqq.vbi testatur de communi,& docet quando in causa criminali dicatur esse conclusum. Iul. Clar. d. quęst. 51. versic.scias etiam Vasq. controuer.Illustr. cap 96.num.19.in fin.Farinac.d.quęst.10 num.52.vbi de communi.

64

18 Limita quando Reus moritur postquam in Iudicio est confessus, & conuictus, tunc contra hęredes ferri potest sententia, & pœna ab eis exigi. Boss. in tit. de pœna.nume.34.vbi de communi. Osasc. in d. decis. 149.nu.9.vbi de magis communi, & ita fuisse iudicatum. Seb. Med. in d. par.2. conclus. 25.num.70.Farinac.in d.quęst.10.numer. 56.seq. vbi late, & declarat quomodo, & quando ista limitatio procedat, vbi tamen subdit quod si Reus fuerit confessus, & conuictus sine altercatione pęna transiret ad hęredes.

65

19 Limita, vt procedat non solum in vera confessione, sed etiam in ficta confessione inducta per statutum disponens contumacem haberi pro confesso, quia sequuta declaratoria in contumaciam si deinde moriatur Reus pœna transit ad hęredes, quibus exigi poterit. Flam. Cartar. de execut. sent. cap. 1. numero 339.seqq.vbi respondet contrarijs. Vasq.controu. Illustr.lib.3.cap.96.nu.25.versic.3. extendo Farinac.d.quęst.10.num.58.vbi infinitos alios allegat, & testatur de communi.

66

67 Pereg. in lib.4.tit.5.num.37.post alios quos allegat videtur tenere contrarium, vt non sufficiat ista pręsumpta confessio inducta per contumaciam, & sub nume.43.firmat quod si statutum habeat Reum pro confesso, & condemnato, & tunc sufficiat ficta confessio, secus si statutum disponeret quod haberetur pro confesso, quia non sufficeret declaratoria super confessione pręsumpta, sed vlterius requireretur sententia diffinitiua super crimine contra Reum absentem.

20 Limita quando per statutum disponeretur pro delicto contra absentem posse procedi ad diffinitiuam sententiam, quia si Reus fuerit condemnatus in confiscatione bonorum poterit exequi sententia contra hęredes. Ang. de Malefic. in verbo, qui D. Iudex, nume. 45. Nel.de bannit.in prima par. 2. temporis, quęst. 7. Pereg. d. lib.4.tit.5. numer.44.

68

21 Limita quando Reus moritur post sententiam pœna confiscationis bonorum, & quęliber alia pecuniaria transit ad hęredes, d.l.ex Iudiciorum, vbi Doct. de accusat. Seb. Med. in d.part.2. conclus 32. nume.82.in fin.Ant.Gomez.d.cap.1. nu. 82.vbi de communi.Vasq.d.ca.96.nu.19.vers. 4.casu principali.Farinac.d.q 10.num.45.

69

22 Limita in casibus in quib. a lege disponitur memoriam defuncti damnari, & post mortem delinquentis procedi posse; quia si Reus moriatur post sententiam, siue ab ea fuerit appellatum, vel pendat tempus ad appellandum,siue pœna confiscationis sit apposita in sententia principali,siue accessorie semper transit indistinctè ad hęredes, & ab eis exigi potest. Farinac. d. q .10.nu.48.

70

23 Limita quando Iudex cum pęna corporali expressit bonorum confiscationem quę de iure non erat imposita, sed Iudex illam imponit grauando in hoc ipsum Reum, vt tunc hęredes teneantur prosequi causam appellationis, vt dicit post alios. Sforz. Odd.in d.cons.72.nu 52.

71

Quę limitatio non est vera, vt teneantur hęredes prosequi causam appellationis, cum illa sententia sit adeo nulla, vt nec etiam substineatur ex mandato Principis, nec faciat vnquam transitum in iudicatum; vt dixi supra in conclus. 7.numero 27.

72

24 Limita, quando Iudex in sententia ęque principaliter condemnauit Reum in confiscationem bonorum, & in pœnam corporalem, & tunc hęredes teneantur prosequi causam appellationis, nec bonorū publicatio dicatur extincta per mortem delinquentis d.l.3. vbi communiter Doct. vt testatur Ant. Gomez. in d. cap.1. numero 83.cum isto casu dicantur duę sententię; late Farinac.in d. q. 10. numero 47. vbi alios allegat, & testatur de communi. Iul. Clar. q.94.vers.sed poue., vbi de com.

73

communi Pereg.d.lib.4.tit.5.num.40. verf.dicitur autem, vbi de communi Sforz. Odd. d.conf.71.n. 52. verf.fed Bart. vbi de communi, & nu.64. Aret. in tract. de Appellat. Rub.fin.num.11.

Aeque principaliter dicitur inflicta bonorum 74 confiscatio vna cum pœna corporali quando Iudex condemnat per dictionem vel copulam, & accessorie autem vel in consequentiam quando condemnat per dictionem cum, si diceret Iudex condemnatus in pœnam vltimi fupplicij cum confiscatione bonorum vt declarant Iul;Clar.Farinac. Pereg.& Odd.in locis supra allegatis, & dixi supra sub 9.ampliationem Aret.d.num.11.

Item in consequentiam dicitur Iudex condem- 75 nare Reum quando illum condemnat in contumaciam, vt post Bal in l. 3. in princ.C.si penden. appell. tradit Odd. in d. conf.71.num.53. verf.praeterea, & nume.74.vbi dicit esse notabilissimum dictum dixi supra sub 9. Ampliat.

25 Limita, & intellige, quando sententia fecit 76 transitum in Iudicatum, & tunc detur bonorum ademptio contra hęredes secus si ab ea fuerit appellatum vel pendeat tempus.10.dierum ad appellandum, quia tunc mortuo Reo pæna non transit ad hæredes glof. in d. l. ex Iudiciorum de accusat. Ant. Gomez d.cap.1.num.82 verf.item adde Seb. Med. d. conclus. 32. nu.37.part.2. Vasq.d.cap.96. num.77. seqq.& dixi supra in ampliatione 7.

26 Limita, quando ex delicto defuncti ad hęre- 77 des aliquid peruenit, vt teneantur illud restituere l.ficut pæna vbi Dec. & Cagnol. de reg. Iur. Farinac.d q.10 num 59.

2 Amplia si non ad omnes hęredes peruenit, sed 79 ad vnum tantum, quia adhuc poterunt omnes alij hæredes conuenire, quia iam cæpit esse hęreditarium ex quo ad primum peruenit Vasq.d.cap. 96. num 26. seq.Farinac.d.quęst.10.num.59.verf. vbi pariter.

1 Sublimita, & intellige, vt isto casu contra 80 hęredes non detur actio quæ fonet in delictum.sed actio in factum. Farinac. in d.q.10.nume.59.verf. quod in isto casu.

2 Sublimita, vt isto casu hęredes non tenean- 81 tur in plus eo, quod ad ipsos peruenerit etiam quod inuentarium non confecerint Phanut.in tract.de Inuent.hęred.part.6.numero 70.& 79.Farinac. d.q.10 num.59.in fin.

27 Limita de iure canonico, vt hæres teneatur 82 ex delicto defuncti etiam, quod ex eo nihil ad eum peruenerit, & etiam lite non contestata, & etiam,quod impęnitens, & non confessus mortuus fuerit.Ant.Gomez.d.cap.1.n.85.in fin. Vasq. d.cap.96.num.27.verf 6 Limit.& nume.... seqq. vbi de communi Seb. Med. in d. tract. mors omnia soluit par.2.conclus.32.nu.83.Farinac.d.q.10. num.60.vbi testatur etiam de communi, & magis pia, & veriori licet subdat, quod aliqui tenuerint contrarium, vt sicut de iure ciuili non teneantur hæredes, nec etiam de iure canonico.

1 Amplia, vt de iure Canonico isto casu si sunt 83 plures hæredes quisq; teneantur insolidum Phanut.in tract.de inuent part.7.nume.77.Farinac.d. q. 10. nume.60.in fin.

Pro declaratione istius 26.limitationis vide Fa- 84 rinac. in d quæst.10.a num.61.vsque ad num.68.

28 Limita, quod si pendente Iudicio delinquens 85 moriatur, & esset imputatus de delicto cuius memoria post mortem damnati poterat hæredes si volunt pro purganda innocentia defuncti possunt instare, vt cognoscatur de delicto, & sententia desuper absolutoria feratur. Ant.Gomez.d.cap.1. delict. num.83.sub verf. vnum tamen.Farinac.d.q. 10. num.74.Pereg lib.4.tit.5.num.35.

Imo etiam extranei, & non hæredes admitti 86 debeant ad purgandam memoriam defuncti per cap. penult. 24. quæst. 2. Vasq.d.cap 96.num.15.in fine Farinac.d. q.10.nume.74.in fin.

29 Limita, quod licet de iure ciuili hæres ob de- 87 lictum defuncti non teneatur si quid ad manus defuncti peruenerit lite non contestata cum defuncto, hęres tamen assassinij pecuniam quam recepit tenetur illam restituere ob immanitatem criminis, vt post alios firmat Farinac.in d. q. 10. numero 76.

30 Limita, quando pro pæna delicti oriatur aliqua exceptio,& sic delictum per modum exceptio- 88 nis opponatur, quia transit ad hęredes lite non contestata cum defuncto, & licet ad hęredes nihil peruenerit Vasq d.cap.96.nume.23.verf.2 principalis limitatio vbi reddit duas rationes Farinac.d. q. 10. numero 76. verf. limita 14. vbi de communi.

31 Limita, & intellige, quod si Iudex exequatur 89 sententiam capitalem contra Reum infra tempus ad appellandum possunt hæredes prosequi causam appellationis in parte confiscatoria bonorũ. Bal. in l. 1. sub nume.10.C.ex dol.def.Pereg.d.lib. 4.tit 5.num.47.declarando tamen, vt ibi per eum, nisi Reus fuerit sponte confessus vel in flagranti crimine deprahensus.

32 Limita, & intellige, quod mortuo accusato- 90 re, qui passus fuit delictum, actio ciuilis pecuniaria sibi competens transit ad eius hæredes sine decedat ante litem contestatam siue post, quando competit propter rem familiarem damnum vel interesse, vt in furto, vi bonorum raptorum.leg. Acquiliæ, & similibus secus si competat ad merã vindictam, vt in delicto iniurię, & simili, quia defuncto accusatore qui iniuriam passus fuit non transit ad hæredes nisi ante mortem eius lis fuerit contestata, tex. in l.prima, §.heredem, ff. de priuat.delict. Anto.Gomez.d.cap.1.n.85.in princ. vbi de communi, tit. de delict.

33 Limita, & intellige, vt defuncto accusatore 91 quilibet alius accusare, vel repetere accusationem potest infra 30. dies quibus elapsis non repetere, sed de nouo accusare possit. Anto. Gomez. d. ca. 1. nume.86. vbi de communi, & subdit hoc procedere, tam in delicto publico, quam priuato, & deficiente accusatore possit Iudex ex officio prosequi causam. Iul. Clar. q.51.num.9.

34 Limita, & intellige dũmodo infra quinquennium

nium a die commissi criminis fiscus contra hæredes actionem prosequatur, vt dicam in sequenti conclusione.

94 Et sententia contra defunctum quomodo sit ferenda, vide Pereg d.lib.4 tit.5.num.34.& contra hæredes vide Os.sc. decis.149. Thes decis.144. nu.1.versic.sed præsuppoīta.Baiard quæst.51.num.9. vt citetur procurator dominus litis effectus, & condemnentur hæredes in pœnam pecuniariã, & ita fuit executum contra hæredes Comitis Antonij de Marsciano, quia fuit citatus Horatius Rapata procurator, & hæredes fuerunt condemnati in scutis 20 mill. quam causam deinde reduxi ad compositionem in scutis bis mille, vt hæredes præfati liberantur a continuis molestijs fisci, tempore D.Lantis tunc A.C.nunc Cardinalis.

Confiscatio bonorum, vel alia pœna pecuniaria quo tempore præscribatur.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio per quinquennium præscribitur.*
2 *Confiscatio in omni casu in quo post mortẽ Reus damnari potest per quinquennium præscribitur.*
3 *Apostasia crimen per quinquenniũ præscribitur.*
4 *Peculatus, & de residuis crimen per quinquennium præscribitur.*
5 *Repetundarum crimen per annum præscribitur.*
6 *Crimen læsæ maiestatis per quinquennium præscribitur.*
7 *Incestus crimen per quinquennium præscribitur.*
8 *Fornicationis crimen per triennium præscribitur.*
9 *Præscriptio diuersis temporibus præscribitur.*
10 *Præscriptio in fisco Romanæ Ecclesiæ inducitur per centum annos.*
Declara, num 11 & 12.
13 *Fiscus non restituitur aduersus præscriptionem.*
14 *Præscriptio vbi bona confiscantur ipso iure nunquam currit.*
15 *Præscriptio spatio viginti annorum tollitur quando delictum per dictum tempus non fuit deductum in iudicio.*
19 *Præscriptio quinquennij obstat tertio habenti causam a fisco licet non obstaret ipsi fisco.*
17 *Præscriptio centenaria nunquam censetur sublata.*
18 *Hæreticorum bona contra fiscum secularem per quinquennium contra fiscum Ecclesiasticum per quadraginta annos præscribuntur.*

CONCLVSIO XIX.

19
1 Conclusio est, vt in omni casu, vbi de iure communi, vel de iure municipali, vel de consuetudine bona ob aliquod delictum publicantur si per quinquennium a die condemnationis, & publicationis factæ fiscus sterit bona sibi incorporare, & vnionem bonorum facere, vt amplius illa petere, nec consequi possit, l.2.de vectig.& cõdit l. 2. C. de deportat. Put.in conf.130. nume.99. tom.primo, crim.Ant.Gomez.tit.de delict.cap.14. num. 6. vers. sed his non obstantibus, vbi hanc opinionem tuetur.Farinac tit.de delict.q.25.num. 158.vbi de communi, & alios concordantes allegat Corrad.in tit.de pub.bon.§.3.nume.7.vers. 12. limita in sua practica arbitr. Marsil.singul.307.latissime Flor.consi 2.nume.3 lib primo. Carpan.in nouis Const.t.Mediolan.1.cap omnium num.783.in princip.Balb.de præscript.in 2 part.5.part.princip. q. 1. numero 4. vers.Idem dicit.Soc.Iun.conf 71. nu. 5. vol 2. Decian.in tract.crim.rom.1.lib.5.c. 144.sub nume.12.vers.& quod censetum.

2 1 Amplia, vt procedat in omnibus casibus in quibus Reus post mortem damnari potest, & bona fisco deferantur, vt fiscus debeat intra quinquennium agere, & de crim. docere ad effectum bonorum vendicandorum, & hæredes possint Rei defuncti innocentiam defendere l.res,quę in princ. ff. de iur. fisc Roman. Singul. 471.Ant Gomez.d. cap. 1. numero 81 tit. de delict Pereg. de iur. fisc. lib.4 tit.5.nume.33.& lib.6 tit.8.nu.39.vers.quamobrem.

3 2 Amplia in specie in crimine apostasiæ, vt per quinquennium præscribatur post mortem delinquentis, l.prima, cum 3.ll.seqq.C.de Apost.Peregr. in d. lib. 4 tit.5.nu.32.

4 3 Amplia in crimine peculatus, vt de residuis etiam infra quinquennium a die commissi delicti præscribatur, l.peculat. ff. ad leg. Iul. peculat.Peregr.d.lib 4 tit.5.num.31.in fin.

5 4 Amplia in crimine repetundarum, vt infra annum a die mortis delinquentis præscribatur.l.a ff. ad leg. Iul.repet Peregr d.lib.4.n 31.vers 5.casus.

6 5 Amplia in crim. læsæ maiest. vt tollatur omnis actio per quinquennium, Cæpol. conf 17. num.7. Clar. in §. læsę maiestatis in fin. Gig. in tract. de crim.læsæ maiestatis, quæst. 23 numero primo, & quęst 27.in 2.par.Conarrn.de Sponf in 2.par.cap. 6. §.8.sub numero 18.Pereg d.lib.4.tit.5.sub num. 33.& lib. 6 tit 8.nume 39.dicit procedere in omni delicto commisso in faciendo quamuis bona publicentur ipso iure.

7 6 Amplia in crimine incestus Boer.decis.264.nu. 18. & in quocumque delicto carnis, vt spatio quinque annorum tollatur latissime. Farinac. in quæst.10 n.10.seqq.& conf. 80.nume.18.vbi de 8 communi excepto crimine fornicationis quod præscribitur spatio triumannorum. Tresf decis. Venet. 59. nume. 17.par.2.& latius dicam de præscriptione delictorum in conclusione Præscriptio in criminibus quanto tempore inducatur.

9 Contrariam opinionem, quod bona publicata, & ius incorporandi non præscribatur per quinquennium, sed vlteriori tempore aliqui tenuerint per 40 annos alij per 30.annos, alij per 20.annos alij per decennium,vt de singulis opinionibus late scribit Farinac.in d.q.25.n 158.159.160.161.162. & 163.& seqq. vbi tandem cum bonis distinctionibus concordat istas contrarias opiniones ad quẽ lectorem remitto,& plures etiam opiniones refert Carpan. in d. cap. omnium, numero 784. seqq.& latissi-

latissim- post alios. Andr. Fach. controuer. Iuris. lib. 19. c. p. 4. vt posui in fine istius conclusionis, & late declarat. Pereg. d. lib 6. tit 8 sub nu. 39. vers. quamobrem.

7 Amplia in fisco Romanæ Ecclesiæ quando bo-10 na sunt applicanda fisco Ecclesiæ, vt non præscribatur confiscatio bonorum per quinquennium, sed duret præscriptio vsque ad centum annos per Doct. Bal. in l. fin. col. 2. vers. vnio ad glos. & ibi Castren. C de Sacrosanct. Eccles. quem refert Balb. in tracta. de præscr. in 2 par. 5. principalis, quæst. 1. numer. 5. Pereg. lib. 6. tit. 8. numer. 42. vbi alios allegat, & loquitur in fisco delaris, vt in alijs Ecclesijs currat præscriptio 40. annorum.

1 Limita, & intellige istam 7. ampliationem pro-11 cedere quando bona confiscantur, quæ condemnatus ab Ecclesia ipsa Romana in feudum, vel alio modo retin bat secus in alijs rebus quas condemnatus non habet ab Ecclesia Romana, quia tunc etiam si pœna applicetur fisco Romanę Ecclesię præscribitur spatio 20. annorum secundum iura ciuilia, vt late declarat post alios quos allegat Farinac. in d. q. 25. n. 168. & Tob. Nõ. cõsil. 105. n. 6

Sed Decian. post Correr. in tract. de hæretic. n. 12 152. in d. lib. 5. cap 44. sub numer. 12. distinguendo, dicit quod in confiscatione Ecclesię applicanda requirantur anni 40. sed in confiscatione applicanda fisco seculari sufficiat præscriptio quinquennalis.

8 Amplia. vt bona delinquentis minime confi-13 scari possint, quando ius confiscandi est præscriptum, vt nec fisco aduersus hanc præscriptionem detur restitutio in integrum. Tex. in l. auxilium de mino. vbi dicitur quod in pœnalibus fiscus non restituitur; consuluit. Tob. Non. cons. 105. num. 3. Villalob. com opin in verfic. restitutio. numer. 53. Odd. in tracta. de restitut. in integ. par. prima, quæst. 3. num. 83. seq. Farinac. d. quæst. 25. nu. 165. 166. & 1 7. vbi de communi.

9 Amplia, vt in delictis in quibus imponitur pœ-14 na, vel confiscatio, ipso iure nulla currat præscriptio ex quo bona confiscantur, & vniuntur fisco ipso iure a die delicti. Boss. in tit. de fisc. & eius priuileg. numer. 52. & seq. Carpa. d. cap. omnium, nu. 786. Pereg. lib. 6. tit. 8. numero 36. tenet contrarium, vt perimatur ius fisci, vbi perimitur ius querelandi etiam in istis delictis in quibus ipso iure pœna imponitur.

10 Amplia, vbi Reus non fuit accusatus, nec 15 damnatus infra viginti annos, sicut pręscribitur delictum, ita etiam pręscribatur bonorum publicatio. Carpan. d. c. omnium, nu. 788.

11 Amplia, vt præscriptio quinquennij obstet 16 tertio habenti causam a fisco licet non obstaret ipsi fisco. Plot. cons. 30. num. 100. Carpan. d. capit. omnium, numero 781. & 799.

12 Amplia, vt præscriptio centenaria, & ea cuius 17 initij memoria non extat opponitur contra fiscũ cum illa non censeatur sublata per quęcumque verba generalia, & pregnantia. Boss. de fisc. nu. 55. Balb. de pręscr. 4. par. princ. 4. par. q. 6. nume. 5. & 6. par. quæst. 9. num. 2. Soc. iun. cons. 76. nu. 94. volum primo. Bursat. cons. 186. num. 34. vol. 2. Carpan. d. cap. omnium. nu. 791.

13 Amplia in confiscatione bonorum hæreticorum bona præscribantur per Catholicos contra fiscum secularem per quinquennium, contra vero Ecclesiasticum per 40 annos. Andr. Sic. cons. 70. n. 96. volum. 4. vt refert, & sequitur Decian. in d. cap. 44. n. 12. vers. & pariter bona hæreticorum.

19 Andr. Fachin. in controuer. Iuris. lib. 19. cap. 54. seriatim ponit quod aliqui dicunt præscribi spatio annorum quinque, & adducunt tex. in l. 2. C. de Apostat. l. 2. C. de vectig. l. in cognitione, ff. ad Sillan.

Alij autem dicunt spatio viginti annorum, & adducunt l in omnibus, ff. de iur. fisc. per 5. querela, C. de fals.

Alij dicunt spatio 30. annorum, & adducunt, l. sicut l. omnes, C. de pręscript.

Alij dicunt spatio 40. annorum & adducunt, c. 2. §. primo, de pręscript. in 6 & late scripsit, Pereg. in d. lib. 6. tit 8. per totum, vbi loquitur etiam de præscriptionibus actiuis, quanto tempore ipse fiscus pręscribat.

Fiscus quomodo succedat in bonis delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus succedit in bonis delinquentis per confiscationem vti hæres extraneus.*
2 *Omnia quæ transeunt in hæredem extraneum transeunt in fiscum.*
3 *Fiscus non succedit per repræsentationem personæ defuncti, sed per annihilationem.*
4 *Fiscus non est præcipuè hæres, sed quasi hæres, vel annomulus.*
5 *Fiscus succedens ex testamento succedit in omnibus bonis vbicumque existentibus, num. 5. Secus quando succedit ex delicto.*
6 *Fiscus succedens ex delicto non tenetur vltra vires hæreditarias etiamsi non confecit inuentariũ*
7 *Fiscus conuenitur à creditoribus vti bonorum possessor pro eorum mensura.*
8 *Instantia Iudicialis cum defuncto delinquente incepta non transit ad hæredes.*
9 *Fiscus habet suos Iudices particulares.*
10 *Fiscus excluditur à successione per fœminas, quæ alias vigore statuti essent exclusæ.*
11 *Ius accrescendi non habet locum inter plures fiscos.*
12 *Creditores possunt agere contra fideiussores, & tertios possessores nõ descriptis bonis confiscatis. Declara, vt in num 13.*
14 *Fiscus succedit in bonis dãnati cum omnibus oneribus, & emolumentis ad quæ tenebatur dãnatus*
15 *Fiscus tenetur alere filios damnati etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
16 *Alimentorum appellatione quid veniat in proposito.*
17 *Fiscus tenetur dotare filias damnati.*

18 *Fi-*

18 *Fiscus tenetur ad alimenta uxori, & ad partem in bonis mariti.*
19 *Fiscus agit petitione hereditatis pro ademptione bonorum ab indigno aut per occupationem vti vacantium.*
20 *Actiones damnati per cõfiscationẽ confunduntur.*
21 *Princeps habet bursam proprij patrimonij, & creditor pro ea non confunditur pro bursa fiscali.*
22 *Damnatus non potest deducere compensationes cum bursa Principis.*
23 *Fiscus non tenetur vltra vires hereditarias quãdo succedit ex cõfiscatione vel in bonis vacãtibus*
24 *Secus si ex testamento.*
25 *Fiscus vel inueniendis bonis condemnati potest cogere notarios ad exhibendum sibi instrumenta.*
27 *Etiam mediante tortura.*

CONCLVSIO XX.

20 1 Conclusio est, vt fiscus in bonis delinquentis per confiscationem omnium, vel partis bonorum succedat vti hæres extraneus Cassan. in rub. 2. §. 1. de confisc. in verbo, & apparrient. nume. 3. & 8. Io. Anib. in l. post contractum nume. 310. de donat. Carpan. super nou. constit. Mediol. de bon. pub. in cap. omnium, num 513. seq. Farinac. in tit. de delict. q. 25. num. 169. vbi concordantes allegat Andr. Fachin. in controuer. Iuris lib. 6. c. 21. Surd. de Alimen. tit. 8. priuileg. 59. n. 5. seq.

2 Sed ea omnia quæ transeunt in hæredem extraneum transeunt in fiscum, vt late post alios quos allegat firmat Pereg. lib. 5. numero 68. vbi sub numero 69. cum pluribus seqq. ponit multas illationes vtiles in hac materia ad quem lectorem remitto. Surd. de Alimen. tit. 1. q. 31. numero 5. seqq. Carpan. in d. cap. omnium, numero 118. vbi alios concordantes allegat. Rim. iun. consil. 131. sub num. 4. vol. 2. Hond. cons. 95. nume. 109. vol. 1. Baiard. q. 78. nu. 113.

3 Sed succedat non per repræsentationem personæ defuncti, sed per illius annihilationem. Cassan. in d. §. 1. numero 9. Afflict. in feud. tit quæ sint regalia in verbo vacantia, numer. 18. seq. Gig. de crim. læsæ maiest lib. 3 rub. de plurib. quæst. 19. nu. 5. Carpan. d. cap. omnium, nume. 515. Tob. Non. cons. 105. nume. 14. sequen.

4 Ideo non dicitur propriè hæres, sed quasi hæres vel anno melius. Bart. in l. inter eos, §. fin. num. 3. de fideiuss. Bal. in l. executorem, num. 33 C. de execut. rei iud Plor. cons. 30. nume. 83. Boss. tit. de boo. public. num. 13. Carpan. d. cap omnium, numero 516. Peregr. de iur. fisc. lib. 5, num. 53. & 60. Surd. d. quæst. 31. tit. 1. numer. 7. & titul. 8. priuileg. 59. num. 1.

Quod autem fiscus non sit proprie hæres demonstratur primo, quia hæres vniuersalis succedit in omnibus bonis etiam in alio territorio prorsus separato positis, quod non facit fiscus. Bart. in l. cunctos populos, quæst. vltima, C. de summ. Trin. Boss de bon pub. num. 21. seqq. Carpan. in d. c. omnium, nu. 522. Pereg. d. lib. 5. nu. 61.

5 Sed in omnibus bonis vbicumque existentib. succederet quando succederet fiscus ex testamento, l. cum hæredes in princ ff de acq. hæred. Cassan. d. §. 1. rub. 2. num. 10.

6 2 Quia hæres non conficiendo inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias ad quod fiscus non tenetur, Boss. de bon. pub. numero 23. Plot. cons. 30. numero 83. Iul Clar quæst. 78. vers. vnum scias Anch. iun. par. 2. quæst. 25. numer. 2. seq. Carpan. d. cap omnium, nume. 523. Pereg d. lib. 5. nume. 64. Farinac. quæst 25 nu. 83. dicam infra limit. 7.

7 Et ratio est, quia fiscus conuenitur a creditoribus vti bonorum possessor; ideo pro eorum mensura solummodo tenetur. Rip. in l. ex facto, §. ex facto, num. 7. ad Trebel. Pereg. d. lib. 5. n. 64. in fin. & Carpan. in d. cap. omnium, nume. 524 Pereg. lib. 4. tit. 3 num. 25. Baiard. quæst. 78. nume. 167.

8 3 Quia instantia iudicialis cum defuncto incepta transit actiue, & passiue ad eius hæredes, quæ non transit in fiscum cum habeat suos particulares iudices. Boss. de bon. public. nu. 24. Peregr. d. lib. 5. num. 65. Carpan. d. cap. omnium, n. 525. seq. Scacc. cap. 98 num decimo octauo, tract. crimin.

10 4 Quia si vigore statuti aliquis masculus sit damnatus qui in successione ascendentium fœminis præferendus sit, fiscus ob confiscationem bonorum d. masculi non præfertur fœminis, vbi possunt admitti ad hereditatem iam delatam. Brun. in tracta stat fœm exclud art 12. qu. 5. num 5. Carpan d. cap. omnium, nu. 527. sequ. vbi concordantes allegat.

11 5 Quia inter duos cohæredes est locus iuri accrescendi, quod non est inter duos fiscos diuersos. Martin Laud. in tract. de fisc quæst 133. Pereg. d. lib 5. numero 63. Vulpel. in tracta. de promiss. de non offend. quæst. 108. Baiard. quæst. 95. numero 23 in fin.

12 6 Vt fiscus magis pro possessore, quam pro hærede habeatur constat cum sit in facultate creditoris non discussis prius bonis possessis per fiscum, vel eorum precio dirigere actiones suas contra fideiussores, vel contra tertios possessores bonorum, vt post Soc. cons. 46. numero 21. sequen. volum. 4. Anchar. cons 294 & cons 317. tradit Peregr. in d lib. 5 nume. 66 in fin.

13 Quod intelligit procedere, quando certa res confiscaretur secus in confiscatione vniuersali, quia tunc fiscus personali actione conueniri poster, & ideo pro bonis ad eum peruentis prius excuti deberet. Crauet. cons 263. numer. 7. Pereg. d. lib. 5. num. 66. vbi de communi, & veriori. Anchar. iun. quæst. 25. numero 4 par. 2. Carpan d. cap. omnium, num. 520 & seq. Surd. in tract. de Alimen. tit. 1. quæst. 31. num. 2.

14 1 Limita, & intellige, quod licet fiscus non sit propriè hæres damnati tamen confiscatio censeatur facta cum emolumentis, & oneribus ad quæ tenebatur damnatus, & eius bona. Plot. cons. 30. num. 83. seq. Carpan. d. cap. omnium, nume. 529. Andr. Fachin. in controuer. Iuris lib. 6. cap. 21.

2 Limita, & intellige, vt fiscus teneatur alere filias, & filios

& filios etiam in crimine lęſę maieſtatis. Plot. conſ. 30. num 83. & 84. verſ ergo fiſcus, vbi declarat, quid veniat in propoſito appellatione alimen-16 torum. Carpan. d. cap. omnium, num. 530. & dixi in concluſione 13. limit.

3 Limita, & intellige, vt teneatur etiam dota-17 re filias damnati. Plot. d conſ. 30. nume. 84. verſ. & ſimiliter fiſcus. Carpan. d. cap. omnium, nume. 531. Surd. de Aliment. quæſt. 31 numer. 15. tit. 1. & dixi in concluſ 13. limit.

4 Limita, & intellige, vt fiſcus teneatur ad ali-18 menta vxori, vbi eius dos non ſufficeret, & ad quartam in bonis mariti, prout tenebatur ipſe maritus in cuius bonis fiſcus ſucceſſit. Plot. d. conſ. 30. num. 86. Carpa. d. ca. omnium, nume. 532. ſeq. & dixi in concluſ. 13. limit.

5 Limita. & intellige quod licet fiſcus per adem-19 ptionem bonorum ab indigno, aut per occupationem vti vacantium hæres non ſit poteſt tamen experiri petitione hæreditatis Corn. conſ. 279. nu. 313. vol. 4. & communiter Doct. in l. 1. C. de indig. vt refert, & ſequitur Pereg. d. lib 5. num. 67.

6 Limita, & intellige, cum fiſcus habeatur pro 20 hærede in bonis confiſcatis damnati, ſi damnatus erat debitor fiſci, per confiſcationem confunduntur actiones, & debitum. Caſſan. ſuper conſuet. Burgun. rub. 2. §. 1. in verbo, & appartient. nume. 32. confiſcat. Carp. d. cap omnium, n. 534.

21 Sed ſi damnatus fuiſſet debitor Principis ratione proprij matrimonij eiuſdem Principis, tunc d. debitum eſſet prius deducendum ante confiſcationem pro ſatisfactione Principis cum ſit diuerſa burſa fiſcalis à burſa patrimoniali. Imol. conſ. 35. nu. 23. Carpan. d. cap. omnium, numero 535.

22 Imo ſi damnatus eſſet creditor Cameræ Principis in aliqua ſumma non poterit deducere compenſationem ſecundum Martin. Laud. in tract. de fiſc. qu. 20.

7 Limita, & intellige, quod licet fiſcus habea-23 tur pro hęrede, & ſuccedat ex confiſcatione, vel in bonis vacantibus non tenetur tamen vltra vires hæreditarias licet inuentarium non confeceretut. Iul. Clar. quæſt. 78. num. 29. vbi de communi. Pereg. lib. 4 tit. 3. num. 25. & lib. 5. nu. 57 in princ. Baiard. quęſt. 78. numer. 167. late Andr. Fachin. in controuer. Iuris, lib. 6. ca. 21. Carp. in d. c. omnium, num. 523. Farina c. q. 25. nu. 83.

24 Quid autem ſi fiſcus ſuccedat ex teſtamento, vide late Pereg. in lib. 4. tit. 1. num. 3. vbi tradit, nec etiam teneri ad inuentarij confectionem, nec vltra vires hęreditarias, ſed contra Pereg. tenet Andr. Fach. in d. c. 21. verſ. cæterum in littera A, & ibi reſpondet ad omnia motiua. Peregr. ſed ſi ſuccedat alicui tanquam ab indigno non teneatur vltra vires hæreditarias per rationem per eum ibi allegatam, & in caſu in quo tenetur vltra vires, requiritur agnitio ex parte fiſci. Martin. Laud. q. 11. Carp. in d. c. omnium, nu. 513. ſeqq.

8 Limita, & intellige, quod fiſcus pro inuenien-25 dis bonis condemnati poſſit cogere notarios ad oſtendendum inſtrumenta pertinentia ad illum tes. & gloſ. in l. faculeas, vbi Bart. C. de iur. fiſc. Fräc. Lucan. de iur. fiſc. nume. 44. Baiard. d. quęſt. 78. numero 163.

26 Imo pro dd. bonis inueniendis ad fiſcum ſpectantibus ſit indagatio, & perquiſitio etiam per tormenta, l. 1. in fin. C. natural liber. Baiard. d. quęſt. 78. nume. 167.

Confiſcatione ſequuta bona confiſcata quibus applicentur.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio omnium vel partis bonorum applicatur Principi.*
2 *Confiſcatio in crimine læſæ maieſtatis contra ſupremum dominum trahitur ad bona ſita in territorio feudatarij, & bona applicantur ſupremo domino.*
3 *Limita niſi ex conſuetudine vel præſcriptione applicarentur Comiti.*
4 *Limita in bonis feudalibus quæ applicantur Comiti.*
5 *Limita in rebellione contra Baronem.*
6 *Limita in confiſcatione facta pro aliquo communi crimine.*
7 *Limita quando Princeps pœnam augeret cum iam eſſet impoſita, quæ applicatur Comiti.*
8 *Limita quando Princeps ſequuta inueſtitura puniat illud quod antea erat licitum quod applicatur Baroni.*
9 *Limita in pœna pecuniaria particulari.*
10 *Confiſcatio quæ fit à ſuperiore vel eius officialibus applicatur ſuperiori, & non feudatario.*
11 *Hæretici bona diuerſis iuribus diuerſis modis applicantur ſeqq.*
14 *Clerici hæretici bona quib. applicentur.*
15 *Epiſcopi tenentur pœnas criminales in pios vſus diſtribuere.*
16 *Hæretici bona applicantur cameræ Apoſtolicæ, & inquiſitoribus.*
17 *Alij dicunt applicari Epiſcopo inquiſitoribus, & cameræ Apoſtolicæ.*
18 *Alij dicunt loco cameræ Apoſtolicæ applicari domino temporali.*
19 *Hæretici bona in terris Imperij diſtribuuntur ſecundum extrauagantes Innocentij, & Clementis Quarti.*
20 *Hæretici Clerici bona in Hiſpania applicantur Regio fiſco.*
21 *In dominio Veneto reſeruantur ſucceſſoribus venientibus ab inteſtato.*
22 *Conſuetudo loci attenditur circa diſtributionem bonorum hæreticorum.*
22 *Liquidatio, & diſtributio bonorum hæreticis fit per curiam ſecularem.*
24 *Hæretici Clerici bona patrimonialia applicantur fiſco temporali, vbi ſita ſunt.*
25 *Et maximè in his quæ Clerici recognoſcunt à laicis iure vtilis dominij.*
26 *Hæretici bona confiſcantur ipſo iure.*

27 Iudi-

27 *Iudices ecclesiastici non possunt diminuere pœnam pecuniariam, nec gratiam facere nu. 28.*

29 *Iudex secularis non potest impedire compositiones fiendas per Iudicem Ecclesiasticum.*

30 *Iudex secularis non potest remittere confiscationem, & praiudicare Episcopo, & inquisitori.*

31 *Alienata post delictum per hareticum ipso iure dicuntur applicata fisco.*

32 *Empbiteotica bona Clerici haretici applicantur domino directo, & non ecclesia, contra nu. 33.*

34 *Bona haretici pro duabus portionibus applicantur domino temporali, & officio inquisitionis, vbi bona sunt confiscata, & pro tertia, vbi bona sita sunt.*

35 *Iudex secularis statim lata sententia per iudicem ecclesiasticum, contra hareticum potest bona haretici inuito ecclesiastico publicare.*

36 *Hareticus abiuratus recuperat omnia bona si Iudici videbitur, & fuerit expressum in gratia.*

37 *Oratoria, & ecclesia alienata in bonis haretici vendicantur per fiscum ecclesiasticum.*

38 *Domini temporales negligentes expellere hareticos, & eorum bona publicare post triennium quilibet potest deinde hoc facere.*

39 *Melioramenta facta in bonis haretici debent solui, & restitui.*

40 *Precium conuersum in vtilitatem rei vendita per hareticum debet restitui.*

41 *Hareticus qui emit fundum, & adhuc precium non soluit fiscus tenetur soluere precium.*

42 *Hospitale fundatum ab haretico ante haresiam fiscus non acquirit dictum hospitale nisi illud prascripserit.*

43 *Bona haretici non possunt apprehendi per Iudicem laicum nisi sequuta declaratoria.*

44 *Bona haretici a die delicti confiscantur.*

45 *Laicorum bona confiscata ob aliquod delictum Eccles. applicantur fisco seculari.*

46 *Domini plures eiusdem loci bona confiscata diuidunt pro rata territorij.*

47 *Proprietarius, vel vsufructuarius in eodem loco quis capiat confiscationem.*

48 *Feudatarius nouus confiscat pœnas commissas ante infeudationem, declara prout numero 50 51 & 52.*

49 *Pœna, & confiscationes dicuntur fructus iurisdictionales*

53 *Emptor plures fructuum, quis debeat habere pœnas, an primus emptor de quo tempore fuit commissum delictum vel secundus de quo tempore fuit facta condemnatio.*

54 *Domini duo eiusdem loci inter quos fuit diuisa iurisdictio per tempora ad quem spectet confiscatio si tempore vnius fuit commissum delictum, & tempore alterius fuit facta condemnatio.*

55 *Confiscatio imposita de iure communi applicatur territorio, vbi bona sita sunt, secus si vigore statuti numero 56.*

57 *Diuisio bonorum confiscatorum inter plures dominos fit pro rata iurisdictionis.*

58 *Mobilia bona quibus Iudicibus applicentur.*

59 *Nomina debitorum ad quem fiscum pertineant.*

60 *Actiones continentes, quid mobile ad quem fiscum applicentur.*

61 *Annus redditus cui applicetur.*

62 *Confiscationis sententia per illa verba vbicumque existentia non extenditur ad bona extra territorium bannientis.*

63 *Ius accrescendi non habet locum in pœnali, & inter plures fiscos.*

64 *Confiscationes bonorum applicantur emptoribus introitum, & redditum veri fiscalitij Principis, Limita, vt nu. 65. & nu. 66*

67 *Maritus habens pro dote Castrum Iurisdictionale percipit confiscationes, & pœnas.*

68 *Iudices plures quorum vnus habuit querelam de delicto, & alter condemnauit finito officio primi Iudicis quomodo diuidant pœnas, & confiscationes.*

69 *Pœna applicatur fisco, qui principaliter fuit lasus.*

CONCLVSIO XXI.

21 QVoniam de materia istius conclusionis diffuse fuit dictum supra in conclusione 13. in ampliationibus, & limitationibus fere ex necessitate materiæ ob eius connexitatem; ideo modo in præsenti conclusione describam tantummodo aliquos alios casus non positos in supra dicta conclusione 13. & ideo.

Conclusio sit, quod vbi sequitur omnium bo-
1 norum, vel quotæ confiscatio bon. damnati applicentur fisco. Principis non autem fisco inferioris a Principe in suo territorio Cassan. in consuet. Burgun. de confiscat. rub 2. § primo, in verbo, & appartient in princ. numero 1. Carpan. super nou. constit. Mediol. tit. de fisc. cap. omnium, nu 479.

1 Amplia in crimine lesæ maiestatis quod in su-
2 premum dominum committitur, quia bona confiscata damnati in quocumque loco existant etiã in territorio feudatarij applicantur supremo Domino non autem feudatario in cuius territorio bona sita sint. Boss. in titu. de pœn nu. 28. seq. Cassan. in d. rub 2. § 1 in d. verbo appartient, num. 31. vers. limita 3. Natt. cons 580 num. 14. volum. 3. Grauet. cons. 128. numero. 7. Carpan. d. c. omnium, nume 485.

1 Limita istam conclusionem procedere, vbi ex
3 consuetudine, vel præscriptione applicarentur Comiti, vel Baroni. Alexan. conf. 13. num. 15. vers. ex prædictis, volum 6. Cassan. in d. § primo, in verbo appartient, versic. item etiam intelligit Carpan. d. cap omnium, nume. 480. vel ex concessione, seu ex priuilegio ipsius feudi Boss. tit de crim. lesæ maiest. num. 105. Carpan. d. cap. omnium, numero 484.

2 Limita, vbi confiscatio fieret de bonis feuda-
4 libus, quia non Principi, sed Comiti, vel Baroni applicarentur. Cassan. in d. § primo, in princ. nu. 1. vers quod tamen Carpan. in d. c. omnium, n. 481.

3 Limita in seditione, vel rebellione facta con-

tra

5 tra Baronem, quia bona eius fisco applicantur. Alex. cons. 13. numero 11. volu. 7. Carpan. d. c. omnium nu. 486 vbi subdit post Boss. in titul. de bon. pub. num 63. nisi aliter cautum esset prout est Mediolani.

4 Limita, & intellige quando Princeps confisca-
6 ret bona vassalli alicuius Baronis ob contemptũ vel inobedientiam sui mandata secus si fieret confiscatio pro aliquo communi crimine, quia bona vassalli sita in territorio Baronis applicaretur ipsi Baroni. Natt. cons. 580. nume. 14. vol. 3. Baiard. in q. 78 nu 133.

5 Limita, & intellige quando Princeps pœ-
7 nam augeret cum iam pro illo delicto pœna esset imposita, quia d. augumentum pœnæ applicatur Comiti, vel feudatario. Natt. cons. 648. nu. 7. volum 4. vbi firmat hanc limitationem esse extra omnem dubitationem.

6 Limita quando sequuta inuestitura Princeps
8 puniat illud quod antea erat licitum, quia si feudatarij vassallus incidat in illam pœnam, applicabitur feudatario, & non Principi, vt post Boss. tradit Natt. d. cons. 648. numero 5.

7 Limita, & intellige in confiscatione omnium
9 bonorum, vt bona applicentur Principi secus in pœna particulari pecuniaria. Cassa. d. §. 1. in verbo appartient, nu 1 vers. quando.

2 Amplia quando confiscatio fieret a superiore
10 vel eius Iudicibus, quia etiam quod tractaretur de subditis vel bonis feudo subiectis bona fisco superioris applicarentur. Natt. consil. 580. num. 6. seqq. volum. 3. Cassan. in d. §. 1. in verbo & appartient, num. 17. vers. limita 2. & nu. 28. Boss. in tit. de for. compet. num. 20. Carpan. in d. cap. omnium, num. 482. Quod est notandum hic in vrbe contra feudatarios, qui conqueruntur quando causę criminales ex eorum Castris ex aliqua iusta causa introducuntur per Pontificem in curia, & si contingit bo a confiscari, vel aliquam pœnam pecuniariam solui legitime, bona vel pœna incorporetur fisco Pontificis.

3 Amplia in bonis hęretici super quibus iura ciuilia vario modo disposuerunt, nam per l. Manicheos, C. de hęretic. bona pręseruabantur filijs ortodoxis.

1 Subamplia istam 3. Ampliationem per l. Co-
11 gnouimus, C. eodem, bona præseruabantur non solum filijs, sed etiam agnatis, & cognatis, christianę fidei societatibus, & clarius disposuit Iustinianus in §. generalem Authen. vt cum de appellat. cognosc. relat. in Auth. idem est, de Nestorian. C. eodem.

2 Subamplia per Auth. Gazzaros, C. de hęretic.
13 bona tolluntur non solum agnatis, & cognatis, sed etiam filijs, & hæc vti posterior alia iura corrigit, vt per Salic. in d. l. Manicheos, & in d. Auth. Gazzaros Iul. Cla. in §. hæresis, nume. 12. vbi de communi. Menoch. cons. 218. nu. 3. volum. primo, vbi de receptissima opin. & Peregr. de iure fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 30.

3 Subamplia, de iure autem Canonico bona
14 Clerici hęretici habentis beneficium Ecclesiasticum pertinet ad Ecclesiam in qua est beneficiatus, & applicatur fisco dictę Ecclesię Catredalis bona autem Laici, hęretici applicantur fisco seculari cap. excommunicamus § damnari de hęretic. Iul. Clar. d. §. hęresis, nume. 11. vers. punctus est Pereg. d. lib. 4. tit. 5. nume. 31. & nume. 34. seqq. vbi late dicit, quod bona Clerici de hęresi damnati applicentur Ecclesijs in quibus stipendia recipit, & si a pluribus recipiat, tunc inter eas diuidantur bona pro rata, & si non habebat Ecclesias applicentur fisco Episcopi.

Quę Episcopus distribuere debet in pios vsus
15 Diaz. d. cap. 24. num 35. Bursat. cons. 43. num. 37. seq. vol. 1. Decian. d. cap. 44. num. 1. sub vers. & si Clerici Pereg. d. lib. 4. tit. 5. sub num. 34. vers. Clericum. Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 24. nume. 35. Iul. Clar. q. 80. nume. 5. in fin. & super hoc etiam in sacra congreg. super Episcopis adest decretum generale contra Episcopos.

Et scias, quod confiscatio fieri debet de bonis Clerici patrimonialibus, & non de bonis Ecclesiæ cui inseruiebat. Carrer. de hæretic. num 135. vers. limita tamen. Decian. d. lib. 5. cap. 44. num. 1. vers. confiscatio autem.

Per extrauagantes autem summorum Pontificum varijs modis bona distribuuntur, & aliqui tenuerunt, quod diuidantur inter cameram Apostolicam, & Inquisitores, vt tenet Zanch. in tract. de hæretic. ca. 26. in fin. vt refert Decian. in d. cap. 44. nume. 3. vers. & licet aliqui.

5 Subamplia, vt alij autem tenuerint, quod om-
16 nia bona applicentur inquisitoribus, & nulla pars Cameræ Apostolicæ, vt firmat Campeg. in add. ad Zanch. in tract. de heresi. d. c. 26. sed Decian. in d. c. 44. nu. 2. vers. quinimo, reprobat huiusmodi opinionem Campeg.

6 Subamplia, vt alij autem dixerint bona ap-
17 plicari pro tertia parte Romanæ Ecclesiæ, pro alia tertia inquisitoribus, & pro alia Episcopo, vt refert Iul. Clar. in §. hęresis sub num. 11.

7 Subamplia, vt alij autem in tres partes etiam
18 diuiserint, quarum vna assignatur Domino temporali, alia officialibus inquisitionis, tertia ipsi officio, vt prouisum fuit per extrauagan. Clementis, quoad inquisitores Italiæ, ergo ad alias prouincias non videtur posse extendi, vt tenet Gondisla. de hęretic. q. 15. nu. 2. in fin. & num. 3. vt refert Decian. in d. c. 44 num. 2. vers. hodie tamen.

8 Subamplia, vt alij autem in terris Imperij, &
19 aliorum Principum affirmauerint, vt seruetur hodie distributio Innocent. & Clement. 4 in extrauagan. quę incipit statuimus §. teneantur insuper circa fin. dnę est, vt vna assignetur domino temporali, alia Episcopo loci, tertia inquisitoribus de qua Zanch. in tract. de hęretic. cap. 26. in fin. Ant. in sua summ. part. 3. tit. 18. cap. 2. §. 7. circa princ. Siluestr. in summ. in verbo hæresis. 2. §. 12. Iul. Clar. in §. hęresis, num. 11. vers. in hoc autem, vbi testatur ita seruari Mediolani; & de eadem obseruantia testatur Carpan. in d. cap. omnium, n. 488.

9 Subam-

9 Subamplia, vt alij dicant in Hispania, tam bo-
20 na mobilia, quam immobilia etiam Clericorum habentium beneficia Ecclesiastica applicantur fisco Regio, & testantur Couarru. variar. resolut. cap. q. num. 12. Iul. Clar. in d. §. hæresis sub numer. 11. vers. sed hoc etiam. Bursat. in cons. 43. vol. 1. vbi late Pereg. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 5. sub num. 31. vers. de consuetudine tamen.

10 Subamplia, in Dominio vero Veneto bona
21 hæreticorum conseruantur successoribus Venientibus ab intestato, vt testatur Pereg. in d. tit. 5. lib. 4. num. 30. in fin.

11 Subamplia, vt alij teneant, vt circa distribu-
22 tionem bonorum hæretici seruetur consuetudo loci, vt testatur Iul. Clar. in d. §. hæresis sub nume. 11. vers. &, in hoc seruanda est, & Carpan. in d. cap. omnium, num. 488. vers. & in hoc seruanda.

Sed retenta illa tripartita diuisione in fiscum
23 Regium Episcopum, & Inquisitionem liquidatio fieri debet per procuratorem fisci Regij, & bona ponuntur ad proclama, & omnia fiunt ac si in totum essent applicata fisco Regio, & deinde facta liquidatione vnicuique sua portio assignatur, ita testatur seruari Mediolani. Iul. Clar. in d. §. hæresis nu. 11. in fine Carp in d. c. omnium, num 489.

12 Subamplia, quod bona Clerici patrimonia-
24 lia, & temporalia si confiscentur a Iudice Ecclesiastico applicentur fisco Domini temporalis vbi sita sunt, & non Ecclesiæ. Oldrad. cons. 17. per totum. Boss. de bon. pub numero 64. Cassan. super Consuet. Burgun. rub. 2. §. 1 in verbo, & appartient. num. 2. vers. Item intellige, & sub vers. aduerte etiam testatur ita seruari in Francia ex generali consuetudine Carpan. in d. cap. omnium, numer. 492. Baiard. in q. 78. nu me. 138. & quæst. 80 num. 2. Pereg. lib. 1. tit. de his qui intra fiscalia habent.

13 Vt magis procedat in his quę Clerici reco-
25 gnoscunt à laicis iure vtilis dominij vt reuertantur ad directum, vt post Alex & Aretin. firmat Decian. in d. cap 44 num. 2. vers sed quę recognoscebat, & dicam infra latius subampliatione 16.

14 Subamplia, cum bona hæreticorum confi-
26 scentur ipso iure cap com secundum leges de hæretic. in 6. Iudices Ecclesiastici non possunt mi-
27 norem pęnam pecuniariam imponere Decian. d. cap 44. num. 1 nisi in casu permisso inquisitori, vt pœna pecuniaria hęreticum punire possit, quod contingit in pænitente in parato corrigi, & non pertinaci vel quando quis profert verba hęretica aut ludens, aut ex fatua simplicitate, & ignorantia, vt late per Decian. in d. cap. 44 sub num. 7.

Nec poterit inquisitor facere gratiam post con-
28 demnationem nisi inquisitus rediret infra tempus gratiæ, quia tunc bona non publicantur. Zanchin. de hęretic. cap. 25. nu. 3. vbi Campeg. in add. sub littera A, Decian. d. c. 44. num. 3 in fin.

Sed post. Capel. Tholos. 250. Cassan. d. rub. 2. §.
29 1. nu. 1. vers. & ideo, tenet. quod Iudex secularis non poterit impedire in casu, in quo bona sunt confiscanda compositiones fiendas per Iudices Ecclesiasticos.

Nec Princeps secularis indulgendo, & remit-
30 tendo confiscationem pręiudicare potest Episcopo, & Inquisitori, vt post Paris, & Brun. firmat Decian in d. cap. 44. num. 2. vers. & cum in tres & num. 10 circa finem.

15 Subamplia, vt alienata post delictum statim
31 intelligantur amissa, & applicata fiscę cum ipso iure confiscata bona intelligantur licet declaratoria super facto requiratur, quoad acquirendam possessionem. Zanch. de hęretic. capit. 26. vbi etiã Campeg. in add. vbi plures concordantes allegat Decian d. ca 54. nu 4 in fin.

16 Subamplia, vt bona emphiteotica Clerici
32 hęretici debeant etiam applicari Domino directo, & non Ecclesiæ. Oldrad. consil. 17. quem sequitur Pelin. in c. excommunicamus 1 primo, in princ. Contrariam opinionem, vt applicetur Eccle-
33 siç, & non domino directo tenet Cardin. in Clement. 2. in verbo Inquisitoribus in 6. quęst. de hęret. & ibi respondet fundamentis Oldra. eadem opinionem tenet Diaz in pract. crim. Canon. cap. 106. col 3. in fin & col. 4. in princ. vt refert Decian. in d. c. 44. num. 5.

17 Subamplia, vt bona hæretici confiscata vbi
34 applicantur domino temporali officio inquisitionis, & officialibus inquisitionis primę duę portiones applicantur domino, & officio loci in quo bona sita sunt, sed tertia portio officialibus loci in quo fuit condemnatus hæreticus, vt disputando tenuit hanc opinionem Calderin. quem sequitur Anchar. in cap. accessorium de reg. iur. in 6. Condiss. de hęret. qua fr. 15. num. 6. sequ. Roman. Sing. 578. Anto in summ. in 3 p. tit. 18. §. 2. cap. 7. Siluest in summ. in verbo hæresis 2 §. 12. Decian. d. c. 24. num 8 & quod bona immobilia applicentur fisco hęretici, vbi sita sunt de communi restatur. Bursat. in consi. 47. nu. 14. vol. primo. Baiard. in d. §. hęresis, nu. 20.

18 Subamplia quod Iudex secularis poterit post
35 sententiam datam a Iudice ecclesiastico statim bona inuito ecclesiastico publica qui Ecclesiasticus forsan expectat, vt pæniteat, & abiuret, & pœnam confiscationis remittat cum per sententiam statim Ius sit acquisitum fisco Alciat. in c per nicioforum nu. 73 seq. de offic ordinar. Decian. d. c. 44. num. 9.

19 Subamplia, quod gratia facta hęretico abiu-
36 rato recuperat omnia bona si Iudici videbitur, & in restitutione vel gratia expresserit bonorum restitutionem, alias secus de quo late vide per Decian. in d. cap. 44. nume 10.

20 Subamplia, quod si bona alienentur in hæ-
37 reticum in quibus sint Ecclesiæ vel oratoria vendicabuntur a fisco Ecclesiæ l. si quis Orthodox. C. de hæretic. Decian. d. cap. 44. num. 11.

21 Subamplia, quod si Domini temporales ne-
38 glexerint publicare, & expellere de bonis eorum, quilibet posset post triennium id facere, & lucrari illorum bona, vt post. Alber. in l. si vero Dominus de hæretic. Decian. in d. cap. 44. numer. 3. vers. quod neglexerint.

1 Limi-

6 Limita, quod bona acquisita per hereticum,
44 a die commissi delicti citra vsque ad sententiam non veniant in confiscatione bonorum, sed ea tantum quę tempore delicti possidebat. Bursat.cõs. 14. nu.18.volum.primo, vbi de communi Baiard. in d.§.h refis,sub numero 19 etiam de communi.

4 Principaliter amplia,vt si bona laicorum con-
45 tingant confiscari in totum vel in partem ob aliquod delictum Ecclesiasticum non capit illa fiscus Episcopalis, sed ap licantur fisco seculari cap. cum secundum de haeretic. in 6. Roland. consil.8. num. 9. vol 3.Baiard q 80 nu.1.post Fe.in.in cap. caeterum col. 1.de offic. ordinar.Decian.in d.lib 5. tom.1.c. 44.num 7 vers & admittenda est qui loquitur in poe a pecuniaria irrogata pro crimine heresis a iudice Ecclesiastico.

Quando autem bona applicentur filijs Catholicis, & orthodoxis dixi supra in conclusione.,....

5 Principaliter. Amplia, quando plures Domini
46 eiusdem Iurisdictionis fuerint, vt bona confiscata diuidātur inter eos pro rata territorij Cassan. rub. 2.§.1. in verbo appartient num.35.& Carpan.super nou.Constit.Mediolan.in c.omnium, n.493.

6 Principaliter amplia, quando in eadem Iuris-
47 dictione adest proprietarius, & vsufructuarius, ad quem spectet confiscatio ad vsumfructuarium vel ad proprietarium vide Alber. in rub.C.de vsufruct.circa fin. & relatiue Cassan.in d.rub.2.§.1 in verbo, an Seigneur,numero 1.mihi fol.377.& Carpan.in d.c.omnium, num 494.

7 Amplia, in nouo feudatario qui potest prose-
48 sequi consequi, & retinere omnia iura fiscalia prout poterat fiscus Principis ante ij feudationem, & consequenter pœnas Comminatas vel commissas prosequi, & exigere valebit, quia censetur concessum feudum cum condemnationibus preteritis presentibus, & futuris. Bal.cons.415.volum. quarto. Signorol.cons.165 Grat. cons. 128.n. 5. vol. 1. Natt.cons.346.nume. 2.vol.2.Boss.in tit. de priuileg. fisc. numero 69. 70.omnes adducti per Carpan.in d.cap.omnium, nume.497.

Quia istae pœnę, & confiscationes sunt fructus
49 Iurisdictionales Capic.decis.27 nume.13.Boss.titu.de poen.nu.25 & tit.de regal num. 3. vers.conclus. est. Natt. consi. 659. num.5.volum.4.Rolan. cons. 37.nu.1.volu.4.Peregr.de iure fisci, lib.6.tit. 5 num 42.

Et ideo fructus cum sint pendentes, & nondum
50 exacti pertinent ad nouum feudatarium, & hos fructus. Doct appellant quasi seminatos, & non collectos. Bal.cons 419 num.10. vers.in contrarium. volu. 4. Boss.de fisc nume.69.seq.Carpan.d. cap.omnium, nu 498.seq.vbi testatur, ita pluries per Senatum decisum. Baiard. in quęst.78.numer. 144. in princ.qui pro hac opinione adducit Guido Pap in decis 535. & Bertra.in consi.114.vol.2.

51 Sed in contrarium se habet communis opinio. vt spectent ad primum Dominum cuius tempore fuit commissum delictum, quia statim commisso delicto ius est quaesitum primo Domino Tiraquel. qui alios congerit, in tract.de retracta.§.5.glos.4 quid si sunt fructus iurisdictionis, numer. 18.quem refert, & sequitur Vinc.Franc.decis.86.nume.12. Baiard. q.78.num.144.

Quae communis, & contraria opinio proce-
52 dit sine altercatione quando pœna committitur ipso iure, quia tunc statim bona dicuntur acquisita primo Domino, & fisco Regio,& non fisco noui feudatarij super delictis commissis ante infeudationem, siue ceptum fuerit procedi, siue non, vt late tradit Carpan.in d.cap.omnium, sub nu.500. vbi testatur ita fuisse decisum per Senatum causa plene discussa in contingentia facti contra Comitem Iacobum Annibalem Altempsum inuestitum de oppido Gallerati, & hoc fuisse decisum per verba ipso iure apposita in decreto Mediolani.

8 Amplia in pluribus emptoribus fructuum,
53 quia si delictum commissum esset in vltima die semestris vnius emptoris, & in alio semestri alterius emptoris fiat condemnatio, pœna spectet ad primum emptorem. Boss. in tit.de poen.num.22.Carpan.in d.ca.omnium, nu.501.seqq.vbi alios concordantes allegat, illam defendit a contrarijs, & affirmat esse communem, & quod inspiciatur tempus delicti, & non condemnationis late. Rim. iun.cons.33.numer.11.volum.1.vbi de communi. Peregr. lib. 6.tit.5.num.44.Vbi concordantes allegat, & testatur de communi, & reddit bonas rationes, fuit orig. doctrina Bald.in l.fin ff de iurisd. omn. Iud.quem sequitur Paris de Put.in tract.de Sind.in verbo prouentus cap. 1.numer.1. vers.tamen idem mihi fol. 277.

Quę communis opinio magis procederet quando tempore primi emptoris esset etiam sequuta condemnatio, licet dilata esset executio in tempore secundi emptoris.Carpan in d.cap.omnium, num 599.Rim.Iun.d.cons 53.num.12.

Licet aliqui Doct. tenuerint, quod si non facta fuerit condemnatio tempore primi emptoris, sed tempore secundi, spectet pœna ad secundum emptorem quos refert Rim. iun.in d.co. 133 numer. 12. & 13.& praecipue dicit fuisse hanc quaest. de facto in curia Romana in persona Roman. super omnibusdam obuentionibus vigore gabellae, & refert, quod Gasp. Vail, in l.Imperium, nume.26.ff. de iurisdict. omn.iud.testatur in puncto iuris hanc opinionem esse substentabiliorem Doct. add. per Pereg.d.lib.6.tit.5.num.44.vers contra vero, quia ante sententiam fisco pœna non debetur, ideo censentur dd. pœnae vti fructus pendentes, & hanc de stilo Delfinatus seruari asserit. Guid.Pap.decis. 535.& ista opinio est verior iudicio.Pereg vt ipse testatur sub d.num.44.sub d.vers.contra vero,Qui Rim. tamen sub num. 13 vers.tamen, vt dixi; firmat aliam opinionem esse communem, & illam ipse etiam sequitur.

1 Limita, & intellige suprad. communem opinionem procedere vbi pœna esset determinata. vt inspiciatur tempus delicti, secus vbi erit pœna arbitraria, quia tunc attenditur tempus condemnationis Signorol.cons. 105.sub num.6.Carpan.d. cap.omnium, nume. 509. seqq. cum alijs allegatis

per

per Tiraq. in tract. de retract. conuentioni glos. 4. § 5. num. 25. Peregr. d. lib. 6. tit. 5. sub nume. 44. vers. quidam tamen

2 Limita, in mulcta in qua attenditur tempus condemnationis Tiraquel. in d. glos. 4. numer. 27. Carp. in d. cap. omnium nume 512.

3 Limita, & distingue secundum Afflict. in cap. 1. in verb. pœnarum nume. 37 tit. quæ sint reg. relatum per Pereg. d. lib. 6. tit. 5 num. 44. in fi.

9 Amplia, quando in eadem Iurisdictione sunt 54 duo domini, & inter eos fuit diuisa per tempora, & si tempore vnius fuit commissum delictum, & tempore alterius fuit sequuta condemnatio, vt pœna spectet ad illum, qui tempore delicti habebat confiscationes Tiraquel. d. glos 4. numero 22. seq. Carp. d. c. omnium, nu. 501. vbi subdit maxime procedere vbi pœna imponeretur ipso iure.

10 Amplia, in confiscatione imposita de iure 55 communi, vt omnia bona applicentur fisco in cuius territorio sita sunt. Plot. conf 30 num. 15 in fin. vbi de communi. Clar. in qu. 78. nume. 26 vers. bona autem, vbi de communi, secus in confisca- 56 tione quæ fit vigore alicuius constitutionis vel statuti, quia tantum bona sita in territorio confiscantis fisco applicantur, alia sita extra territorium reseruantur, condemnato vel eius hæredibus vel agnatis seu cognatis iuxta formã. Auth. bon. damnat. late Plot. cons. 30. numer. 12. seqq. de quo late dixi in conclus 13.

11 Amplia, quando sunt plures Domini eiusdem 57 Iurisdictionis, & vnus habeat maiorem partem, diuisio bonorum confiscatorum fit inter eos pro rata Iurisdictionis, vt post Bal in l. seruus communis, ff. de stipulat. seruo. & Io Fabr. in l. communes, C. de commun. seru. manum. Baiard. in quæst. 70. numero 3.

12 Amplia, & intellige, quod bona mobilia quæ 58 territorio non circonscribuntur applicentur fisco iudicis confiscantis, etiam si sint extra illius territorium Cassan. in rub. 2. §. 3. mihi fol. 383. & nu. 9. & subdit bona vero, immobilia applicentur fisco Iudicantis. Plot cons. 30 nume 15. vers. bona autem Iul. Clar. q. 78. nu. 26. circa fin. vbi de communi. Farinac. cons 71. per totum, qui hanc opinionem tuetur, & illam defendit à contrarijs de qua ampliatione late dixi in d. conclus. 13.

13 Amplia, in nominibus debitorum, vt appli- 59 centur ad fiscum Iudicantis licet debitores sint in alieno territorio de qua dixi in d. conclus. 13.

14 Amplia, in actionibus continentibus, quid mobile, vt applicentur fisco Iudicantis, vt post Cassan. firmat Baiard. in d. q. 78. num 139. in fin. de qua dixi in d. conclus. 13.

15 Amplia, in annuo reddittu, qui applicatur fi- 61 sco loci in quo soluitur, vt post Aret. in cons. 10. Cassan. in d. rub. 2. §. 1. numer. 19. vbi plene tractat hanc materiam, & refert Baiard. in d. q. 78. numer. 140. vbi subdit, quod Tiraquel. in tract. primogenitu. q. 49. num. 9. seqq. tenet, vt applicetur Iudici territorij vbi res sita est.

16 Amplia, quando in sententia confiscationis 62 apponuntur illa verba vbicumque existentia, vt nihilominus verba præfata restringantur ad bona existentia in territorio bannientis Plot. cons. 30. numer. 14. vbi reddit rationem, vt dixi supra in conclus. 13.

17 Amplia, quod in pœnalibus, & in confisca- 63 tione bonorum non sit locus Iuri accrescendi, & ideo inter plures fiscos si vnius recuset portionem suam non accrescit alteri fisco, Bal. in l. 1. C. quando non pet. part Baiard q. 78 nu. 145. seq.

18 Amplia, in emptoribus introitum, & reddi- 64 tuum rerum fiscalium Principis, vt confiscationes bonorum eis applicentur, Bal. in l. 1. num. 16. C. de fruct. & lit. expens. & in rub. ff. de rerum diuisione num. 4. Pereg. de Iur fisc. lib. 6 tit. 5. numer. 42. vbi subdit maxime procedere, quando verba emptionis essent vniuersalia, & etiam dicit, quod Oldrad. in consil. 148 allegatus, contrarium tenuerit non sit verum, imo stet pro hac opinione, prout vere stat.

1 Limita, istam decimam octauam ampliationem, 65 vt in locatione, vel emptione non comprehendantur emolumenta, quæ dantur in aduentu Principis per Vassallos Paris de Put. de sind in verbo prouentus numero quarto versic. tamen hoc fuit mihi fol 177.

2 Limita, in prouentibus prouenientibus ex of- 66 fensione in persona ipsius domini, quæ non veniunt in locatione Paris. de Put. vbi supra num. 4. vers. quidem, & vers. ideo Capitanei.

19 Amplia, in viro qui habuit pro dote Castrum 67 Iurisdictionale, vt confiscationes bonorum, & pœnæ prouenientes ex exercitio Iurisdictionis, vti fructus rei dotalis pertineant ad virum constante matrimonio Bart. in l. final. nu. 1. & 2. ff. solut matrimon quem communiter Doct. sequuntur, licet nonnulli alij teneant contrarium, vt de communi veriori opinione firmat Peregr. in d. lib. 6. tit. 5. num. 43. & inter alios allegat Soc sen. cons. 36. n. 18 vol. 4. Corn cons. 243. nu. 7. lib. 3 Io. de Amic. cons 49 num. 10 cum alijs adductis per Tiraq. de retract. conuent § 5 glos. 4. num. 21.

20 Amplia, in pluribus Iudicibus an quis eorum 68 consequi debeat confiscationes, & pœnas, an primus Iudex cuius tempore fuit commissum delictum, an secundus Iudex cuius tempore fuit facta condemnatio, vel pœnæ exactio, hanc quæstionem pertractauit Affl. ct in cap. 1. in verbo pœnarum n. 57. in titul. quæ sint regalia in vltima quæst. & distinguit, aut processus erat conclusus, & tunc pertineant confiscationes, & pœnæ ad primum Iudicem tempore commissi delicti, aut processus non erat conclusus, & tunc pertineant ad secundum Iudicem, vt etiam refert Peregr. in lib. 5. nu. 195. & in lib. 6. titul. 5. num. 44. in fin. vbi subdit, ergo lata sententia ante exequutionem factam, si Iudex tulit sententiam, & recedat, vtilitates inde prouenientes fortius ad ipsum Iudicem sententiæ pertineant, & in d lib. 5. num. 195. testatur quid seruetur in domiuio Veneto, & Paris. de Put. in tract. de sind. in verbo Prouentus cap. 1. num. 2. seqq mihi fol. 177.

fol. 177. ponit eamdem quæstionem, vt videtur concludere, quod si secundus Officialis reperijt accusationem, vel denuntiationem in actis, & remoto primo Iudice, prosequutus est causam, & pronunciauit in causa, & condemnauit delatum ad pœnam, vt ipsa pęna diuidi debeat cum primo propter labores, secundi iudicis, qui habuit officium à Principe cum actis pendentibus. Natt. cons. 55?. numer. 10. vol. 3. dicit, quod confiscatio est applicanda primo Iudici, qui tulit sententiam, & non illi, qui sententiam confirmauit, vbi etiam dicit, quid docendum de carcerato an sit retinendus in carceribus primi Iudicis, vel remittendus ad carceres Iudicis appellationis, vbi videtur cōcludere veriorem esse opinionem, vt remittatur ad Iudicem appellationis.

In Regno Neapolitano primus, Officialis non potest petere prouentus delicti commissi suo tempore nisi ipse condemnauerit delinquentem, qui appellauit, & interim fu t remotus ab officio, quod si sententia fuerit confirmata pęna erit ipsius condemnantis, vel composuerit, vel dederit terminum ad soluendum, & interim fuerit remotus, pęna erit componentis, & non successoris, vel si essent capta pignorata, vt testatur Paris d. verb. prouentus, numer. 4. vers. tamen in Regno mihi fol. 122.

In vr be autem vbi versatus fui per viginti quinque annos, ac in statu Ecclesiastico in quo tempore meæ Iuuentutis exercui nonnulla officia, & præcipuè Gubernium terræ Cossiæ neque audiui, nec vidi remotos ab officio prætendere pęnas, vel emolumenta ab eorum successoribus.

21 Ampliа, vt regulariter pœna fit applicanda 69 illi Iudici, vel fisco, qui principaliter læditur, vt habeat suam vitionem contra delinquentem l. cū emancipat §. emancipatus filius de collat. bon. Natt. cons. 580. n. 7. vol. 3. vbi alios allegat.

Fiscus quando dicatur habere hipothecam in bonis delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Hipotheca tacita in bonis delinquentis ad fauorem fisci non datur commisso delicto licet pœna quasi sibi delicta dicatur.*
2 *Hipothecam nullam habet fiscus ante commissum delictum.*
3 *Hipothecam post delictum commissum ante incohatum Iudicium criminale fiscus non habet in bonis delinquentis.*
4 *Hipothecam fiscus habet non a die præcepti, sed a die condemnationis.*
5 *Hipothecam fiscus habet in bonis delinquentis contra num. 6.*
7 *Hipothecam fiscus non habet in bonis delinquentis post bannum, sed post sententiam diffinitiuam.*
8 *Hipothecam fiscus habet a die delicti in quo bona ipsa iure confiscantur.*
9 *Hipothecam fiscus habet in bonis delinquentis quando statutum disponeret, vt bona essent pro pœna obligata.*
10 *Hipotheca statim moritur ex contractu celebrato cum fisco.*
11 *Limita in contractu celebrato cum ciuitate.*
12 *Limita in contractu celebrato cum camera Episcopali.*
13 *Hipotheca statim moritur a die delicti respectu damni vel interesse partis.*
14 *Pars pro suo interesse præfertur fisco in eodem delicto.*
15 *Fiscus præfertur in descendentib. ex delicto cum in eis habeat hipothecam etiam in pœnis pecuniarijs secus in creditoribus ex contractu.*
16 *Fiscus præfertur creditori anteriori in acquisitis per eum post sententiam.*
17 *Fiscus regulariter in pœnis, & in acquisitis ante sententiam postponitur alijs creditoribus.*
19 *Fiscus in quibus alijs creditoribus præferatur, & in quibus alij creditores præferantur fisco remissiue.*

CONCLVSIO XXII.

22 Conclusio est, vt fiscus in omni casu in quo bona delinquentis de iure communi, vel 1 speciali veniunt confiscanda non habeat tacite sibi hipothecata pro commisso delicto licet pœna cōmisso delicto dicatur quasi debita, Bossi. in tit. de bon. pub n. 81. vbi de communi. Iul. Clar. qu. 78. n. 31. Claud. Bertrand. reg. crim. 140. num. 1. Farinac. in tit. de delict. q. 25. num. 190. vbi de communi. Peregr. de iur fisc. lib. 5. num. 182. & lib. 6. t. 6. num. 12. seq. vbi etiam de communi. Surd. de Aliment. tit 8. priuileg. 35. num. 6.

1 Amplia, vt ante delictum commissum fiscus 2 nullam habeat hipothecam. Butr. cons. 61. num. 3. vbi de communi. Pic in repet. post contract. num. 40. de donat. Iul. Clar. d. quæst. 78. num. 31. vers. tu vero dic. Farinac. dict. quæst. 25. numer. 191. vbi de communi.

2 Amplia, vt etiam post delictum commissum 3 antequam sit inchoatum Iudicium criminale fiscus non habeat hipothecam in bonis delinquentis, vt de communi testatur Alex. in l. rescriptum in princ. num. 8. de pact. Iul. Clar d. qu. st. 78. nu. 31. vers. aut loquimur post delictum Farinac. d. qu. 25. num. 192. vbi etiam de communi.

3 Amplia, quando Iudex sub pęna pecuniaria 4 alicui præciperet aliquid fieri, vel non fieri, si deinde sequatur sententia condemnatoria iuxta formam præcepti non nascatur hipotheca à die præcepti, sed à die condemnationis, vt post Anch. in cons. 251. col. vltima firmat Pereg. in d. lib. 5. num. 182. vers. & adde prædd.

1 Limita, suprad. conclusionem, vt fiscus ha- 5 beat bona delinquentis obligata à die sententiæ latæ contra ipsum delinquentem Pic. in dict. l. post contract. num. 13. & 83. Iul. Clar. in d. q. 78. nu 31. in fin. vbi de communi. Farinac. d. q. 25. nu. 193. vbi

de

de communi.Carp.super non.constit.Mediol. in c. omnium, nume.599.& 701. vbi etiam de communi. Pereg. in d. lib. 5.numero 182.& in lib.5.titul. 6.numero 12. vbi etiam de communi. Vulpel. respons.120.nu.1.

Contrariam opinionem, quod nunquam fiscus 6 habeat hipothecam in bonis delinquentis Fulgos. consi. 173.nume tertio, Salic. in l.si quis post numer. 6. C. de bon.proscript. vbi de communi, Io. Anib.in d.l.post contract.nume. 303. vsque ad numero 314. vbi recitat quatuor opiniones, & alij Doctores adducti per Carpan.in d.c.omnium, numero 598.

Intellige, & declara istam primam limitationem 7 esse veram quando sententia esset diffinitiua, secus si esset bannum, quod post sententiam diffinitiuam expectaret, quia si decederet Reus ante d. sententiam confiscatio non intraret, vt post Luchin. de Curt. in cons. 64.nu.12.seqq.tom.1.crim. firmat Baiard. in d.q.78.num. 172.

2 Limita principaliter in delictis in quibus ipso 8 iura bona cōfiscantur, vt statim a die delicti in eis fiscus habeat hipothecam, & dominium eorum transeat in ipsum fiscum late.Carpan. in d.cap.omnium, nume.590.seqq in 2.principali effectu,& nu. 598.in 3.principali effectu, & sub num.604.

3 Limita, quando statutum disponeret, quod bo- 9 na essent obligata pro pœna, quia tunc fiscus habet etiam bona tacite hipothecata, quod deseruire potest ad reuocandas alienationes interim factas, vt post Brun. firmat Carpan. in d. cap. omnium, num 605.

4 Limita, vt ex contractu, cum fisco celebrato 10 statim oriatur hipotheca. Marsi.in tract.de bannitis in verbo bona, n. 22.Carp.in d.c.22.num.606.

1 Sublimita in contrahente cum aliqua Ciuitate 11 cui non requiritur tacite hipotheca nisi a Principe esset ei nominatim concessum,Marsi.in d. verbo bona num.22. vers.non tamen.

2 Sublimita, in contrahente cum camera Epi- 12 scopali, quę nec etiam habet priuilegium tacitæ hipothecę Mars.in d.verbo bona, num.23.

5 Limita, vt hipotheca statim a die delicti oriatur 13 respectu damni, vel interesse partis. Rip. in l.quod iussit nume. 55 in fine de re iud Panut. in tract pig. 2. part. principali 4. memb. numer.224.Carpan.d. cap.omnium, num.600.

Hinc infertur, quod pars pro suo interesse, & 14 damnis præfertur fisco, quando in eodem delicto fiscus prætendit pænam, & pars prætendi interesse. Iul. Clar. in q. 78.num.30. vbi testatur ita fuisse iudicatum per parlamentum Parisiense.

6 Limita,& intellige, vt adeo fiscus in descenden- 15 tibus ex delicto habeat hipotecā, vt præferatur alijs creditoribus delinquētis,etiā in pęnis pecuniarijs secus in creditoribus ex contractu. Pic. in d. l. post contract. n.83. Io. Annib. n.311.seq. Alciat. n. 21, vers. sedet fiscus de donat. Boss. in titu. de bon. pub. n.82. vers.& etiam vers & circa Carpan. d. ca. omnium, n. 602. Iul. Clar. quęst.78. nu. 30.& in suis commun. opin. in verbo fiscus præfertur.

7 Limita, & intellige, vt in bonis acquisitis per 16 Reum post sententiam priuato etiam anteriori fiscus præferatur l. 15 qui ff. de iure fisci. Ant. Fanen. in tract.de pignor. 2. part. 4. membr. n. 117 Vulpel. respons. 120. nume. 2. vbi subdit licet regulariter in pœnis, & in acquisitis ante sententiam alijs creditoribus postponi soleat. Paris de Put in tract. de sind. vers publicatio numer, 2. post Bal. in l.rescriptum, ff de pact.

Modo esset formanda Conclusio in quibus ra- 18 tione hipothecę fiscus sit priuilegiatus, & alijs creditoribus præferatur, & in quibus alijs creditores sint priuilegiati, & eidem fisco præferantur, sed quia abunde posuit hanc conclusionem bene enucleatē Pereg. de iur. fisc. in lib.6. tit.6. per totū ideo lectorem remitto ad ipsum. Pereg & Andr. Fachin. in controuers. Iuris. lib. 10. c.33.& c.34.

Confiscatione sequuta, an fiscus teneatur satisfacere creditoribus delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus in bonis delinquētis habetur loco heredis:*
2 *Fiscus in bonis incorporatis tenetur satisfacere creditoribus delinquentis.*
3 *Donatarius cui Princeps bona delinquentis donauit.*
4 *Fiscus non potest dicere creditoribus, vt quærant satisfieri in bonis non confiscatis.*
5 *Debitores delinquentis possunt opponere benefi. cijs excussionis cōtra fiscū super bonis cōfiscatis.*
7 *Confiscatio facta in diuersis territorijs quilibet fiscus capit bona sui territorij, & æs alienum diuiditur inter eos pro rata bonorum ad quemlibet fiscum peruentorum.*
7 *Creditor delinquentis potest agere contra bona delinquentis existentia in alieno territorio si ibi non publicentur.*
8 *Creditores si bona vnius territorij delinquentis non sufficiant debent satisfieri in bonis sitis in alieno territorio.*
9 *Fiscus non potest soluere creditoribus delinquentis vnum pro alio eis inuitis.*
10 *Fiscus capiens bona delinquentis ex confiscatione tenetur satisfacere omnibus creditoribus etiam, quoad legata, & fideicommissa.*
11 *Fiscus tenetur etiam ad legata, & fideicommissa quando succedit in bonis vti vacantibus, numer. 22, contra nu. 12. & 23.*
13 *Fiscus tenetur satisfacere creditoribus delinquentis ex delicto, secus alijs ex contractu quia illi præferuntur fisco.*
14 *Amplia etiam respectu interesse partis.*
15 *Creditores præferuntur fisco in expensis factis in capiendo delinquentem in procedendo contra eū, & in incorporando bona contra num.16.*
17 *Fiscus quando teneantur habere ratam dationem in solutum factam per Reum.*
18 *Datio in solutum si non constet de numeratione precij præsumitur simulata.*

L 19 Credi-

19 *Creditores condemnati existentes in possessione bonorum delinquentis debent manu teneri in dicta possessione donec fuerint satisfacti, num.25.*
20 *Creditores summarie, & sine figura Iudicij debent satisfieri in bonis delinquentis.*
21 *Bona per confiscationem transeunt in fiscum cum suis causis seruitutibus oneribus, & conditionibus vbi infertur ad plura.*
24 *Fiscus succedens per confiscationem vel in bonis vacātibus nō tenetur vltra vires hæreditarias.*
26 *Fiscus non tenetur satisfacere creditoribus delinquentis quādo ipse fuit condemnatus in pœna pecuniaria nisi in subsidium, quod ipse non esset soluendo.*
27 *Fiscus non tenetur satisfacere creditoribus si condemnatus fuerit gratiatus a Principe etiam si credis factis in publicatione bonorum non contradixerint, num.28.*
29 *Fiscus non tenetur soluere debita delinquentis facta post delictum.*
30 *Nisi pro alimentis vel defensionibus eiusdem Rei.*
31 *Fiscus recusans publicationem bonorum si condemnatus bona potest retinere potest agere, & conueniri.*

CONCLVSIO XXIII.

23 CONclusio est, vt in omni casu in quo fiscus 1 capit bona delinquentis confiscata cum habeatur loco hæredis, l tutores in fin. C. de vi. priuat Boss. titu. de bon.pub.nu.11.13.& 21.Crauet conf.265.numero 7.teneatur de dd. bonis in-2 corporatis satisfacere creditoribus ipsius delinquentis Boss. tit. de bon. public. numero 11.Iul. Clar. quęst.78.num 28.vbi Add.in littera L. Ploc. consi. 130. nu.84.tom.1.crim.Farinac.titu.de delict.quęst.25.nume.169. vbi testatur de communi, & alios concordantes allegat Couarru. variar. resolut.lib 1.ca 16 nu.8.Andr.Fachin.in controuer. Iurif. lib. 6. cap.21.in litt.D.Surd.de Aliment.tit. 8 priuil.59.nu.9.& tit.1.quæst.31.nu.7.

1 Amplia in eo cui Princeps concessit bona 3 damnati,vt teneatur satisfacere creditorib.delinquentis, l Princeps de verb.signif.Boss.in tit.de bon. public.num.12.Iul.Clar in d.quæst.78.num, 32. & add.ad Iul.Clar.in d.quęst.78.in litt I.

2 Amplia, vt fiscus nequeat dicere creditori-4 bus, vt quęrant satisfieri in bonis non confiscatis, vt post Castren.dicit Baiard.in d quæst.78.nu. 158.& Add. ibi ad Iul. Clar in litt. I. Vulpell. respons. 43. nu.15.vbi testatur receptionem sententiam etiam fiscum insolidum teneri: pro creditis in loco confiscationis contractis.

3 Amplia quod in tantum fiscus teneatur soluere 5 ex bonis delinquentis, quod si fideiussor debitoris condemnati vel tertius possessor conuentus fuerit a creditoribus eiusdem debitoris sicut si debitor non fuisset delinquens nec condemnatus potuissent dd. fideiussores, & tertij possessores conuenti opponere excussionem faciendam in bonis debitoris principalis, item pariter poterunt eam excussionis exceptionem opponere, vt in primis fiscus discutiatur.P.oc.consi 130.n.83.tom.1.crim. Gabriel.lib. 3.titu.de fideiusso.conclus.1.n.4.vers. & quia prima opinio, Crauet. conf. 273.n.7.Farinac quæst. 25. numer.4.par.2.Cras.com opin.lib. 1.cap.11.q.7.

4 Amplia, vt si confiscatio fiat in diuersis terri-6 torijs, & quilibet fiscus capiat bona sui territorij æs alienum diuiditur interitos fiscos non pro virili portione, nec pro modo territorij, sed pro rata bonorum ad quemlibet fiscum peruentorum. Rolan. in tract da lucr.dot.quęst. 20.num.29.& in conf.78.num.15.vol.2. Ancha.Iun.in d.quæst 25. nu. 5.& 12.par.2.Farinac.d.quęst.25.n 172.vbi de communi Add. ad Iul. Clar.in quęst.78.in lit L & ipse Clar.ibi num.27.vers.bene verum testatur, ita pluries fuisse seruatum per magistratum Mediolani, & Baiard, nu.153.

1 Limita istam 4. ampliationem quando credi-7 tor delinquētis haberet alia bona hipothecata in alieno territorio quę non confiscarentur, quia tunc creditor potest contra illa agere etiam quod sint in alieno territorio secùs quando essent illa etiam confiscata, quia tunc quilibet fiscus soluit debita sui territorij & non vltra. Anchar.R egien, in d.q 25. num.5.par 2.Aug ad Angel.in verbo & eius bona publicamus numer. 9.vbi de communi. Iul.Clar.quæst.78. vers.sed quero an hoc casu. Farinac, d. q.25.num.173.vbi de communi. Baiard, d.q.78.nume.153.in fin.

2 Limita, quando bona vnius territorij non 8 sufficerent eo casu nec creditoribus iura pereant est eis satisfaciendum etiam de bonis sitis in alieno territorio, Iul. Clar. post. Aug.in d.quęst. 78. vers. sed quero, testatur ita pluries per senatum Mediolani fuisse seruatum Farinac.d.q.25.n.173.in fin.

5 Amplia, vt in tantum fiscus teneatur credi-9 toribus satisfacere eis, soluendo vnum pro alio non possit Anchar.d q.25.nu 6.in fin.nu.10.11.& 13.part.2.Farinac.in d.quęst.25.nume.174 seq.vbi de communi, sed pluribus modis ampliat, & limitat remissiue per Petr.Duen.reg.159.

6 Amplia, quando fiscus capit bona delinquen-10 tis vti confiscata, vt teneatur omnib. creditoribus hęreditarijs satisfacere soluendo legata, & fideicommissa. Crauet. consi. 265. num. 7. Iul.Clar. q.78.num.28.circa fin.Farinac d. q. 25.n.169.vbi de communi.

7 Amplia, quando fiscus capit bona ex succes-11 sorio edicto puta alijs successoribus deficientibus, vt teneatur etiam ad onera legatorum, & fideicommissorum Bal. in l. eam quam nu. 5. in fin. C. de fideicomiss.Salic.in l. vnica, §.penul.numer. 39.C.de cadu. tollen.vbi de communi.

Contrariam sententiam, vt isto casu non te-12 neatur ad ista onera legatorum, & fideicommissorum tenet Claud. in l.recusare, §.si fisco num.3. ad Trebel.vbi repręhendit Salic. & de magis communi, & practica opinione restatur. Iul.Clar.in q. 78.nu.27. in fin.Farinac.d.q.25.num. 186.sequen vbi etiam de magis communi.

8 Amplia

8 Amplia, vt fiscus teneatur satisfacere credi-
13 toribus delinquentis ex contractu, sed non ex delicto, qui fisco præferuntur secundum communem opinionem attestatam per Couar. lib. 1. resolut. cap. 16 post numer. 8 & relatam per Iul. Clar. in d. q. 78. numer. 30. quam sequitur Farinac in d. q. 25. nume. 188. Claud Battand. reg. crim. 140. nu. 1. vbi etiam de communi.

Quæ ampliatio procedit etiam respectu interes-
14 se partis in quibus debitor fuerit condemnatus, vt creditor, pro d. interesse præferatur fisco. Claud. Battand. in d. reg. 140. in fin. vbi testatur ita sæpius vidisse obseruari, & esse æquitati consonum.

9 Amplia, vt etiam creditores præferantur fi-
15 sco in expensis factis in capiendo delinquentem, in procedendo contra eum ac in incorporando bona confiscata secundum Gig. in tract. de crim. læs. Maiest. q. 11. vltima parr. quem sequitur Baiard. d q 78. sub num 169.

Contrariam opinionem tenet Afflict. in cap. 1.
16 §. & bona committentium tit. quę sint regalia numer. 119. quem sequitur Pereg. de iur. fisc. lib. 5. num 193 & ibi etiam respondit ad rationes considerata per Gig.

Sed Baiard. in d. q. 78. nume. 169 tenet contra. Afflict. & Pereg. & sequitur Opin. Gig quam etiam ego sequor, vt ne fiscus sit magis priuilegiatus in accessorijs expensis quam in ipso debito principali.

10 Amplia in datione in solutum facta per Reum creditoribus suis pro iusto precio, vt fiscus illam ratam habere valeat, l. Reo de solut. si vero pro paruo debitores maioris precij data fuisset tunc valeret vsque ad veram quantitatem debiti, ab inde supradicta reuocaretur l. 1. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraudem patr & electio erit possessoris, an velit iustum precium supplere, vel rem dimittere soluto sibi credito suo, aut fuit facta pro maiori quantitate quam reuera deberetur; & tunc in totum corrueret, vt late declarat Pereg in d. lib. 5. num. 183.

18 Et si non constaret de numeratione precij, sed per confessionem solummodo in actu dationis in solutum, vti simulata per fiscum reuocabitur. Pereg. d. lib. 5. nume. 183. vers. quod si de vero; late Boss. tit. debitor. an delinq. numero 6 versicu. aduerte tamen.

11 Amplia, vt creditores damnati cuius bona
19 fuerunt confiscata si possessioni bonorum inhereant debent stare in possessione donec eis fuerint satisfactum. Boer. decis. 277. ante fin Bertaz. cons. 289. num. 4 & 5. Baiard q. 78 nu. 160.

12 Amplia, vt creditorib. pro recuperatione
20 eorum crediti sit administrandum ius summarie, & sine dilatione, & cum maxima celeritate. Rolan. in cons. 31. nu. 36. volum. 1. Iul. Clar. in quæst. 78. nume 27. in fin. vbi testatur ita Mediolani obseruari, & Farinac. in d. quæst. 25. nu. 176 vbi testatur, ita etiam hic in vrbe seruari. Baiard. d. q. 78 nu. 162. vbi firmat esse procedendum sine libello, sine sententia, & alio ordine iudiciario, sed solum recognitis, & visis iuribus creditorum.

13 Amplia, vt in fiscum transeant per confisca-
21 tionem bonorum bona cum suis causis seruitutibus, oneribus, & conditionibus l. in facto. §. 1. ff. de dond. & demonst. l. cum fisco, ff ad Sillanian. l. recusare, §. si fisco, ff. ad Trebellian. l. ex facto, §. ex facto vbi Pap sub nume. 5. & ibi ii fert ad plura vtilia, ff ad Trebellian Peregr de iur fisc. lib 5. nu. 74. vbi infert ad tria, & ad primum, vt fiscus teneatur stare venditionibus, & locationibus factis per condemnatum, nisi publicatio facta fuisset particulariter de aliqua re, ad secundum, vt fiscus pro bonis in eum pronenris teneatur ad omnia onera, quibus condemnatus tenebatur ad tertium, quod si condemnatus erat bonæ, vel malæ fidei sic etiam fiscus censebitur. Surd. de Alimentitu. 1 quæst. 31. num. 8.

1 Limita, vt fiscus non teneatur ad onera lega-
22 rorum, & fideicommissorum quando capit bona vti vacantia persoluenda secundum comm. opin. attestatam per Iul. Clar. in quæst. 78. num. 28 Farinac. quæst. 25. num. 186 vbi concordantes allegat Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit 3. n. 26. versic. contra tenuetunt, & nume. 27. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, & respondit contrarijs. Baiard. in d. quæst. 78. numero 166. Pereg. de fideicomm. art. 2 nume. 40.

23 Andr. Fachin. in controuer. Iuris lib. 6. cap. 23. tenet opinionem contra Iul. Clar. Farinac & Peregr. & si quod teneatur ad omnia onera legatorum, & fideicommissorum, & respondet ad contraria per supradictos allegata, & adducit Doct. hanc suam opinionem tenentes.

2 Limita, & intellige, vt fiscus succedens ali-
24 cui sine ex confiscatione siue in bonis vacantibus, vt non teneatur vltra vires hæreditarias etiam si non confecerit inuentarium. Iul. Clar. d. quæst. 78. numer. 29. vbi de communi. Farinac. d. quæst. 25. numero 183. Anchar Iun q. 5. nume. 2. seq. part. 2. Farinac. d q 25 num. 183. vbi concordantes allegat, & testatur de communi. Pereg d. lib. 4. tit. 3. num 25. Baiard. q. 78. numer. 107. vers. vnum scias.

5 Limita, & intellige, quod si creditores dam-
25 nati fuerint in possessione bonorum possunt inherere possessione donec eis fuerit satisfactum de credito. Boer decis. 277 circa finem, & dixi in Ampliatione. 11.

4 Limita, quod si Reus fuerit condemnatus in
26 certa pecuniarum summa fiscus non tenetur satisfacere eius creditoribus, sed tenetur ipse debitor, si vero non esset soluendo, fiscus poterit conueniri a creditoribus anterioribus in subsidium pro quanto in eum peruenit, vt post Soc. Iun. cons. 74 vol. 3. tradit. Baiard. in d. q. 78 nume. 164 & idem voluit. Pereg. d. lib. nu. 39. tit 1.

5 Limita, & intellige, quod si bona confiscata
27 fuerint condemnato restituta, tunc ipse, & nó fiscus tenetur creditoribus satis facere. Gig. de crim. læs. Maiest. lib. 2. tit. de pœn. q. 24 numero. 7. Baiard d. q. 78.

d.q.78.nume 157 verf.& fi bona vbi poft Boff. in tit. de proclam fub num.15 & 16 dicit procedere

28 etiam fi creditores Cridis non contradixerint quę fiunt publicatis bonis, quod non comparens infra certum tempus cadat a iure fuo, Pereg. lib.5. tit. 2.nume.63.in fin.

6 Limita, vt fiscus non teneatur foluere debita

29 delinquentis, quę po delictum commiff. m contraxerat. Couar. in 4.decretal. in 2.pa:.cap.6.n.9. Baiard.in d.q 79.nume.161 in fin.Pereg.d.lib.5.n. 54. verf. intellige.

Nifi pro alimentis, vel defenfionibus ipfius

30 Rei debitum fuerit poft delictum contractum. Pereg.d.lib.5.num.54.fub verf.intellige.

7 Limita, quando fifcus recufaret publicatio-

31 nem bonorum, fi condemnatus bona poterit retinere, condemnatu poterit conueniri, & agere Mart. Laud. de iur fifc.q.78.num.155.verf.nifi fifcus.Pereg.d.lib.5.nu.58.

Debitores, an foluere posint delinquenti, & an foluere pofsint fisco, & dicantur liberati.

SVMMARIVM.

1 *Debitores tute foluunt ante delictum eorum creditoribus etiam fi dies folutionis nō venerit, n.2*

3 *Debitores foluentes ante diem deinde fuccedente alio domino tempore aduentus diei liberantur fi vera liberatio interuenit.*

4 *Debitores foluentes bannito creditori ignorantes bannum liberantur fecus fi illud fciuerunt.*

5 *Debitores foluentes bona fide in cafibus in quibus Reo eft interdicta bonorum administratio vel dominium est admiffum ipfo iure liberantur.*

6 *Coloni vel fictibiles foluentes bannitis fcienter reuerfis in patriam qui occuparunt Prouinciam liberantur.*

7 *Debitores bona fide foluentes delinquenti poft delictum liberantur vbi non eft impofita pœna ipfo iure & an pofsint foluere etiam poft fententiam, numero.8.*

9 *Debitores etiam in crimine lafæ Maieftatis tute foluunt delinquenti quando non fuit accufatus vel denuntiatus de delicto, & ipfum delictum non fit notorium contrarium numer.10. Declara numer.11.*

12 *Creditoris tute foluunt delinquenti pro alimentis, fcripturis, Aduocatis parandis in defenfionem delinquentis etiam vbi confifcatio fit ipfo iure.*

13 *Debitores foluentes fifco bonis publicatis liberantur. Declara quando confifcatio effet Iufte facta, num.14 Alij tenent, quod debitores non teneantur inueftigare de Iuftitia, vel in iuftitia confifcationis nu.15.pro vera declaratione nu.16.*

17 *Debitores foluentes Tiranno coacte liberantur.*

18 *Coacta folutio quando dicatur.*

16 *Debitores qui fuerunt in mora foluendi fi deinde coacte foluant Tiranno non liberantur.*

20 *Exactores publici exigendo pecunias a diuerfis & illas foluentes Tiranno fi nihil penes eos remaneat, liberantur.*

21 *Fifcus poteft exigere a debitore fui debitoris fi debitor principalis non fit foluendo.*

CONCLVSIO XXIIII.

24 Conclufio, eft quod debitores tute foluere
1 poffint debitum ante delictum delinquenti cum bona non fint publicata nec interdicta ei administratio, quando dies folutionis iam euenerat. Boff. in tit. debitor, an delinquen. foluere numer. 2. per Doct. Ancharan. in conf.287.numer.40.vbi reftatur ita Bononiæ fuiffe obferuatum, & quod ita etiam magiftratus Mediolani obferuauit Carpan.in d.c.omnium nume.864.Pereg.lib.5.numero 176. de iur. fifc. vbi loquitur in Colonis, & affictuarijs.

1 Amplia, vt procedat etiam fi dies non adue-
2 nerit vbi non potuit cognofci fraus. Anchar. in d conf 287.num 40.Boff. vbi fupra nu.2 in fine, & num.6 vbi late, & Carp.d c.omnium, num.864.

Dummodo ipfi debitore vel Coloni non foluerint tempore multum fufpecto, quando creditores iam pofitis calcaribus de fuga cogitabant, quia tunc res effet periculofa vel fi poffent conijci fraudes contra colonos, & debitores, qui Mediolani fequabatur per Hieronimum Moron. qui pro arbitrio tempore Ducis Francifci. II. omnia adminiftrabat, vt iterum cogerentur Coloni, & debitores ad foluendum datis fibi tot ex bonis Domini in folutum, vt teftatur. Boff. in d. tit debitores an delinq. numero 6 verf. aduerte tamen vbi tamen fubdit in dubio fraudem non præfumi, & ipfemet Boff. fub verf. da tamen confilium conftito de vera numeratione, vt non cogantur Coloni ad iterum foluendum prout faciebat d. Hieronimus Moron.

Secus autem fi non conftaret de numeratione, fed tantum de confeffione folutionis, vt late per ipfum. Bofs. fubdit, num.5. verf cum videamus. Pereg.lib.5 num.183.verf.quod fi de cauf.

2 Ampla, quando debitores, qui diem tenen-
3 tur foluere fi foluant ante diem deinde fuccedente alio Domino tempore aduentus diei liberantur, vbi vera numeratio interuenit Boff d. tit.debitor. an delinquen. per rationes per eum ibi addnctas, & fub verfic. & ficut dicit idem procedere in fifco fuccedenti creditori cui folutum fit ante tempus, quia dicitur fuccedere in ius priuati. Carpan. d. cap.omnium, nu.869.

3 Amplia, vt debitores foluentes bannito bonis
4 eius publicatis ignorantes bannum liberentur fecus fi illud fciuerint. Bal. in rub.depofit.numer.8 Carpan.d.c.omnium, nu.865.feq

4 Amplia, vt procedat etiam quando debitores
5 foluerent bona fide in cafibus in quibus reo eft interdicta adminiftratio, vel dominium ipfo iure amiffum. Alciat. in l.poft contract nu.21.verf.nam & lex. Carpan d.cap. omnium, nu.870.

5 Amplia,

5 Amplia, vt Coloni, vel fittabiles soluentes 6 scientes bannitis reuersis in patriam, qui vsurparunt Prouinciam liberantur. Boss. in d. titu. debitor. an delinquen numer. 4. declarando, vt ibi per eum, & num. 5. Carpan. d. c. omnium, nu 871.

6 Amplia, vt in omnibus casibus debitores post 7 delictum bona fide existentes delinquenti soluere tute possint quando ipso iure bona non sunt confiscata, vel non sit interdicta administratio. Boss. in d. tit. debitot. an delinquen. numero 1. & numero 6. vers facit ad prædicta. Afflict. in tract feudo. vers & bona, nume. 14. Carpan. in d. cap. omnium, numero 861. Tiraquel. in l. si vnquam in verbo reuertatur, nu. 365. C. de reuocan. donat. Gig. lib. 2. rub. de pœn. committen quæst, 17. nume 1. de crim. læsæ maiest. secus quando imponitur ipso iure, quia non possunt soluere debitores.

10 Contrariam opinionem tenent aliqu Doct. relati per Farinac. in tit. de crim. læs. maiest. quæst, 116. §. 2 nu. 65. & in specie adducit tex. in l. mulier, statis, versic. nec rectè ei soluit debitor. C. ad leg. Iul. maiest.

Qui Farinac. in d. nume. 65. declarat, si soluat 11 post sententiam non est dubium, quod debitor non bene soluit, si vero soluat ante sententiam post Salic. & alios tunc declarat, aut debitor sciebat, vel se credebat creditorem commisisse hoc delictum, & non fuit in supina ignorantia, sed iusta, & tunc liberatur, vel post, Gig. Declarat aut creditor erat, iam accusatus, vel inquisitus, vel denunciatus de tali crimine, vel erat notorium & publicum illum tale crimen commisisse, & non liberatur, secus si erat occultum, & a debitore iuste ignorabatur tunc soluendo liberatur, vt late per Farinac, in d. quęst, 116. §. 2. num, 65.

8 Amplia etiam in casibus in quibus fit ipso iure 12 confiscatio vel est interdicta administratio pro alimentis, scripturis aduotis parandi in defensionibus d. delinquentis. Boss. d. tit. debitor. an delinquen. nume 1. versi. dixi quod Anto. Gomez, tit. de delict cap. 14. num. 4. vers. vnde poterit, qui loquitur in omnib. alienationibus necessarijs,

9 Amplia, & econtra, vt publicatis bonis alicuius debitor delinquentis soluendo fisco liberatur. Bar. in l creditor, nu. 2. vers. si vero non habebat de solution. quem cōmuniter ibi Docto. sequūtur, vt testatur post Dec in cons. 25. colum. 1. Boss. in titu. debitor. an delinquen. nu. 3. vers. breuiter. sic Pereg. d lib. 5. num. 54. Carpan. d. cap. omnium, num. 874 cum fiscus succedat publicatis bonis in ius, & locum condemnati, & in illius actionib. actiuis, & passiuis, l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub l. si debitori deportatio de fideiuss. l. si vt proponis, C. de bon damnat. Boss. in tit. de pub. bon. nu. 23.

1 Limita, & intellige quando confiscatio iuste 14 facta esset secus si iniuste. Boss. in d. tit. debitor. an delin uen. n. 3. vers & quia. Carpan. d. cap. omniū, n. 814 seqq. Pereg. d lib. 5. n. 54. vbi declarat quando confiscatio fuit inflicta ab habente auctoritatē confisc. andi dicatur iuste facta, alias secus; itē quādo non esset facta contra formā. Auth. bon. damn,

Quam declarationem ponit Bar. in d. l. credito & communiter Doct. approbant, vt firmat Pereg sub d. n 54 quam etiā testatur sequuti fuerunt Iaf consil. 2 ½. volum. 3. Ruin. cons. 116. vol. 5. Afflict. decis. 150.

15 Quamuis Dec. in consil. 25 columna 2. dicat quod sufficiat debitori soluenti fisco condemnati, quod constiterit de instrumento confiscationis in publica forma cui probabiliter erat credendum, nec debitor teneātur perquirere, aut inuestigare debere de causa confiscationis, & de illius Iustitia ac auctoritate confiscantis, & Decium sequitur Boss. qui dicit quod sufficit solum mandatum de soluendo, sed tamen bonum sit, vt etiam expectetur alia cominatio, vel detrusio in carceribus, vt omnino tollatur omnis suspicio. Sed Peregrin in d. lib. 5 nu. 54 versicu. quanquam dicit quod suo indicio male vterque sentiant, tum quia aduersatur intentioni Bar. tum etiam quia debitor non facile soluere debet alteri quam vero creditori.

Sed pro declaratione istius contrarietatis puto 16 esse considerandum, quod dicit idem Boss. in d. titu. debitor. an deliquen. nume. 5. vers. & ad hoc faciunt, quod si debitor soluat vigore iniustæ confiscationis, vbi non est in culpa, vel in mora liberetur, quam Boss declarationem refert, & sequitur Carpa. in d. cap omnium, n. 875 & sequen.

10 Principaliter amplia in solutione facta a de 17 bitore condemnati Tiranno iniuria ipsius creditoris coactè, quia debitor liberatur. Boss. d. titu debitor. an delinquen. nume. 3 vers. si vero bona, vbi notat dici, coactam esse solutionem si fiat ex man. 18 dato generali vel speciali Tiranni, qui vim & metum potest inferre, & vers. vide ad probandum, quem sequitur Carpan. in d. ca. omnium, n. 877. seq.

1 Limita nisi debitor esset in mora soluendi, 19 quia metus Tiranni creditorem non excusaret. Boss. d. num. 3. vers aduerte tamen Carpan. d. cap. omnium, num. 789.

11 Ampia, vt exactores quoque publici a Ti- 20 ranno constituti exigendo pecunias a diuersis, & illas eidem Tiranno dantes, & nihil penes eos retinentes liberantur Boss. in d. tit. debitor. an delinquen. num 5. Carpa. d. cap. omnium, nu 880.

12 Amplia, vt fiscus possit a debitore sui debito- 21 ris non existente soluendo suo debitore exigere, quod sibi vide Pereg in lib. 4. tit. 6. 46. & latius in tit. de debitor. fiscalib. num. 19. seqq.

Confiscatione sequuta, an bannitus sit liberatus a suis creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus sequuta publicatione bonorum est liberatus a totali obligatione erga suos creditores, & si deinde fideiussor accesserit non tenet fideiussio cum non adsit principalis obligatio num. 2.*

3 *Bannitus si fuerit a Principe gratiatus si non recuperauit bona non tenetur satisfacere antiquis suis creditoribus,*

L 3 4 *Fiscus*

4 *Fiscus tenetur omnino satisfacere creditoribus delinquentis, & non potest eis dicere, vt quærant satisfieri in alijs bonis.*

5 *Donatarius a Principe tenetur satisfacere creditoribus delinquentis*

6 *Fiscus tenetur soluere debita delinquentis tempore delicti contracta.*

7 *Creditores damnati existentes in possessione bonorum delinquentis debent manuteneri in possessione donec fuerint satisfacti.*

8 *Creditoribus ius summarie sine libello, & sententia administrandum est pro recuperatione suorum creditorum.*

9 *Sed constare debet de vero credito, & non sufficeret simplex confessio debitoris.*

11 *Debitores in crimine læsæ Maiestatis post delictum tute delinquenti non soluunt nisi occasione alimentorum vel scripturarum pro eorum defensione.*

12 *Debitores delinquenti tute non soluunt vbi interdicitur administratio vel ipso iure pœna infligitur nisi ratione alimentorum, & scripturarum nume. 13.*

14 *Debitores soluentes paulo ante delictum vel in actu fugæ delinquenti tute non soluunt.*

15 *Conductor soluens ante tempus feudatario vel proprietario si succedat deinde fiscus vel Princeps vti vsufructuarius, & primus feudatarius non fuerit soluendo tenetur conductor iterum soluere.*

16 *Confessiones de receptis factæ per delinquentem Colonis vel alijs creditoribus non præiudicent fisco vbi ad sint signa fraudis.*

17 *Quæ autem sint signa fraudis.*

18 *Confessio Authoris nocet regulariter successoribus etiam singularibus.*

19 *Fideiussores debitores, & alij Correi non liberantur per confiscationem bonorum principalis. Contrarium nu 20. De.Iara, & concorda n.21.*

22 *Fisco recusante publicationem bonorum bannitus potest agere, & conueniri. Alij tenent, quod bona deuoluantur ad venientes ab intestato, & non redeant ad ipsum condemnatum nume.23.*

24 *Fiscus non succedens per vniuersalem confiscationem, sed in certa pecuniaria, condemnatus non dicitur liberatus a suis creditoribus, & fiscum solum tenetur pro quāto in eum peruenit.*

CONCLVSIO XXV.

25 1 Conclusio, est quod bannitus sequuta publicatione suorum bonorum dicitur liberatus totali obligatione ergà suos creditores. Bal. in l.3. C ad leg. Iul. de vi pub Gram. decis. 85 in fin. Rim. sen. cons. 180. in princ. vol. 1. Calcan. cons. 68. nume.4. Baiard. in quæst. 78. nume. 155. vbi de communi. Pereg de iur. fisci lib. 5. num. 54 vers. sic etiam. Farinac. tit. de delict. q. 25. num. 177. seq. Surd de Aliment. titu. 8. priuileg. 59. nume. 10. vbi subdit etiam liberatur naturali obligatione.

Et in tantum liberatur, vt fideiussor postea datus non obligetur cum nulla adsit principalis obligatio cui adhærere possit, & nec etiam naturaliter teneatur, nec pro acquisitis postea exenti possit. Boss. in tit. de proclam. sub num. 54. & late. Pereg. d. lib. 5. numer. 55. vbi alios concordantes allegat Surd. d. priuileg. 59. num. 10.

1 Amplia, vt si bannitus cui bona fuerunt con-3 fiscata habuerit gratiam a Principe de vita, & non recuperauit bona non tenetur ad antiqua debita Cassan. in consuet. Burgun. rub. 2. §. 2. numer. 34 fol. 377. Baiard. d. q 78. num 157.

2 Amplia, quod fiscus potest dicere creditori-4 bus damnati, vt satisfieri quærant de alijs bonis non confiscatis, vt post Paul. de Castr. in allegationibus suis post cons. 9. vol. 1. Baiard. d. q. 78. numero 158.

3 Amplia, quod si fiscus vel Princeps donaret 5 bona confiscata, donatarius tanquam habens causam a fisco tenetur satisfacere omnibus creditorib. Boss. in tit. de bon. pub. nume. 12. Baiard. d. quæst. 78. num. 12. & nume. 159.

4 Amplia, vt fiscus teneatur soluere etiam debi-6 ta quæ tempore criminis perpetrati ipse delinquēs contraxerat. Gugliel. de Benedic. in cap. Ramoldus vers. & vxorem nume. 850. de testamen. Baiard. d. q. 78. nu. 161. Couar. de sponsalib. part. 2. in 6. cap. §. 8. num. 10. Pereg. lib. 5. num. 54. vers intellige.

5 Amplia, vt creditores condemnati si fuerint 7 in possessione bonorum debent stare in possessione donec eis satisfactum sit de suis creditis. Boer. decis. 277. prope finem Bertaz. cons. nume. 4. & 5. Baiard. q. 78. nume 160.

6 Amplia, vt creditoribus ius summarie admi-8 nistrandum est absque oblatione libelli, & sine sententia diffinitiua, & alio ordine Iudicario, sed solum recognitis, & visis Iuribus creditorum Bal. in cap. quando cons numer 27. de probatio. Io. de Amic. cons. 60. nume. 8. Baiard. d. q. 78. numer. 162. sed vtinam hoc obseruetur late Pereg lib. 5. num. 54. vers. Creditores, § sed nec Ilud. ff. de solut.

Sed bene verum, est quod constare debet de 9 vero credito illius, & cartula confessionata inter Reum, & creditorem non probaret vti suspecta, & simulata nisi ex probationibus vel legitimis præsumptionibus eius fides augeretur si paulo ante delictum facta appareret, si post fraudis suspicio magis augeretur late Pereg. d lib. 5. num. 54 tit. 1.

1 Limita in crimine læsæ Maiestatis, vt debito-10 res non possint tute soluere delinquenti post delictum. Tex. in l. final. C. ad leg. Iul. Maiest. Boss. in d. tit. debitores an delinquenti nu. 1. in princ. Carp. d. c. omnium, nu 861.

Nisi occasione alimentorum suorum vel scri-11 pturarum causa eius defensionis, vt dixi supra in Ampliatione.

2 Limita vbi confiscatio fit ipso iure vel admi-12 nistratio inter dicitur delinquenti, vt debitores non possint soluere delinquenti. Boss. d. tit. debitor. an delinquen. num. 1. Carpan. d. cap. omnium, nu. 619. & num. 861 & 863.

Nisi etiam alimentorum suorum, & scriptura-rum

rum eius deffensionis. Boss. & Carpan. vbi supra.

3 Limita, quando debitores soluerent delinquẽ-
14 ti paulo ante delictum vel in actu fugæ positis calcaribus fugiendi, quia tunc non liberantur late. Boss. in d. tit. debitor. an delinquen num 6. vers. aduerte tamen Carpan. d. c omnium, num, 867. sed tenerentur iterum soluere fisco, sed in bonis domini satisfierent. Boss. d. titu debitor an delinquen. nu. 6. & dixi supra in ampliatione 13.

4 Limita, vbi alio iure bona perueniant in fis-
15 cum quam iure confiscationis, vt si Princeps sit proprietarius, & finiatur vsusfructus alicuius vel sit Dominus directus, vt vtile consolidetur cum directo. quia tunc fructus 2. anni pertinent ad proprietarium, & si conductor soluat ante tempus vsufructuario Domino vtili, & succedat deinde fiscus vel Princeps vbi vsufructuarius vel feudatarius non sit soluendo tenetur conductor iterum soluere. Boss. d. tit. debitor. an delinquen. numer. 7. 8. & 9. Carpan. d. cap. omnium, nume. 868.

5 Limita, & intellige, vt confiscationes factæ per
16 delinquentem cuius bona sunt publicata colonis vel alijs creditoribus in quibus non constat de vera numeratione non præiudicant fisco etiam si essent factæ ante delictum, vel paulo ante vbi adsint signa fraudi, alias tenent, & fisco præiudicant. Boss. d. tit. debitor. an delinquen. numero 1. vers. & ideo, & latius num. 10. vsque ad finem Carpan. d. cap. omnium, num 856. Pereg. lib. 5. num. 54. sub vers. Creditores autem, & n. 177 de Iure fisci.

Cum regulariter confessio auctoris noceat suc-
17 cessoribus etiam singularibus. Crauet. consi. 29. in princ Burgu decis. 18. n. 9. & 10. & decis. 45. in add. nu. 4 Castren. consi. 24. nu. 1.

18 Quæ autem sint signa fraudis, vide Carpan. d. ca. omnium, nu. 858. relatis e tamen vbi subdit bene verum est, quod difficilius fraus colligitur quãdo confessio tendit ad liberandum, quam ad obligandum.

6 Limita, & intellige quod licet publicatis bo-
19 nis per fiscum damnatus liberetur a suis creditoribus non liberantur tamen eius fideiussores, & conreis. l. final. C de duob. reis, l. capitis. ff de fi. deiuss. l. 1. C. eodem, l. vero in princip. ff. quis satisf. dar. cogan.

20 Contrariam opinionem, quod etiam fideiussores, & conrei liberentur est glos. in l. in fraudem, §. si principalis, ff. de iur. fisc. & idem voluit. Bat. in l. capitis. . . . . & cum Bart. ibi transit Paul. de Castr. cum declaratione tamen quando succedit per confiscationem, secus si per occupationem eorum vti vacantium, & refert Pereg. in d. lib. 5. numero 55. 56. 57.

Qui Pereg. in d. num. 16. seq. videtur conclude-
21 re, vt fideiussores liberentur penes fiscum pro quanto capit fiscus, & non vltra ad exemplum heredis cum beneficio inuentarij cum fisco succedente in bonis vel per confiscationem vel per occupationem, debitum non permittitur nisi pro quanto fiscus de illius bonis effectualiter capit per Bart. in d. l. in fraudem, §. si principalis quem sequitur Castren. in cons. 209. circa princ. volum. 2. & Cuman. cons. 32. inculpatus, vt declarando refert. Pereg. in d. lib. 5 num. 56. 57 & sequitur Baiard. i 1 d. q. 78. num. 157.

7 Limita, & intellige, quod si fiscus publicatio-
22 nem factam recusaret, & condemnatus bona retinere posset tunc ipse bannitus agere, & conueniri poterit. Martin. Laud. in tract. de fisc. q. 97. Pereg d. lib. 5. nu. 58. Baiard. d. quæst. 78. nu. 155. versic. nisi fiscus, cum inuito fisco bona sibi non incorporentur, sed oportet, vt illa agnoscat, l. si seruus plurium, §. si quis ante ff. de legat. primo.

23 Sed Paul. de Cast. in l. eius, §. si cui de testamen. & in l si debitori, ff. de fideiuss. per glos. in l. ea sola de reg. iur. tenet quod fisco repudiante succedant in bonis publicatis venientes ab intestato, & non redeant ad ipsum condemnatum, sed Pereg. in d. lib. 5. nu. 58. dicit priorem opinionem firmatam in limitatione esse veriorem per tex. in d. l. si seruus plurium, §. si quis ante eum non auferatur quod alteri nõn acquiritur, l. nec vtilem, ff. ex quibus causis man. & quod opinio Cast possit sustineri quando condemnatus esset omnino incapax bonorum, prout est in statu Ecclesiastico per bullas Pij IIII. & Pij V.

8 Limita quando fiscus non succederet per vni-
24 uersalem confiscationem, sed in quota bonorum vel in certa pecuniarum summa, quia tunc condemnatus non diceretur liberatus a suis creditoribus, quia fiscus teneretur tantum pro quanto in eum peruenit si debitor condemnatus non esset soluendo, vt post Soc. iun. consi. 74. lib. 3. firmat Peteg. d. lib. 5. nu. 59.

9 Limita quando bannitus fuit restitutus ad bo-
25 na, quia tenetur satisfacere creditoribus etiam si credis non contradixerint, quia illa præscriptio suffragatur fisco, sed non perimit actionem creditorum. Peregr. lib. 5. tit. 2. num. 63.

Fisco an Reus teneatur edere iura, & instrumenta, vel e contra.

SVMMARIVM.

1 *Fisco agenti contra Reum tenetur ipse Reus edere instrumenta, & iura ad fundandam fisci intentionem.*

2 *Reus tenetur edere successori vel habenti causam a fisco. Contra num. 3. Declara num. 4.*

5 *Fiscus potest cogere notarios ad exhibendum instrumenta concernentia eius commodum.*

6 *Fiscus potest cogere ad propagandum bona ad eũ pertinentia etiam per tormenta.*

7 *Fiscus potest obtinere edicta publicanda per loca publica, vt res furatæ exhibeantur, & detegantur earum detentores.*

8 *Fiscus tenetur edere parti instrumenta & alia iura ad fundandam illius intentionem. Quod declara nu. 9. remissiue.*

10 *Fiscus in causis criminalibus corporis afflictiuis non potest cogere Reos ad edendum instrumenta,*

menta, & alia iura.

11 *Fiscus non potest cogere ad sibi exhibendum instrumenta in causis criminalibus mere pecuniarijs. contra nu 12.*

13 *Fiscus non potest cogere Reum ad sibi edendum attestationes confessionis repetitionis vel confrontationes testium.*

14 *Fiscus non potest cogere aliquem ad docendum de titulo, & possessione sui patrimonij.*

Declara nume. 5.

16 *Fiscus non cogit alium fiscum ad edendum sibi instrumenta.*

17 *Fiscus non cogit ad edendum quando aliunde haberet probationes.*

CONCLVSIO XXVI.

26 Conclusio est, vt fisco agenti contra Reum, 1 ipse Reus teneatur sibi rationes, instrumẽta, libros, & alia iura edere fundandam fisci intentionem l. 2. § item diui, ff. de iur. fisc. late Dec. in cap 1. num. 13. de probat. & in l. vltima nume. 12. C. de edend. & ibi Rip. nume. 11. Alciat. nu. 19. Bolognet. nume. 49. Boss. in tit. de fisc nume. 10. seq. Iul. Clar. q. 27 num 2 Pereg de iur. fisc. lib. 3. tit. 3. nume. 11. Menoch. de arbitr. lib. 2. in add. cas. 499. nume. 68. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 3. n 4.

1 Amplia, vt procedat in successore vel haben- 2 te causam a fisco, vt si agendo contra aliquem compellere eum possit, vt edat rationes, & instrumenta quæ prodesse possunt ipsi fisco Bal. in l. 2. §. editiones ff. de edend. moderno. Parisien. in annot. ad Decium in d. cap. 1. nume. 13. in fin. de probar. & latius in d. lib. 3. tit. 3. nume. 34. qui dixit hanc Bal. opinionem esse verissimam, & illam obseruari in camera Patauina quam etiam opinionẽ sequitur Menoch in add. d cas 499. num. 70.

Qui Menoch. sub d numero 70. 71. respondit ad 3 Alex. in l. nec quisquam, ff. de edend. Roland. cons. 61. num. 15. in fin lib.

4 Bertach. in tract. de gabel. par. 7. & ad alios sequaces tenentes priuilegium fisco concessum non transire in eius successores, vt procedat, quando 4 fiscus aliquam rem vendidit, & eius dominium in successorem transtulit, & tunc emptor non fruatur priuilegijs fisci, secus quando non transfertur dominium in emptorem prout est in venditione gabellæ, quia emptores, & publicani priuilegijs fisci potiuntur, & Ante Menoch. ita declarat etiã. Pereg. in d. lib. 7. titu. 3. numero 34. vers. aut vero loquimur.

2 Amplia, vt possit etiam fiscus cogere nota- 5 rios ad sibi exhibendum instrumenta ad eius intentionem fundandum, vt dixi supra in conclus.

3 Amplia, vt etiam fiscus per tormenta possit 6 cogere ad propalandum, & manifestandum bona ad eum pertinentia, vt dixi in dicta conclus.

4 Ampla, vt possit fiscus obtinere etiam ad in- 7 stantiam partis litteras monitorias seu edita publicanda per loca publica, vt res furatæ exhibeantur reuelare, qui sciuerit apud quam personam vel in quo loco reperiatur talis res furata; late Iul. Clar. in d. quæst. 27. num. 3. & quando hoc procedat, vide Baiard. in d. quæst. 27. per totam, & huiusmodi edita possunt etiam publicari ad reuelandũ delinquentes, vt late per Iul. Clar. & per Baiard. in d. q. 27.

5 Amplia, vt econtra teneatur fiscus parti e- 8 dere ad fundandam illius intentionem. Bertaz. cons. 501. numer. 3. volum. 2. post Dec. in l. instrumentum, num. 2. C. de edend. lib. 7. tit. 3. n. 26. seqq. 9 Declara tamen, vt ibi per eum.

1 Limita, & intellige, vt supradicta conclus. 10 procedat in causis ciuilibus secus in criminalibus, vbi imponitur pœna corporis afflictiua in quibus fiscus non est priuilegiatus, vt Reus teneatur sibi edere iura, & instrumenta. Bart. in l. 2. §. diuus, ff. de iur. fisc Boss. in tit. de fisc nume. 11. Iul. Clar. in quæst. 27. vers. sed hic. Doct. in l. 2. C. de edend. in specie. Dec. nu. 4. Pereg. in d. lib. 7. tit. 3. nume. 23. Menoch. in add. in cas. 499. nu. 72. vbi concordantes allegat latissime. Bertaz. in cons. 110. numero primo, & per totum, volumine primo, vbi infinitos alios allegant, & ego ita obtinui annis præteritis in causa cuiusdam Vincentij Mazini Mercatoris in tribunali A, C, vbi agebatur de nonnullis partitis malè positis, qui deinde fuit absolutus.

2 Limita, & intellige, vt non solum procedat 11 in causis criminalibus capitalibus, & corporis afflictiuis, sed etiam in causis criminalibus pecuniariis, Alex. in cons 132. num. 5. lib 1. Alciat. in l. 2. num. 18. C. de edend. Boss. in tit. de fisc nume. 11. Iul. Clar. in d. q 27 nume. 2. vers & hoc non modo vbi de communi.

Contraria opinionem, quod isto casu Reus non 12 teneatur edere fisco tenent Ias. in l. 1. numero 8. C. de edend. Dec. in l. 2. num 41. C. eodem, & in cap. 1. num 14. de probat. Pereg d. lib. 7. tit. 3. num. 23. vers. contrarium, prout omnes istos referunt Menoch. in add. in d. cas 499. num. 73. vers. verum distentius, & Baiard. in q. 27. num. 2.

3 Limita, & intellige procedere in rationibus in 13 libris, & instrumentis secus si ageretur de edendo attestationes, confessiones, repetitiones, vel confrontationes testium qui Reus fisco edere non tenetur, ita in practica de consuetudine seruari testatur post M lle. Iul Clar. in d q. 27. n. 2. in fine.

4 Limita, & intellige, vt Reus non teneatur 14 edere fisco, vel docere de titulo sui patrimonij, & quomodo habeat patrimonium, vel possideat talem rem vulgata, l. cogi. C. de petit. hæredit. Gram. cons. 9. num. 1. latissime. qui alios allegat. Pereg. d. lib. 7. tit. 3. numero 13. seqq. Vbi quando procedat ista limitatio in Baronibus habentibus castra in feudum quorum non allegant proprietatem, sed vtile dominium tantum, an teneantur ad instantiam fisci ostendere titulum inuestiture, & in his qui possident regalia an teneantur docere de titulo eorum possessionis latissime Afflict. super const. regn. lib. 3 de Proban. per instrum. rub. 8. n. 5.

5 Limita, vt non procedat quando fiscus ageret con.

16 ret contra alium fiscum, quia fiscus Reus conuentus non tenetur edere alteri fisco agenti, Bal. in cap 1. de probat. vbi Dec. num. 14. vers. 2. restringitur Pereg. in d. lib. 7. titul. 3. num. 14. cum priuilegiatus non vtatur priuilegio contra alium priuilegiatum, vt firmat Menoch in addit. in dict. cas. 499. num. 74.

6 Limita, & intellige, vt non procedat quando 17 fiscus aliunde habere posset probationes, quia tūc cessat eius priuilegium, Dec. in d. c. 1. nu. 14 vers. 3 declarat de probat. Alciat. in l. 2. num. 13. C. de edend. Pereg. in d. lib. 7. tit 3. num 25. Menoch. in d. cas. 499. num. 75. vbi firmat huiusmodi declarationem haberi per tex. in l. 1. §. diuus. il pri no, ff. de iur. fisc. vers. si verum aliter non inuenitur.

Confiscatio bonorum, quibus cautelis euitari possit.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum euitatur quando quis se abstinet à criminibus.*
2 *Confiscatio bonorum euitatur si bona subijciantur fideicommisso etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
3 *Sed non suffragatur quoad vsumfructum nu. 4.*
5 *Confiscatio bonorum euitatur si cum fideicommisso adesset prohibitio alienandi bona.*
6 *Etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
7 *Confiscatio bonorum euitatur per prohibitionem alienationis bonorum in casu delicti.*
8 *Nec ista prohibitio censetur facta in fraudē fisci.*
9 *Confiscatio bonorum euitatur per exhæredationem filij in casu alicuius particularis criminis ab eo committendi.*
10 *Qua cautela suffragatur si post exhæredationem non solum sit diu, sed etiam si incontinenti deliquit.*
11 *Confiscatio bonorum euitatur per probitionem alienationis bonorum extra genus personarum.*
12 *Prohibitio alienationis bonorum ratione familiæ non extenditur vltra quartam generationem, sed ratione descendentium est perpetua in infinitum.*
13 *Confiscatio bonorum euitatur per prohibitionem diuisionis bonorum inter hæredes vsque ad certum tempus.*
14 *Confiscatio bonorum euitatur per donationem factam omnium bonorum Clerico etiam infrà tempus præfixum à statuto de bonis non alienandis ante delictum.*
15 *Donatio omnium bonorum vxori facta tollit confiscationem bonorum in casu delicti subsequuti, & maritus poterit retinere dictam donationem illam reuocando post delictum ante sententiam num. 16.*
17 *Banniti in statu Ecclesiastico possunt impune offendi, nec possunt retinere bona.*
18 *Donatio ante delictum facta timore futuræ pœnæ: non tenet si subessent inimicitiæ, vel causa ody.*
19 *Reus ante sententiam potest repudiare acquisitiones sibi delatas, nec repudiatio dicitur facta in fraudem fisci.*
20 *Sed talis repudiatio non suffragaretur in delictis in quibus pœna committitur ipso Iure.*
21 *Cautela ad instituendum hæredem bannitum, vt bona per fiscum ei non auferantur.*
22 *Filius bannitus institutus hæres postquam fuerit gratiatus à Principe consequitur bona post gratiam obtentam.*
23 *Fiscus differens condemnationem pro delicto filij in casu confiscationis post mortem patris, vt bona paterna accipiat deluditur per duas cautelas.*
24 *Confiscatio bonorum in quocumque crimine euitatur quando hæres exhæredatur per aliquot dies ante cogitationem delicti committendi.*
25 *Confiscatio bonorum euitatur quando cautelæ adhibitæ in testamento, vel instrumento confirmantur à Principe.*
26 *Confiscatio bonorum euitatur si post adhibitas cautelas testator expresse declarauit cautelas præfatas adhibuisse non animo defraudandi fiscum sed conseruandi bona in familia.*
28 *Cautelæ sub quacumque verborum forma conceptæ in statu Ecclesiastico quoad vsumfructum vita durante naturali delinquentis per Bullam Sixti V. sunt sublatæ.*
29 *Intellige d. Bullam.*
30 *Trebellianica regulariter confiscatur.*
31 *Cautelæ, vt trebellianica non confiscetur nume. 32. & seqq vsque ad num. 39.*
32 *Trebellianica extra filios primi gradus per testatorem prohiberi potest.*
33 *Trebellianica non solum per verba expressa sed etiam per æquipollentia prohiberi potest.*
34 *Trebellianica in hæredibus primi gradus non prohibetur.*
35 *Trebellianica in hæredibus primi gradus indirectè prohiberi potest.*
36 *Trebellianica non detrahitur per filios primi gradus quando deliquerunt in tempore prohibitionis factæ diuidendi bona vsque ad 25. annos, & etiam si delinquant infra 25. annos, & probitio alienandi esset simpliciter concepta siue temporis præfixione num 36.*
37 *Trebellianica non detrahitur per filios primi gradus quando post prohibitionem factam a testatore detrahendi Trebellianicam ipsi expresse approbarunt testamentum.*
38 *Trebellianica prohibita vni non censeatur prohibita alteri.*
39 *Trebellianica ex bonis particularibus relictis non detrahitur, sed ex vniuersalibus tantum.*
40 *Legitima non recipit onus vel grauamen, & impositum ipso iure repellitur, sed ex multis cautelis potest prohiberi detractio legit ma numero 41. & seqq.*
42 *Pater prohibens alienationem bonorum inter filios vsque ad 25. annos si in dicto tempore delinquant non detrahunt legitimam neque illa confiscatur num. 41. quod procedit etiam in simplici*

plici prohibitione alienationis siue temporis præfixione.

43 *Legitima non deducitur per filium quando instituitur hæres in certis bonis, & ei alter substituitur conditione apposita quatenus nollet bona illa cum dicto grauamine habeat suam legitimam, & succedat alius hæres institutus, quia si filius acceptet dicta bona non potest detrahere legitimam contra nume 44 Declara nu 45.*

46 *Legitima impeditur filio si medio iuramento successioni paternæ renunciet.*

47 *Legitima est portio successionis ab intestato.*

48 *Legitima non detrahitur per filios quando facta prohibitione a testatore detrahendi legitimam filij adeunt hæreditatem approbantes testamentum in dicta parte detractionis legitimæ.*

49 *Legitima non detrahitur per filios quando facta prohibitione detrahendi per testatorem filij approbant testamentum patris in omnibus, & per omnia vel in omnibus partibus.*

50 *Legitima non detrahitur, quando post factam prohibitionem filij per aliam verborum formulam habentem vim specialis expressionis approbauerint testamentum patris.*

51 *Idem si medio Iuramento testamentum patris approbauerint.*

52 *Iuramentum habet vim specialis expressionis & approbationis.*

53 *Legitime supplementum per filios peti non potest quando filij acceptarunt testamentum in quo minus quam legitima fuisset per partem eis relictum.*

54 *Feuda non veniunt in confiscatione regulariter, & quando veniunt in confiscatione per aliquas cautelas possunt eximi à manibus fisci, & s qq.*

55 *Feudum concessum à Principe transitiurum de vno in alium, vel omnibus principaliter, vel in solidum, vel attentis meritis singulorum per delictum vnius non confiscatur.*

56 *Feudum concessum pro se filijs, & descendentibus nulla facta mentione de hæredibus per delictum vnius non confiscatur quod feudum appellatur ex pacto, & prouidentia Nisi delictum fuisset commissum aduersus dominum contra conuentiones feudi, nu 57.*

58 *Feudum concessum simpliciter, vt si Princeps dicat concedo Seio Cai...* [illegible] *in feudū nō cōfiscatur.*

59 *Feudum informe quod est quando sapit naturam feudi hæreditarij, & ex pacto, & prouidentia non confiscatur.*

60 *Feudum etiam nouum, & in persona primi acquirentis si concedatur, vt de eo non posset disponi sine licentia domini, & sit forsan trāsitorium ad hæredes extraneos non confiscatur, numer. 60 Declara num. 61.*

62 *Feudum concessum cum expressa prohibitione confiscandi in casu delicti non confiscatur.*

63 *Feuda quæ non transeunt ad hæredes extraneos non confiscantur, nec fructus eorum, vita delinquentis durante sed deferūtur ad alios vocatos.*

64 *Feuda in statu Ecclesiastico confiscantur si Barones, & feudatarij in eorum Castris receptauerint, vel tolerauerint bannitos.*

65 *Barones in statu Ecclesiastico per receptionem bannitorum incidunt in crimen læsæ Maiestatis verum, & non confiscium per plures bullas Pōtificum.*

66 *Barones in statu Ecclesiastico per Bullam Iulij tertij incidunt in d. crimen læsæ Maiestatis eo solo quod eorum officiales tolerant bannitos in eorum Castris.*

67 *Forma procedendi contra Barones receptantes bannitos in statu Ecclesiastico præscripta per Iulium tertium.*

68 *Auctor istius operis conqueritur contra quemdā officialem de impostura sibi facta.*

69 *Maioratus non confiscatur.*

70 *Emphiteusis non transitoria ad hæredes extraneos non confiscatur etiam quoad fructus durante vita delinquentis, nume 71.*

72 *Emphiteusis concessa, vt bona non possint alienari sine consensu, & licentia petita, & obtenta non confiscatur.*

73 *Emphiteusis concessa etiam à priuato non confiscatur quando non potest transire ad extraneos hæredes.*

74 *Argumentum de feudo ad emphiteusim valet.*

CONCLVSIO XXVII.

27 1 CONclusio. Prima enim erit tutissima cautela ad euitandam confiscationem bonorū, vt vnusquisq; se abstineat à criminibus, & ab illicitis quæstibus, quia male parta, male dilabuntur, nec gaudebit tertius hæres, & fiscus dicatur omnium, & quorcunque saccus male ablatorū.

2 Erit cautela, vt quis bona sua subijciat fideicommisso, vel restitutioni cum per fideicommissum prouideatur ne fiscus bona sua inuadat text. in l. statuit, §. Cornelio Fælici, ff. de iur Fisc. Roland. cons 31. nume. 25. volum. 1. Iul. Clar. in . quæst. 78. versic. Item quæro. Farinac. in tit. de delict. quæst. 25 num. 22. vbi concordantes allegat, & testatur de communi; latè Franc Marzar. in Epit. fideicommiss. quæstio. 47 p. r. 2. Carpan super const. Mediol. tit. de iur. fisc. §. omnium, numer. 170. Marsil. de bannit in verbo confiscata, numero 14. Maurit. in tract. de inuent. cap. 10. num. 333. Lauren. Kirco. su com. cent prima. conclus. 26. Mich. Crass. in tract. de success. §. 1. num. 10 vbi concordantes allegat, & testatur de communi, & etiam quod ita seruatur apud Italos, cum vltima voluntas defunctorum tolli non possit.

3 Quæ cautela suffragatur etiam in crimine læsæ Maiestatis, vt per fideicommissum bona delinquentis non transeant in fiscum Anton. Gomez. ad leg. 40. Taur. nume 91. sub versic. pulchrum tamen Grā. decis 105 numer. 31. Baiard. q. 78. nu. 31. Michael Crass. in d. tract. de success. §. 1. numer. 10. vbi de communi latè Marz. d. quæst. 47. vbi multa accumulauit.

4 Sed cautela præfate nō erit bona quoad vsūfructum,

ctum, & vtile dominium, quia durante vita delinquentis fideicommissarij fiscus inuadet bona fideicommissaria, illa deinde restituendo alijs hæredibus vocatis post mortem delinquentis, d. §. Cornelio fęlici Farinac. d. q. 25. nume 34. vbi de communi Iul. Clar d. quęst. 78. num. 10. vers. si vero, Pereg. de iur. Fisc lib. 5. num. 59. Carpan. in d. capit. omnium, nu. 17. Nisi dixerit testator quod eius bona conseruentur in familia masculina post Bott. consil. 39. per totum Baiard. d. q 78. num. 41. prout latè dixi in conclus. 13 Limit. 17.

3 Erit cautela, vt testator vnà cum fideicommisso prohibeat etiam alienationem bonorum, quia eo magis fiscus excluditur à successione ob duplicem prohibitionem legis, & hominis latè Socin. iun. consil. 49. nu 10. seqq. lib. 3. Plot. cons. 30. nu. 16 Marsil sing 214 Tob Non. cons. 97. nu. 1. seqq Farinac. d. q 25. nu. 22 vbi de communi, & concordantes allegat Iul. Clar q 78. numer. 10 & ibi Baiard. numero 24 Gabriel. conclus 24. lib. 7. titul. de crim Peregrin. dict. lib 5. numero 98. Rim iun. consil. 131. numero 48. seqq. volum. 2. & quod prohibita alienari non veniant in fiscum licet extaret statutum quod bona publicentur latè Peregr. in tract. de fideicommiss q. 8. num. 110. seqq. vbi latissimè hanc quęstionem examinauit Baiard. q 78. num 38. in fin.

6 Nec etiam in crimine lęsę Maiest. bona prohibita alienari confiscantur Gramm decis. 105 nu. 31. Decius consil. 442. Baiard. quęst. 78. nume. 39. 40. vbi alios allegat.

4 Se offert cautela, vt testator expresse prohibeat bonorum alienationem in casu delicti pro quo veniret publicatio bonorum, & alios substituat, quia eo magis fiscus excluditur Tob. Non. cons. 97. nume. 1 Soc. iun. consil. 49. nume. 7. seq. lib. 3. cum alijs per Marzat. in Epit. fideicomm par. 2. quęst. 47. Farinac. d. quęst. 25. num. 23. Hier. Gabr. cons. 123. num. 12 cons. 146 nu. 39 volum. 1. latè Peregr. d lib. 5 nu. 103. seq q. vbi tractat hanc quæstionem ad partes, & testatur ita fuisse contra fiscũ iudicatum, Baiard. quęst. 78 num 38. vbi alios allegat. & latè dixi in d conclus. 13. Limit. 17 num. 22. prout hac cautela vsus fuit Pater meus in suo testamento inter tres filios relictos.

8 Nec isto casu prætendi potest ex parte fisci contra testatorem vt in eius fraudem simili cautela vsus fuerit cum non proueniat ab ipso delinquente, sed à testatore qui non deliquit, nec delinquere cogitauit, immo talis prohibitio censetur facta à testatore ob publicam vtilitatem, vt hęredes à delinquendo terreantur: latè Farinac. in d. q. 25. nu. 24. 25. 26. & post eum Rumin. iun. consil. 129. num. 4. consil. 131. num. 63. consil. 193. num. 1. seqq. volum. 1. Peregr. d. lib. 5. nu. 103. versic. verum huic Sforz. Odd. cons. 53. num 4.

5 Se offert cautela, vt in specie testator prohi-

9 beat alienationem bonorum, & nominatum hæredem exhæredet in casu alicuius particularis criminis ab eo committendi, quia tunc bona excluso fisco ad alios vocatos deferuntur. Plot. cons. 131. nu. 58. Boss. de bon. pub. nume. 30. seqq. Farinac. d. quæst. 25. nu. 27. seq. vbi concordantes allegat.

10 Quę cautela suffragatur non solum quando hæres post exhęredationem diu deliquit, sed etiam si incontinenti. Farinac. d quęst. 25 nume. 27. in fi. & dixi in conclusio. 13. limitat. 17. num. 6.

6 Desumitur cautela, vt testator prohibeat alie-

11 nationem bonorum extra familiam, vel extra certum genus personarum, quia tunc censetur fecisse huiusmodi prohibitionem, vt bona conseruentur in familia, & non in fraudem fisci, Marzar. in d. q 27. vers. additum tamen fuit Farinac. d q. 25. num. 30. Pereg. d. lib. 5. nume. 103. & dixi in d. conclus. 13 limit. 17. num. 9.

12 Et scias in proposito, quod fideicommissum, vel prohibitio alienationis bonorum ratione familię etiam in perpetuam non extenditur vltra quartam generationem, & ob id nullus erat facere fideicommissum, vel prohibitionem alienationis bonorum fauore descendentium in perpetuum, quia tunc extenditur in infinitum: latissimè post alios quos allegat Peregr. de fideicommiss. art. 30. nu 1. seqq. vbi testatur de communi & alios infinitos allegat.

7 Nobis se offert cautela, vt testator prohibeat

13 bona diuidi inter heredes vsque ad certum tempus puta 25. annos, quia ex d. prohibitione bona eximuntur à manibus fisci si in d. tempore contingat aliquem hæredem delinquere. Rol. in cons. 84. nu. 30 sequent volum. 1. Farin. d. q. 25. num. 31. vbi de communi, & concordantes allegat Hieron Gabriel. cons 134 nume. 3. sequ. volum. 1. & ibi testatur de communi latissimè Peregr. de fideicommiss. art. 36. nume. 65 seqq. & ego dixi in dicta Limitatione 17. num. 11.

8 Potest adhiberi cautela, vt fiscus excludatur in

14 loco, vbi viget decretum, vel statutum, quod alienationes factę infra certũ tempus ante commissũ delictum, prout est Mediolani infra biennium sint nullę, fiat donatio omnium bonorum in Clericum, qui deinde non comprehenditur in decreto, annullante infra d. certum tempus facto à superiori sæculari, & donatio valeret & fiscus excluderetur Plot. in d. cons. 30 num. 73. Carpan. in d. c. omnium, nu. 151. & num. 89. seqq.

9 Cautela datur, vt fiat donatio omnium bono-

15 rum per maritum vxori suę causa mortis, quia si deinde contingat bona mariti publicari per ipsam donationem fiscus excluditur Pereg. de iur. Fisci. lib. 5. num. 148. circa med. vbi tradit quod Bal. hoc pro cautela ponit in l. exequutorem colum. 9. versic. quęro quidem, C. de exsecut. rei iud. quem sequuntur Castren. Roman. & Natt. in locis per eum relatis Boss. de bon publ. nu. 36. Marsil sing. 316. Carp. in d. capit. omnium, num. 333. Menoch. de pręsumpt. parte 1. lib. 3 pręsumpt. 124. num. 71.

16 Et maritus poterit deinde illa bona sibi retinere, reuocando dictam donationem, & si faceret reuocationem post sententiam, cum ius adimendi non transeat in fiscũ, fiscus excluderetur, & idẽ erit in donatione facta filio Carp. d. c. omniũ n. 341. seq.

17 Quę

17 Quæ cautela in statu Ecclesiastico non erit tuta, cum vigore bullarum summorum Pontificum banniti possint impune offendi, & ideo nō possent bona retinere, vt post Aleiat. in d. l. post contractum tradit Carpan. in d. cap. omnium, num. 331. tamen non erunt bona applicanda fisco, tanquam acquisita post sententiam, & confiscatio non trahatur ad bona de futuro post condemnationem, vt latè dixi in conclus. 13 in limit.

18 Nec minus erit tuta, si fieret ante delictum metu futuræ pœnæ. Pic. in d. l. post contract. n. 67. Carpan. in d. c. omnium nu. 332. quod contingeret si tempore condemnationis subessent inimicitiæ, vel causæ odij, secus si non subessent, quia cessaret metus futuræ pœnæ, vt late dicam infra conclus. 29.

10 Datur cautela, vt Reus possit per acquisitio-

19 nes sibi delatas post delictum commissum ante sententiam fiscum excludere, vt recuset, ac repudiet dd. acquisitiones prout facere potest per tex. in l. cum quidam, ff. de iur. fisc. per quam recusationem excluditur fiscus. Boss. in tit de bon. pub. n. 29. Pereg. de iur. fisc. lib. 5. nu. 190. in princip. & nu. seq. vbi alios cōcordantes allegat Add ad Bertaz. in consil. 510. in littera C. vbi etiam concordantes allegat vol. 3. Plot. consil. 130. n. 57. crim. tom. 2. Baiard. quæst. 78. nu. 117. in fin. vbi post Nell. dat hoc pro cautela.

20 Nec fiscus poterit conqueri, quod talis repudiatio fuerit facta in eius fraudem. Boss. in d. titu. de bon. pub. nume 99. versic. sed dic. Carpan. in d. c. omnium nume. 396 & condemnandus recusans adire hæreditates legata, & alia relicta non occupantur per fiscum, sed remanent heredibus ab intestato, vti non delata Reo, vt post Gig. de crim. les. maiest. rub. de pen. commit. quæst 14. Natt. con. sil. 472. num. 12. volum. 2. Carpan. in d c. omnium, num. 392. seq. cum secus si esset si Reus non recusaret dd. acquisitiones, quia acquirerentur fisco, & non venienti bus ab intestato Doct vbi supra.

21 Sed d. cautela, vel alia similis non suffragaretur Reo condemnato repudianti acquisitiones in delictis pro quibus ipso iure bona publicantur, vel quia administratio bonorum interdicitur, vt declarant Pereg. in d. lib 5. num. 190. versic. ex qua ratione. Carpan. d. cap. omnium numero 396. vers. quod forte.

Et ideo Farinac. in tit. de crimi. les. Maiest. quæst. 116. §. 2. num. 56. dum tenet quod in illo crimine læsæ Maiest. recusans ante sententiam possit hæreditatem sibi delatam in fauorem cohæredum, aut venientium ab intestato excludere fiscum male sentiat, cum in illo crimine statim commisso delicto interdicatur Reo bonorum administratio, & bona absque aliqua sententia acquirantur fisco; cum solum requiratur declaratoria facti super crimine, quæ retrotrahitur à die commissi delicti, vt late dixi in conclus. 14.

11 Desumitur cautela ad bannitum hæredem in-

22 tuendum, & bona per fiscum ei non auferantur, vt testator d. bannitum exhæredet, prout facere potest, non solum ex quatuordecim causis positis in §. causas Auth. vt cum de Appel. cognos. sed etiam ex alijs, quæ sint similes vel maiores illis 14. expressis Ias. in Authen. non licet nume. 6. C. de lib. præt. quem ibi refert Curt. Iun nume. 23. versic. circa illud Iul. Clar. in §. testamentum quæst. 41. nume. 1. seq. vbi testatur non esse ab hac opinione in practica recedendū latè Michael. Crass. in tract. de success. §. testamentum quæst. 13. num. 1. & 2.

23 Et deinde pater instituat alios fratres, vel alios successores ab intestato, & illos roget restituere totam hæreditatem, vel eius partem ipsi bannito, quando fuerit ad patriam vel gratiam restitutus, quia tale fideicommissum suffragatur bannito, & excludit fiscum Durant. de art. testand. titu. de his qui non hab. fact. testamen. caut. 10. num. 13. in fin. quam optimam cautelam appellat Lud. Car. cons. 103. nu. 8. tom. 1. crim. in fol. Baiard. in q. 78. num. 111. versi. aliam autem cautelam.

Imo etiam si pater instituisset filium bannitum post condemnationem & quando peruenerit ad gratiam Principis, vel quando per viam gratiæ, vel institiæ fuerit liberatus, vt fiscus non admittatur ad bona d. institutionis Cepol. caut. 122. vbi testatur quod ita dixit Iacob. de Prato Veteri Aduocatus fiscalis Cott. In suis memorial. In verbo testamentum a quo pater. Plot. consil. 130. num. 58. tom. 1. crim. in fol. Farinac in d. quæst. 25. n. 10.

12 Adhibetur cautela contra fiscum, quia si fi-

24 lius familias cōmittat aliquod delictum per quod imponatur confiscatio bonorum & si differatur eius condemnatio vsque ad mortem patris ad effectum, vt succedere possit in bonis illius patris nomine d. filij deinde banniendi, quam cautelam pro fisco ponit Boss in titu. de bon. pub. num. 28. seq. Cott. in suis memorial. in verbo testamentum in quo vers. sed quid si filius, vt ipse filius delinquens, & banniendus ante sententiam renuntiet huic iuri querendo cum consensu illius ad quem hæreditas deinde deuoluenda erit Boss. in d. titu. de bon. pub. numer. 29. Cott. in d. verb. testament. in fin. Aleiat. in l. post contractum numer. 38. de donat. vbi subdit fiscum non posse conqueri bannendum in eius fraudem repudiasse d hæreditatem. Plot. in cons. 3. nu 57. vbi testatur ita Mediol. fuisse iudicatum prout refert, & sequitur Carpan. in d. cap omnium nume. 151. seq. & num. 396.

Item cautela præfata fisci tollitur si pater d. filium banniendum cum causa exhæredaret ex causis supra add. Boss de bon. pub. num. 38. Cott. in d. verb. testament. in quo vers. tamen datur cautela Carpan. in d. ca. omnium numer. 293. Baiard. in q. 78. num 117.

13 Erit optima cautela, vt testator in casu deli-

25 cti committendi a filio, vel hærede eum exhæredet prout facere potest ex 14. illis causis & alijs similibus, vt dixi supra in cautela 11. & alium instituat, sed vt tollatur in casibus in quibus ipso iure pœna infligitur, vel administratio bonorum interdicitur, & sic pœna statim committatur a die delicti, vel a die cogitationis in crimine læsæ Maiestatis, vel hæresis, & sic dicatur ius acquisitum fisco absque

absque alla sẽtentia, ideo exhæredet eũ per aliquod tempus, vt per 5. vel 6. dies ante cogitationem, vel delictum quia si deinde superueniat cogitatio delinquendi, vel ipsum delictum fiscus inueniet ipsum hæredem exhæredatum, quæ cautela eo magis sustinetur ob publicam vtilitatem, cum non veniat ab ipsis delinquentibus, sed à testatore, qui nõ deliquit neq; cogitauit delinquere, vt filij, & hæredes non solum se abstineant à delictis, sed etiam a cogitatione delinquendi, quæ magis fauorabilis iudicanda est ob quietem publicam, & fiscus de huiusmodi prouisione non conqueri potest, vt supra dixi in cautela 4. numer. 8. & ad maiorem expressionem suæ voluntatis testator declaret quod hoc facit, vt eius bona conseruentur in familia, & eius hæredes se abstineant à criminibus, & non animo principaliter defraudandi fiscum, vt dixi in cautela 6. in fine, & si accederet approbatio superioris tollerentur eo magis tergiuersationes maligne fiscalium iudiciũ, vt dixi in d cautela 4. in princ. & modo dicam in seq. & quod cautela valeat per exhæredationem in casu delicti committendi dixi in cautela 4. & 5.

14 Datur tutissima cautela, vt postquam fuit fa-26 cta prohibitio alienandi per testatorem, vt obtineatur a Principe confirmatio testamenti, qui ante euentum delicti facile concedet, vt per Cott. in d. verbo testamentum in quo, post medium versa laudarem tamen, vbi testatur quod hoc modo erunt sublatæ malignę fiscalium iudicium tergiuersationes, quã cautelam loquitur Farinac. in d. quæstio. 25. num. 29.

27 Item vt post dictam prohibitionem alienandi testator expresse mentem suam declaret se talem prohibitionem facere principaliter non causa fraudandi fiscum, sed conseruandi bona in sua familia Marz. d. q. 47. versic. additũ tamen fuit Farinac. d. q. 25. nu. 30.

28 Quę omnes supradictę cautelæ, vel aliæ, quę possent excogitari in statu Ecclesiastico per Bullam Sixti V. in ordine 6. sub datum Romę 1585. Kal. Iulij sunt sublatę in versic. nec non quæcumque fideicommissa &c. quo ad vsumfructum vita durante naturali ipsius delinquentis etiam in contumacia condemnari cum per eam fuerint sublata omnia fideicommissa substitutiones, & aliæ dispositiones sub quacumque verborum forma etiam cum expressa alienationis prohibitione alijsque strictissimis clausulis, & cautelis concepta.

29 Sed pro defensione dd. cautelarum respondetur quoad bulla præfata loquatur in receptatoribus, auxiliatoribus, fautoribus bannitorum, & in impedientibus officiales ministros, curiæ, satellites in eorum libera exequutione in prosequutione bannitorum prout verba bullę loquuntur, & bene colligitur ex illis verbis positis sub d. versic. nec non ex prædd. causis condemnati, per quę verba relatiua expresse voluit summis Pontifex se restringere ad casus in ea expressos, vt notat Bar. in l. talis scriptura, §. 1. quæst. pen. ff. de legat. princip. Paris. consil. 1. nu. 131. volu. 3. Rimin. Iun. consil. 128. numer. 31. volum. 2. & in terminis eiusdem bullę ita etiam declarat Sforz. Odd. consil. 53. nu. 16. 26. seqq.

TREBELLIANICA.

30 Cum Trebellianica veniat in confiscatione bonorum Roland. consil 26. nu 23. vol. 3. vbi testatur quod ita totus mundus obseruat Rimin. Iun. consil. 131. nume. 18. seqq. volum. 2. & ego late dixi in conclu. 13. in 5. ampliat. princ. ideo videndum est quomodo saluari possit a manibus fisci ne veniant in confiscationem.

1 Erit cautela, vt fiat donatio alicui causa mortis, 31 vel per pactum in aliquo contractu inducatur obligatio de restituendo alteri partem, vel totam rem donatam, vel deductam in pacto, prout de iure fieri potest, tam si pro absente stipulatio interueniat, aut donatarius promisisset substituto, aut Notarius stipulatus fuerit pro absente, vt latissimè tradit Peregr de fideicommiss art. 1. num. 11. cum pluribus seqq. & in art. 50. num. 2. seqq. Sforz. Odd. consil. 39. nu. 13 Decian. respons. 31. num. 62. lib. 1. Osasc decis 85. num. 6. & de istis fideicommissis, & relictis per contractum, vel per pactum de vno in alium non detrahitur Trebellianica, quia de his lex ad Trebellianum non loquitur, sed tantum detrahatur de vniuersalibus relictis ab hęrede grauato, l. 1 §. inde Veratins, & l. mulier §. fin. ad Trebellianum Bal. in rubr C. de reuocand. his quę in fra cred. in fin. Curt. Iun. consil. 15. col. 3. versic 2. principaliter Crauet. cons. 130. in fine cũ alijs allegatis per Pereg. de fideicommiss. art. 3. n. 18. art. 51. n. 22.

2 Datur cautela, vt extra filios primi gradus te-32 stator prohibeat detractionem Trebellianicæ prout omnino de iure testator facere potest. Anton. Gabriel. lib. 4. ad Trebellian. conclus. 1. numero 2. vbi alios infinitos allegat, & testatur de magis communi Michael Crass. in tractat. de incess. §. Trebellianica quæst. 8 numero 1. in fine latissime in §. testamentum quęst. 62. sub numero 4. & latissime Pereg. de fideicommiss art. 3. numer. 84. seqq. vbi etiam de communi & data prohibitione detrahendi Trebellianicam impeditur eius pubicatio ad fauorem fisci, late Rim. Iun. cons. 131. num. 50. & 51. volum. 2.

33 Et detractio Trebellianicę prohiberi potest non solum per verba expressa, sed etiam per æquipollentia, & per alios modos, vt si testator prohibuerit alienationem omnium bonorum, vt si etiam dixerit omnem, totam, vniuersam, hęreditatem, omnia bona, vniuersa bona, & similia verba, vt latè per Gabriel. d. lib. 4. conclus. 1. Rimin. iun. d. cons. 131. numer. 51. latè Crass. in d. §. Trebellianica q. 8. per totam latissime Peregr. de fideicommiss. art. 3. n. 87. cũ pluribus seqq. Baiard. q. 78. num. 4.

3 Erit cautela in hęredibus, vel filijs primi gra-34 dus, quibus non potest prohiberi detractio Trebellianicę secundum veriorem, æquiorem, & communiorem, ac practicatam opinionem, vbique,

que, & præcipuè in Rota Romana, vt testatur Marzar. in su. Epit. fideicommiss. q. 49. & post alios infinitos quos allegat Peregr. de fideicommiss. artic. 3. num. 107. vt non directè, sed indirectè pater prohibeat detractionem Trebellianicę iubendo filijs vt illam imputent in legitimam, prout eo casu tenentur computare, & operatur ne transeat in fiscum, vt latè per Rimin. iun. in d. cons. 131. nu. 54. qui alios allegat.

4 Etiam dedecitur cautela quando pater prohibeat alienationem bonorum inter filios vsque ad 25. annos. quia etiam in filijs primi gradus, si aliquis ipsorum in d. tempore delinquat Trebellianica non detrahitur, neque confiscatur. Farinac. q. 15. n. 45. in fin. Rim. iun. cons. 131. nu. 58. & 62. qui ambo alios Doct. eamdem opinionem sequentes allegant, & latè ego dixi in Conclus. 13. in Limit.

36 Imo huiusmodi cautela erit vera etiam in simplici alienatione bonorum, vt censeatur prohibita detractio Trebellianicę, ne confiscari possit si filij primi gradus delinquant in minore ætate, quamuis de minori ætate minimè mentio facta esset, vt tuetur Rimin. iun. in d. consil. 131. num. 60. cum pluribus seqq. Baiard. q. 78 n. 47.

5 Erit tutissima Cautela in omnibus hæredibus, & filijs primi gradus, vt testator prohibeat detractionem Trebellianicæ, & deinde filij non simpliciter, & tacitè approbent testamentum cum d. prohibitione in hæreditate se immiscendo absque reclamatione aduersus d. prohibitionem. Quia opinio est diuersa inter Doct. an ex simplici agnitione hęreditatis intelligatur remissa Trebellianica, vt est videre per Paris. cons. 43. nu 38. volum. 3. Eug. cons. 38. num. 19. Gabriel consil. 96. num. 2. volum. 1. Bertaz. cons. 75 nu 22. volum 1. Peregr. de fideicommiss. art. 3. nume. 118. & art. 36. nume. 61. sed hæredes, vel filij etiam primi gradus expresse, vel iudicialiter, vel extra iudicialiter approbent testamentum paternum, & contenta in eo, & isto casu sine alteratione transit inter Doct. vt per filios censeatur remissa detractio Trebellianicæ, Paris. consil. 26. nu. 5 volum. 2. Rolan. cons. 77. nu. 14. vol. 1. Fanut. de inuent part. 7. num. 128. Eug. cons. 38 num. 49. seq. vbi de receptiori, & veriori opinione testatur, & Peregr. de fideicommiss. d. art. 3. num. 119. qui etiam testatur de veriori, & receptiori sententia.

38 Et talis prohibitio detractionis Trebellianicę facta in persona vnius hęredis non pręiudicat alteri, nec alteri censetur facta, Castren. consil. 78. num. 2. lib. 2. Dec. cons. 257. in fi. Guid. Pap. q. 545. & 592. vbi etiam dicit an prohibita institutis videatur prohibita substitutis, Pereg. d. art. 3. num. 122. de fideicommiss.

6 Erit cautela, vt fiat fideicommissum, & prohibitio de aliquibus bonis particularibus relictus per

39 fideicommissum in hæreditate, & ob id fiscus in casu delicti non poterit detrahere Trebellianicam ex dd. bonis per particulare fideicommissum relictis, neque ad eorum rationem; vt late tradit Soc. Iun. cons. 49. n. 16. seqq. lib. 3. & testatur de cōmuni.

LEGITIMA.

40 QVoniam in legitima nullum onus vel grauamen imponi potest. Et si impositum fuerit lex ipso Iure illud reijciat per text. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic testamēt. Paris. cōs. 108. n. 11. lib. 3. Soc. Iun. cons. 131. n. 4. vol. 2. Michael. Crass. de success. q. 38. num. 2. Pereg. de fideicommiss. art. 36 num. 61. & cum vigore Bullę Sixti Quarti relatæ inter constit. Marchiæ, lib. 4. cap. 62. in Statu Ecclesiastico, & in multis alijs locis Italię pater teneatur contra omnem Iuris regulam ad Legitimam soluendam pro delicto filij, ideo videndum est si possint reperiri remedia vel cautelæ, vt ipsa Legitima non transeat in fiscum.

1 Erit cautela, vt pater prohibeat alienationem

41 bonorum, vsque ad 25. annos, quia si contingat in d. tempore filios delinquere non cōfiscatur Legitima cum isto casu prohibitio non onerosa, sed fauorabilis iudicetur Roland cons. 31. nu 31. seqq. vol. 1. Iul. Clar. q. 78. vers. Itē quęro in fin. Farinac. q. 25. n. 44. seq. Crass. de success. §. Legitima, q. 38. n. 16. vbi de magis communi. Carpan. super Nou. cō.

42 stit. Mediol. de Iur. fisc. cap. omnium, nu. 186. Imo Rim. Iun. in d. cons. 131. n. 57 seqq. firmat sufficere solam temporis appositionē simpliciter ad hoc vt Legitima non confiscetur si filij delinquāt in minori ętate Baiard. q. 78 n. 47. quia quando prohibitio ponitur per testatorem in fauorem filiorum, & non aliorum, tunc ipsa prohibitio impedit detractionem Legitimę, & non transit in fiscum. Soc. Iun. cons. 49. n. 22. lib. 3.

2 Erit cautela, vt pater instituat filium hęredem

43 in certis bonis, & eidem filios alios per fideicommissum substituat, hac conditione apposita, quod quatenus noluerit illa bona cum d. grauamine, habeat suam Legitimam, & alij tunc hæredes institutos, vel substitutos, permittat ad d. bona quia si filius ea bona acceptat Legitima non adducit, Soc. iun. cons. 122. in 2. dub. lib. 1. quem sequitur Dec. cons. 688. Paris. cons. 9. vol. 3. Durant. de art. testād. caut. 31. tit. de substit. Marc. Anton. Cuccin tract. de Legit. in tit. Legit. null. grauamen. nu. 27. quam etiam cautelam sequitur Pereg. de fideicommissis, art. 36. num. 62. Eug. cons. 38. num. 7.

Sed reuocatur in dubiū, quia nonnulli alij tenēt

44 contrarium, quos refert Pereg. d. art. 36. numer. 62. versic. nam horum traditio, & Sforz. Odd. in suo cons. decisiuo 63 in primo dubio, vbi testatur hunc articulum fuisse plene discussum, & iudicatum pro detractione legitimæ.

45 Quę cautela iuxta sententiam Socin. & Dec. saltem sustineri possit si filij approbauerint testamentum patris per actum expressum, quia tunc legitima non detraheretur, neque confiscaretur, vt post alios, & præcipuè post Marzar. de fideicom. miss. q. 50 Latè tuetur And. Facchin. cōtrouer. iur. lib. 5. cap. 96. per totum.

3 Erit cautela, vt filius per pactum renuntiet suc-

46 cessioni paternæ, & illud iuramento corroboret. quia tale pactum tenet per text. in cap. quamuis de

nis de pact. in sexto, & ibi Canon. & legist. in l. fin. C. de pact. & tunc filius à successione exclusus legi-
47 timam petere nequit cum sit portio successionis intestatę à qua filius per pactum se alienum fecit, Ruin. consil. 97. num. 4. & 7. vol. 1. Curt. iun. consil. 10. numero 3. Tiraquel. de iur. primoge. q. 55. numero 14. Peregrin. de fideicommiss. d. artic. 36. numero. 78.

4 Erit cautela, vt pater prohibeat expresse filijs
48 detractionem legitimę post factum fideicommissum de restituendo bona alijs nominatis, quia si filij deinde agnoscant paternam voluntatem adeūdo hæreditatem non simpliciter, sed approbent testamentum in ea parte, & capitulo detractionis legitimę, sine dubio filij sibi prȩiudicant in legitima per text. in l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. prȩstan. & passim hoc Doct. admittunt, vt testatur Peregr. in d. art. 36. num. 88.

5 Erit cautela, vt etiam pater expresse prohi-
49 beat filiis detractionem legitimę, & deinde filii approbent per actum expressum testamentum patris in omnibus, & per omnia, aut in omnibus partibus, quia per huiusmodi approbationem legitimam filii nō poterunt amplius detrahere Soc. iun. cons. 122. nu. 9. & 21. volum. 1. Paris. consil. 46. n. 41. seq. volum. 2. & cons. 1. n. 104 volū. 3. Peregr. d. art. 36 numero. 89. vbi alios concordantes allegat, & quod ita vidit iudicari, ac alias in facto obtinuit.

6 Erit cautela si post fideicommissum factum cū
50 prohibitione detractionis legitimę si filij per aliam verborum formulam quæ haberet vim specialis expressionis, & approbationis, prout plura exempla posuit Pereg. in d. tract. de fideicommiss. art. 3. num. 82. filij sibi prȩiudicium fecerunt etiam in legitima, vt testatur idem Peregrin. in art. 36. numer. 91.

7 Etiam deducitur cautela, vt post fideicommis-
51 sum cum d. prohibitione detractionis legitimæ, filij approbent testamentum, cum iuramento, quia
52 iuramentum habet vim expressionis, & approbationis specialis latissimè post Soc. iun. cons. 136. colum. vltima, vol. 1. & quam plurimos alios quos adducit tenet Roland. consil. 99. n. 19. volum. 4. Peregr. in d. tracta. de fideico. mmiss. art. 36 nume. 90. Michael Crass. in tracta. de success. §. legitima, q. 38. nume. 21. in fine, vbi de communi.

8 Cautela datur ad soluendam partem legitimæ, vt si post fideicommissum factum aliquam portio-
53 nem relinquat filio pro legitima, vt filius non possit agere ad supplementum legitimę; quod erit quando filius viuente patre approbasset eius testamentum, & deinde mortuo patre agnouisset illud, & minimè impugnasset, vel si post mortem patris approbasset testamentum in omnibus, vel quando pater reliquisset aliquam rem pro sua legitima iubens quod si de ea re contentus non foret eidem relinquebat legitimam, quia filius acceptando d. rem, non posset amplius supplementum legitimę petere. Item vbi pater prælegat adiecta conditione si voluerit prælegatum assequi non habeat legitimam, vt post alios quos in vnum allegat firmat Peregr. in d. artic. 36. nume. 95. 96. & 97.

FÆVDA.

54 Licet feuda regulariter non veniant in confiscatione, Soc. iun. consil. 49. nu. 1. vol. 3. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. feudo. gl. dictique Vassalli, numero 61. seq. Boss. de bon. pub. Iul. Clar. quęst. 84. numero 1. Farinac. in tit. de delict. q. 25. numero 62. tamen in multis bonis feudalibus huiusmodi conclusio non est vera, cum illa propter delicta confiscentur, ideo videndum est, quibus modis remedijs, ac cautelis prouideri valeat ne in fiscum transeant.

1 Erit cautela, vt in concessione fæudatarius à
55 Principe obtineat sibi concedi feudum transiturum de vno in alium, vel omnibus principaliter, siue insolidum, vel attentis meritis singulorum, vel dicat concedo generi tuo, & tunc quia omnes principaliter, & insolidum considerantur de per se ab ipso superiori concedente, & non tamquam successores primi inuestiti, sed vti semper primi successores, ideo vnius delictum alteri nocere non potest, vt transeat in fiscum, sed deoluitur ad alios vocatos in ipsa inuestitura. Iul. Clar q. 66. num. 4. vbi de communi, Farinac. n. q. 25. nume. 93 etiam de communi Iacob. de Sanct. Georg. in d. verbo, dictique Vassalli, nu. 58. versic. 4. Limit abis Boss. in tit. de bon. pub. nu. 54. in fine; Roland consil 1. numero 54. vol. 3. & cons 15. num. 3. volu. 4.

2 Erit cautela, vt obtineatur fęudum pro se fi-
56 lijs, & descendentibus nulla facta mentione de hȩredibus, quod appellatur fęudum ex pacto, & prouidentia, qui dicuntur vocati non ex persona patris, neque tanquam eius heredes, & successores, sed iure proprio. Ideo in casu confiscationis bonorum excluso fisco filijs, & descendentibus vocatis deoluitur, Gozad. cons. 84. nume. 15. vbi de communi, Roland. cons. 64. numero 37. seq. volum. 2. consil. 78 per totum vol. 4. Afflict. in cap. 1. num. 3 si Vassal. fæud. preue. & in cap. 1. §. sed & res, numer. 32. per quos fiat inuestit. & in glos. 3. nume. 3. quę fuerunt prim. caus. benefic. amittend. Lud de Molin. in tracta. Hispan. primog. lib. 4. c. 11. numer. 3. vers. 2. quia Petr. Cabal. in quęstio. crimin. cas. 182. numero 11. & 12. Carpan. super nou. constit. Mediol. titu. de fisc. §. omnium, num. 147. num... seq.

57 Nisi delictum fuisset commissum aduersus Dominum contra conuentiones feudi, quia applicabitur Domino in vltionem suę iniuriæ, Petr. Cabal. d. cas. 182. num. 15. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. numer. 108. versic. rursus intellige Claud. Bertaz. ad cons. patr. 281. in litera B, in princ. vbi de magis communi.

3 Se nobis offert cautela, vt à Principe obtinea-
58 tur concessio feudi simpliciter nulla facta mentione de filijs, vel descendentibus, sed simpliciter Princeps dicat concedo Seio Castrum in feu-

dum

dum quod appellatur feudum ex sola prouidentia legis, & informe, vt sicut non potest transire ad extraneos hęredes, nec transibit in fiscum, latè Iul. Clar. in §. feudum q. 9. nume. 6. Farinac. in d. q. 25. num. 81. Petr. Cabal. in d. cas. 182. num. 13. cum pluribus seqq.

4 Potest assignari cautela, vt obtineatur inuestitura non absolutè, vt si feudum hęreditarium, quod contingit quando habetur mentio de hęredibus, neque absolutè fit ex pacto, & prouidentia, sed de vtroque participet, & sic obtineatur pro se, & filijs, seu liberis, & descendentibus, & hęredibus, & ideo oporteat, vt sint filij descendentes, & copulatiuè hęredes, & casu isto confiscatis bonis feudatarij, sicut non potest feudum transire ad extraneos hęredes, sic etiam non transibit ad fiscum ex regula illa generali, vt tradit punctualiter, Boss. in titu. de bon. pub. nu. 20. versic. nam aliquando feudum, & Petr. Cabal. d. cas. 182. numero 21. & 22.

5 Etiam in feudo nouo in persona primi acqui-60 rentis, vt non transeat in fiscum, erit cautela, vt obtineatur concessio quod de bonis feudalibus primus acquirens non possit disponere sine licentia Domini, & licet hoc casu dicta bona feudalia possint transire ad extraneos hęredes, nihilominus d. feudum per fiscum non occupatur, sed redijt ad dominum concedentem, Boss. in tit. de bon. pub. nu. 54. Iul. Clar. q. 84. vers. secundum autem genus, Farinac. in d. q. 25. numer. 72. Vbi post Boss. subdit dummodo in concessione verba sint concepta negatiue, vtputa quod non possit Vassallus alienare sine Domini consensu, aut licentia, secus si affirmatiuè quod possit alienare impetrata licentia, vel habito consensu.

6 Erit tutissima cautela, vt à superiori obtinea-61 tur inuestitura cum expressa prohibitione confiscandi in casu delicti, quia semper feudum penes feudatarium, & alios vocatos permanebit, nec poterit deuenire in fiscum prout diximus in donatione facta à Principe alicui particulari pro se, & descendentibus, vt bona donata non possint confiscari in conclus. 13. Limit 40. nume. 1. & in fideicommissis, ac in prohibitionibus alienandi accedente consensu Principis substineantur prohibitiones, etiam quoad Trebellianicam, & legitimam vt vidimus supra in cautela . . . & in constitutione Maioratus, cum Princeps possit apponere legem, vel pactum quod voluit, vt post August. de Perusia in l. 2. C. de liber. & eorum liber. tradit Ant. Gomez. ad leg. 40. Taur. numero. 91. sub vers sepulchrum tamen.

62 Ac in proposito ferendum est, quod in omnibus casibus in quibus bona feodalia non transeūt ad hęredes extraneos non confiscantur, nec fructus eorum in vita delinquentis fiscus capere possit, sed bona feudalia, & fructus deferantur ad vocatos, vt in puncto decidit, Boss. in tit. de bon. pub. nu. 37. post vers profequendo materiam, vbi de communi, & quod ita Mediolani seruatur, Farinac. in d. q. 25. n. 68. seq. vers. Amplia 4. vbi de communi, & quod ita in practica seruatur, Thes decis. 167. nume. 2. vers. sed maius erat dubium, vbi firmat ita in facti contingentia fuisse per Senatum decisum, Bertaz. cons. 369. num. 23. vers. vnde quidò. Petr. Cabal. in d. cas. 182. n. 20. qui pro fisco respondit Peregr. de iur. fisc. lib. 5. sub num. 115. vers. contra autem profisco, vbi testatur sic iudicatum, & exequutum vidisse ad fauorem fisci.

63 Sed in statu Ecclesiastico caueant Barones, & feudatarij ne recipiant banniros in eorum Castris; & locis, neque aliquo modo eis confoueant, neque quoquomodo auxilium pręstent, quia per Bullas summorum Pontificum incipiendo à Pio II. Paulo II. Sixto IIII. Iul. II. Leone X. Clement. VII. Iul. III. Pio IIII. Pio V. Gregor. XIII. & postremo finiendo in Bulla Sixti V. in ordine 6. sub datum Romę, apud S. Marcum anni 1585. Kal. Iulij;

64 incidunt in crimen lęsę Maiestatis verum, & non confictum, & in amissionem feudorum in confiscatione omnium bonorum, ac in pœnam vltimi supplicij, & per quęcumque fideicommissa substitutiones dispositiones sub quacumque verborum forma, etiam cum strictissimis clausulis non alienandi vita delinquentis naturali durante commoditates, & fructus tolli non possent, quin non transeant ad fiscum, vt legitur in d. Bulla Sixti V. vers. nec non quęcumque.

65 Et adeo est in statu Ecclesiastico detestabile in Baronibus huiusmodi crimen receptationis bannitorum in eorum castris, & iurisdictionibus, vt per Iul. Pap. III. in constit. 52. sit prescripta certa forma circa modum procedendi, & probandi d. crimen, & etiam sufficiat pręsumpta scientia re-66 sultans ex tollerantia emanata ab eorum officialibus in eorum Castris, vt eo ipso quod dd. officiales tollerant bannitos commorari in dd. Castris inducatur scientia contra Dominos, & feudatarios, vt ex ea possint puniri ex d. crimine lęsę Maiestatis, quę Bulla Iulij III. fuit confirmata per plures Pontifices, & in specie per Sixtum V. in d. constit. 6.

MAIORATVS.

67 Maioratus potest etiā à manibus fisci eripi ne per delictum possessoris transeat in confiscationem in quocumq; crimine etiam lęsę Maiestatis humanę & diuinę, procurans; vt in ipsa constitutione eximatur ab omni confiscatione, vt latè per Anton. Gomez. ad leg. 40. Taur. numero 98. sub vers. pulchrum tamen. Et ego latè dixi in Conclus. 13. Limitatio. 31. de ista materia, vide latè Tiraquel. in tract. de iur. primog.

EMPHITEVSIS.

68 Bona emphiteotica possunt eximi à manibus fisci, in si ipsa constitutione emphiteusis ap-69 ponatur conditio, vt ad hęredes extraneos transmitti nequeat, quia ex regula generali non transibit in fiscum, Iul. Clar. in quęstion 25. in principio, & sub versic breuiter in §. emphiteusis, Farinac.

Farinac. in tit. de pœn. quęstio. 25. numero 60. vbi alios allegat Carpan. in capit. omnium, numero 129. versicu. nisi adsit pactum.

70 Et illo casu, nec etiam commoditates, & fructus in vita delinquentis transibunt in fiscum, Dec. consl. 442. num. 32. Crauet. consl. 27. numer. 6. Plot. consil 30. num. 77.

2 Erit cautela, vt apponatur clausula quæ in om-
71 nibus apponi solet quod non liceat Emphiteotę rem commissam vendere, alienare, vel aliter sine licentia Ecclesiæ petita, & obtenta, quia ex duplici prouisione legis, & hominis excluditur fiscus etiam quoad commoditates percipiendi fructus in vita delinquentis, vt post alios quos allegat firmat Corb. in tractã. de emphit. titu de caus. priuat. ob mort. ciuil. caus. 7. nume. 70. & ego latè dixi in dicta conclusio. 13. limit. 33. num. 16.

3 Erit cautela, vt concipiatur concessio emphi-
72 teusis, vt non sit transmissibilis ad extraneos hęredes quo casu per delictum non potest transire in fiscum, Iulius Clar. quæstio. 29. sub versic. breuiter, §. emphiteusis, Farinac. quęstio. 25. numero 53. in fin. Corbol. in d. caus. 7. numer. 24. etiam quod emphiteusis esset concessa à priuato, vt latè dixi in conclus. 13. Limit. 33. num. 1. & num. 28.

73 Et omnes cautelæ quæ sufficiunt, & suffragantur in feudo substinebuntur in emphiteusi, cum sit receptum valere digressum à feudo ad emphiteusim, gloss. in capitulo primo, verb. Vtrumque, an agnati in feud. Alexand. consil. 42. numero 3. volumine primo, Paris. consil. 12. numero 4. volumine primo, Corn. consil. 67. numero 9. volumine secundo, Grat. consilio vndecimo, nume. septimo, volumine primo, Camil. Borell. consil. 5. num. 21.

Et omnes supra dictę cautelę, & alię similes erunt fine alteratione bonę; & vtiles si tempore donationis, contractus, concessionis, vel inuestituræ non subesset causa delicti, quia deficerent inimicitiæ odia lites, vel quælibet aliæ causæ committendi delictum, vt latè dicã in Cõclusione 27.

Gratiatus a Principe quando recuperet bona confiscata etiam in alium alienata.

SVMMARIVM.

1 *Gratia facta a Principe per verbum gratiamus, vel indulgemus operatur, vt bona fisco incorporata, & in alium non alienata a gratiato restituantur. contra nu. 3.*

2 *Beneficia Principis sunt late interpretanda.*

4 *Gratia, vel indulgentia quamuis generalis non trahitur ad bona confiscata etiam si indulgentia esset communis nu. 5. etiam si indulgentia concederetur a lege. nu. 6.*

7 *Gratia in quibusdam locis de consuetudine non trahitur ad bona incorporata.*

8 *Gratia, vel indulgentia trahitur ad alimenta ad sorem gratiati.*

9 *Gratia quæ non fuerit simplex, sed plena trahitur ad bona confiscata.*

10 *Gratia trahitur ad bona incorporata quando Princeps mandat condemnationes libere cancellari.*

11 *Gratia bannito concessa ob iniustitiam condemnationis, & ob eius innocentiam trahitur ad confiscata.*

12 *Gratia concessa delinquenti ante sententiam confiscationis trahitur ad incorporata.*

13 *Gratia trahitur ad incorporata quando Princeps est solitus bona restituere in gratijs simpliciter factis.*

14 *Gratia concessa per verbum restituimus trahitur ad incorporata. Idem erit si per alia verba denotantia restitutionem, nu. 15.*

16 *Gratia concessa per verbum restituimus non trahitur ad ius quod quis ante, vel post bannum ob illius incapacitatem sibi acquisitum non fuerat.*

17 *Gratia concessa per verba adaptabilia ad indulgentiam, & restitutionem trahuntur ad incorporata.*

18 *Gratia concessa cum certis conditionibus, & qualitatibus vltra illas qualitates non operatur effectum. Declara prout in num. 19*

20 *Gratia, vel restitutio non trahitur ad bona incorporata, & per fiscum in alium alienata.*

21 *Gratia non trahitur ad nomina debitorum data a fisco alicui exigenda.*

22 *Gratia non trahitur ad bona alienata per fiscum si ex noua causa ad restitutum redierint.*

23 *Gratia non trahitur ad bona alienata per fiscum quando in rescripto Princeps non restituisset aduersus dicta bona alienata licet orator in supplicatione insteterit bona alienata sibi restitui.*

24 *Gratiatus non recuperaret bona quando fuerit bannum, vel condemnatio declarata nulla Declara. nu. 25.*

26 *Gratia concessa per illa verba non obstante quacumque condemnatione non trahitur ad alienata per fiscum contra num 27.*

28 *Gratiatus non recuperat bona per fiscum alienata quando non ex facto Principis, sed ex facto legis deuenerunt in tertium, vt in feudo, in emphiteusi, Maioratu & similibus. Contra nu. 29. Declara nu 30.*

31 *Gratia non trahitur ad fructus medio tempore perceptos per fiscum.*

32 *Limita tribus modis nu. 33. & 34.*

35 *Gratiatus, qui potest bona alienata recuperare illa non recuperat sine assensu Principis.*

36 *Gratiatus non recuperat per ipsam gratiam bona sibi per tertius vsurpata, sed agit per iuris remedia.*

37 *Gratiatus in casibus in quibus recuperat bona alienata intelligitur citato possessore, & cum mãdato Principis.*

38 *Gratiatus a Principe non habet contra Auth orem fisci recursum de euictione. Declara nu. 39.*

40 *Gratia concessa rebellibus non trahitur ad iam mortuos. Amplia & limita num. 41.*

42 *Gratiatus non recuperat iura extincta per illius condemnationem. Declara num. 43.*

43 *Annuus redditus non restituitur gratiato dicto n. 41. Declara prout in num. 44.*
45 *Legatum annuum an gratiatus recuperet.*
46 *Gratiatus ad sortem principalem non recuperat interesse, vel vsuras.*
47 *Gratiatus ad omnia ex certis causis expressis non recuperat fructus consumptos.*
48 *Gratiatus non recuperat ea, quæ per fiscum non fuerunt incorporata quantumcumque gratia sit generalis.*
49 *Gratiatus ad bona existentia vel de præsenti bona consumpta non recuperat.*
50 *Gratiatus ad Castrum, vel Ciuitatem per fiscum ablat. non recuperat eorum iurisdictionem alijs locis traditam.*
51 *Gratia quamuis generalis non trahitur ad bona confiscata per feudatarium, nec ad damnum passum per ipsum quamuis illud passus fuerit vna cum Principe.*
52 *Gratiatus per viam iustitiæ recuperat bona a fisco alienata.*
53 *Gratiatus in forma plenissima cum clausula quod nihil gratiato opponi possit recuperat bona alienata.*
54 *Gratiatus quando constat ex verbis eius gratiæ Principem voluisse restituere bona alienata illa recuperat contra nu. 55 concorda nu. 56.*
57 *Gratiatus quando possit recuperare pretium a fisco Declara nu 58.*
59 *Rebelles, qui fecerunt pacem cum Principe, & ab eo non fuerunt restituti recuperant bona per fiscum alienata. Declara nu. 60.*
61 *Rebelles restituti a Principe per pacem loquutam recuperant mobilia immobilia & omnia, quæ habebant ante rebellionem.*
62 *Principes in restitutione bonorum alienatorum quid obseruare soleant ne oriatur perturbatio in eorum statibus ob restitutionem bonorum per tertios possessorum.*
63 *Rebellibus restitutis rescinduntur omnes aliæ sententiæ aduersus eas durante rebellione latæ.*
64 *Rebelles restituti trahunt secum omnes alios socias, & complices.*
65 *Clerici Ecclesiæ, laici, & omnes veniunt in generali restitutione concessa per viam pacis.*
66 *Gratiatus vendicat bona a possessoribus in quibus fuerunt bona alienata sine sententia in casibus in quibus ipso iure per delictum dominium non confiscatur.*
67 *Gratiatus dum ad patibulum ducitur recuperat bona. Declara num 68.*
69 *Gratiatus recuperat bona cum oneribus, & honoribus, & in quibus habebat solam detentionem, & tenetur satisfacere creditoribus etiam si cridis non contradixerit, nu 70.*
71 *Gratiatus recuperat bona cum suis titulis præcedentibus.*
72 *Gratiatus ad bona non soluit laudemia.*
73 *Gratiatus ad feuda non indiget noua inuestitura, nec feudum mutat naturam Declara nu. 74.*

CONCLVSIO XXVIII.

28 QVia ista conclusio amplectitur plura capita restitutionis circa incorporalia, spiritualia, & corporalia, de quibus latissime suo solito more doctè, ac distinctè, & plane pertractauit Sforz. Odd. in suo tract. restit. in integr. ideo perstringam tantum restitutionem bonorum corporalium, quæ magis conuenit materiæ confiscationis bonorum.

28 Conclusio est, quod in bonis confiscatis, & 1 in alium non alienatis gratia a Principe per verbum gratiamus, vel indulgemus condemnato concessa, trahatur ad bona confiscata, & incorporata, & remissus bona sibi ablata, & fisco incorporata recuperet, quia beneficia Principis latissime 2 sunt interpretanda, iuxta materiam l. final. vbi communiter Doct. ff de constit. Paul. Ghirl. de relaxat. carcerat. tit. de benefic. & indulg. Princ. quæst. 2. Boss. in tit. de remed. ex sol. clemen. Princ. vbi de communi. Iul. Clar. in quæst. 59. vers quæro numquid, & alij relati per Farinac. in quæst. 6. nu. 48. versic. circa primum. Card. Tusch. tom. 4. in verbo gratia conclus. 53. nu. 9.

3 Contrariam opinionem, quòd in gratiato aduersus bannum per verbum gratiæ, indulgentiæ, seu dispensationis intelligatur gratiatus quoad pœnam banni, & non quoad bona etiam per fiscum non alienata. Anto. Gomez. in tit. de tort. reor. nu. 38. sub vers. item adde Roland. cons. 45. vol. 4. vbi de communi vbi alios allegat Farinac. in d. q. 6. nu. 28. vers. contrariam & negatiuam opinionē vbi testatur de communi, & veriori opinione, & respondit ad d. l. final. de constit. ac alios concordantes allegat late Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. q. 94. arti. 5. nu 17. vbi de communi Pereg. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. nu. 17. vbi etiam alios concordantees allegat.

1 Amplia istam contrariam opinionem proce- 4 dere etiam quod Indulgentia esset generalis adhuc ista; gratia, vel indulgentia non trahatur ad bona confiscata. Odd. in d. ar. 5. nu. 19. per tex. formalem in l. 4. C. de senten. pass. Farinac. sub d. versic. quare ne recedas.

2 Amplia etiam si indulgentia fuerit communis. 5 Odd. in d. artic. 5. nu 20. per text. in l. si ademptis, C. de senten. pass. Farinac. sub d. versic. quare non recedas.

3 Amplia etiam in gratia, vel indulgentia conces- 6 sa a lege Dec. in cap. quia diligentia num. 20. de electio. vbi Abb. qui ponunt exemplum in heretico, qui per indulgentiam recuperat bona confiscata. Odd. in d. artic. 5. nume. 21. Farinac. in d. num. 28. sub dic versic. quare non recedas.

4 Amplia in statu Mediolani de consuetudine, vt 7 aggratiatus non recuperet bona etiam non alienata teste Iul. Clar. d. q. 59. nu. 5. Card. Tuschul. d. conclus. 53. nu. 16.

1 Limita in alimentis, quia per simplicem in- 8 dulgentiam illa intelliguntur restituta non solum anno-

annorum sequentium, sed etiam præcedentium per text. expressum in l. his ecce, ff. de alimen. & cib. leg. Odd. dic. quæst. 94. part. secũda, artic. 5. n. 22.

2 Limita, & intellige procedere in simplici gra-9 tia, vel indulgentia secus in gratia libera, seu indulgentia plena, quia Princeps emiserit illa verba plenam gratiam fecimus, vel plene seu plenarie, & tunc trahatur etiam ad bona confiscata Marf. singul. 242. Odd. in dic. artic. 5. num. 23. vbi alios adducit Farinac. in d. quæst. 6. nume. 28. versic. limita primo. And. Iser. in c. testimonium extr. de test. & in cap. eã te extr. de rescript. vbi refert ita apud Ferraram obtinuisse Pereg. d. libr. 5 titu. 2 nume. 22.

3 Limita idem esse si Princeps mandasset condẽ-10 nationes factas libere cancellari; post Anchar. & Felin. firmat Pereg. in d. tit. 2. nu. 23 lib. 5.

4 Limita quando gratia esset reo concessa ob 11 iniustitiam condemnationis, & ob innocentiam gratiati. Odd. in d. artic. quinto, numer. 24. Menoch. de recuperand poss. remed. 16. nume. 113. & Doct. in l. Gallus, §. & quid si tantum vbi de communi, ff. de lib. & posth. late Farinac. in d. quæst. 6. n. 29. vbi de communi, & alios concordantes adducit Pereg. d. libr. 5. titul. secundo, nume. 58. loquitur quando Princeps declarauit confiscationem factam, fieri non potuisse, & velle causam haberi pro non facta, perinde ac si facta non fuisset, & prius dixi nu. 21.

5 Limita quando ista gratia, vel indulgentia es-12 set concessa ante sententiam, quia trahitur ad bona confiscata text. in l. rescripta in fin. C. de prec. Imper. offer. Afflict. in cap. primo, nume. 32. tit. de vassall. decrep. & Odd. in 2. part. quæst. 99. artic. 6. nume. 46. Farinac. d. quæst. 6. nume. 30.

6 Limita quando Princeps solitus est in gratijs 13 simpliciter factis restituere bona, quia tunc talis gratia traheretur etiam ad bona confiscata Boss. in titu. de remed. ex fol. clemen. Princ. numero 8. Farinac. dict. quæst. 6. num. 31.

7 Limita quando Princeps simpliciter vsus fuit 14 in gratia, verbo restituimus, quia per eam trahitur etiam ad bona fisco incorporata Farinac. in d. q. 6. n. 32. vbi infinitos alios allegat, & testatur de communi vbi late Crot. consil. 127. nume. 13. Iul. Clar. quæst. 59. versic. quæro nunquid Roland. consil. 45. nume. 10. volum. 2 Peregr. d. lib. 5. titul. secundo, num. 25. Cardin Tusch tom. 7. in verbo restitutio, conclus. 300. nume. 2. vbi de communi.

15 Et adeo isto casu per verbum restituimus, vel per alia verba denotantia restitutionem, gratiatus intelligitur restitutus ad omnia, quę fuerunt sibi ablata per sententiam, & sic ad plenariam restitutionem, vt intelligatur restitutus ad regalia, & iurisdictionalia ad iura agnationis, & cognationis, & filiationis, succedendi ab intestato, & præter, & contra testamentum, & ad omnia alia iura ciuilia, & ad iura patrię potestatis actiuè & passiuè, & omnes actus per eum gesti reconualescant, & teneatur satisfacere creditoribus vt late prosequitur Peregr. in d. lib. 5. tit. 2. nu. 26. seqq. & iure postliminij omnia restituantur sibi in eo statu, in quo erant ante d. condemnationem late Farinac. in supradicta, quæst. 6. nume. 32. sub vers. restitutio enim tantum.

1 Sublimita istam 7. limitationem, vt non intel-16 ligatur restitutus ad ius, quod ante bannum vel post bannum ob illius incapacitatem, reale sibi quæsitum non fuerat gl. mag. in l. Gallus, §. & quod si tantum, ff. de liber. & posth. vbi decidit quod si nepos succedat auo defuncto filius deportatus postea restitutus non auocet a nepote filio suo hæreditatem, quam communiter Doct. sequuntur. Idem si primogenitus bannitus mortuo interim patre, & succedente secundo genito in Baronia postea restitutus non auferat a secundo genito. Afflict. in cap. 1. in glos. 3. numer 90. tit. quę fuit prima caus. Gig. in tit. de pœn commiss. crim. læs. Maiest quæst. 20. Pereg. d. lib. 5 titu. secundo, nu. 33 & prius sub numer. 21. in bannito restituto per viam iustitiæ, quia de eius innocentia docuit.

8 Limita, & intellige quando gratia fuit conces-17 sa non per verba significantia restitutionem, sed per verba de eorum natura adaptabilia ad indulgentiam, & restitutionem, vt quia fuerit dictum quod rebanniatur aut quod de banno cancelletur, quia dubium est an ad restitutionem vel ad gratiam restituatur. Bar. tamen in l. final. nu. 11. C. de sent. pass. tenet per duo fundamenta trahi ad restitutionem bonorum. Salic. autem in ead. leg. final. in 3. casu decidit trahi ad pœnam tantum, & non ad bona per tria fundamenta, quæ ponit & refert Pereg. in d. lib 5 tit. 2. num. 19. seqq. vbi tamen subdit quod si vellmus tenere opinionem Salic. duobus modis venit limitanda, primo quando bannitus fuit restitutus per viam iustitię, secundo quando Princeps vtitur verbis denotantibus plenariam restitutionem, vt bona confiscata gratiato debeant restitui, alias gratia non diceretur plenaria.

2 Sit conclusio principalis quod restitutus cum 18 certis conditionibus, & qualitatibus non vltra consequatur quam in restitutione fuerit expressum cum limitata restitutio ad certos actus vltra non extendatur Peregr. d. lib. 5. titul. secundo, num. 32. latissime Sfor. Odd. in tractat. de restit. in integ. part 2. artic. primo, quæst. 99. nume. 5. vbi concordantes allegat, & licet sub versic. in contrarium est alia communis tenetur de communi tamen ipse videtur transire in aliam opinionem quam etiam aliqui communem appellant, sed sub num. 7 etiam dicit quod retenta opinione prima firmata in ista secunda conclusione illam limitat tribus modis, & primo quando fuisset restitutus non solum ad 19 acquisita, sed etiam ad sibi delata & ideo animaduertit Aduocatum, vt concipiat litteras gratię per hęc verba Titium cõdemnatum ad bona quęcumque, quę ante bannum habebat & ad ea, quę postea delata de iure fuerint, quam etiam deferenda restituimus, & a quibuscumque illorum possessoribus illa auocari, & vna cum fructibus etiam restitui mandamus, secundo quando Princeps dixit quod volebat bannum ita pro cancellato haberi.

beri, ac si nunquam bannitus fuisset, tertio. Nisi id quod interim ad bannitum pertinere cœpisset, fuisset sub conditione relictum, & conditio post restitutionem euanescat.

3 Sit conclusio Principalis, vt restitutus aduer-
20 sus bannum non intelligatur restitutus aduersus bona per fiscum in alium alienata, & possessa per tertios possessores. Cassan. super consuet. Burg. rubr. prima, §. quinto, numero 194. versic. & quoniam, Iul. Clar. q. 59. nu. 5. vbi de communi, Farinac. tit. de inquisit. quæst. 6. num. 33. vbi latissimè & alios infinitos allegat, & pluries testatur de communi, & respondet contrarijs, Peregr. d. lib. 5. tit. 2. nume. 34. vbi concordantes etiam allegat, & reddit concludentes rationes, & ibi ponit aliquas illationes, Card. Tusch. tom. 4. in verb. Gratia, conclus. 53. nu. 11. vbi de communi, & tom. 7. in verb. restitutio, conclus. 300. nume. 37. seq. vbi de communi, & ad plura infert.

1 Amplia, vt nec minus recuperet nomina debi-
21 torum si à fisco data fuissent alieni exigenda, vt post Ruin. cons. 22. col. 1. lib. 5. & Brun. in tracta. de cession. bon. in 4 par. q. 16. numer. 5. in princ. tradit Odd. in d. q. 99. artic. 6. num. 45.

2 Amplia si bona per fiscum in tertium alienata
22 ex noua causa ad gratiatum, seu restitutum rediissent, vt quia ille sine hærede decidisset adhuc illa bona non recuperet. Docto. in d. §. & quid si tantum, & præcipuè Acquens. num. 32. Gabrau. num. 63. Peregr. d. lib. 5. tit. 2. num. 42. vbi subdit, quia sufficit, quod semel ab illis bonis fuerit exclusus.

3 Amplia quando restitutus supplicasset aduer-
23 sus etiam bona alienata, quia si in rescripto id expressum non fuerit supplicatio non trahatur ad dd. bona alienata, Afflict. in capitulo 1. numer. 31. de Vassal. decrep. æt. Peregr. d. lib. 5. tit. 2. nu. 43.

4 Amplia quando fuerit declaratum bannum, &
24 condemnationem esse nullam, quia adhuc remissus, vel gratiatus non recuperaret bona in alterum alienata, Boss. tit. de remed. ex clemen. Princ. num. 17. Farinac. in d. q. 6. nume. 34. vbi tamen ipse
25 credit esse veram ampliationem quando tertius possessor non fuisset citatus in declaratione nullitatis banni secus si fuisset citatus Peregr. d. lib. 5. tit. 2. nume. 58. vers. sed contra vbi alios concordantes allegat, vbi etiam ipse refert latè quandam aliam distinctionem, & conatur reducere ad concordiam opiniones contrarias aliquorum doctorum ad quem Lectorem remitto, & add. Card. Tusch. in conclusio. 300. nume. 41. seqq. tom. 7. in verbo restitutio.

5 Amplia, quando in gratia adessent apposita illa verba non obstante quacumque condemnatione quę pro non facta habeatur, & irrita sit, vt nec etiam bannitus intelligatur restitutus ad bona in alium translata, Ruin. cons. 21. nu. 9. versic. non obstat igitur volum. 5. Rolan. cons. 45. nu. 18. seqq. vol. 4. Neuiza. cons. 68. num. 47. vers. non obstat.

Sed Farinac. in d. q. 16. nu. 35. vers. ex cuius dictis, multum dubitat de ista ampliatione, quia non desunt Docto. qui teneant contrarium, vt restitutus non sit per illa verba ad bona alienata, & per alium possessa, & ibi adducit concordantes, & testatur de communi, & Odd. in d. q. 99. artic. 12. num. 109. seq. declarat hanc ampliationem, vt si in gratia adessent solum illa verba non obstante banno, vel condemnatione, & tunc opinio firmata negatiua in ista ampliatione sit vera, si vero subsequantur alia verba, ita quod habeatur pro non facta, nec de ea obijci possit, & tunc verius sit restitutionem tanquam plenariam trahi etiam ad bona alienata quā opinionem si in gratia adesset illa clausula quod nihil possit obijci de banno, & confiscatione post alios quos allegat sequitur, & tuetur Peregr. in d. lib. 5. tit. 2. num. 55. seq. vbi testatur de communi, & hanc esse opinionem tenendam, & subdit quod possessor habebit recursum aduersus fiscum pro precio rei emptę sibi euictæ; latè Card. Tusch. in d. conclus. 300. n. 41. cum pluribus seqq.

6 Amplia quando ex dispositione legis absque fa-
28 cto & contractu Principis, seu fisci bona deuenerunt in tertium possessorem, vt in feudo, maioratu, emphiteusi, fideicommisso, & alijs similibus, vt nec etiam restitutus a Principe recuperet dd. bona ex dispositione legis in alium translata, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3 num. 39 vers. quod tamen, & ibi respondet contrarijs, Farinac. in d. q. 6. numer. 36. vbi plures alios concordantes allegat, & testatur de communi Odd. in d. q. 99. artic. 10. & seq. vbi ponit 13. exempla ad corroborationem istius ampliationis.

29 Contrariam opinionem quod imo isto casu restitutio trahatur ad bona quę ad tertium peruenerunt sine facto, & contractu fisci tenent Docto. in vnum congesti per eumdem Farinac. in d. q. 6. nu. 36. vers. contrarium quod, vbi pluries testantur de communi, & quod pro resolutione istius articuli sit recurrendum ad ea quæ doctè, & distinctè posuit, Odd. in d. q. 99. art. 1. per totum art. 2. art. 10 & ar. 11. Peregr. autem in d. lib. 5. num. 53. & 54. tit. 2. refert etiam Doctor. hinc inde, & pro vtraque parte opinionem affirmatiuam & negatiuam tenentes, & refert quamdam distinctionem, quę est, aut possessio bonorum ex dispositione legis, vel statuti ad alium delatorem per eum non fuit apprehensa, & tunc restitutus intelligatur etiam ad illa bona adhuc non apprehensa, aut fuerat per illum possessio apprehensa, & tunc restitutio non comprehendat bona præfata.

30 Sed in tanta Doct. varietate tradit aliam distinctionem, idem Peregr. aut clarè constat de mente Principis volentis habere gratiatum etiam bona alteri acquisita, & tunc illa sint gratiato restituenda, aut ius fuit quæsitum tertio immediate non in vltionem suæ iniurię, & tunc etiam restitutio prosit gratiato, aut fuit ius quęsitum in vltionum suæ iniurię, & tunc restitutio non trahatur ad bona alienata virtute legis etiam municipalis, quia iniuria per decretum sententiam, legem, vel statutum non fuit sublata, quam distinctione tradit sub d. tit. 2. num. 54. vers. in hac Doct. varietate, & hanc

vltimam

vltimam distinctionem duobus modis limitat.

Et primò quando bona ex sententia fine facto fisci transierunt in tertium, & ille tertius bona ipsa alienasser tunc restitutio gratiati ad dd. bona in alium peruenta non traheretur, & allegat Andr. Iser.in c. 1. colum.3 vers.idem si is, & Afflict.num. 35.de Vassal.decrep.æt.

2 Limita quando ex contractu bona ad aliquem redijssent veluti, quia dominus ita conuenisset quod ob delictum Vassali, vel emphiteutæ bona ipsa feudalia, & emphiteotica ad ipsum immediate redirent, & tunc Principis restitutio vires illius contractus non infringeret, & allegat And.Iser.in d cap.1.columna vltima vers subsequitur, & Afflict. numer 26. Qui Peregr in d num.54.in fine, subdit, nisi ille Dominus consensisset restitutioni illius banniti, quia consentiendo sibi præiudicasset, & testatur quod Afflict.ita in d.c.1.numer.29. animaduertit.

7 Amplia, vt in omnibus casibus in quibus ag-
31 gratiatus recuperat bona alienata, siue illa non recuperet, nunquam tamen recuperet fructus medio tempore perceptos tex. in Authen. Idem est de Nestorianis, C. de hæretic. Doct. in d. §.& quid si tantum, & præcipuè, Ang. num.14.Alex. num.21. Soc. iun. num. 123. Anto.Gomez. tit.de delict. de tortur reor.nume.38.vbi testatur ab hac opinione in iudicando, & consulendo, Odd. in d.par.2.q.99. art. 14.num.123.vbi de magis communi, & sub n. 125.vbi de æquiori, & veriori opinione, & ibi respondet contrarijs a qua non esse recedendum testatur Farinac.in d q.6.num.44.& Peregr.d.lib 5.tit.2.num.61 etiam testatur de communi, & ab ea minimè recedendum esse Baiard. in q. 59 num. 66.Card.Tusch.d.concl.53.nu.12.vbi de communi tom. 4. in verb. gratia, vbi subdit procedere etiam si plenariè fuerit restitutus.

1 Limita istam 7. Ampliationem in fructibus pē-
32 dentibus, vel existentibus. & non consumptis, & tunc recuperet per gratiam plenariam dd.fructus, Boss. in tit. de restitut. nu.11.vbi etiam dicit quid in perceptis post captu a restitutionis, Odd.in d. q.99.art.14.num.129.Farinac. d. q.6.num.44.sub versic. limita hanc Peregr. in d.lib.5.tit.2.numer. 61.circa medium, vbi post Curt.sen consi.41.col. penultima testatur de communi

2 Limita in restitutione non per viam gratiæ,sed
33 per viam iustitiæ sequuta, Odd. in d. q. 6. numero 44.sub vers.Limita hanc latè,Peregr.in d tit.2. sub 5. nu. 27.& 61.vbi subd it quod isto casu restitutus recuperet fructus, & perceptos, & percipiendos, Baiard. d. q.59 nu.66.post Vin.commun.opin.78.

3 Limita quando condemnatus fuisset plenissi-
34 mè restitutus, quia tunc recuperat etiam fructus perceptos, Odd. in d q. 99. art.14.nu.130.Boss.in tit.de Princ.num.48.Farinac. in d.q 6-nume.44.in fine, Peregr.d.lib.5.tit.2.nume.62.Quam Limitationem, Odd.in d.nume. 130.post Bursat in consil. 54.numero 13.lib.1. intelligit in restitutione facta cum causa, secus si facta sine causa,prout etiam refert Farinac. in d. q. 6.nume.44.in fine, & faciunt quæ latè, dixit Pereg vbi supra num. 49.

8 Amplia, vt restitutus aduersus bannum, & qui
35 potest rehabere bona in tertium alienata illa non recuperat sine assensu Principis, vt post Andr. Iser.declarat Afflict. in capitu. primo, glos.3.sub n. 29.titu.quæ fuit prima causa, & sequitur Peregrin. dicto libro 5.titulo 2.num.74.

9 Amplia, vt restitutus aduersus bannum non
36 recuperet bona, sibi interim vsurpata per tertios possessores, sed oportet quod aduersus eos experiatur per iuris remedia, Pereg d.lib.5.titu.2.num. 66. neque recuperat bona in quibus ipse mala fide erat possessor, vel spoliator, seu inuator, Cardin. Tusch. dicta conclus. 300.num.36.

10 Amplia, vt restitutus ad bona non possit illa
37 propria auctoritate adipisci, sed citato possessore cum mandato, & auctoritate Principis restituentis, Afflict. decisio. 351 sub nume. 12.& sub numero trigesimo quinto,Peregr.dicto libro 5. & titulo 2. numero sexagesimoquinto, vbi dicit hoc procedere etiam si fuerit restiturus de plenitudine potestatis, quia non per hoc subuertitur possessio illius tertij,& allegat Bal.in l.1.n.24.C.de seruit.

11 Amplia, vt in restitutione concessa bannitis,
38 vel rebellibus possessor cui Princeps bona aufert, & in rebannitum de mera gratia transfert non habet contra authorem suum recursum de euictione l.Lucius, ff de euictio. secus autem cum non ex mera gratia, sed de iustitia extraordinaria, quia possessori datur euictio aduersus suum auctorem,l.
39 minor, ff de euictio. & ibi Sa ic. nisi possessor ex causa lucratiua possideret, vt post Boss.titu de remed. Iust.contr.leurent.columna secunda, Peregr. dicto libro quinto, titulo secundo, numero sexagesimonono, Vbi tamen subdit, quod ipse indistinctè censet ablata re emptori ad fauorem rebellium ex facto Principis dari recursum de euictione aduersus Principem si sit immediatus auctor, vel aduersus vindicatorem immediatum auctorem per doctr. Angel.in l.2.C. de peric. & com.rei vend. & dicit etiam fuisse decisum per Senatum Pedemontanum decis. 47. Osasc. & respondit ad illam leg. Lucius vt procedat quando res peruenit in venditorem non ex facto Principis.

12 Amplia vt restitutio concessa rebellibus, &
40 ex teribus non trahatur ad iam mortuos,& defunctos cum mors omnia soluat vulgat. §. deinceps Auth. de nupt. ideo mortuus non potest liberari, vt late prosequitur tradendo plura exempla Pereg. d. lib. 5.tit. 2.numer.70.& 71.& ob id post Lofred. consil. 7.colu.6 tradit cautelam ad euitandas omnes difficultates, vt in capitulis pacis initæ per Principem cum rebellibus expressè dicatur restituimus, vel confirmamus omnes, & quascumque voluntates defunctorum, cum alias eorum testamenta semel extincta per rebellionem non potuis-
41 sent reconualescere latissime de hac materia tradit cum pluribus ampliat. & limit. Card. Tusch. tom. 7. in verbo restitutio conclus 300. numero 6.seqq.

13 Amplia vt damnatus & restitutus non recuperet

42 peret iura per illius damnationem penitus extincta,& ponunt exemplum in annua præstatione,vel annuo redditu, qui femel extinctus per rebellionem .per ipsám restitutionem non reco ualescit cum de priuatione ad habitum non detur amplius regressus, vt late tradunt Bal. Ange. Cuman. Dec. Borgnin.& alij relati per Pereg.in dict.libr.5.titul. secundo, nume.77.

1 Limita,& intellige hanc ampliationem in vni-
43 co annuo reddita, vel in vnico legato, seu relicto, secus in relicto annuo, & multiplicabili, quia singulo anno nouum legatum dicitur, vt post Borgn. Caual.in tit.de vsufruct num.233.& Tiraquel. in l. bones, §. hoc sermone in 4. limit. de verborum signific. & Iacob. Mat. in patrocinio 29.num. 17.declarat, & limitat. Pereg. in d. lib.5.tit.2.nu. 77. vers.limita & intellige.

2 Limita generaliter quotiescumque ex forma
44 dispositionis beneficium,seu legatum non est sim-
45 plex. sed repetitiuum singulis annis,vel toto tempore vitæ illius, vel cum capax esset, tunc non dicitur extinctum per rebellionem iam commissam quoad alios annos post restitutionem, vt ita generaliter declarat post alios quos allegat,& firmat Peregr. in d.libr.5.titul.2.num 77.circa fin.versic. tu vero adde.

14 Amplia vt restitutus ad sortem principalem
46 non extendatur ad interesse, vel ad vsuras.Card. Tuschul conclus.300.numero 29.tom.7.in verb. restitutio.

15 Amplia in restitutione ad bona, & ad omnia
47 ex certis causis expressis non se extendat ad fructus consumptos post Roland. in consil. 45. nu.8. libr. 4. & Ant. Trig. sing. 311. circa fin.Card.Tuschul. d.conclus 300.num.30.

16 Amplia, vt fiscus non restituat ea quæ ab eo
48 non fuerunt incorporata quantumcumque generalis sit restitutio post Bal. in consil.145.numer.3. versic. dum tamen constet libr. 2. Card. Tusch.d. conclus 300.nu.31.

17 Amplia quando verba restitutionis sunt re-
49 stricta ad bona extantia, vel loquuntur de præsenti, quia tunc bona consumpta non veniunt in restitutione vt post Bal. in d.consil.145.num.3.vers. 2.casu.Card.Tuschul.d.concl. 300 nu.38.

18 Amplia in Castro, vel Ciuitate destructis ob
50 delictum non intelligantur restitui ad iurisdictionem in præiudicium eorum quibus facta fuit particularis bonorum alienatio Card. Tusch. d. conclus.300.nume.33.vbi sub num.34.distinguit inter alienationem factam simpliciter de bonis & omnibus iuribus vt non comprehendatur territorium, neque iurisdictio in restitutione secus ad restitutionem cum iurisdictione & territorio.

19 Amplia in generali restitutione facta per
51 Principem ad instantiam partis non comprehendantur bona confiscata per feudatarium neq; ad damnum passum per feudatarium vnd cum Principe post Anch. consil. 161. per totum.Card.Tusch. d. conclus 300.nu.35.

1 Limita istam tertiam principalem conclusio-
52 nem;quando Princeps restitueret per viam Iustitiæ cognito de innocentia Rei: quia trahitur etiã ad bona per fiscum in tertium translata, Ias. in l. Gallus, §.& quid si tantum, num. 59. C.de lib. & posthu. vbi dicit, quod restitutio per viam Iustitiæ pinguius succurrit quam gratiosa restitutio, Farinac. in d. quęst. 6.num 44.sub vers.limita hanc.ibi. secundo eadem sublimitatio, Couaru.variar.resol. lut.lib.1.cap.3.in fi.numer. 15.Odd d.quæst.99 art. 14. nu.125.seqq.& Clarius, num.131.latissimè Peregr. d. lib. 5. titu.2.in prima Limitat.num. 44.45. 46.47.Baiard.q.69.num.65.in fin.post Menoch.de recup.poss.rem.10.num.113.

2 Limita quando Princeps gratiose restitueret
53 bannitum in forma plenissima, quia Princeps apponat verbum, plenè plenius, vel plenissimè, vel per verba geminata, vel si fuerit dictum in omnibus, & per omnia, vel etiam dictum fuerit, ita quod nihil ei opponi possit, vt latè de omnibus istis verbis post alios fere infinitos quos allegat, & pręcipuè post Odd. in d. q 99. art.12.num.108, & seqq. prosequitur, Farin. in d.q.6.num.38.39.& 40. & Peregr. in d. titu 2.lib.5.nu.55.Card.Tusch. in d. conclusio.53.nu.13.vbi de communi, rom.4. in verbo gratia, etiam, & tom.7.conclus 300.nu. 41.in verbo restitutio, vbi sub nu.42. dicit procedere, quando adesset clausula, quod nihil possit obijci,licet tunc malè faciat Princeps.

3 Limita quando ex verbis gratiæ apparet quod
54 Princeps voluit restituere etiam delinquentem ad bona alienata, & tunc cum habeamus expressam voluntatem Principis seruanda est, vt restitutio trahatur ad dd. bona alienata, vt post alios quos allegat ita tenet Farinac. in dic quęst.6.nume.41. vbi refert quod Bursat.in consil. 54.numer.14.lib. 1. testatur de magis communi, & Odd.in d.quæst. 99.art.9.num.65.

55 Contrariam opinionem tenet Bal.in d.§.& quid si tantum vbi refert ita fuisse determinatum per legatum Bononię vbi plenius Galian.ibi nume.66.& restatur de communi, siue bona fuerint translata in alium titulo oneroso, siue lucratiuo cum Princeps non possit de plenitudine potestatis contractus suos reuocare quam contrariam opinionem in specie post Afflict. ita declarat. & tuetur Pereg. in d.libr. 5. numer. 48.& annuit Baiard.in d.quęst. 59.versic. vide etiam Pereg.

56 In ista Doc. contrarietate pro concordia videtur dicendum quod, limitatio supra affirmata saluari possit in duobus casibus, vt recolligitur ex his quę longa serie dicta sunt per Farinac. in dic. quęst.6.num.42.& primo quando fiat restitutio ex causa publicę vtilitatis, & causam præfatam in gratia Princeps exprimat, secundo quando Princeps expresse restituit condemnatum ad bona etiã alienata sine expressione causę cum in dubio pręsumatur quod Princeps ex iusta causa motus fuerit.

Sed Pereg.in d.libr 5.titul. 2.num.48.seqq dicit saluando limitationem, vt illa procedere possit quando restitutio ad bona alienata conceditur ex

legitima

legitima causa, vt pro bono pacis & pro vtili Statu Reipub. & quod ista est communis declaratio, sed quod sufficiat expressio restitutionis aduersus alienata sine legitima causa non admittit cum nō possit Princeps de potestate ordinaria tollere ius alteri quęsitum, nec de plenitudine possit suos contractus reuocare, imo sub num. 52. in fi. dicit quod supradicta limitatio tenet, vt pro bono pacis Princeps possit ea bona alienata restituere, vt facilius concedatur per prouisionem generalem, vt omnes banniti restituantur quam per restitutionem vnius singularis personę.

Et quamuis Farinac. in dict. quęst. 16. nume. 42. circa fin. verf. optime probat, post Odd in dic. quęst 99. art. 9. num. 68. & seqq. videatur annuere quod restitutio facta cum expressione legitimę causę videatur producere effectum ne fiscus teneatur de euictione bonorum alienatorum. Peregr. in d. libr. 5. tit. 2. nu. 52. in alienatione titulo oneroso nullo modo admittit, sed Princeps omnino teneatur de suo recompensare, & possessorem bonorum satisfactum esse, si pręcium expositum in emptione eidem restituatur. In alienatione vero gratiosa non esse alienum a iuris ratione, vt ob publicam vtilitatem priori Domino bona restituantur nulla prǣstita possessori recompensatione, quǣ declaratio Peregr. mihi videtur multum iusta.

Imo in casu plenarię restitutionis factę ex causa publica veniunt bona alienata per fiscum restituenda etiam si fuerunt alienata in Ecclesiam, vel Monasterium, vt post Castren. in consil. 320. col. penultima, lib. 1. & Cępol. in tract. de seruit titu. de seruit. iur. pass. tradit Cardin. Tuschul. in d. conclus. 300. nu. 45. vbi tamen sub num. 46. esse videndum Afflict. decis. 361. & Chris. Carol. cons 8. qui videntur tenere contrarium.

4 Limita quod licet aggratiatus, & restitutus nō 57 recuperet bona sua in tertium alienata, bene tamen recuperet illorum precium a fisco secundum Bar. in l. fin. nu. 7. C. de sent. pass. & Doct in d. l. Gallus, §. & quid si tantum & pręcipue Alciat. nume. 122. & nu. 124. & Cost. in 2. part. num. 64. Odd. in d. part. 2. quęst. 99. art. 5. affirmans ita esse tenendum in puncto iuris Clar. q. 59. nume. 6. in fine licet dicat quod Mediolani non seruatur vbi de communi Brun. in tract. de cess. bon. 4. par. q. 16. numero 6. Card. Tusch. in d. conclus. 53. num. 13. in fin. vbi de communi.

1 Sublimita & intellige vt opinio Bar. procedat 58 quando fiscus ex alienatione bonorum fuisset factus locupletior, & tunc teneatur ad precium ipsi restituto, secus si non esset factus locupletior cum fiscus succedat loco hęredis damnati, & sit legitimus, & bonę fidei possessor. Ideo precium quatenus fuerit deperditum, & si ex eo non fuerit factus locupletior minime fiscus teneatur erga gratiatum ad d. precium restituendum, vt post Ghirl. in tract. de relax. carcerat. q. 5. tit de benefic. & indulg. Princ. declarat Farinac. in d. q. 6. sub nu. 43.

2 Sublimita opinionem Bar. nullo modo procedere de consuetudine, vt gratiatus non recuperet a fisco precium rei in tertium alienatǣ, vt testatur Farinac. in d. quǣst. 6. nume. 43. in fin. & quod ipse nunquam vidit, nec audiuit aggratiatum etiam plenarie precium rei alienatę a fisco recuperasse, qua practica mihi nullo modo placet cum vere & plenarie restitutus non dicatur, nisi bona ipsa, seu eorum precium recuperet, imo non erit gratia, sed potius calamitas viuere sine facultatibus, & diuitijs sine quibus multa, & infinita incommoda sequuntur, & diuitię sint illǣ, quę reddant hominem in hoc seculo beatum, vt aperte legitur in l. bonorum appellatio. ff de verbor signif vbi Alciat. n. 4. & 5. Doct. & pręcipue Alexand. in l. non amplius, §. cum bonorum, num 7. ff de leg. 1.

2 Et per bonos Principes crederem omnino aggratiatum ipsum consequi debere ab eorum fisco precium, vel saltem aliquam aliam rem precio ęquipollentem, cum hodie crumena fisci sit larga in acquisitione, sed stricta in restitutione.

5 Limita in rebellibus restitutis ad patriam vigo- 59 re pacis sequutę inter ipsos & Principem vt recuperent bona etiam in alios translata Bal. per illum tex. in titu. de pac. costan. in verbo priuileg. Aret in d. §. & quid si tantum num. 11. Boer. decis. 38. n. 8. Gig. in tit. de rebell. q. 17 19. & 26 Pereg d. lib. 5 tit. 2. nu. 67. vbi alios allegat Roland. consil. 1. nu. 116. seq vol. 3 Card. Tusch. d conclus. 30. num. 17. tom. 7. in verbo Restitutio vbi videtur distinguere inter bellum licitum, vel illicitum.

60 Contrariam opinionem quod isti rebelles, qui pacem fecerunt cum Principe non recuperent bona in alium alienata, nisi expresse Princeps in capitulis pacis hoc concedat post Bar. Ias. in d. §. & quid si tantum nume. 66. Boss. titul ex fol. clemen. Princ nume. 12. & in tit. de restit. quę fiunt à Principe nu. 8. Afflict in cap. 1. num. 36. tit. de vassall. decrep pt & in cap primo, sub nu. 36. titu. hic finitur lex. Pereg d. lib. 5. titu. 2. nume. 67. versic. sed attende vbi concordantes allegat, & admonet rebelles vt sint cauti, vt in capitulis pacis apponere faciāt, vt restituantur ad patriam, & ad omnia bona sua, & in tertios etiam alienata.

1 Amplia istam 5. limitationem quod quando 61 rebelles sunt ita restituti ad patriam, & ad bona etiam alienata tunc recuperant omnia, & quǣcumque mobilia immobilia iura actiones, & quǣ de facto tenebant sicut reuersi per postliminium, & veniunt bona cum fructibus a die pacis, & restitutionis Boss. tit. de restit. quǣ fiunt a Principe 62 nu. 18. Pereg. d. lib. 5. tit 2 nu. 67. circa fin. vbi subdit quod aliquando Principes in eorum statibus ne aliqua perturbatio oriatur ob restitutionem bonorum dd. rebellibus faciendam componant in aliqua summa pecuniaria, & quod ita fuit per Dominium Venetum in contingentia facti exequutum, & prout vsque in pręsentem diem inuiolabiliter obseruatur circa annuam prǣstationem pecuniariam erga dd. rebelles restitutos, & eorum hǣredes.

2 Amplia vt exulibus & rebellibus ita restitutis 63 rescindantur omnes & quęcumque aliǣ senten tię interim

interim aduersus eos latę, vel contra fiscum possessorem bonorum veluti ex causa, mutui depositi fideicommissi vel ex alijs causis, vt egregie tradit Bal. in tit. de pac.constant.in verbo sententię quē sequitur Boss.in titu.de remed.Princ.num. 10:seq. Pereg.d.lib.5.tit.2.nu.71. Card.Tusch. d.conclus. 300. num.20.

3 Amplia vt in restitutione Rebellium veniant 64 restituti in consequentiam omnes qui fuerunt cũ eis condemnati text. in l. final. ff.de sent.pass.Gig. tit.de pęn.committen.quæstio.22.num. 8.Pereg d. libr. 5. tit. 2.nume.73.vbi infert ideo restituto primogenito, & habilitato ad feudi successionem, filij quoq;& descendentes ab eo etiam concepti post bannum intelliguntur restituti,& habilitat ad succedendum in feudo, vt docuit Afflict. in cap. pri- 65 mo, in gl.3.num.91.seq.tit.quæ fuit prima causa, & in generali restitutione concessa per viam pacis comprehendantur etiam Ecclesiastici, Ecclesiæ, laici, & omnes Cardin. Tusch. d. conclus. 300. nu. 19. vbi testatur ita fuisse seruatum in contingentia facti vbi late de ista materia.

6 Limita in bannito restituto, qui vendicat bo- 66 na a possessoribus in eos per Principem translata sine precedente sententia confiscationis in casibus in quibus dominium non confiscatur ipso iure Afflict. in cap primo, numer.32.de vassall.decrep.æt. quem sequitur Gram.decis.105.num 28.seq.& post Calcan. consil. 52.colum.3.& 4.Peregr.dict. libr.5. titul.secundo, num.68.vbi tamen subdit post Luc. de Pen.non procedere in iuribus ad quęrendum competentibus bannito deinde in alium translatis.

7 Limita in eo, qui fuit damnatus in persona & 67 in bonis, & dum ad patibulum ducebatur obtinuit remissionem delicti, quia sicut non amittit vitam, neque etiam bona, vt post Bald. in cap.Domino Guerra in titu. hic finitur lex, vbi non distin- 68 guit inter indulgentiam, & restitutionem, quem sequutus est Afflict. ibi in §. nunc venio numer. 3. sed Pereg.in d.lib.5.tit.2.nume.76. dicit esse distinguendum inter indulgentiam, & restitutionem, & eius opinio seqnēda est cum per restitutionem aggratiatus recuperat bona quod non contingit in aggratiato per simplicem indulgentiam, vt late supra demonstraui.

4 Conclusio principalis est, vt restitutus ad bo- 69 na, illa recuperet cum oneribus, & honoribus adeo quod recuperet etiam bona in quibus solam detentionem habebat ad exemplum captiui per postliminium, & teneatur satisfacere creditoribus etiamsi cridis non contradixerint. Pereg. in d. lib. 5.tit 2.nume.63 & quod restitutus teneatur ad fi- 70 deicommissa, & ad alia onera ad quæ tenebatur ante confiscationem. Rim. cons.247.numer.3.seq. vbi Add. Card. Tusch. in d. conclus.300.nume.15. vbi de communi tom 7.in verbo restitutis, vbi subdit quod restitutus potest retinere rem pro credito suo, quam retinebat alio titulo licet medio tempore bona illius fuerint confiscata.

5 Conclusio est, vt restitutus a Principe ad bo- 71 na, illa recuperat cum suis titulis præcedentibus, Phil p. Prob. in add. ad Io. Monach.in cap.primo, numer. 7. de in integr. restitut. relatus per Boer.in decis. 279 Pereg. in dic.lib.5.tit.2.n.64.

1 Ex ista conclusione infertur quod restitutus ad 72 bona non soluat Laudemia post Philip. Prob. & Boer. in locis supra add. Pereg. in d.lib.5.tit.2.numero.64. in princ.

2 Infertur quod restitutus ad feuda non indi- 73 geat noua inuestitura Afflict.in cap.primo, nume. 35. seq. tit. per quos fiat inuestit.nec mutat naturam feudi veteris aut noui quam prius habebat Afflict. in cap. quidam vassalli num.12.seq. titu.de vassall. decrep. æt Peregr.dict.libr.quinto, titul.secundo, numero 64.

74 Quę illatio est vera ante apprehensam possessionem, & illius feudi incorporationem, secus post incorporationem, quia noua inuestitura requireretur,& feudum diceretur nouum Oldrad.cõs. 178. nu. secundo, Gozad.consil.84.num.10.Becc. consil.56 num.24.seq. & alij relati per Pereg. dict. titu. secundo libr.quinto, nu,64.in fin.

Alienatio bonorum, vel qualibet alia dispositio hominis quando præsumatur facta in fraudem fisci.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ante delictum præsumitur facta in fraudem fisci si fuerit omnium bonorum.*
2 *Donatio maioris partis bonorum ante delictum facta præsumitur in fraudem fisci.*
3 *Donatio melioris partis bonorum etiam præsumitur facta in fraudem fisci.*
4 *Donatio facta omnium bonorum, vel maioris partis bonorum ante delictum præsumitur in fraudem fisci, siue fuerit facta vnica, vel pluribus vicibus declara num.5.*
5 *Donatio in casibus supradictis præsumitur in fraudem fisci etiam si nullum consilium fraudis ex parte donatarij interuenerit.*
6 *Donatio facta modis supradictis magis præsumitur in fraudem fisci quando fuerit facta a muliere.*
7 *Alienatio omnium bonorum, vel maioris partis bonorum, vel de melioribus bonis ante delictum præsumitur in fraudem fisci. Declara nu.8.*
9 *Fiscus non reuocat alienationem ab emptore participe criminis non tenetur refundere precium emptori contra communis opinio nu. 10.*
11 *Alienatio omnium bonorum, vel maioris partis bonorum ante delictum si fuerit facta pro causa necessaria, nisi quatenus excederet ipsam causam necessariam.*
12 *Alienatio non præsumitur in fraudem fisci si constat de vera numeratione precij.*
13 *Alienatio non præsumitur in fraudem fisci ante delictum quando alienans putabat delictum per eum patrandum non posse in lucem prodire.*
14 *Alienatio tam titulo lucratiuo quam oneroso facta paulo ante delictum, & si incontinenti sequatur*

tur delictum præsumitur in fraudem fisci Declara nu. 16. & 17.

15 *Incontinenti quod fuerit exequutum delictum relinquitur arbitrio iudicis.*

18 *Alienatio facta multo tempore ante delictum nulla existente suspicione delinquendi, siue fuerit titulo lucratiuo siue oneroso non præsumitur in fraudem fisci.*

19 *Alienatio, vt præsumatur facta in fraudem ante delictum non sufficit quod quis in genere cogitauerit delictum, vt in iure rixoso, qui dubitat aliquid sibi contingere secus si cogitauerit committere aliquod delictum in specie, & suberat causa delinquendi nume. 20*

21 *Fiscus tenetur probare præcessisse, vel subesse causam, & durasse vsque ad tempus delicti, & delictuum sequutum fuerit cum eo cum quo suberat causa.*

22 *Alienatio omnium bonorum persona coniuncta facta dicitur in fraudem fisci.*

22 *Alienatio amico magna amicitia coniuncto facta præsumitur in fraudem fisci.*

23 *Alienatio persona coniuncta facta concurrente inimicitia capitalia, vel alia causa lus censetur facta in fraudem fisci.*

24 *Alienatio persona coniuncta facta si non concurret inimicitia capitalis non præsumitur in fraudum fisci.*

25 *Alienatio extraneo facta non præsumitur in fraudem fisci.*

26 *Coniuncta persona quis dicatur in proposito vide vsque ad nu. 29.*

30 *Alienatio, vel donatio præsumitur in fraudem fisci facta si deinde alienans steterit in possessione rei alienatæ.*

31 *Clausula constituti in instrumento apposita non tollit suspicionem fraudis in præiudicium fisci.*

32 *Traditio corporalis requiritur vbi agitur de suspicione fraudis.*

33 *Venditor percipiens fructus rei alienatæ post venditionem præsumitur vendidisse in fraudem.*

34 *Venditor sequuta venditione recedens a loco relictis filijs impuberibus vel agnatis ignaris dictæ venditionis non præsumitur in fraudē vendidisse licet emptori non fuerit tradita possessio.*

35 *Retentio sola possessionis non sufficit ad inducendam fraudem, sed requiritur, vt concurrat alia causa committendi delictum.*

36 *Venditor, vel donator reseruans vsumfructum in re alienata non præsumitur alienasse in fraudem fisci, Declara nu. 37. & 38.*

39 *Venditor remanens in possessione si soluat fructus emptori non præsumitur alienasse in fraudem fisci etiam si aliquam partem fructuum tantum soluat num. 40.*

41 *Venditor, vel Donator allegans instrumentum fuisse factum in fraudem fisci non auditur, sed requiritur vt probet causam fraudis.*

42 *Alienatio occultè, vel secretè facta præsumitur in fraudem fisci.*

43 *Declara dummodo cum alienatione titulo lucratiuo facta cōcurreret aliqua alia causa fraudis, contra numero 44.*

45 *Alienatio clandestina præsumitur in fraudem fisci si extarent inimicitiæ graues.*

46 *Alienatio titulo oneroso facta non præsumitur in fraudem fisci, nisi concurrat alia coniectura, vel quod emptor fuerit particeps criminis.*

47 *Alienatio quando dicatur occulte facta vsque ad nume 52.*

53 *Alienatio facta sub conditione si contingat bona alienantis publicari dicitur in fraudem fisci, nisi alia fortior præsumptio concurreret n. 54.*

55 *Alienatio, vel donatio facta non de bonis delinquentis, sed alterius non inducit præsumptionem fraudis etiam si statutum prohiberet fieri alienationem num 56.*

57 *Alienatio sub conditione si contingat bona alienantis confiscari non præiudicat in alimentis sibi reseruatis, nisi bannitus posset impune offendi, numer. 58.*

59 *Pactum quod non inducit ad delinquendum, nec etiam inducit præsumptionem fraudis vbi est exemplum.*

60 *Minæ præcedentes alienationem inducunt præsumptionem fraudis.*

61 *Alienatio post accusationem præsumitur in fraudem fisci.*

62 *Donatio facta ex assertione meritorum ante delictum præsumitur in fraudem fisci.*

63 *Alienatio, vel donatio facta si deinde alienans fuerit deprehensus in crimine præsumitur in fraudem fisci.*

64 *Notorius delinquens si alienet præsumitur alienare in fraudem fisci.*

65 *Aufugiens si alienat censetur alienare in fraudem fisci maxime si deinde condemnaretur vigore statuti ille haberetur pro confesso, & conuicto numero 66.*

67 *Alienans si deinde fuerit condemnatus in contumaciam ipsa sententia contumacialis nō præiudicat emptori, vel donatario. Limita quando statutū haberet illū pro cōfesso, & cōuicto n. 68.*

69 *Alienantis confessio non præiudicat emptori, vel donatario.*

70 *Confessio resultans ex contumacia si coadiuuetur ex confessione extraiudicialis ipsius præiudicat emptori.*

71 *Alienatio facta ex causa necessaria non induci præsumptionem fraudis.*

72 *Donationis instrumentum in quo sunt apposita illa verba princ. vere, non ficte, nec simulate, præsumitur in fraudem celebratum.*

73 *Donatio præsumitur in fraudem quando primo quis donauit alteri vsumfructum aliquorum bonorum, & deinde donauit alia bona libera.*

74 *Donans causa mortis si deinde committat delictū reuocatur etiā quod sine fraude diceretur facta.*

75 *Suspiciones multa aliæ desumuntur ex donatione, vel alienatione remissiue.*

76 *Coniectura omnes, quæ sufficiunt ad reuocationē alienatorū in fraudem fisci deseruiūt etiā ad-*

N *uersus*

uersus debitores, qui soluerint Reis condemnatis.
77 *Coniectura an quælibet per se sufficiat ad reuocationem alienatorij ab emptoribus, & donatarijs.*
78 *Coniectura duæ sufficiunt ad probandam fraudem, & simulationem contractus.*

CONCLVSIO XXIX.

29 Plures à DD. considerantur coniecturæ, & præsumptiones per quas dicatur facta alie-
1 natio in fraudem fisci quas seriatim recensebo vltra eas quas posui supra in conclusione 13. Limit. 12. seqq.

Et Prima est, vt donatio ante delictum facta de omnibus bonis suis præsumatur facta ad fiscum defraudandum text in l. omnes. §. Lucius ff. quę in fraudem creditorum, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 4. num. 4. versicu. Primus est quando Peregr. de iur fisc. lib. 5. num. 156. vbi de communi Menoch latè de pręsumpt par. 1. libr. 3 pręsumptio. 124. num. 5 Farinac. consf. 42. n. 29 Lud. Peguer. decis. 50. nu. 2.

1 Amplia in donatione maioris partis bonorũ,
2 quia præsumitur etiam facta in fraudem fisci, latè Franc. Bec. consil. 52. numer. 54. vbi alios concordantes allegat, & numer. 59. qui loquitur in donatione scutorum decem millia, Peregr. d. lib 5. numero 156. versic. amplia illum textum, Menoch. d præsumpt. 124. numer. 8. Farinac. d. consil. 42. sub numer. 29. versic. ideo ex donatione excessiua, vbi concordantes allegat.

2 Amplia ad eum qui sua bona meliora donauit
3 Io. Annib in l. post contract. num. 90. & 92. ff. de donat. Pereg d lib. 5. num. 156 vers. item amplia, Menoch. di. pręsumpt. 124 nu. 9.

3 Amplia, vt procedat quando non solum in vna
4 vice, vel tempore, sed in pluribus vicibus, & interpellatis temporibus quis donationes pręfatas fecerit, vt dicatur illas fecisse in fraudem, fisci, Ias. in §. Item si quis in fraudem, numero 35. instit. de actio. Io. Annibal. in d. l. post contract numero 94. & ibi Alciat. num. 40. versic. hicque confrequens, Peregr. d. lib. 5. num. 156. versicu. amplia etiam Menoch. dic pręsumpt. 124 nume. 10.

5 Qui Alciat. in dic. l. post contracta. sub d. numer. 40. intelligit quando ille plures donationes diuersis temporibus factæ essent vni personæ tantum, secus si diuersis, sed Menoch. in dic pręsumptio. 124. numero 10. in fi. reprobat huiusmodi declarationem, Alciat. cum ipse dicat quod inspiciatur tantummodo fraus alienantis, quæ desumitur ex excessiua donatione, & non attendatur qualitas personarum quibus fiant donationes, si vna, vel plures sint, & ob id in vtroque casu pręsumendam esse fraudem, quę ratio est multum sensualis, & concludens.

4 Amplia quando ex parte donatarij nullum
5 consilium fraudis interuenerit adhuc dicatur donatio in causis supradictis facta in præiudicium fisci, Docto. per tex. in d. l. omnes. §. Lucius, vt testatur Pereg. in d. lib. 5. sub n. 156. vers. vbi tex. apert.

5 Amplia, vt magis procedat ista coniectura in
6 donatione facta à muliere cum sit mulierum genus auarissimum, l. sed si ego, vbi glos. ad Vellaianum, Mascard. de probat. conclus. 150 numer. 3. volum 1. & ob id non est verisimile mulierem velle donare omnia sua bona, vel maiorem partem bonorum, imò monstruosum reputatur mulierem largiri, vt latè per Becc. in consil. 52. n 48. vbi alios concordantes allegat.

6 Amplia, vt procedat etiam in alienatione om-
7 nium bonorum, vel maioris partis bonorum, vel de mulieribus bonis titulo oneroso facta ante delictum, vt pręsumatur alienatio fraudulenta contra fiscum, vel creditores, Bart. in d. l. post contractum, numero 2. & Alciat. numero 40. Ant. Gomez. d. cap. 14. numero 4 vers. & idem est omnia bona titu de delict. Peregr. de iur fisc. d. lib. 5 num. 157. in princip Latè Lud. à Peguer. decis. 50. num. 2. Menoch. d præsumpt. 124. num. 11.

1 Declara, & intellige istam 5. Ampliationem
8 quando emptor fuisset particeps criminis, nec sufficeret consilium fraudis ex parte solius venditoris, vt post Becc. in consil. 235. numer. 4. & Pic. in l. post contract numero 18. ff. de donat. qui recepta opinione, ratione constituunt differentiam inter emptorem, & donatarium, vt in emptore requiratur consilium fraudis, cum ipse tractet de damno euitando, secus in donatario qui tantummodo tractat de lucro, & non sit parratio lucri, & damni, vt refert Pereg. in d. lib. 5. tit. numero. 157. vbi subdit quod de facili esset pręsumendum contra emptorem omnium bonorum, si pro modico precio emisset, secus si pro iusto precio, quia tunc ad emptorem conuincendum de fraude requireretur plena probatio, nec sufficeret sola pręsumptio, prout sufficit ex modo insolito emendi pro minori precio, & quod ita in practica obseruatur ob auctoritatem, Imol. & Roman. in d. l. post contract. quorum magna est, vt testatur Pic. vbi sup. numer. 20. & Ias in § item si quis in fraudem, numer. 33. instit. de actio eamdem distinctionem facit Menoch. de pręsumpt. 124. n. 16 vers cæterum.

9 Sed isto casu quando emptor fuerit particeps criminis, & fiscus reuocat ab ipso emptore rem alienatam refundere emptori precium non tenetur, nisi esset conuersum in vtilitatem creditorum, aut in aliam rem quæ existeret, vt post Bal. in l. fin. § emptor, nu. 6. C. com deleg refert Peregr. d. lib. 5. num. 158. vbi testatur, quod ita de facto practicari vidit.

10 Sed in contrarium est communis opinio, vt indistinctè fiscus teneatur emptori etiam participi de fraude precium restituere, vt post Boss tit de bon. publ. numer 45. & in tit. seq numero 7. & Iul. Clar. quæst. 78 testatur Peregr d. lib. 5. numer. 158. vers contrarium, quę opinio sibi non placet ad homines deterrendos, & ad cohibenda delicta, & forsan eius opinio non est mala opinio.

2 Declarat istam 5. Ampliationem pręsumi frau-
11 dem in alienatione omnium bonorum voluntaria, secus in necessaria veluti pro dotandis, filiabus,

bus, vel simili alia causa, quia non præsumitur fraus, nisi quatenus alienatio causam necessariam excederet, vt post Cuman. Iacob. Puteuin. P c. & Boss. declarat Peregr. d. lib 5. numero. 158. in fin. & latè Menoch. d præsumpt. 124. num. 15. sequen. vbi concordantes allegat.

3 Intellige, & declara istam 5. Ampliationem 12 quando de numeratione precij non constaret, nisi per confessionem, secus si re ipsa precium fuerit numeratum, tunc cessat fraudis suspicio ex quo loco bonorum venditor habet precium, Menoch. d. præsumpt. 124. nume. 12 vbi subdit quod si alienatio esset facta vilori precio reuocatur tantum vsque ad iustum precium.

4 Intellige, & declara quod si delinquens alie- 13 nans putauit non posse ex delicto puniri, vt si in nemore, vel ita clam commiserit delictum, vt crederet quod nunquam delictum detegeretur tunc non præsumitur alienasse in fraudem fisci, vt post Natt. in cons 214. num 4 lib. 1. & in cons 549 nu 10 lib. 3. tradit Menoch. de præsumpt. 124. nu. 14.

2 Principalis est, quando alienatione sequuta 14 statim, & incontinenti committitur crimen, quia tunc in alienatione omnium bonorum titulo lucratiuo facta præsumitur fraus, Pic. in dic. l. post contractum, num 36. Io. Annib. numer. 163. Natt. cons. 599. nu 9. lib 3. Menoch. de præsumptio. 124. nume. 17. Peregr d lib. 5. nu. 163. An. on Gomez. titu. de delict. cap. 14. numer 4. vers Quintus casus, vbi de communi.

Quę ampliat o procedit etiam in alienatione titulo oneroso facta per venditionem, Bart. in d. l post contractum, nu 8 Alciat. nu. 52. 59 Io. Annib. numero 66. Blanc. de iud nu. 58. vers quintus est, Latè Menoch. d. præsumptio. 124. numero 18. vbi alios concordantes allegat.

15 Quando autem incontinenti fuerit delictum exequutum, vel non relinquitur arbitrio iudicis, vt post Dec. in consil. 235. tradit Peregr. d. lib. 5. nume. 163 circa fin.

1 Limita, & intellige istam secundam ampliatio- 16 nem procedere quando ratio aliqua non repugnaret, quia tunc ex delicto incontinenti commisso non arguitur fraus aliqua per alienationem antecedentem, Alciat. in d. l. post contractum, numero 57. vbi ponit pulchrum exemplum, quod refert, & sequitur Menoch. d. præsumpt. 124. n. 22.

2 Limita, & intellige quando delictum commit- 17 titur ex causa præcedente alienationem, secus si ex causa postea superuenienti puta in rixa inopinata, vt post alios quos allegat, ita declarat Peregr. d. lib. 5. num. 163. vers. intelligendo tamen, & præcipue post Bart. in d. l. post contractum, numero 8 Menoch de præsumpt. 124. sub nu. 20.

3 Limita, & intellige quando alienatio facta 18 fuerit multo tempore ante commissum delictum, nulla existente suspicione delinquendi, quia ex ca, siue sit facta titulo lucratiuo, siue oneroso nulla desumitur fraus, Barto. in d. l. post contract. nume. ro 3. quem alij ibi sequuntur, vt testatur Menoch. dicta præsumptione 124. num. 5.

4 Limita, & intellige, vt non sufficiat quod 19 quis tantum in genere cogitauerit delictum, quia non per hoc ex ipsa alienatione præsumitur fraus in præiudicium fisci, quia tunc causa proxima alienationis non est delictum, sed facilitas naturæ aduersus, quam quis ta e. prouisionem adhibere voluit, vt in iuuene rixoso, & male morigerato ne quandoque vbi contingat aliquid delictum committeat, & ob id donauerit, vel alienauerit bona sua in aliquem amicum, vt decidit Alciat in d. l. post contract. num. 37. sub vers. cæterum, & post alios quos allegat Menoch. in d. præsumptio. 124. numero 6. vbi n si sub it post Alcia. nisi donatio clam facta fuerit.

Secus vero in donatione facta multo tempore 20 ante commissum delictum, sed sub i at causa, vel suspicio commi te di delictum, vt si habuisset inimicitias capi ales, & illas fiscus probauerit quia alienatio, vel donatio præsumitur facta in fraudem fisci B rt. in d l. post contractum, nu 2. P. c. numer. 36. vers eg o fic diceren, Boss. in titu. de pub. bon. num ro 45. Blanc in tr. ct. de indictio. nu. mer. 87. Natt. consil 549. nume. 6 lib 3. & Menoch, post istos i d. p æsumpt 124. num 7.

21 Sed fiscus non solum tenetur probare præcessisse, vel subesse ac durasse inimicitias capitales vsque ad tempus delicti, sed etiam illud sequutum fuisse cum illo cum quo laborabat inimicitia, vt post Blanc. de indic. nume. 87 ita in specie declarat Menoch d. præsumpt. 124. num. 7. in fin. & nu. 25. vbi alios concordantes allegat.

3 Præsumptio est principalis in alienatione facta omnium bonorum coniunctæ personæ, quia censetur f cta in fraudem fisci. Ant Gomez. titu. de delict. cap. 14. numero 4 vers. secundus casus, qui loquitur etiam si donatio, vel alienatio non fuerit omnium sed maioris partis bonorum Pereg. in d. lib. 5. nume. 159 vbi de communi, & quod ita in practica obseruetur late Dec. in consil. 32. numer. 55. vbi alios concordantes allegat. Menoch. d. præsumpt 124. num. 23. & Pereg. d numer. 159. in fin. dicit procedere etiam in alienatione quam donatione, Farinac. consil. 42. numero 31. vbi Add. ad litt. L. de communi.

1 Amplia, vt procedat in alienatione facta ami- 22 co magna amicitia coniuncto de eo idem iudicatur quod de sanguine coniuncto, Pic. in d. l. post contract numero 46. Alciat. nomer. 42. Io. Annib. numer. 118. Menoch. de præsumpt. 124. numer. 28. sub versic. nam & is vbi subdit, quia amicitia est maioris ponderis quam sit fraternitas. Pereg. dic. lib. 5. sub nume. 159. vers sic. præmissa tamen.

2 Amplia si vna cum affinitate concurreret non solum causa inimicitię capitalis, sed etiam aliqua alia leuis causa, vel coniectura, quia licet sola consanguinitas non sufficiat ad fraudem, attamen operatur, vt facilius fraus præsumatur Pic. in d. l. post contractum numero 45. Io. Annib. numero 112. Menoch. de præsumpt. 124. numero 25. in fin. licet Boss. in tit. de bon. pub. numer. 46. dicat istam præsumptionem etiam solam sufficere ad prob. n-

6 Limita, & intellige quod venditor, vel dona-
41 tor si allegarent contractum fuisse in fraudem fisci factum contra donatarium, vel emptorem non audirentur, sed requiritur, vt etiam deducant causas simulationis, vel fraudis, vt post alios quos allegat, ita declarat Peregr. in d. lib. 5 tit. 1. numero 161.

5 Principalis coniectura erit quando venditio, vel donatio esset facta secrete, occulte, vel clam,
42 quia tunc præsumitur facta in fraudem fisci timore futuri delicti, Anton. Gomez. d. cap 14 nume. 4. vers. quartus casus, Peregr. d. lib. 5. titu. 1. numero 162. Lud à Peguer. decisio. 50. numero 5. Menoch. lib. 3. par te 1. d. præsumptio. 124. numero 400.

1 Declara, & intellige istam quintam coniectu-
43 ram in alienatione facta titulo lucratiuo, puta donationis præcedente causa, seu coniectura committendi delictum alias ex ipsa sola alienatione clandestina non præsumatur simulatio, vel fraus, vt per Bartol. in d. l. post contract. numero 7. quem Doct. omnes ibi sequuntur, vt testatur Menoch. in d. præsumpt. 124. numero 41. & refert Pereg. d. lib. 5. nu. 162. circa medium.

Sed Imol in d. l. post contractum arguit suspi-
44 cionem fraudis ex sola venditione clam, & occultè facta quamuis non probetur præcessisse causam, vel emptorem fraudis participem fuisse, à cuius opinione non dissentit Pic. n. 1 sub numer. 25. cum qua etiam concurrit, Peregr. in d. lib. 5. numero 162. tamen Menochius in d. præsumptio. 124. d. numero 41 in fi. dicit quod male Imol. sentit aduersus, Barto. & cæteros omnes, ob auctoritatem, & sequacium, ab opinione eiusdem Bart. credo tamen esse minimè esse recedendum.

2 Limita, & intellige, si vnà cum dicta clande-
45 stina alienatione extarent graues inimicitiæ, vt tunc præsumatur alienatio facta in fraudem fisci, Bart. in d. l. post contract. nume. 7. in fi Pic. nume. 54. Alciat. num. 48. versic. hinc consequens, Blanc. de indic. numer. 88. vers. 4. est Menoch d. præsumpt. 124. nume. 42.

3 Limita, & intellige, vt in alienatione titulo
46 oneroso facta requiratur etiam alia causa, seu coniectura committendi delictum, vel quod emptor fuerit fraudis particeps, vt dicatur facta in fraudem fisci, & sit locus reuocationi, vt post alios quos allegat, ita declarat Menoch. in d. præsumpt. 124. num. 43.

47 Alienatio autem clam, & occulte pluribus modis dicitur facta; & primò, cum quis celauit actum ne aduersario cuius controuersiam timuit innotesceret, Menoch. in d. præsumptio. 124. n. 44. post Alciat. in d. l. post contractum, num. 50.

Item quando fuit facta, vt ad eius cuius interest notitiam non perueniat, Paris post alios in conf. 157. nume 18. lib. 4. Menoch. d. præsumpt. 124. num. 44. vers. vel, & clam.

48 Item, vbi requiritur iudicis decretum, vel superioris auctoritas si non interuenerit dicatur alienatio clam facta, Lud. à Peguer. d. decis. 50. numero 5. versic. aduertit.

49 Item, quando in alienatione fuerint omissæ solemnitates iuris, vel statuti, quia contrahentes dicuntur in mala fide, & oritur præsumptio doli, & fraudis, Lud. à Peguer. d decis. 50. nu 5. in fi. Farinac. consi. 42. nume. 34. vbi concordantes allegat.

50 Item quando fuit instrumentum alienationis confectum, & deinde non fuit publicatum, sed occultatum, Menoch. d. c. præsumpt 124. nu. 45.

51 Item, quando fuit celebratus contractus alienationis per interpositam personam, Menoch. d. præsumpt. 124. nu. 45. Lud. à Peguer in d decisio. 50. num. 2 in fin.

52 Multis etiam aliis modis clam aliquid fieri dicitur, vt est videre per Felin. in cap. consuluit, numero 22. extr. de offic. & post Iud. de leg. & per Alciat. in d. l. post contractum ad quos se remittunt Menoch. in d. præsumptio. 124 nu 45. in fi. & Lud. à Peguer. in d. dec. 50 num. 2. in fine.

6 Præsumptio desumitur in alienatione facta sub conditione si contingat bona publicari tunc dica-
53 tur satis constare de alienatione in fraudem fisci, Barto in d. l. post contract. numero 9. Pic. numero 63. Alciat. numero 63. vbi de receptissima sententia testatur, Peregr. in d lib. 5 titu 1. numero 164. Blanc. de indic. nu. 88. versicu. 6. præsumptio, Boss. de pub. bon sub nume. 51. Menoch. d. præsum. ptio. 124 nu 46 Anto Gomez. tit. de delict. cap. 14. num. 4. versic. sensus, & vltimus casus.

1 Limita quando contraria præsumptio fortior
54 d. coniecturæ repugnaret, sicut quando maritus donat in casum deportationis, quia donatio valet, & deportatione confirmatur, latè Menoch. de præsumpt 124 numero 97. Pereg. d l b. 5. titu. 1. num. 164. versic in contrarium, vbi subdit, quia deportatus donatarius potest sibi acquirere ex contractu.

2 Limita, & intellige, vt non procedat dicta
55 coniectura quando agitur, non de bonis delinquentis, sed alterius, vt si vendo, vel dono tibi bona mea, & ad jc o pactum, quod si contingat te delictum aliquod committere bona mea perueniant ad Caium, quia non dicor in fraudem fisci adiecisse pactum, cum mihi licuerit rei meæ legem imponere latè Menoch. in d. præsumpt. 124. num. 50. vbi subdit huiusmodi prohibitionem magis procedere, si de fisco non loqueretur, sed generaliter prohiberet alienationem.

Quæ limitatio est etiam vera si adesset statutum,
56 prout dicitur extare Ferrariæ, quod vetaret etiam prohibitiones à tertio fieri, vt interpretetur quatenus ea fiducia quis deliquerit, quia videret per huiusmodi prohibitionem rem sibi in tuto aduersus fiscum habere Menoch post Alciat. in d. præsumpt. 124. num. 50. vers. & rursus.

3 Limita, & intellige, vt non procedat hæc co-
57 niectura si donatio fieret cum pacto si contingeret bona mea publicari tenearis me alere, quia respectu alimentorum non diceretur facta in fraudem, & publicatis bonis mihi alimenta deberentur post Alcia. in d. l. post contract. numero. 70 Menoch.

Menoch d. præsumptio. 124. numero 51.

58 Quæ limitatio non procederet etiam respectu alimentorum quando condemnatus vigore statuti possit impune occidi, vt declarant Alciat. & Menoch. in locis proximè citatis, quod est notandum in statu Ecclesiastico, quia vigore Bullæ Pij IIII. & Pij V. banniti impune possunt occidi, vt pluries superius deduxi.

4 Limita, & intellige, vt coniectura præfata 59 cesset si interuenisset pactum per quod potius quid abstineret à delicto, quam vt delinqueret nempe si tu promisisti mihi, & hæredibus meis mille si homicidium committeres, comisisti delictum, au homicidium, & aufugisti, si fiscus occuper bona tua ego, vel mei hæredes possunt consequi illa mille promissa, cum in fraudem fisci non præsumatur facta, ita declarat post Alciat. in d. l. post contract. num. 70. versic. sed finge, Menoch in d. præsumpt. 124. num. 53.

7 Quando præcessissent minæ, vel verba ex quibus colligi posset in Reo animum delinquendi, & 60 quod cogitauerit de futuro delicto puta si quis minanda dixerit prouidebo rebus meis deinde noui aliquid faciam, quia sequuto delicto post alienationem illa censetur facta per fraudem, Pic. in dic. l. post contract. numer. 68. versic. decimum, & vltimum, Menoch. d. præsumpt. o. 124 nume. 29 Peregr. d. lib. 5. num 165. tit. 1.

8 Est coniectura in alienatione facta post accusationem institutam, quia censetur scripta in frau-61 dem fisci, Pic. in d. l. post contract. nume. 68 vers. 9 adde Menoch. de præsumpt. 124. numero 68. de qua latè dixi supra in conclus. 13.

9 Præsumptio ex affectione meritorum in dona-62 tione facta, vt ex ea colligatur fraus, Afflictus decisio. 470. in dubio, vbi attestatur, ita fuisse decisum per consil. Neapolitanum, latè Becc. cons. 52. num. 68. seq. Farinac. cons. 42. num. 30.

10 Coniectura erit, quando alienatione facta 63 alienans deliquit, & in crimine fuit deprahensus, quia præsumitur donasse, vel alienasse metu imminentis pœna, Bal in l. si quis posthac num. 2. versic. 5 si alienatio, C. de bon. proscript. Alciat. nu. 29. Men. de præs. 124 n. 54. latissimè Becc. cōs. 52. n. 53.

1 Amplia in eo qui notorie deliquit, & deinde 64 alienauit, quia præsumitur alienasse in fraudem fisci, Pic. in dic. l. post contract. n. 8 Alcia. n. 29. versic. & quod Menoch. d. præsum. 124. num. 55. & sub n. 56. post Pic. declarat notorium in proposito induci per publicam vicem, & famam.

2 Amplia, vt procedat etiam in contumace qui 65 voluit aufugere, vel aufugit, quia ipse censetur alienasse in fraudem, vt in specie tradit Alciat. in dic. l. post contract. num. 29. vers. cæterum, & post eum Menoch. in d. præsumpt. 124. nume 57 vbi subiungit quod hodie ex statutis, quæ in multis locis vigent, & maximè in statu Ecclesiastico per Bullas 66 summorum Pontificum disponitur: contumaces haberi pro confessis, & conuictis, alienationes factæ per eos præsumerentur factæ per fraudem.

1 Limita, & intellige, vt ista coniectura locum 67 non habeat in alienante qui deinde in contumaciam fuerit condemnatus, vt declarat Alciat. in dic. l. post contract. nume 31. & in respons. 125. nu. 9. cum per contumaciam inducatur tantummodo quædam ficta confessio quæ non operatur in damnū donatarij, vel emptoris, & ipsa contumacia Rei nō nocet tertio, neque transgreditur personam ipsius contumacis, vt latè declarat idem Menoch. in d. præsumptio. 124. num. 58. & seq. & ego Deo fauente latius dicam in materia effectus contumaciæ.

68 Quæ limitatio etiam est vera, vbi ex dispositione statuti, prout est Mediolani inducitur prohibitio alienandi bona infra certum tempus ante delictum commissum, quia si alienans intra dictum tempus fuerit condemnatus per contumaciam nō nocet donatario, vel emptori, vt post Alciat. & Boss. egregiè firmat Menoch. d. præsum. 124. n. 61.

69 Item procedere etiam in vera confessione damnati, si aliter de delicto non appareret sufficeret ad reuocandam alienationem ab emptore, vel à donatario, quia sicut venditor, vel donator non potuisset hos contractus rescindere, nec etiam potest ipsi indirectè nocere, Menoch. vbi supra.

70 Sed Limitatio procederet, si ipsa ficta confessio resultans ex contumacia coadiuuaretur ex confessione verà ipsius delinquentis, quia dixerit ante alienationem velle alienare fictè, & simulate.

Item, quando ad instantiam partis delinquens, idem fassus fuerit, vt post Soc. Ien. in cons. 264. columi. 2. vers. nec. 6. arguitur lib. 2. qui loquitur de primo casu, & bero. consil 170. numer. 11. lib. 1. qui loquitur de secundo casu, Menoch. in d. præsum. 124. num. 65. seq.

71 Nec etiam procederet in alienatione facta ex causa necessaria, vt puta alimentorum dotis, & similis, Alciat. in d. l. post contract. num. 34. Menoch. d. præsumpt. 124. num 67.

11 Assignatur coniectura quādo in ipsa donatio-72 ne apponerentur illa verba pure, vere, & non ficte, nec simulate donauerit, quia per ista verba præsumeretur donatio facta in fraudem, & clarissima præsumptio simulationis insurgeret, vt post Tiraquel. de retract. par. 2. n. 19. Roland. cons. 40 n. 39 lib 2. Becc. in d. cons. 52. n. 83. testatur de magis recepta opinione, & quod ex hac sola coniectura præsumatur contractus simulatus post Barbat. cons 73. nu. 2. lib. 3. Farinac. cons. 43. num. 33.

12 Erit præsumptio quando quis primo donauit 73 alicui vsumfructum aliquorum bonorum, & deinde eidem fecit aliam donationem de alijs bonis in quibus plenum ius habebat, vt ex ista secunda donatione insurgat præsumptio fraudis, latè Bec. in d. consilio 52. nu 77. vers. 9 coniectura.

13 Erit manifesta coniectura, si quis donauerit 74 bona sua alicui causa mortis, & deinde delictum committat, quia censeretur donasse timore futuræ pœnæ, & in præiudicium fisci, & ob id ipsa donatio censetur reuocata sequuto delicto etiam, quod sine fraude diceretur facta, ita declarat Menoch. in d. præsumpt. 124. num. 70. & ego latè dixi supra in conclusio. 13. Limit. 38.

Multæ

Multę aliæ donationes, & alienationes in fraudem creditorum factę censentur, sed quia non percutiunt immediatè præiudicium fisci, nec materiã confiscationis, ideo remitto Lectorem ad plenissimè tradita per Franc. Bec. in d. cons. 52. per totũ, vbi cumulauit fere omnes Doctores scribentes de ista materia simulationis, & fraudis in præiudicium creditorum, quos hic recensere non valeo, cum facillimè quilibet in d. consil. Becc. percipere possit, vbi respondit etiam ad multas obiectiones quæ fieri solent per defendentes instrumenta non esse fraudulenta in pręiudicium creditorum, vt puta ad iuramentum in instrumentis appositum ad regulam, quæ se habet, vt præsumatur pro iuramento, & quod non constet de causa simulationis, & fraudis, & ad alia similia, prout etiam facit Farinac in d. cons. 42. n. 29. cũ pluribus seqq. & prius latius dixit in consil. 40. per totum, & sunt videndi, Lud. & Peguer. in decis. 50. per totum Mascard. de probat. conc. 447. & 531. volum. primo, & latè Menoch. in d præsumpt. 124. n. 71. seqq. par prima, lib. 3. vbi docet desumi coniecturas alienationis in fraudem creditorum à qualitate personæ debitoris alienantis, & à qualitate, & quantitate bonorum alienatorum, & à qualitate personę in qua fuit facta alienatio, & à qualitate, & forma numerationis pecuniæ factæ alijs creditoribus, & de singulis ibi scribit cum suis ampliationibus extensionibus, & intelligentijs, & Limit. & latè Doct. & pręcipuè, Alciat. in d. l. post contract. de donat.

76 Et scias etiam in hac materia, quod coniecturæ, quę deseruiunt ad reuocationem alienatorum in fraudem fisci, deseruiunt etiam aduersus debitores qui soluissent reis condemnatis, vt fiscus excluderetur per dd. solutiones, super quo puncto latè scribit Boss. in titu debitor, an delinquen. fol. poss vt testatur Peregr. in d. lib. 5. titulo 1. nu. 165. in fin. ego dixi supra latè suo loco.

Sed difficultas remanet, an quælibet coniectura 77 ex superius relatis sufficiat ad reuocationem alienatorum à donatarijs, & emptoribus & inuenio quod in specie Ant. Gom. in d. tom. 3. titu. de delict. cap. 14 sub num 4. versic & adde, qui postquam retulit 6. coniecturas seu vt ipse vocat. 6. casus ex quibus possit dici alienatio facta in fraudem fisci subiungit quod in ipsis sex casibus, & alijs similibus semper intelligi debet, vt præcederet inimicitia capitalis, vel alia causa per quam verisimiliter præsumendum sit quod alienationem, vel donationem fecerit, quia intendebat vel cogitabat committere aliquod delictum, secus vero si quis post alienationem secutam forte occideret vel offenderit alium ex inopinata, & superueniente riza, quia sicut colligitur ex his quod delinquens prius nõ habuerit animum delinquendi, ita etiam cessat fraudis suspicio, & videntur in hanc opinionem transire omnes Doct. qui scripserunt ad saturitatem in dict. l. post contract. & late dixi supra 5. coniectura.

78 Cũm sit communis opinio quod duę coniecturæ sufficiant ad probandum fraudem, & simulationem contractus, vt testatur Afflict. in cap. primo, in princ. num. 52. de feud. da. in ui. vbi etiam firma ita sæpius consuluisse, ac ita fuisse indicatum per consilium Neapolitanum Crauet. consil. 156. n. 4 vbi testatur de magis communi, late comprobat Roland consil. 40. nu. 21. seqq. Gram. decis. 76. nu. 30. vbi de communi & receptissima, & in practica obseruata opinione Becc. in consil. 52. num. 47. vbi de communi, & de receptissima opinione, Crauet. in consil. 156 sub num 7. quia inquit, sicut in materia probabili per testes sufficiunt duo testes, ita in materia probabili per coniecturas sufficiunt duę coniecturæ, quæ subrogantur in loco testium, vt est videre late ibi per eum.

Fisco an succurri possit ex remedio Appellationis, vel alys modis a sententia absolutoria lata contra ipsum in fauorem Rei.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus a sententia lata absolutoria contra ipsum appellat.*
2 *Fiscus appellat a minoritate pœna.*
3 *Fiscus est priuilegiatus in irritando sententias contra se latas.*
4 *Sententia lata contra fiscum ex falsis testibus, & instrumentis est ipso iure nulla, vel retractatur ope restitutionis.*
5 *Fiscus intentat iudicium criminale contra sententiam latam ex falsis testibus.*
6 *Sententia lata non audito Procuratore fiscali, vel aduocato est nulla.*
7 *Fiscus restituitur per noua instrumenta reperta a sententia lata contra ipsum.*
8 *Sentẽtia lata per præuaricationẽ est ipso iure nulla.*
9 *Præuaricator qs dicatur, & qbus pœnis afficiatur.*
10 *Sententia lata per præuaricationem gratiosam, vel ambitiosam lata contra fiscum valet, sed ope restitutionis infra quadriennium retractatur.*
11 *Sententia nulla ex defectu eius probationis ex eisdem actis iterato reformatur.*
12 *Sententia, quæ per restitutionem ad fauorem fisci semper ex eisdem actis reformatur.*
13 *Fiscus non tenetur agere prius contra suum Procuratorem, vel Aduocatum quando sententia contra ipsum fuit lata per collusionem, sed immediate petit restitutionem.*
14 *Sententia lata contra fiscum in aliquibus locis non exequuntur, nisi fuerit approbata a consilio, vel congregatione.*
15 *Bona incorporata in statu Ecclesiastico non possũt excorporari sine decreto Cameræ Apostolicæ.*
16 *Fiscus licet in aliquibus casibus non possit appellare potest tamen adhærere appellationi interpositæ ab inquisito.*
17 *Fiscus ex enormitate criminis restituitur.*
18 *Restitutio conceditur a solo Principe.*
19 *Restitutio vt suffragetur requiritur vt derogetur sententia iam lata, & dicatur etiam si transiuerit in rem iudicatam.*
20 *Fiscus poterit coadiuuare sententiã cõtumacialem latã cõtra Reũ ex nouis probationib. quãdo Reus fuit*

fuit admissus per Principem ad nouas defensiones aduersus d. sententiam contra & distingue n.21.

22 *Fiscus in aliquib locis de cõsuetudine nõ appellat.*

23 *Fiscus vigore Bullæ Pij Quarti non prosequitur causam appellationis, nisi instigator præstiterit cautionem de reficiendo expensas.*

24 *Fiscus non appellat quando per statutum Reus appellare non potest.*

25 *Fiscus in criminalibus non restituitur.*

26 *Fiscus non restituitur aduersus sententiam per quam Reus fuit absolutus.*

27 *Fiscus non restituitur aduersus lapsum fatalium in causa appellationis.*

28 *Fiscus non restituitur aduersus lapsum instantiæ.*

29 *Fiscus in pœnalibus non restituitur de potestate ordinaria Principis.*

30 *Fiscus non restituitur in pœnalibus etiam si adesset instigator.*

31 *Fiscus non restituitur in pœnalibus quando iudex errauit in sententia.*

32 *Fiscus non restituitur quando causa fuit agitata per Principemmet.*

33 *Fiscus in ciuilibus restituitur.*

34 *Fiscus in atrocibus restituitur.*

35 *Fiscus restituitur vbi habet noua instrumenta.*

36 *Fiscus quando nihil habet de nouo, nec etiam a Principe ex gratia restituitur.*

37 *Fiscus aduersus sententiam per sordes latam restituitur.*

38 *Princeps in ciuilibus potest insuflare spiritum vitæ instantiæ.*

39 *Fiscus de plenitudine potestatis restituitur.*

40 *Princeps si sibi placet restituit fiscum & non in omnibus casibus, sed tantum in atrocibus.*

41 *Fiscus intra quadriennium a die rei iudicatæ tenetur petere restitutus.*

CONCLVSIO. XXX.

30 Conclusio est, vt fiscus a sententia lata contra eum in criminalibus appellare possit, vt causa reuideatur & sententia retractetur cum hoc 1 nullo reperiatur iure prohibitum. Gram. decis. 14. num. primo, vbi concordantes allegat. Hier. Gabriel. conclus. 14. numero primo, seqq. lib. 7. tit. de criminibus, Pereg. de iur. fisc. lib. 7. tit. 4. versic. in criminalibus Farinac. in ti. de var. & diuers. quæst. cap. primo, q. 101. n. 30. seq. Baiard. q. 94 nu. 27.

1 Amplia vt non solum possit appellare a totali 2 sententia liberatoria contra eum lata, sed etiam a minoritate pœnę Gram. in d. decis. 14. nu. 2. Baiard. in d. q. 94. nu. 27. in fin.

2 Amplia vt fiscus habeat speciale priuilegium 3 irritandi sententiam contra se latam l. prima, C. de sent. contr. fisc. lat. retract. Gab. in d. conclu. 14. nu. 3. tit. de criminibus.

3 Amplia vt sententia lata contra fiscum prætex- 4 tu falsorum testium, vel instrumentorum sit ipso iure nulla, vel saltem ope restitutionis in integrum sit retractanda l. diuus vbi Alex. ff. de retud. l. qui agnitis vbi plenissime Soc. ff. de except. cap. cum venerabilis vbi latissime Abb. & Canon. extr. eodem, vt refert & sequitur Pereg. lib. 7. titu. 4. num. 10. Farinac. quæst. 101. cap. 1. num. 35. vers. vbi abuerte quod quando sententia.

4 Amplia vt fiscus possit reparare sententiam la- 5 tam contra se ex falsis testibus, vel instrumentis per viam querelæ falsi intra annos 20. tot. C. si ex fals. instrument. l. querelam. C. de fals. late Boss. in tit. quomod. succur. fisc. nu. primo, & latius in tit. si ex fals. instrument. vel test. num. primo, seqq. Peregr. d. lib. 7. tit. 4. numer. 10. vers. potest etiam Farinac. quęst. 101. cap. 1. nu. 42.

5 Amplia vt sententia lata contra fiscum absente fisci Aduocato succurratur fisco per dispositionem 6 legis, vt ipsa sententia sit nulla l. 3. §. diuus, l. si fiscus, ff. de iur. fisc. l. final. C. de Aduocat. fisc. late Pereg. in tit. 2. lib 7. nu. 2. vbi dicit fiscum esse in hoc magis priuilegiatum quam priuatum cum sententia priuati non rescindatur per absentiam sui Aduocati, & sub nu. 3. in fine quod dicitur de Aduocato fiscali idem esse in procuratore affirmat, & in eodem lib. 7. tit 4. numer. 2. & Farinac. in d. quæst. 101. cap. 1. nume. 36. & habemus nos Bullam Sixti Quinti sub datum Romę anno 1589. per quam sententiæ sine citatione personaliter executæ contra fiscum sint ipso iure nullę, disponitur.

6 Amplia in sententia lata contra fiscum legiti- 7 mè auditum, & defensum, vt per instrumenta de nouo reperta ope restitutionis in integrum retractetur hodie infra quadriennium, l. fina. C. de remp. in integr restit. Peregr. d. lib. 7. titu. 4 nume. 3. quod beneficium. non habet priuatus aduersus sententiam contra se latam, quæ fecit transitum in iudicatum, vt latissimè per Peregr ibi nu. 4. & quod isto casu fiscus iuuetur ope restitutionis sequitur etiam Farinac. in d. q 101. cap. 1. n. 37 seq. reiecta opinione Sigismundi Scac. sed infra quadriennium tantum, Farinac. d. quæst. 101. numer. 41. affirmat.

7 Amplia in sententia lata per pręuaricationem 8 ob pecuniam datam Iudici, aut Aduocato, seu Procuratori partis succumbentis, vt sit ipso iure nulla latè, Peregr. d. lib. 4. tit. 7. num. 5. Farinac. in tit. de inquisit. q. 4. numer. 2. versic. & rursus, & latius, nu. 13. & in d. quęstio. 101. capir 1. num. 36.

9 Et quis dicatur Pręuaricator, & vitium pręuaricationis, & quibus pænis afficiatur, & an eo solo quod Iudex condemnauit Reum pro homicidio in pænam pecuniariam probetur collusio erit viden. Farinac. in d. quæst. 4. num. 2. vers. sed an collusio, & latissimè sub nume. 13. cum pluribus seq. & Menoch. de arbit. cas. 314. per totum lib. 2. vbi sub nu. 6. seq. refert quod vitio præuaricationis fuerunt notati Oldrad. & Demosthenes, & ego possem, cum eo canere, quot hodie sunt Demosthenes quot sunt Oldradi.

8 Amplia in sententia lata per pręuaricationem 10 gratiosam, vel ambitiosam, vt sententia valeat contra fiscum, sed ope restitutionis hodie infra quadriennium retractetur, l. final. C. de remp. in integr. restit. Pereg. d. lib. 7 tir. 4. n. 6. vbi dicit idē esse in priuato declarãdo tamē, vt ibi per eum, & quod infra quadriennium tãtum Farinac. d. q. 101. n. 41.

9 Amplia

9 Amplia, vt fisco succurratur in sententia nul-
11 la concernente eius prolationem tantum nõ autem acta iudicialia, vt ex eisdem actis iterato cognosci, & decidi debeat, vt post Barto. in l. 1. C. de sent. Aduocat. fisc. & latius in l. conquerebatur, ff. de re iudic. Pereg. d. lib. 7. tit. 4 num 7.

Et vbi sententia per restitutionem in integrum
12 ad fauorem fisci reuocatur certum est ex eisdem actis iterum agendum esse cum per restitutionem prima restauretur instantia, & res in pristinum reponatur l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. l. 4. C. si adu. lib. Pereg. d. titu. 4 lib. 7. num. 8.

10 Amplia, vt fiscus aduersus sententiam per col-
13 lusionem, vel preuaricationem sui Procuratoris, vel Aduocati non teneatur prius agere contra dd. Procuratorem, & Aduocatum, sed immediatè possit de nullitate dicere, vel restitutionem aduersus eam petere, vt declarat idem Peregr. in d. titu. 4. lib. 7. numero 9.

11 Amplia, vt in aliquibus locis sententię latę cõ-
14 tra fiscum executioni mitti non valeant, sed remaneant in suspenso donec fuerint confirmatę per aliquod consilium, vel congregationem loci prout est in Ciuitate Venetiarum, vt debeant confirmari per 7. vota officij decem sapientum in Riuo alto cum interuentu Aduocatorum fiscalium, vt testa-
15 tur Peregr. d. lib. 7. tit. 4. n. 11. & in curia Romana seruatur quod si fuerit lata sententia contra fiscũ, & ei bona inquisiti fuissent incorporata non possunt dd. bona ex corporari, nisi causa proposita, & discussa in plena camera Apostolica, quę de bono iure dictę sententię summarie, & omni celeri expeditione cognoscit, vt alias superius dixi.

12 Amplia vt in casibus in quibus fiscus vigore
16 iuris municipalis appellare non possit, si tamen inquisitus appellet poterit fiscus adhęrere appellationi d. inquisiti, vt post Franch. in decisio. 467. tradit Baiard. in q. 94. num. 32. vers. sed quando.

13 Amplia, vt ex magna causa, & ex enormita-
17 te criminis fisco succurratur, vt de nouo causa cognoscatur per ipsum Principem, quia inferior
18 non potest restituere, Farinac. in d. q. 101. n. 35. & n. 59. & 40. versic. non tamen à Iudice, Pereg. d. lib. 7. titu. 4. nume. 1. circa finem, Baiard. in quęst. 54. n.
39 vbi post Boss. in titu. si aduersus rem iudic. n. 9. seq & sub n. 16. dicit quod interueniente dolo, vel
19 fraude, vel preuaricatione etiam fiscus restituitur à Iudice, & quod in restitutione requiratur, vt derogetur, ipsi sententiæ, & dicatur etiam quod transierit in rem iudicatam.

14 Amplia, vt si Reus obtinuerit aduersus sen-
20 tentiam contumacialem admitti ad nouas defensiones, & audiri in iuribus suis poterit etiam fiscus d. sententiam contumacialem alijs probationibus coadiuuare, vt tenet Petr. Cabal. in quęst. crimin. cas 110. nu. 55. post Gandin. in tract. malefic in rubr. de pęn. reor. sub num. 21. vers. sed quęro, vbi dicit esse notandum, quia non inuenit hanc quęstionem ab alio tactam in specie, & quod alias etiam eo votante vidit admitti quemdam accusatorem ad probandum delictum contra accusatum, & iam condemnatum, sed admissum ad nouas defensiones, vt æqualitas seruetur in iudicio, licet tunc adhuc non viderit Gandini particularẽ decisionẽ.

Sed nõ essent adhuc impressę additiones Baiard.
21 ad Iul. Clarum, quando eruditissimus Petr. Cabal. dedit votum suum, quia Baiard. dum erat Guber. Spoleti, cum his casus sibi contingerit, requisiuit elegantissimum, & eruditissimum Sforz. Odd. vt super hoc votum suum prębe[?]ret, vt est videre per Baiard. in quęst. 44. num 26. seqq. qui distinguendo tandem decisiue resoluit. aut fiscus vult admitti ad probandum aliquid quod tendat ad elidendas nouas Rei probationes, & debeat audiri, aut vult nouis testibus, iud. cijs, vel probationibus nocentiam, & culpam Rei, melius quam fecerit à principio, & antequam illum Iudex condemnaret sententiam corroborare, & coadiuuare, & firmat quod non possit audiri, cum fiscus omiserit probare delictum ex mera socordia sua, & ibi, respondit ad omnia contraria, cum cuius opinione libenter pertranseo, licet Authoritas Petr Cabal penes me sit considerabilis, & ea maximè ratione, vt tollantur callidicates procuratorum Fiscalium, qui anhelant obtinere sententiam ex leuibus indicijs ad effectum inijciendi manus in bonis inquisiti, tuere deinde quod si inquisitus, & cõdemnatus cõparere vellet, vt posset etiã deducere nouas probationes.

1 Limita supradictam Cõclusionem, vt in aliqui-
22 bus locis de cõsuetudine fiscus nõ appellet prout in Regno Neapolitano, Gram. decisio. 14 per totũ 258. & ibi Carauit. in fin. Anto. Gabriel. conclus. 14 nu. 4. Farinac. d. q. 101. n. 32. circa princip. Baiard. quęst. 94. nu. 32. Ioseph. Lud decis. lucens. prima, nu. 41. seqq. vbi dicit ita se audiuisse seruari in tota Italia, & quod ita pluries seruare vidit Perusię. Piceni, nisi tamen Legat, Vicelegati, ac Gubernatores Ciuitatum adhibita diligenti informatione ex aliqua rationabili causa appellationem admiserint, & adest in statu Ecclesiastico Bolla Pij IIII. cõstit. 74. super reformat. Trib. vers. minus etiam, in prima par. Bullar. quę de laudabili consuetudine prohibet appellationem fisco.

Sed quia in alia constitu 85. in eadem prima parte super reformat. aliorum tribunal. vers. cum ad Sig. idem Pius IIII. statuit fiscum posse appellare, & hodie in curia seruatur, vt citato inquisito, & absoluto à Signatura, arbitretur, an sit admittenda, vel non admittenda appellatio, vt restatur Farinac. in dicta quęstio. 101. numero 32. & latè Baiard. in d. quęst. 94. num. 22. seqq.

2 Limita, vt licet aliquando in Vrbe per Procu-
23 ratorem fiscalem exorqueantur appellationes, tamen vbi est instigator secretus, vel aperrus non prosequitur causam appellationis, nisi prestita cautione de reficiendo expensas, tam prioris, quam vlterioris instantiæ, vt disponatur per Pium IIII. in dicta Bulla 85. versic. non prosequatur, Farinac. d. quæst. 101. numero 32. circa medium, Baiard. d. q. 94. numero 24 & ita passim in curia, sine aliqua contradictione obseruatur, & sen per rescribitur per Signaturam cum d. clausula præstita cautione.

Et ideo vigore dicti rescripti Signaturę arbitror quod instigator teneatur ipsemet adimplere illud rescriptum quod pro forma censetur dictum text.in cap cum dilecta de rescript.vbi Abb. n. 4.vbi dicit quod ille tex. quotidie ad hoc allegatur, & Iudex debet seruare ordinem narratorum, omnia adimplere ex quo primo loco posita, videntur studiosius præmissa,& sic etiam quod a Reo non petatur, licet contrarium voluerit Farinac.in d q 101.n.33.

5 Limita quando statutum prohiberet Reo ap-
24 pellationem in causis criminalibus prout obseruatur Bononię, ac adest statutum in ciuitate Lucana, vt nec etiam fiscus possit à sententia contra se lata appellare, vt latè habetur per Magon.in deci. fio. Lucens 58.per totum, & sequitur Farinac. in d. quæst. 101.n.34.& Baiard.in d.q 94 nu. 26.

4 Limita vt fiscus non possit petere, neque se iuuare ex restitutione in integrum aduersus sententiam latam in causa criminali per text. in l. auxiliũ
25 de minoribus qui licet loquatur in minori, tamen illum communiter trahunt ad fiscum, Boss. tit. si aduersus rem iudic. num.15.seq.Io.de Arno.cap.37. Cuma. singul.27. Tob.Non cons.105.nu.seqq Anto.Gabriel.conclus.13.num. 4.in fin.& num. finali etiam in fi. lib.7.de criminibus, vbi testatur hanc opinionem esse veriorem ęquiorem, & magis cõmunem, quam sequitur, & tuetur,Odd in tract.de restitu in integr.par.1 q 3.art.13.num.85.versic.in contrarium & nu.87.vers ego teneo,Bertaz. consil. 195. per totum, vol.1 vbi testatur in ciuitate Ferrarię à sęculo non fuisse auditum, quod fiscus fuerit restitutus, & cons.197.per totum vol.1.eãdem opinionem multis rationibus tuetur, Petr.de Surd. cons.199 nu. 2.seq.vol.2.Baiard.ad Iul.Clar. q.44.nu.30.quæst.94.nume. 33.vbi de magis communi Vulpell. consil.41.nu.3 Bertaz.consil nu.59. inter consilia Farinac. vbi alios allegat, & firmat hanc opinionem communem, & veriorem.

1 Amplia istam 4. Limitat. vt procedat non solũ
26 quando agitur, vt quis pro crimine pœnæ subjiciatur, verum etiam quando agitur de retractanda sententia per quam fuit Reus absolutus, Maut. in tract. de restitu. in integr. cap.152.vbi de communi, & post eum Villalob. in com. opin. in verbo restitutio, nu. 5.& post istos, Odd.in d art.13. num. 87.in princip.

2 Amplia istam 4.Limitat.vt non restituatur aduersus lapsum fatalium in causa appellationis,Petr.
27 de Surd.in d consil.199.num 3.vers. secus esse volum. 2.& ita ego de anno 1604.die 18. Maij obtinui in vna Spoletan.prætensæ contrauentionis referente causa R.P.D.de Grandi, in plena Signatura iustitiæ.

3 Amplia, vt nec etiam fisco concedatur restitutio aduersus lapsum instantiæ,Gram.vot.31.vbi la
28 tè tuetur hanc opinionem, quam corroborat auctoritatibus grauium Doctorum, & in isto casu consuluit,Pet.de Surd.in d.consil. 199.num 2.cum pluribus seqq & præcipuè sub nu.67.volum. 2.

4 Amplia, vt fiscus in pœnalibus restitui non
29 possit de potestate ordinaria ipsius Principis, Bertaz. consil.197.sub nu.7.versicu.super 5.casu.Petr. de Surd.d consil.199.numero vndecimo, & adducit Boss. in tit. si aduers rem iudic. numer.9.sequen. Bertaz.consil.40.numer.59.versic.nec potest inter consilia Farinac.

5 Amplia, vt procedat etiam quando vnà cum
30 fisco adesset instigator, adhuc restitutio non concedatur, vt post Boss firmat Petr. de Surd. in d. cons.199.num 12.& ita Signatura censuit in illa Spoletana prętensæ contrauentionis inhibitionis.

6 Amplia, vt nec etiam fiscus in pœnalibus resti-
31 tuatur quando Iudex errauerit in sententia, Bertaz.in dicto consilio 40. nume. 59.versic quę conclusio procedit, vbi concordantes allegat.

7 Amplia quando Princeps per se ipsum non au-
32 tem per Procuratores fiscales, & administratores causam agitaret, vt in pœnalibus non restituatur. Farinac. in d. q.101.nu.40.

1 Sublimita istam 4.limitationem principalem in ciuilibus, quia fiscus restituitur l. 1. C. de sen.con.
33 fisc. Odd. in suo trac. de resit. in integ. par. 1.q.3. art. 13. nume.87.sub vers ad primum Pet. de Surd. consil. 199.nu 11.vol.2.& Odd ibi restringit & declarat d. l.1 loqui tantummodo de ciuilibus causis secus in cri. vt post Odofred. & Boss.firmat, & declarat Bertaz. cons 40 num.59.vers.& licet fiscus, & late Farinac. de var.& diuers.quęst.cap 1.q.101. nume. 35.vers.in non pœnalibus testatur per Odd. vbi supra esse indubitatam conclusionem,& magis communem opinionem.

2 Sublimita in enormibus, & atrocibus delictis,
34 vt fiscus restituatur vt per Odd. in d. arti. 13. nu. 87. in fin Bertaz. d.cons 197.nu.7.vers.super 5 casu & post Boss Baiard. q.94 nu.33.vers.nisi detecta enormitate nu 36. Farinac.d.q.101.nu.39.

3 Sublimita in casibus in quibus fiscus habet in-
35 strumenta de nouo reperta, quia tunc fiscus restituitur, Odofr in l.1.super vers.causas col.1.C.de sent.adu. fiscum vt dixi supra in Ampliat.

36 Sed bene verum est quod isto casu fiscus non restituitur nisi ex gratia, sed vbi fiscus nihil habet de nouo neque a Iudice neque a Principe potest restitui ita declarat opinionem Odofr. Pet. de Surd. d. cons.199.nu. 11.vol.2.

4 Sublimita quando sententia absolutoria con-
37 tra fiscum fuit lata per sordes, vel per pręuaricationem quia fiscus restituitur, Petr. de Surd. cons. 199. num.11.in prin.vol.2.Baiard.q.94.nu.36.vbi dicit quod isto casu poterit etiam restitui per iudicem & allegat Boss.dixi sup.in ampliat.

5 Sublimita vt in ciuilib.Princeps possit insufflare
38 spiritum vitæ instantię Petr.de Surd d. consil.199. nu.13 post alios infinitos quos allegat.

6 Sublimita vt in crim. etiam Princeps possit de
39 plenitudine potestatis, & ex gratia insuflare spiritum vitæ instantię peremptę & fiscum restituere & hanc opinionem late tuetur Petr.de Surd. in d. cons 199 n.13.cum pluribus seqq.vol.2. post Boss. Baiard q 94.nu. 36.

40 Quam sublimitationem intelligit vt Princeps non teneatur fiscum restituere, sed si sibi placeat & non

& non in omnibus causis, sed tantummodo in atrocibus, vt per Petr. de Surd. in d. conf. 199. nu. 23. vol. 2. Baiard d. q. 94. nu. 36.

7 Sublimita & intellige dummodo fiscus peat-
41 talem restitutionem aduersus rem iudicatam ho. die infra quadriennium à die rei iudicatæ, Farinac. conf. 40. numero 23. in fin. & in d. q. 101. numero 39. Pereg. d. lib. 7. tit. 4. numero 1. circa princip. vt dixi supra in 3. Ampliat.

Qui non habet in ære luat in corpore.

SVMMARIVM.

1 *Pœna commuttatio de pecuniaria in corporale de iure fit quãdo Reus nõ potest soluere pecuniariã.*
2 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem fit etiam si Reus deliquerit animo defraudãdi legẽ.*
3 *Reus non admittitur ad beneficium cessionis quãdo est debitor fisci occasione delicti.*
4 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem fit etiam si Reus fuerit condemnatus ad damna, & interesse erga partem contra & declara nu. 5.*
6 *Clerici debitores occasione delicti puniuntur in pœnam corporalem quando non possunt soluere pœnam pecuniariam.*
7 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem etiam si Reus deficiat soluere pœnam fisco in vno nummo contra nu. 8. Declara nu. 9.*
10 *Farinacij distinctio confutatur.*
11 *Sententia ferri potest contra Reum conditionaliter quod nisi soluat pœnam pecuniariam transmitta. tur ad triremes, vel alia pœna corporali plectatur. Declara nu. 12. & 13.*
14 *Pœna non incurritur in facto negatiuo nisi præcedente monitione.*
15 *Pœna commutatio fit per iudicem criminalem, etiam si sententia fuerit lata per iudicem ciuilẽ.*
16 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalẽ reponitur in arbitrio iudicis, qui regulatur secundum facti, & personarum qualitatem aliquando transmittendo Reum ad triremes aliquando in exilium.*
17 *Stuprans virginem si nequeat soluere pœnam pecuniariã a lege determinatã punitur in corpore.*
18 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalẽ de consuetudine non fit contra officiales sindicatu.*
19 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem fit cum personis vilibus, & non honestis & nobilibus contra nu. 20. Concorda nu. 21.*
22 *Pœna commutatio non fit in pœnis extraordinarijs & in multa, sed iudex tenetur multa remittere ob inopiam condemnati.*
23 *Pœna commutatio fit a Iudice ante sententiam & non post contrarium, numero 24.*
24 *Pœna commutatio post sententiam fit tantummodo a Principe, vel Senatu.*
25 *Pœna commutatio fit tantummodo parte aduersa volente, & non ea inuita.*
26 *Pœna commutatio fit inuita parte quando pœna applicatur fisco tantummodo.*
27 *Qualitas quod Reus non sit soluendo est probanda per eum, qui se fundat in dicta qualitate.*
28 *Reus volens potius soluere pœnam corporalem quã pecuniariam si sit soluẽdo non est audiẽdus.*
29 *Pœna commutatio non fit in fideiussore de repræsentando, sed admittitur ad cessionem bonorum contra nu. 30.*
31 *Iudex non recipiens fideiussorem idoneum tenetur ipse de suo.*
32 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem non fit contra mulierem honestam.*
33 *Mulier honesta pro pœna fisco debita detinetur in carceribus de consuetudine.*
34 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalẽ non fit quando Reus habet idoneum fideiussorem.*
35 *Pœna commutatio operatur vt Reus penitus sit liberatus etiam si perueniat ad pinguiorem fortunam, vt molestari non possit.*
36 *Cautela, vt Reus possit euitare pœnam pecuniariam, & deinde illam condemnet in pœnam pecuniariam, & deinde illam commutet in pœnam leuem corporalem.*
37 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalẽ non fit nisi per Principem, vel Senatum.*
38 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem non fit contra debitorem ex contractu.*
39 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem non fit contra mercatores fraudulentos.*
40 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem nõ fit contra thesaurarios, & alios administrantes pecuniam publicam.*
41 *Pœna commuttatio contra capserios banqueriorum quando conuertunt in proprium vsum pecunias sibi commissas.*
42 *Pœna commutatio non fit cum illis, qui contrahunt cum alijs, & sciebant se non esse soluendo.*
43 *Pœna commutatio de pecuniaria in corporalem non fit cum publicanis, & gabellarijs, sed admittuntur ad beneficium cessionis.*

CONCLVSIO XXXI.

QVoniam contingit aliquando, quod condemnatus in ære seu pœna pecuniaria non habeat cõmoditatem soluendi ideo ne delictũ remaneat impunitum solet pęna commutari de pecuniaria in corporalem de qua pro complemento istius materię ponere volui infrascriptam conclusionem.

31 Quę est satis trita quod non habẽs in ære luat
1 in corpore, & desumitur ex tex. in l. 1. §. fin. ff. de pœn. l. si quis ad quod, §. in seruo, ff. de iurisd. omn. iud. Marian. Soc. in cap. ad liberãdum n. 115. de iudic. Iul. Clar. q. 94. n. 2. vbi de communi Farinac. in q. 16. n. 1. vbi concordantes allegat, & testatur de communi Lud. à Peg. decis. 6. n. 6. vbi etiam de cõmuni Pet. Cabal. in quę st. crim. cas. 77. numer. 1. vbi concordantes allegat Franch. decis. 358. nu. 1. seq. part. 2. Carpan. super nou. Constit. Mediol. tit. de pœn. in c. Collegijs n. 213. Baiard. q. 95. nu. 8.

1 Amplia vt regula præfata procedat sine Reus
2 deliquerit animo, & intentione fraudandi legem,

legem, siue non, possit fieri huiusmodi commutatio de pecuniaria in pœnam corporalem. Salic. in l. fin. post nume. 4. C. de sepulchr. violat. Iul. Clar. d. quęst. 95. nu. 3.

2 Amplia vt adeo vera sit, vt debitor fisci ex delicto non admittatur ad beneficium cessionis. 3 Iul. Clar. d. q. 95. nu. 5. vbi de communi, & testatur hoc esse regulare, vt in obligationibus descendentibus ex maleficio quis nequeat vti beneficio cessionis, Brun. in trac. de cess. bon. q. 17. 4. q. princip. nu. 1. Farinac. d. q. 26. numero 2. vbi concordantes allegat, & pluries testatur de communi Carpan. in d. c. Collegijs, nu. 220. late Lud. a Peguer. decis. 6. nu. 6. vbi alios allegat & testatur de communi, & recepta opinione Thesaur. dec. 182. num. 1. vbi testatur ita fuisse per Senatum resolutum.

3 Amplia vt procedat etiam quando Reus esset 4 condemnatus occasione delicti ad interesse damna, & ęstimationem partis, & retineatur in carceribus donec dd. damna vel interesse soluerit, & minime ad beneficium cessionis admittatur, quam ampliationem post disputationem pro vtraque parte factam dicit esse veram, & iuribus actionibus, & auctoritatibus comprobat Peguer. in d. decis. 6. numero 7. seqq. & ibi reddit bonam rationem Farinac. d. q. 26. nume ro 7. vbi de communi, & concordantes allegat Franch. decis. 358. numero 3. seq part. 2. Petr Cabal. d. cas. 77. numero 6 Baiard. dict. quęst. 95. numero 14. vbi subdit mitius tamen in eo casu erit puniendus.

5 Contrariam sententiam quando quis non est debitor ex delicto ratione pœnæ, & damni passi in publicam vltionem, vt puta in pœna quadrupli & propter damnum passum, & propter publicam vindictam, sed tantum est debitor pro damnis, & interesse quę passus fuit offensus, vt admitti debeat ad cessionem bonorum, & non fiat commutatio pœnæ videtur tenere Farinac in d. q. 26. numero 7. in princ. & Lud. a Peguer. in d. decis. 6. testatur ita fuisse iudicatum in consilio Barsilonæ, & latissime Thes. in decis. 182. num. 3. seqq. vbi concordantes allegat, & ad contraria respondit & testatur ita pluries fuisse in illo Senatu decisum, & quod ita declarauit Carolus V. & eamdem opinionem prosequitur Franch. decis. 358. par. 2. & decisio. 507 par. 3 & latissime ad Thes. Add. in d. decis. 182. vbi concordantes allegant, & quod pluries ita per illum Senatum fuerit decisum vbi subdunt fuisse admissas cessiones bonorum etiam pro expensis carceris custodium, & Farinae d. q. 26. nume. 32. a qua contraria opinione, & limitatione dicit non esse recedendum.

4 Amplia vt conclus. pręfata procedat etiam in 6 Clericis, qui essent fisci vel etiam priuati debitores ex delicto pęnamq; pecuniariam minime soluere possint, vt sicut laici in corpore puniri valeant Menoch de arbitr. lib. 2. centur. 5 cas. 437. num. 12. Farinac. d. q. 26. nu. 12. Boer. decis. 349. sub n. 11. vers. sed quoad Clericum vbi concordantes allegat Petr. Cabal. d. cas. 77. num. 9. Baiard. d. q. 95. num. 13. Lud. a Peg. decis. 6. numer. 6. in fin. Dummodo tamen non a Iudice seculari, sed ab Ecclesiastico huiusmodi commutatio fiat. Boer. dict. decis. 349 sub nume 11 Farinac. d. quęst. 26. nume. 12. in fin. Baiard. dict. quęstio. 95., num. 13. Petr. Cabal. dict. cas. 77. nume. 10.

5 Amplia vt procedat quando delinquens, & fi- 7 sci debitor deficeret in solutione partis pœnæ, etiam in vno nummo Iulius Clarus, quęstio. 96. numero sexto, vbi de communi a qua non esse recedendum in indicando quamuis dura sit Farinac. d. q. 26 nu 9 vbi de communi, & alios allegat Menoch d. cas. 447. nu. 8. Petr. Cabal. in d. cas. 77. sub nu. 4. vers. dubitatur autem.

Contrariam opinionem quod isto casu pro mi- 8 nimo, vt non fiat commutatio pœnæ pecuniarię in corporalem tenet Ias. in l. si quis id quod, nu. 28. ff. de iurisdict. omn. iud. & alij relati per Lud. a Peguer. in d. decis. 6. vbi concludit hanc contrariam opinionem esse ęquiorem, vt carceratus soluendo maiorem partem debiti pro modico quod restat non puniatur corporaliter, sed relaxetur ex carcere pręstita fideiussione de soluendo si ad pinguiorem deuenerit fortunam Boer. decis. 349. nu. 5. vers. Quinimo si talis condemnatus Petr. Cabal. in d. cas. 77. numer. 5. vbi etiam testatur hanc opinionem esse veriorem, & æquiorem, & quod ab ea nunquam discederet prout ego etiam omnino amplector cum ex minima pœna pecuniaria non irrogetur pœna corporalis, vt post omnes supradd. allegatos firmat etiam Carpan. in dict. cap. Collegijs, num. 218.

Qui Farinac. in d q. 26. n. 34 conatus fuit concor- 9 dare istas contrarias opiniones vt si pars cui damna & interesse debentur consentiat commutationi in pęnam corporalem, Reum non exhibentem soluendo corporaliter puniri, & tunc intret conclusio, qui non habet in ęre luat in corpore, si vero dicta pars minime consentiat, tunc debitor admittatur ad cessionem bonorum, & minime iudex possit pœnam commutare.

Nec mihi placet alia distinctio tradita a Farin. 10 in d. q. 26 nu 10. ad concordandum istas opiniones contrarias, vt Doct. tenentes istam contrariam opinionem loquantur non de paruo residuo pœnę, sed de leui pęna pro leui delicto imposita, vt pro ea non infligatur pæna corporalis; Alij autem tenentes opinionem affirmatiuam loquantur in residuo maioris pœnæ. Quia vt est videre Lud. a Peguer. & nouissime Petr. Cabal. loquuntur in residuo pœnæ maioris & testantur de communi æquiori & veriori, nec video quod detur diuersitas rationis inter vnum & alterum casum, cum semper agatur de parua pœna, & re minima licet sit pro residuo maioris pœnę, & pro leui pœna secundum opinionem omnium non detur pęna corporalis per Doctores supra add.

6 Amplia vt iudex possit etiam conditionaliter 11 pronunciare & dicere condemno Caium in mille, qui si non soluerit infra tale tempus fustigetur transmittatur ad triremes, vel quid simile, & sententia valebit saltem de consuetudine, vt testatur Iul.

Iul Clar. in q. 93. numero 3. Sed vbi non vigeret huiusmodi consuetudo sententia, ita sub conditione de pœna pecuniaria in corporalem non valeat, vt testatur Iul. Clar. in d. q. 93. n. 3. in fin. & sequitur Flam. Cartar. in tract. de execut. sent. cap. fin. nu. 288. quos refert Farinac in d. q. 26. nu. 13. circa fin. vbi testatur quod in Vrbe, & toto statu Ecclesiastico semper vidit, & audiuit propositam ampliationem pluries seruari, & Reos fuisse in pœnam pecuniariam condemnatos sub dicta præfixione termini, & deinde, quia non soluerant in termino transmissos ad Triremes, ac in arcem Ost ę relegatos, & ego etiam dum fui Locumtenens Criminalis A. C. ita pronunciaui, & obseruari contra quosdam Hebræos de Ferraria imputatos de pluribus excessibus, quam puto non esse seruandam in omnibus casibus, sed tantum in delictis grauibus, & quando reus esset valde grauatus per indicia grauia, & ferè indubitata, prout erant illi Hebręi de Ferraria.

1 Limita, & intellige istam 6. ampliationem, si 12 rei essent soluendi, & potius vellent pati pœnam corporalem, quam soluere pecuniariam Iudex potest deuenire ad exequutionem pœnę in bonis cōdemnati, si ita fisco magis expedire cognouerit, Farinac in d. q. 26. num 15. vbi reiecta opinione, Flam. Cartar. vbi supra tenetur hanc opinionem æquiorem, & etiam Communem.

2 Limita, vt procedat d. 6. ampliatio, si Iudex in sententia præfixerit Reo certum terminum ad soluendam pœnam pecuniariam, secus si simpliciter illum condemnauit quod tempus expectandum sit, an Reus velit d. pœnam soluere, rationabilior opinio, ac seruanda est .. vt expectetur tempus decem dierum licet alij dixerint eodem tempore, vel purum post sententiam Iudicem posse exequi pœnam corporalem si condemnatus non soluat pecuniariam, vt testatur, Farinac. in d. q. 26. nume. 16 Latè Petr. Cabal. in cas. 164. ferè per totum, sed etiam admonet, vt pœna corporalis comminata per Iudicem sit iusta, & conueniat arbitrio boni viri, & sit commensuranda delicto, & iuxta facti, & personarum qualitatem apponere, & quod grauiter ipse reprehendit quemdam Iudicem qui condemnato per sententiam in mille aureis conditionem appofuerat, quod si intra mensem non soluerit dicta millia scuta capite truncaretur, quæ sententia fuit omnibus visa inhumana, & bestialis conditio, & ob id illa fuit reiecta, & pœna pecuniaria moderata.

Sed iste terminus decem dierum non currit, nisi 14 præcedente intimatione, vel monitione per regulam quod in facto negatiuo ad incurrendam pœnam requiratur monitio cap. extirpandæ extr. de præben. Farinac. d. q 26. num. 16. in fin.

7 Amplia, & intellige, vt si Iudex ciuilis con-15 demnet in pœnam pecuniariam in casibus à iure permissis commutatio pœnę in corporalem debet fieri non per ipsum Iudicem ciuilem qui tulit sententiam, sed per Iudicem criminalem, Franch. d. decis. 358. numer. 5 seq. Petr. Cabal. d. cas. 77. nu. 25. vbi alios allegat, Baiard. q. 95. num. 10. Farinac. d. q 26. num. 25. in fin.

8 Amplia, vt in casibus in quibus de iure est 16 permissum commutare pœnam pecuniariam in corporalem sit in arbitrio ipsius, quam pœnam imponere velit, quam regulare debet inspectis meritis causarum, & personarum qualitatibus cap. finem litibus extr. de dol. & contum. Menoch. de arbitr. cas. 447. numero 3. seq. centur. 5. Farinac. d. q. 26. numero. 17. Petr. Cabal. d. cas. 77. numero 16. & Farinac. sub d. numero 17. testatur vidisse pluries seruari hic in curia Romana existentem non soluendo relegare, vel fustigari mandare, vel ad triremes transmittere, vel pœna exilij, aut alia mitiori eum afficere habita consideratione ad qualitatem personæ, & delictorum, Franch. decis. 358. sub numero 6. & decis 507. numero 2. Lud. à Peguer. in d. decis. 6 numero 19 testantur quod fuerit pluries in similibus resolutum, & Petr. Cabal. in d. cas. 77. numer. 14. versic. 6 dubitatur, Baiard. q. 95. numero 12. quod ista pœna sit Iudici arbitraria.

10 Amplia in eo qui virginem stuprauit si ne-17 queat soluere pęnam pecuniariam à lege determinatam luat in corpore Gram. vot. 4. numer 24. seq. vbi testatur quemdam fuisse relegatum per triennium in insulam Capraium Anto. Gomez. ad leg. 80. Taur. num. 9.

1 Limita supradicta Conclus. non procedere in 18 officialibus qui licet de rigore iuris quando condemnantur in Sindicatu, si non possint soluere pęnam pecuniariam in quam fuerunt condemnati deberent pœna corporali puniri sicut alię personę priuatæ, tamen de consuetudine non seruatur, sed tantummodo retinentur in carceribus donec soluant, vt testatur Iul. Clar. in q. 95. sub n. 3 vers. & nota Farinac. qui alios concordantes allegat in d. q. 26. n. 19. quem sequitur Lud. à Peguer. in add. ad decis. 6. numer. 21. Petr. Cabal. in d. cas. 77. num. 17. vers. rursus, quia, Amod. Conciuis meus in tract. de Sindic. num. 16. versic. item debet puniri.

2 Limita, & intellige, vt conclusio præfata pro-19 cedat in personis vilibus, & non ciuilibus honestis, vel nobilibus, quia isti non puniuntur corporaliter etiam si soluendo non sint, Boer. decis. 149. sub nu. 10 vers 3. Limitat. regulam, Franch. decis. 358. sub nu. 6. versic. dicunt Menoch. de arbitrar. centur. 5. cas. 447. numero 10. Farinac. d. q. 26 nume. 21. vbi concordantes allegat, & latè post Farin. & alios quos allegat, Lud. à Peguer. in d. decis. 6. num. 20. in add. & ibi reddit rationes, Petr. Cabal. d. cas. 77. num. 17.

Contrariam opinionem, quod etiam in personis 20 honestis, & vilibus, ac nobilibus post alios quos allegat firmat, Baiar d. in d. q. 95. nume. 11. & post Bal. exemplificat in Doctore, & Iudice, & Menoch. in d. cas. 447. num. 111. 112. & 113. dicit super hoc esse cogitandum, per tex. in l. seruorum in fin. ff de pœn. quia si rectè perpendatur loqui videtur, tam de nobilibus nempe de decurionibus, quam ignobilibus, vt considerat etiam Lud. à

Lud. à Peguer. in d. decis. 6. nu. 10. in fin. & Petr. Cabal. in d. cas. 77. parum etiam dubitat de ista limitatione, quia si procedit in Clerico, ac de iure in officiali, qui sine dubio non possunt dici personæ viles nec abiectę, sed saltem honestę, & ideo ibi, sub numer. 18. dicit super hoc esse cogitandum, & allegat Salic. in l. fin in fin. C. de sepulchr. Violat. cui non videtur placere ista restrictio ad istam Limitationem.

Nisi forsam velimus saluare eam de consuetudi-
21 ne prout testantur Doct. in officialibus, vt superius vidimus, sed reuera non inuenio aliquem Doct. in puncto facere hanc distinctionem de consuetudine in illis personis honestis, & nobilibus.

3 Limita, & intellige procedere in pœnis ordina-
22 rijs, & non extraordinarijs, prout in mulcta, vt non debeat conuerti in penam corporalem, quando mulctatus non est soluẽdo propter eius paupertatem. Sed illam Iudex potest remittere, Iul. Clar. in d. q. 95. numer. 8. Vasq. controuer. Illustr. cap. 24. nume. 20 vbi de communi, Brun. de cession. bon. q. 27 4. q. principaliter in fi. Farinac. d. q. 26. num. 20. vbi de communi, Lud à Peguer. d. decis. 6. n 4. Carpan. in d. capit. Collegijs, nume. 216. Baiard. in dic. quæstio 95. numer. 17. Petr. Cabal in dic. cas. 77. numero 8, seqq & ibi sub nume. 12. assignat rationem differentiæ inter pœnam ordinariam, & mulctam, quia mulcta plerumque interloquendo imponitur; vnde postea Iudex eam minuere, vel ex toto propter paupertatem suo officio nobili, quod dura tollere, pœna autem quę imponitur per sententiã diffinitiuam qua lata Iudex functus dicitur officio suo, nec potest eam alterare.

4 Limita, & intellige, vt pœna corporalis loco
23 pecuniariæ irrogetur à Iudice ante sententiam cognita inopia. Rei secus postea cum Iudex lata sententia dicatur functus officio suo, vt non possit amplius pœnam minuere, seu alterare, Farinac. dicta quæstione vigesimasexta, post alios quos allegat, numer. 19. & in specie adducit Capr. in conclus. 26. per totam, Vinc. de Franch. decis. 348. nu. sexto, parte 2. & Doct. add. per Thes in decisio. 132. numero primo, & ibi Add. in prima additione.

24 Contrariam opinionem tenuit Senatus Pedemontan. vt testatur Thes. in d. decisio 132. nume. 2. & 3. vbi censuit, quod licet ipse Senatus condemnauerit quemdam in pœnam pecuniariam nihilominus potuerit post latam sententiam commutare pęnam in corporalem, nimirum, ibi, Senatus, ita decreuit, quia Senatus in iudicando est loco Principis, & illius magna est auctoritas, & ibi Add. in secund. addit. testantur quod sicut Princeps habet facultatem commutandi pecuniariam in corporalem, ita etiam Senatus cum sit pars Principis.

5 Limita, & intellige, vt conclusio præfata pręcedat volente, & petente illo, cui pœna pecunia-
25 ria venit applicanda, secus eo non petente, vel inuito, Iulius Clarus in dicta quæstione nonagesimaquinta, numero quarto, vbi de communi, & dicit quod Iudex non debet aliquid decernere, sed permittere quod Reus stet in carceribus, Farinac. d. quęst. 26. numero 23. vbi concordantes allegat. Franch. d. decisio. 358. nume. 3. Couarru. v. riar. resolut. cap. 1. sub numer. 8. versic. hęc vero commutatio, latè Petr Cabal. d. cas. 77. numero secundo, Baiard. quęstio. 95. numero 15. in fin. Carpan. in d. cap. Collegijs, nume. 215.

26 Si vero pœna tota adiudicanda venit fisco, tunc fit commutatio pœnę incorporalem etiam accusatore inuito, & nolente Couarru. d. cap. 1. sub nu. 8. post vers. hęc vero commutatio Peguer. eum sequitur in d. decis. 6. nu. 13. vers. & hęc quæ diximus, Farinac. d. q. 26. nu. 23. versic. prædd. intelligit, nęc poterit obnoxius eligere quod retineatur in carceribus donec soluat, vel fideiubeat, & sic differre pœnam corporalem, Carpan. in d. cap. Collegijs, numero. 221. Petr. Cabal. d. decis. 77. numero. 4.

Et si pars nollet consentire d. commutationi
27 pœnæ, sed instar quod retineatur in carceribus Iudex arbitrari potest, an sit relaxandus cum eius obligatione de soluendo peruenerit ad pinguiorem fortunam, vel commutet pœnam ne moriatur in carceribus secundum Paul. de Castr. in l. final. nu. 3. ff. de in ius vocand. quem sequitur Lud. à Peguer. in d. decis. 6. nu. 13. Franch. d. decis. 358. num. 4. vbi refertur ita fuisse in contingẽntia facti per sacrum consilium resolutum quod valde æquissimum videtur prout videtur etiam Petr. Cabal. in d. cas. 77. nu. 3. in fin. de qua resolutione consilij Neapolitani mentionem facit etiam Baiard. in d. q. 95. numer. 15. in principio.

Qualitas autem ista quod non sit soluendo debet probari per ipsum qui eam allegat, vt tradit Carp. in d. c. Collegijs, numero. 213. seq. vbi remissiue dicit, Qualiter autem probetur paupertas.

6 Limita, vt si Reus fuerit condemnatus in pœ-
nam pecuniariam, & esset soluendo, & potius
28 vellet subire pœnam corporalem, quam pecuniariam soluere, audiri non debet, sed cogendus est soluere pœnam pecuniariam, Iul. Clar. d. q. 95. numero 7. vbi de communi, Boer. d. decis 349. sub numero 10. vers. ex quo, Lud. à Peguer. in d. decis. 6. nu. 12. Petr. Cabal. d. cas. 77. nu. 13. Capan. in d. c. Collegijs, nu. 210.

7 Limita in fideiussore de repręsentando qui ob
29 non repręsentationem est carceratus, & non est soluendo, quia ipse gaudet beneficio cessionis, & non fit commutatio pœnę pecuniariæ in corporalem, Franch. decis. 507. numero 3. seq. par. 3. quam decisionem reputat notabilem, & sæpe in facto contingibilem, Petr. Cabal. in d. cas. 77. numero. 7. Add. ad Thes. in decis. 182. in fi. vbi testantur, ita fuisse Iudicatum per supremam curiam Acquen. & eorum Iudicio credunt bene fuisse iudicatum.

Contrariam opinionem tenet, Baiard. in q. 95.
30 sub nu. 16. maximè quando tempore fideiussionis non erant soluendo, vt deberent transmitti, vel in

vel in exilium, vel ad Triremes iuxta qualitatem personarum donec pœnam promissam, vel Reum fortijs curię consignarent, sed quomodo poterunt fideiussores non soluendo transmissi ad triremes lucrari pœnam promissam, vel dare in 31 fortijs curiæ delinquentem si ipsi detineantur, ita in triremibus, & postea Iudices recipientes fideiussorem non idoneum tanquam fideiussores indemnitatis tenentur ad dictam pœnam, Amode. Conciuis meus in tract. de Scindic. numer. 110. vers. postremo aduerte Mars in rub. de fideius. q. 47. nume. 406. in princip. Petr. Cabal. cas. 73 nu. 1. seqq. ideo opinio Baiard aduers. tot. Doctor. & casum decisum substineri nequit.

8 Limita in muliere honesta in qua non procedit 32 conclusio præfata, sed si pœna leuis, vel modica fuerit, & illam soluere nequeat propter inopiam, nec fideiussores dare, relaxetur sub iuratoria cautione, si vero condemnatio fuerit magna, retinenda erit in carceribus, vsque ad satisfactionem, vt resoluit, Boer. in decis. 349. sub nu. 11. versic. respectu vero mulieris, vbi etiam testatur de 33 consuetudine ratione pœnę pecuniarię descendētis ex delicto mulier non euitat carcerem, nec relaxatur iuratoriæ cautioni, quod ipse, ita vidit obseruari in diuersis tribunalibus Italię, nec dissentit Foller. in pract. crimin. in prima parte 2. par. in princip. in verbo, notatos capiat de person. nume. 19. versicu. sed quid si mulier. quos sequitur Cabal. in d. cas. 77. nu. 21. seqq qui tamen refert quod etiā pro leui condemnatione de consuetudine detineatur donec soluerit mulier honesta.

9 Limita vt non deueniatur contra Reum existentem non soluendo ad commutationem pœnę 34 pecuniariæ in corporalem si habeat fideiussorem soluendo, vt late prosequitur Pet. Cabal. in d. cas. 77. nu. 26. seqq. vbi testatur hanc quęstionem non vidisse tactam ab aliquo, & illam bonis rationibus corroborat.

10 Limita, & intellige quod sequuta commuta-35 tione pœnę pecuniariæ in corporalem ipse totaliter & pęnitus liberatur, vt etiam si peruenerit ad pinguiorem fortunam amplius pro tali debito molestari non possit, Ias. in d. l. si quis id quod nu. 29. vers. 3. collige Dec. nu 26. de iurisdic. omn. iud. Farinac. d. q. 26. nu. 24 Boer. decis. 349. sub nu. 4. vers. ita quod, Pet. Cabal d. cas. 77 nu. 28. vers. 12. dubitatur nu. 29. Add. ad thesaur decis. 182. circa finem, Lud. a Peguer. decis. 6. nu. 22.

36 Et ideo Cępol. in caut. 3 præbet vtilem cautelam pro pœna pecuniaria carcerato quam soluere non possit, vt habeat iudicem gratum, vt faciat aliquā pœnam corporalem sibi inferri nempe torturam secreto in palatio, quia deinde statim erit liberatus, nec poterit amplius molestari vt refert Farinac. in d. quęst. 26. num. 24. in fin. & Petr. Cabal. in dict. cap. 77. nume. 16 in fin.

11 Limita & intellige quod huiusmodi commu-37 tatio fieri non debeat, nisi per Principem vel per Senatum, qui repræsentat personam Principis, vt testatur Iul. Clar. d. q. 95. sub nu. 2. & refert fuisse grauiter reprehensum quemdam Prætorem, quia inconsulto Senatu fecit fustigari quemdam, qui nō habuit modum soluendi pœnam pecuniariam, vt refert Farinac. in d. q. 26. nu. 1. circa fin. Cabal. in d. cas. 77. nu. 25. vers. dicit tamen vbi allegat Franch. in d. decis. 358. sub nu. 6. Thes. decisio. 232. per totam vbi Add. in 2. add. nec per iudicem fit, qui non habeat merum imperium. Salic. in l. quicumque, n. 14. C. de seru fugit. Carpan. dic. cap. Collegijs n. 119

12 Limita in debitoribus ex contractibus, vt nō fiat similiter commutatio pœnę Salic. in l. quicum. que nu. 13. C. de seru. fugit. Carpan. dic. cap. Colle-38 gijs nume. 217. Sed admittantur ad cessionem bonorum. Farinac. d. quæst. 26. nu. 25. vbi plures alios concordantes allegat.

13 Limita in mercatoribus, vel alijs dolosis, & fraudolentis decoctoribus, qui non fortunæ vi-39 tio, sed eorum propria culpa, & dolo in paupertatem deuenerunt, quia isti puniuntur criminaliter, nec sit pœnæ commutatio, nec admittuntur ad beneficium cessionis, Boer. decis. 349. num. 10. vers. & pro decisione Brun. de cess bon. in 5. q 4. principalis quæst. per totam; late Strac. in tract. de decoctor. par. 3. nu. 8 seqq. Farinac. d. q. 26. nu. 26. vbi de communi vbi subdit quomodo puniantur tam de iure communi qnam vigore Bullæ Pij V. & Mediolani ex decreto Caroli V. Imperatoris.

14 Limita in exactoribus publicis, vt in Thesau-40 rarijs Camerarijs, & similibus personis administrantibus pecuniam Principis, vel Reipub. qui nec ad cessionem bonorum, nec ad pœnę commutationem admittuntur, sed criminaliter puniantur in pęnam ictuum plumbararum, l quilibet, C. decurionib. Strac. in d. tract de c oct. part. 3. nu. 4. & 5. Farinac. d. q. 26. nu. 27. vers hodie, Menoch. de arbit. q. 90. nu. 16. seq. lib. 1. Petr Cabal. cas 99. per totum, vbi latissime, & vult quod possint etiam puniri in pœnam furcarum.

15 Limita in istis Capserijs Bancheriorum, seu 41 Numulariorum, quibus commissa est custodia pecuniarum mensę, seu rationes, quia si ipsi pecunias conuertant in proprios vsus inscijs Bancherijs, & facultatem restituendi non habeat, nec beneficium cessionis, nec pęnę commutationem habent, sed debent criminaliter puniri latissime. Petr Cabal. consil. 136. per totum.

17 Limita in istis, qui bene sciunt non esse sol-42 uendo, & nihilominus contrahunt cum alijs, quia crimina pęna extraordinaria puniuntur, & non habent pœnæ commutationem. Menoch. de arb. cas. 381. nu. 25. libr. 2. Farinac. d. q. 36. nu. 28. Petr. Cabal. cas. 136. num 25.

18 Limita in publicanis, vel gabellarijs post 49 Brun. de cess bon. in quæst. 9. 4. princ. quęst. nu. 4. Lud. decis. pæn. 32. numero 2. dicit quod si non sint soluendo admittantur ad cessionem bonorum, si vero sint soluendo, & nollent soluere debeant cogi ad d. solutionem Farinac. dic. q. 26. nu. 8.

Officiales quomodo debeant bona confiscata administrare, & eorum portiones recipere ex dd. bonis.

SVMMARIVM.

1 *Bona confiscata debent diligenter, & fideliter administrari per officiales.*
12 *Officiales in statu Ecclesiastico non possunt bona confiscata penes se retinere, sed illa debent conseruare penes thesaurarios.*
4 *Bona reperta penes delinquentes conseruantur per thesaurarios, & si infra mensem a die condemnationis incorporantur cameræ Apostolicæ.*
4 *Officiales non possunt recipere eorum salaria & portiones ex criminibus prouenientes ex manibus delinquentium, sed debent recipere immediate a thesaurarijs.*
5 *Procurator Fiscalis debet recipere suam vigesimam a thesaurario, & non ab alijs particularibus personis alias priuatur officio, & punitur.*
6 *Procurator fiscalis non recipit vigesimam, nisi ex bonis fisco incorporatis.*

CONCLVSIO. XXX.

32 NVnc restat solum demostrare quomodo debeant confiscata per ministros administrari, & sicut debent omnes pęnę, mulctę, & com-
1 positiones prouenientes ex criminibus applicari fisco Principis, vt supra suo loco diximus, ita etiã pęnę præfatę debent per ipsos ministros Principis fideliter administrari, & ob id de iure communi ab Imperatore fuit in qualibet Prouincia, vel loco destinatus officialis ad dd. pœnas recipiendas, & diligenter, & fideliter annotandas, & describendas, & suis locis, & tempore consignandas ærario Principis, qui officialis appellabatur tunc Rationalis, vt habemus text. in l. si quando, C. de bon. vacant. li. 10.

In statu autem Ecclesiastico per plures Summos Pontifices inuigilantes circa ista bona delinquen-
2 tium pro interesse camerę Apostolicę, & nouissime per Sixtum Papam V. per suam specialem constitutionem sub datum Romæ die xiij Martij 1589. anno 4 sui Pontificatus, fuit sancitum omnes penas, mulctas compositiones, & omnes alias res ac omnia quæcumque mobilia a delinquentibus habita poni, consignari ac effectualiter tradi thesaurarijs, Depositarijs, Camerlenghis, vel alijs deputatis a Camera Apostolica, Adeo quod, vt omnes officiales Potestates Gubernatores, & Legati de latere nõ possit quoquomodo dictas mulctas pecunias, vel alia bona accipere, vel penes se retinere.

3 Item per eamdem constitutionem idem pronidus Pontifex Sixtus V. sanciuit, quod pecunię res & omnia alia mobilia reperta penes delinquentes debeant custodiri & retineri per ipsos Thesaurarios, donec causa delinquentis decidatur, & si fuerit absolutus, ei restituantur, si vero fuerit condemnatus, & infra spatium vnius mensis a die condemnationis, nisi superueniat alius verus Dominus, ipso iure omnia intelligantur appropriata, & incorporata d. Cameræ Apostolicæ, & ipsi thesaurarij, vel alij depositarij per legitimam subastationem illa vendant & applicent plus offerenti, & pręcium ad creditum camerę Apostolicę apponant.

4 Item, Idem vigilantissimus Pontifex disposuit, vt officiales Gubernatores, ac etiam legati de latere eorum prouisiones, ac emolumenta prouenientia ex bonis delinquentium, non debeant propria auctoritate recipere a particularibus personis, neq; a delinquentibus, sed mediante persona depositarij, vel thesaurarij, ac idem disposuit in accusatoribus, vel denunciatoribus vt ipsi etiam ex manu thesaurarij eorum portionem recipere debeant, & non a delinquentibus, & a priuatis personis, prout de iure etiam fieri debet vt dixi supra in conclus. 13. Ampliat. 67. nu. 13.

5 Item idem sapientissimus Princeps non ignorãs voraginem procuratoris fiscalis, statuit in eadem constitutione, quod ipse possit percipere vigesimam partem ex omnibus compositionibus, & pœnis: quas ipse procurator Fiscalis debeat recipere per manus Thesaurarij, & ex pecunijs incorporatis, & non percipere valeat ex manibus delinquentium: Imò mediante mandato, vel ordine Gubernatoris loci, & si aliter Procurator fiscalis faceret sit ipso facto priuatus officio, absque alia Iudicis declaratoria, & sit in perpetuum inhabilis, & incapax in futurum ad omnia alia officia, ac incurrat in pœnam scutorum 300. Quæ lex fuit quidem sancta, per quam multis fraudibus occurri potest, cum procurator Fiscalis possit concutere Iudices, 6 vt in grauiorem pœnam, quam delictum expostulet, Iudices ipsi condemnent Reos ad effectum extorquendi vigesimam suam ex dd. excessiuis pœnis ab ipsis delinquentibus cum præiudicio cameræ Apostolicæ, damno reorum, & læsione iustitię.

Quę omnia acilime euitari possent, si obseruaretur dicta sancta constitutio illius vigilantissimi Pontificis, vt minime d. procurator fiscalis exigat pœnas nisi manu Thesaurarij, vel depositarij & ex pœnis iam incorporatis cum mandato Gubernatoris loci. Et hęc sint recollecta feriæ currenti calamo ad laudem Indiuiduę, & Sanctissimę Trinitatis.

FINIS.

INDEX RERVM QVÆ IN TOTO TRACTATV CONTINENTVR.

INDEX.

Aliena-

INDEX.

Bona

INDEX.

C

Collo.

INDEX.

Confisca-

INDEX.

Credito.

INDEX.

INDEX.

I N D E X.

Fiscus

G

Hæredi-

I N D E X.

H

Impedien-

INDEX.

I

I N D E X.

L

INDEX.

M

d

N

O

 dederit

Q

R

Senten-

Tre-

Vxor

INDEX.

FINIS.

In fine folij 117. & in principio folij 118. adde infrascripta, quæ fuerunt inter imprimendum omissa.

1 LImita, & intellige, vt licet bona alienata 39 per hæreticum vendicari possint, soluí tamen debent melioramenta emptoribus, vt post Bal. in l. vltima, §. vltimo, C. com. de legat. Decian. in d. lib. 5. cap. 44. n. 4 princ.

2 Limita, vt teneatur fiscus precium exbursa- 40 tum per emptorem restituere, si fuerit conuersum in vtilitatem heretici venditoris Ias. in §. item si quis in fraudem in glos. mag. instit. de actíon. Carier. de heretic. num. 81. & 137. Decian. in d. lib. 5. c. 44. sub num. 40.

3 Limita, & intellige, quod si hereticus eme- 41 ret fundum ab alio, & precium venditori non soluerit fiscus tenebitur soluere precium, si fundus emptus extet. Ias in d. §. item si quis in fraud. n. 90. seq. Decian. d. c. 44. sub n. 4. vers. & si hereticus.

4 Limita, quod si hæreticus ante hæresim ho- 42 spitale fundasset, & addidisset illi quædam bona fiscus non acquirit d. hospitale nisi illud præscripsisset, vt post Card. in Clement. 1. §. sane in 7 q. Decian. in d. c. 44 sub num. 4. vers. sed quid si hæreticus.

5 Limita, & intellige, vt iudex secularis non 43 possit apprehendere bona heretici laici, nisi sequuta declaratoria per iudicem Ecclesiasticum Belamer. decis. 268. num. 5. Decian. in d. c. 44. num. 3. vers. non tamen poterit, & vers. quod Iap. allegat. 127. num. 8. Bursa. cons. 43. num. 2. vol. 1. vbi de communi Baiard. in §. hæresis num. 19. vbi de communi.

PRA-

PRACTICARVM QVÆSTIONVM DE CONFISCATIONE

SEMICENTVRIA

AVCTORE

SERAPHINO MASSINO

I. C. ASCVLANO

Iam Perusiæ, & Vmbriæ, deindè Prouinciæ Marchiæ Locumtenente, modò S. Rot. Maceraten. Auditore, & Prætore.

Opus ad vtilitatem in vtroque foro versantium nouitèr Editum,

Et quamplurimis Sac. Rot. Romanæ Decisionibus exornatum.



MACERATAE.

Typis Hęredum Augustini Grisei, & Iosephi Piccini. M. D. C. LVIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.

D. ABBATI MARCO GALLIO

Signaturæ vtriusque Referendario, ac Prothonotario Apostolico è Numero Participantium.

SERAPHINVS MASSINVS.

DVM partum hunc meum adhuc immaturum expono, nec intra ingenij paterni septa quiescere, ac debitam recipere formam permitto, ad interitum edendum esse cognosco. Qui ergo charitatis expers filium periturum contemno, commodo patriæ potestatis omni iure deficio. Quis itaque miserum hunc fœtum, in ipso ferè limine horæ natalis orbatum patre fouebit? Etsi enim seculorum consepulti mores reuiuiscerent, dum sub Antonino Pio Magistratus tutelares creati pupillos tutela decreta adiuuabant, non tamèn ignoto, ac inter larebrosas cunas vagienti succurreretur. Collacrymarem propterea hoc lethale infortunium, nisi tu occurreres, Illustrissime Præsul, cuius est genius humanissimus miserabiles consouere. Et quid clamant tot Vrbes, quarum habenas es moderatus? Pupilli, Viduæ, Pauperes omni auxilio destituti Gallium Heroem adiutorem suum resonant, inuocant, reposcunt. Tuo igitur munitum præsidio, quamuis non amplius pater, sed non penitus immemor amoris in filium, libens omnium oculis committo, habens pro comperto illum, nunquam criticorum morsibus dilaniatum, victurum esse, cum tuo patrocinio fruetur. Tu suscipe, ad vitam foue, & defende. Etenim si aliquid præsefert boni, tuum est; sub te iudicans didici: agnosce. Si verò quid habet ineruditum, & inconcinnum, meum est, cum mea inscitia nequiuerit

maiora percipere. Vtrumque tamèn accipe, & tuere, Neptunum imitatus, qui licet terræ meatibus aquas limpidas donet, non tamèn redditas deturpatas dedignatur recuperare; imò receptas expurgare, illisque noua beneficia telluri conferre non desinit. Ad pietatis officia vocatum te non abesse conspicio, & dum nihil aliud referre possum, assiduas effundens preces Numen exorabo Diuinum, vt ad Orbis solamen, & vtilitatem per longa secula viuas, dignitatibus illis omnibus decoratus, quas maximas tuæ promerentur Virtutes. Vale.

SAPIEN-

SAPIENTISSIME LECTOR.

NEC feliciter, nec eruditè cum Musis humanioribus lasciuiens genio seculi præterlabentis occurri; Vndè sentiens Venere infausta aleam iecisse, à promissis operibus desistendum esse putaui, ne fortè, dum displiceo, notam quoque temeritatis incurram. Qui autem in mollioribus non delectaui, ad studia seueriora reuocatus nouum argumentum exhibeo, si fortè aliquandò placere possim. E Labyrintho legali quæstiunculas, forsan non leues depromptas, arduam equidem prouinciam aggressus, audeo committere prælo. Tu qui omnifariam sapis, eruditissime Lector, da signum, an vlteriori sit calamo procedendum. Etenim si tibi non iniucundas hasce lucubrationes ostendes, statim vberiorem segetem promam. Delicta de facto coercendi, Annonæ fouendæ, Pestis vitandæ, Communitatum vtilitatis adiuuandę, Iudicumq; nimię socordię, vel diligentiæ sub trutina syndicatus agnoscendę, *disceptationes exponam. Et si enim aliqua huc spectantia in Semicenturia, quam hodiè tuis oculis offero, delibauerim, conspicies posteà vberiori calamo materias adamussim discussas. Qui tuis sensibus inseruiendi causa laboro, non debeo existimari penitus indignus, quem apertè commonendo ab Aranearum studio prohibeas, ne dum totas dies, noctesq; vigilans traho, nullum fructum experiar à meis laboribus nasci. Parum peto, sed si tu audiens præstas, multum me recepisse percipies. Tui plausus excitatio calamum agitandum, tuæ laudis omissio illum abijciendum suadebit. Annue, vt igitur maius, & me tuis nutibus obsequentem habebis.*

Te præmonitum intereà expeto, quod Typographi anxia sollicitudine pressus partum hunc, an verius abortum, tribus mensibus absolui: si poterit tamen appellari absolutus, qui omnibus numeris caret. Non tuæ notitiæ refero dierum modicitatem, vt gloriam calamo captem, non ignorans responsum Apellis cuidam imperito Pictori de celeritate, qua pinxerat, glorianti, quod vel ipso tacente satis deformitas, & imperfectio tabulæ loquebatur; adduco tamèn angustiam temporis, vt tua benignitate foueas ad vitam adeo immaturum fœtum, vt nullo pacto in humanis agere posse perpendam: nec enim me fugit, quod, cum ad Hippocratica sancita partus octimestris viuere nequeat, multo magis denegabitur vita trimestri, ni tuam humanitatem calamo abortienti Iunonem Lucinam exhibeas.

Præter meam inscitiam tam arcta Lunarum intercapedine pressam, non modicam partus perfectioni fecerunt moram occupationes Tribunalis S. Rot. Maceratensis, vbi Auditor assideo. Erat namque consonum honestæ necessitati, vt, dum laboribus priuatis occuparer,

non pecca-

non peccarem in publica negocia , & curas detrimento litigantium addendo , decidendis causis vacarem . Nec sunt leuis ponderis in tam venerando Tribunali functiones , dum integra Picenorum Prouincia confluit ad leges ab illo accipiendas ; confluit autèm non modò ad huius responsa , sed & ad præstantissimam Heluiæ Ricinę , seù Maceratæ Vrbem inspiciendam , atque colendam , quæ ex celeberrimo Gymnasio , & duplici Collegio Excellentissimorum hominum in omni scientiarum genere apprimè versatorum , alijsque innumeris, quibus decoratur prærogatiuis , in Marchia sicuti Sol in Cœlo refulget : dixi hominum, nè , dum admiraris virtutes , cultus illis tribueres Deorum . Tantamque Ciuitas sibi vendicat maiestatem , vt non immeritò Regia Picenorum appelletur , & agnoscatur . Plura dicerem , si calamus ferret , & aptè exprimere possem ; sed Astrorum lucem quis non fatetur, & omnibus tacentibus linguis ? si quis mihi denegat fidem , huc accedat , & suis ipse oculis habeat : nec interim vel dubitans feratur aduersus ista , quæ veritate impellente in omnium conspectum educta roborantur authoritate viri inter antiquos versatiss.mi , Ferdinandi Vghelli Italiæ Sacræ tom. 2. §. Maceratenses Episcopi fol. mihi 804. & infra , *vbi plura admiranda de hac Vrbe recenset , & consulat tandem Pontificem illum maximum Sixtum V. qui eius encomia delibauit* in bulla 94. tom. 2. noui bullarii *dum hanc Rotam erigeret .*

Plurium Iuris Consultissimorum , & equidem insignium , responsa prout materies exposcebat , suis locis collocata reperies . Poteram illa , quasi abscondita apud me iacentia meis vigilijs tribuere ; sed absit tam indignum facinus ab homine ingenuo . Poteram de eodem argumento noua scripta componere , sed ad quid nouis laboribus implicari , ac tot luminarium iuris faces , quasi sepulcrales habere , & non potius omnibus ad lucem exponere ? Exposui , & glorior meas ineptias illorum solidissimis miscuisse laboribus . Nec illi , quos vti Domnos seruo , mecum esse dedignari debebunt . Quem enim latet , quod Seruus curru portatur eodem , *quo vehitur Imperator , dum triumphans ad Capitolium ascendit . Sed nimium sermonem effudi , iam taceo : tu vale , humanissime lector : si non plaudis , saltem ama , qui ad tua placita calamum volui exercere . Si post meos occurrent impressionis errores , omni prorsus careo culpa ; tam pertinax fuit puer impressor , vt volens effugere laborem in tenebricosis charatterum erratis omnem diligentiam corrigentis absconderit .*

Index

Index Arithmeticus Quæstionum.

Alter Index Alphabeticus Quæstionum.

Decisiones

Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, in hoc Opere impressæ.

Si placet Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Papirio Siluestro Episc. Macerat. Imprimatur. Fr. Vincentius de Gulijs Min. Conuent. Sacr. Theolog. Magist. in Patr. Vniuers. Phil. Profess.

Imprimatur.

Malatesta Gabutius I. V. D. Prothonot. Apostol. & Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Episc. Macerat. Vicar. Gener. & Auditor.

Hieronymus Spinuccius Phil. & Sac. Theol. Doct. & Sancti Offic. reuis. vidit, ideo si placet Reuerendiss. P. Inquisit. Generali Anconæ.

Imprimatur.

Fr. Dominicus Maria de Ancechijs, Lector, ac Vic. Sancti Offic. Macerat. Ordinis Prædicatorum.

PRACTI-

PRACTICARVM QVAESTIONVM DE CONFISCATIONE SEMICENTVRIA

AVCTORE

SERAPHINO MASSINO

I. C. Asculano Sacræ Rotæ Maceraten. Auditore.

De habentibus Ius Confiscandi.

SVMMARIVM.

CONFISCATIONEM, qui exereuerunt. num.1.

Populus Romanus sub Clodio Tribuno confiscationem Ptolomei viui, socij Cipro Insulæ dominantis demandauit. ibid.

Iulius Cæsar Orbis Imperator, pœnis scelerum auctis, parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte spoliauit. num.2.

Tiberius Principes Gallos, Hispanos, Syros, & Græcos ob omne, & si leue genus calumniarum voluit confiscatos num 3.

Domitiano Imperante bona viuorum, & mortuorum cuiusuis criminis postulatorum indistinctè fuerunt correpta, num.4.

Traianus nunquam commodis fiscalibus fauit. n.5.

Antoninus Pius raro exercuit bonorum publicationem num.6.

Ius Confiscandi est apud solum Principem, vel alios Magistratus similem authoritatem in Republica sortitos. num. 7.

Ius Confiscandi habet Princeps priuatiuè quoad omnes, nisi expressim fuerit alteri ab ipso Principe concessum num.8.

Ius Confiscandi habet Vicarius generalis Papæ absq; speciali Commissione num 9.

Confiscatio duplex, scilicet extraordinaria, & ordinaria num.10.

Confiscatio extraordinaria, & ordinaria quæ sit? ibid.

Confiscatio extraordinaria non potest imponi nisi a Principe, & simili persona habente iura Imperij, vel alio inferiori de mandato Principis tantum num 11.

Confiscationem ordinariam quilibet Iudex, vt Iuris Minister, & executor, etiam Principe inconsulto imponit num. 12.

Confiscatio extraordinaria non nisi ex magna causa debet infligi. num.13.

Ius Confiscandi est annexum supremo Imperio, vt nec Princeps possit illud alienare num. 14.

Fructus ex Iure Confiscandi prouenientes vendi, & alienari omni Iure possunt. num.15.

Iudex habens liberum arbitrium potest facere, quæ ipse met Princeps valeret explere. num.16.

Sed non potest confiscare num. 17.

Iudex habens supremum arbitrium ad instar ipsius Principis poterit omni Iure confiscare num.18.

Quod procedit non solum aduersus Reos delinquentes, sed etiam aduersus Testes, quos poterit citare ad Comparendum sub pæna Confiscationis. num. 19.

Quomodo dignoscatur Principem delegasse liberum arbitrium, & generale tantum, vel supremum remissiuè num. 20.

Quomodo soleat Papa in statu Ecclesiastico hanc supremam, & absolutam potestatẽ impartiri. n. 21.

Sāctiss. nus D. N. Alexāder Papa VII laudatur ibid.

Illust. riss. mi, & Reuerendiss. mi D. Marci Gaily referuntur prerogatiuæ. ibid.

Forma Breuis, in quo Papa concedit absolutam, & supremam Potestatem num. 22.

Iudex habens supremam potestatem quid facere possit, remissiuè num. 23.

Iudex habens supremam potestatem an possit torquere Criminosos denegatis defensionibus esi articulus dubius num. 24.

Referuntur negatiuam partem tenentes num. 25.

Iudices Gubernatoris Vrbis sub prætextu facultatem illius Tribunalis Reos indefensos tormentis supponere non possunt. num. 26.

Nec Princeps, nec consuetudo potest hanc Iurisdictionem torquendi reos absque defensionibus tribuere num. 27.

Facultas torquendi Reos denegatis defensionibus non procedit aduersus reum bonæ famæ, & Vitæ num. 28.

Et ista facultas in Magna Curia Neapolis, & Siciliæ Vocatur præeminentia. ibid.

Vt possint torqueri Rei denegatis defensionibus debet concurrere leuitas vitæ, & diffamatio Rei. num. 29. & num. 30.

Contra quos possit procedi denegatis defensionibus? num. 30.

Iudices Gubernatoris Vrbis in quibus casibus vtantur facultate prædicta num. 31.

Iudices prædicti in Casibus, in quibus vtuntur hac facultate fit Decretum a Gubernatore, vt Iudices sua facultate vtantur num. 32.

Quæ debeant concurrere vt sit locus procedēdi denegatis Defensionibus, siue Præeminentia locū habeat num. 33.

Princeps potest potestatem procedendi ad tormenta contra reos denegatis defensionibus alteri tribuere num. 34.

Reus an, & quando possit torqueri ex processu informatiuo remissiuè num. 35.

Gubernator Vrbis à Nulla Pontificia Constitutione habet facultatem denegandi defensiones ante torturam num 36.

Contrarium firmatur num. 37. & 40. vbi de obseruantia.

Dum datur authoritas procedendi de facto, manu Regia, & velo leuato, intelligitur concessum brachium regium, & facultas procedendi ex abrupto. num. 38.

Ex dd. Clausulis censetur attributa præeminentia torquendi denegatis defensionibus ex ipso processu informatiuo num. 39.

Per concessionem factam a Principe de brachio Regio, & sup ema potestate potest Iudex subijcere tormentis Reos delinquentes denegatis defensionibus ex solo processu informatiuo num. 41.

Præeminentia prædicta practicari potest in omnibus casibus vbi debet imponi pæna ordinaria, non, autem arbitraria. num. 42.

Præeminentia, siuè facultas prædicta practicatur tam contra laicos, quam contra Clericos si prouenit a Papa, & Ius dicens habet in eos legitimam Iurisdictionem. num. 43.

Limita in minoribus quibus omninò debent dari defensiones num. 44.

Sublimita in illis casibus in quibus minor ætas non excusat à pæna ordinaria. num 45.

Tortura illata denegatis defensionibus potest repeti per tres vices. num 46.

Limita nisi prima vice fuerit sufficiēter illata, n. 47.

Tortura an fuerit sufficienter illata remittitur arbitrio Iudicis. ibid.

Circa inferendam Torturam melius est seruare Consuetudinem tribunalis. num. 48.

Iudex ex vi manus Regiæ potest procedere ad tertiam Torturam in tribus vicibus separatis. nu. 49.

Iudex in depositione Rei a tormentis debet apponere Clausulam Animo repetendi, nec reum addici facere ad largam, sed in locum separatum, aliàs tortura præsumeretur completa. num. 50.

Tortura præsumitur completa vbi reus fuit positus ad largam ibid.

Testes recepti parte non citata nullum faciunt indicium in Criminali num. 51.

Testium Repetitio non est necessaria, quamuis sint recepti parte citata, vbi proceditur non denegatis defensionibus, & manu regia num. 52.

Præsertim vbi adest stylus, & Consuetudo nu. 53.

Testium prædictorum repetitio non est necessaria quando proceditur contra assassinos, sarmellos, & similes scelestissimos num 54.

Testium receptorum parte non citata non est necessaria repetitio vbi Iudex potest dubitare de subornatione. num. 55.

Testium receptorum vt supra est necessaria repetitio cessantibus causis prædictis, si agitur contra hominem non solitum delinquere, & si delictum esset atrocissimum num 56.

Testium receptorum parte non citata est necessaria repetitio dum agitur de condemnando, secus quando Reus debet torqueri ex processu informatiuo, & ita conciliantur discordantes n. 57.

Iudex si publicauit processum reo cum solito termino ad faciendas defensiones, pendēte termino nō est locus torturæ, etiā si procedat cum facultate denegādi defēsiones, seu præemmētia, & quare n. 58

Iudex per publicationem processus videtur elegisse viam ordinariam, & Reus nanciscetur suā vtilitatem habendi copiam processus, & se defendendi num. 59.

Iudex ex nouis indicijs superuenientibus, vel alia causa potest a processu ordinario recedere, & ad alium more belli redire. num. 60.

Iudex

Iudex sua ordinaria Iurisdictione, & absq; Principis Commissione an possit procedere denegatis defensionibus contra Testes ? remissiue. numero 61.

Testi de mendacio conuicto non dantur defensiones, sed proceditur ad torturam illius arbitrio Iudicis. num 62.

Et ita seruatur de Consuetudine. ibid.

Contraria opinio est periculosa contra fiscum, & quare. num 63.

Timor subornationis, & offuscationis veritatis non sufficit ad denegandas defensiones Reo principali, num 64

Delictum falsitatis, ex quo Testis confessus est puniendus non attenditur pro dandis illi defensionibus, num.65.

Ratio redditur, num.66.

Tortura leuis non potest dari Reo denegato termino ad faciendas defensiones, num. 67.

Tortura leuis non potest vocari Tortura, num.68.

Testis est leuiter torquendus, num.69.

Testis tortus pro scienda veritate, & tanquam verisimiliter informatus detinetur in Tormento per quartam partem vnius horæ, & aliquando per mediam horam, iuxta Personarum, & factorum qualitatem. num. 70

Testem non posse torqueri denegatis defensionibus quando conuincitur de mendacio ex testium depositionibus fuit opinio Farinacij, qui reprobatur num. 71.

Quo ad Testem DD. confundunt, & tanquam Synonima accipiunt Verba Vacillatio, varietas, & Contradictio num. 72.

Non tamen confundunt mendacium, de quo Testis remanet conuictus ibid.

Testis Vacillans, contrarius, vel Varius leuiter torquetur num. 73.

Et non est opus quod confessionem ratificet extra Tormenta ibid.

Testis de mendacio conuincitur dum negauit alicui facto interueniße. num.74.

Testis de mendacio conuictus torquetur per maius temporis spatium, quam Testis Vacillans, seu Varius &c. num.75.

Testis de mendacio conuictus debet extra locum Torturæ ratificare. num. 76.

Testi Vacillanti, contrario, seu Vario datur leuis tortura ad effectum videndi in quo dicto persistat. num. 77.

Testi conuicto de mendacio datur tortura per multum temporis spatium pro eruenda Veritate num. 78.

Testis conuictus ex proprio dicto non dicitur mendax, sed contrarius, aut Varius num. 79.

Testis dicitur mendax quando conuincitur per alios testes num. 80.

Terminus ad dicendum contra propriam confessionem potest assignari post torturam. num. 81.

Terminus ad faciendas defensiones assignatur post torturam, & ita practicatur in reo dum torquetur potestate extraordinaria num. 82.

Fauore publicæ vtilitatis ne processus destruantur, & delicta exinde remaneant impunita, multa debent esse licita, quamuis dispositioni Iuris repugnarent. num. 83.

Tortura quando est danda Testi, nihil differt an ille petat, vel non petat defensiones. numero 84.

Tale vbicumque ponatur semper erit tale. numero 85.

Defensiones non sunt concedendæ ad repulsandos illos testes, qui nihil deponunt contra alium Testem. num. 86.

Testes satis deponunt contra Testem, dum illum arguunt de mendacio. num. 87.

Testis negans non potest dici conuinci de Mendacio ex dicto aliorum Testium prius examinatorum, qui illum nominant, si Testis negans non est examinatus, & non potest diuinari quid sit depositurus dum examinabitur. numero 88.

Testis semper est torquendus absque assignatione Terminorum ad faciendas defensiones; & est magis communis opinio. num. 89.

D. Io. Antonius Angelicus comendatur. numero 90.

QVÆSTIO PRIMA.

ETIAM temporum anteactorum annales percurrendo innotescet, normam publicationis bonorum non esse à Neotericis adinuentam; omissis enim alijs vetustioribus codicibus, qui nebulas antiquiorum ætatum historica veritate quasi radijs Phœbeis dissipatas ad claritatem adducunt; en 1 † Clodio Tribuno duce Populus Romanus Ptolomei viui, sociisque Cipro insulæ dominantis confiscationem mandauit *Lut. Flor. de gest. Roman. lib. 3. cap. 9.* Iulius † Cæsar, qui fortu-2 na ductus Imperium integri Orbis occupauit, pœnis scelerum auctis, parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte spoliauit *Sueton. in vita eiusdem num. 42. prope finem.* Ver-3 sipellis ille † Tiberius, ex cuius facie motus animi agnoscere nullus valuit gloriari, plus æquo diuitijs inhians Principes Gallos, Hispanos, Syros, & Græcos ob omne, & si leue calumniarum genus voluit confiscatos, adeo vt *Sucton. num. 49. illius acta scribens* referat, quibusdam nihil aliud crimini fuisse datum, quam quod rei familiaris partem in pecunia possiderent. Sub 4 impio † monstro Domitiano testatur *idem Sueton. in vita ipsius numer. 12.* bona viuorum, & mortuorum cuiusvis criminis postulatorum indistinctè fuisse correpta; quinimò facinorum testimonijs non curatis satis fuisse qualiscumque facti, vel dicti aduersus Principis maiestatem solum obiectum, & vel vno adducto qui retulisset, defunctum in humanis agentem dixisse, Cæsarem sibi esse hæredem,

alienissimas hæreditates fisco fuisse addictas. Sed sęculis ad fæliciorem sortem conuersis, insignis pietate Traianus † *teste Plinio in panegyri*, nunquàm commodis fiscalibus fauit; & Antoninum 6 † Pium Principem sempèr laudandum rariorem, quàm vnquàm publicationem bonorum exercuisse, facit fidem *Iul. Capitolin.* in ijs, quę de vita eius scripta reliquit.

Attexere longiora exempla esset historica monumenta exuendo nullum dicendi finem habere; at ego, qui breuitatis studio ducor, sàt habeo hæc commemorasse, vt ostendam, apud solum 7 † Principem, vel alios Magistratus similem auctoritatem in Republica sortitos resedisse ius confiscandi, sicuti, & hodie residere admittunt vnanimitèr Iurisprudentiæ professores *Roland. cons. 99. num. 28. vol. 1. Peregrin de iur fisc. lib. 1. tit. 2. num. 85. & 90. Carpan ad nouiss constit. Mediol. §. omnium num. 681. Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 62. per tot. Mastrill de Magistrat. lib 3. cap. 10. num. 397. 398. & 399. Giurb. consil. 58. num. 2. &* 8 *obseruat. decis 90. numer. 1.* & priuatiuè † quoad omnes nisi expresśè fuerit alteri ab ipso Principe concessum *l 1. C. ne sin. iuss. Princip. Giurb. d. consil. 58. num. 3. & d. obseruat. 90. num. 1* excep- 9 pto Vicario † generali Papę, in quem absq; speciali commissione transire ius confiscandi, testantur *Roman. cons. 59. num. 2. & seqq. Sbrozz. de offic. Vic. lib. 2. quæst. 58. num. 3. vers declaratur, & Guazzin. de confisc. conclus 12. num. 2.*

10 Distinguendum tamèn videtur inter † confiscationem extraordinariam, quæ in casibus à lege, statuto, vel consuetudine non expressis irrogatur, & ordinariam, quę reperitur determinata à Iure communi, vel municipali, siue consue- 11 tudinario, nàm † illam primæ speciei Princeps, & similis persona habens iura Imperij dumtaxàt, nec sine eius mandato alter inferior imponere 12 valet, secundæ † autèm speciei quilibet Iudex, vel iuris minister, & executor, etiàm Principe inconsulto imponit *Giurb. d. cons. 58. num. 4 & 5.* 13 *d. obseruat. 90. num. 2. 3.* vbi quod † extraordinaria non nisi ex magna causa debet infligi, *& numer. 4. Guazzin. de confiscat. conclus. 12. num. 29.*

14 Adeoq; hoc ius † confiscandi est annexum supremo Imperio, vt nec Princeps possit illud alienare, quidquid secus sit de iure exigendi pœnas, ad quarum solutionem fuerint Rei condemnati, & 15 sic † de fructibus ex iure confiscandi prouenientibus, qui vendi, & alienari omni iure possunt *Giurb. d. obseruat. 90. numer. 6. cum seqq. vsque in fin.*

16 Quia autèm Iudex † habens liberum arbitrium sibi à Principe demandatum, potest facere ea omnia, quę ipsemet Princeps valeret explere *Caualcan. de brach. Reg. part. 1. num. 166. & 167.* & faciunt tradita per *Borgnin. Caualcan. decis. 41. num. 35. lib. 1.* ideò disputauerunt DD. an iste Iu- 17 dex † possit confiscationis pœnam irrogare, & negatiuam substinuerunt allegati per *Guazzin. d. conclus 12. num 34. & Giurb d. consil. 58 num. 10.* 18 *11. & 12.* attamen si Iudex † habeat supremum arbitrium ad instar ipsius Principis poterit omni iure confiscationem infligere *Roland. d. consil 99. num. 28. vol. 1. Guazzin. d. conclus. 12 num 18. Caualcan. de brach. Reg part. 4. num. 26. 117. & 118.* 19 & non solum † aduersus reos delinquentes, sed etiam aduersus testes, quos poterit citare ad comparendum sub eadem confiscationis pœna, seruata forma tradita per *Caualcan. d. part. 4. num. 119.*

20 Quomodo verò † dignoscatur, Principem delegasse arbitrium liberum, & generale tantùm, vel supremum, quod ipse concedens habet, poterunt consuli *Menoch. de arbitrar. quæst. 7. 8. , & 9. Ioan. Grand. de bell. exul. in prædicam. substantia quæst. 2. per tot., & quæst. 3. num. 1. & 2. Caualcan de brach. Reg. per tot. tractat.* & pręsertim *part. 1.* vbi multa coaceruauit *Maur. Burg. de mod proceden. ex abrupto quæstione 6. per totam.* 21 In statu autem Ecclesiastico † solet Papa hanc absolutam, & supremam potestatem impartiri adijciendo clausulas, quę reperiuntur adnotatę in breui, cuius copiam hic appono, vt omnes addiscere valeant, concesso illustrissimo, & Reuerendissimo D. meo Marco Gallio Prouinciæ Marchię Gubernatori, dum a verè Sanctissimo Alexandro VII. hodie vniuersali Populorum plausu regnante, quem Deus ad suæ Reipublicæ vtilitatem diù seruare dignetur incolumem, habuit curam demandatam adhibendi omnes diligentias pro arcenda peste, cum prius adhuc vigesimo octauo anno minimè exacto a S. mem. Innocentio X. ad Asculanam Ciuitatem regendam tùnc multis discordijs feruentem fuisset ob eius eximiam prudentiam inter Proceres Rom. curiæ prælectus, vnde discedens paucis interiectis annis Anconæ, Perusię, & Vmbriæ gubernijs fæliciter expletis ad Piceni regimen promotus fuit. Hæc de tanto Pręsule satis, quià eius laudes aggredi esset idem, quod infinitum dinumerare. Forma 22 breuis † hæc est. *Dilecto filio Magistro Marco Gallio in vtraque signatura nostra referendario Prouinciæ nostræ Marchiæ Gubernatori Alexander Papa VII. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Paternæ, ac præcipuæ charitatis affectus, quo gregem Dominicum Curæ nostræ diuinitus commissum prosequimur, iugiter nos impellit, vt communi ipsius gregis saluti, quantum nobis ex alto conceditur, pastorali sollicitudine inuigilemus. Cum itaque non sine animi nostri mœrore acceperimus vehementem pestis suspicionem in Ciuitate Neapolitana, & alijs forsan Regni Neapolis partibus haberi asseratur, nos pro iniuncto nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio. pro auertendo quantum Diuinæ placuerit Misericordiæ contagionis huiusmodi periculo, nihil, quod ad muneris nostri partes spectat, prætermittere volentes, ac de tua singulari fide, pietate, prudentia, integritate, doctrina, ac rerū gerēdarum vsu plurimum in Dño confisi, motu pro-*

tu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, te nostrum, & huius Sanctæ Sedis Commissarium sanitatis intra fines, & terminos tui Gubernij, Apostolica auctoritate tenore præsentium ad nostrum, & sedis prædictæ beneplacitum facimus, constituimus, & deputamus, cum plena, libera, & omnimoda facultate, & auctoritate omnibus, & quibuscumq; diligentijs, quæ pro auertendo, vt præfertur, contagionis huiusmodi periculo adhibebuntur, super intendendi nec non quibusuis personis, tam Ecclesiasticis, & cuiusuis ordinis, congregationis, Societatis, & instituti, etiam si de illo, vel illa specialis, specifica expressa, & indiuidua mentio habenda foret, & quarumcumq; militiarum, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolimitani regularibus, quam quibusuis Baronibus, Domicellis, Comitibus, alijsq; etiam Ducali, Marchionali, vel alia quauis dignitate, & præeminentia, etiam specia-li nota dignis, insignitis, sæcularibus etiam Ecclesiasticis intra fines tui Commissariatus consistentibus, Gubernatoribus quoquè, Potestatibus, Prætoribus Prioribus, cæterisq; officialibus quomodolibet nuncupatis, nec non militijs, & Corsis, ac Birruarijs, & turrium custodibus, Communitatibusque, & Vniuersitatibus, ac hominibus quarumuis Ciuitatum, Terrarum, & locorum nobis, & S.R.E. mediatè, vel immediatè subiectorum, & infra limites tui Commissariatus huiusmodi existentibus, omnia, & singula, quæ pro auertendo, vt præfertur, contagionis huiusmodi periculo, & suspicione necessaria, & opportuna fore iudicaueris toties, quoties volueris, etiam in constituendis Lazzarettis pro infirmorum guberno in situbus, & ædificijs publicis, siue priuatis, & ad Ecclesias, & beneficia, personasque Ecclesiasticas etiam regulares, & vt præfertur, qualificatas, ac speciali expressione dignas ac ad Communitates, & Vniuersitates spectantibus, præcipiendi, & imperandi, siq; opus fuerit pontes, itinera, semitas, & vias publicas deiciendi, intersecandi, & recludendi, nec non ipsis Communitatibus, & vniuersitatibus, vt expensas pro præmissis, ac præmissorum occasione necessarias faciant, & subeant mandandi, & ad hunc effectum quoscumq; contractus necessarios, & opportunos faciendi, & alitèr in præmissis, prout expedire iudicaueris, prouidendi, ac quodcumq, armorum prohibitorum, ac speciali nota dignorum genus siue defensiuorum, vel offensiuorum per te, tuosq; ministros, & officiales in quibuscumque locis, tam de die, quam de nocte deferendi, & circa præmissa, & eorum occasione quæcumq; statuta, ordinationes, banda, edicta, præcepta, constitutiones, & proclamata intra fines tui Commissariatus, etiam in locis quorumcumq; Baronorum, & aliorum supra expressorum, siue oretenus, siue in scriptis condendi, & publicandi, illaq; nec non publicata, & publicata ordinationes, banda, edicta, & proclamata sub priuationis officiorum, dignitatum, beneficiorum, & confiscationis bonorum quorumcumq; per tot, & eorum quemlibet obtentorum, nec non vltimi supplicij pœnis eo ipso, absque vlla declaratione incurrendis, obseruari faciendi, ac etiàm ætate minores etiàm pœnis subijciendi, & subiectos esse declarandi, & si qui mandatis, iussis, præceptis, ac monitionibus tuis obtemperare recusauerint, aut illis, vel statutis, ordinationibus, bandis, edictis, & proclamatibus prædictis, quoquomodo contrauenerint, vel sese opposuerint, contra eos omnes, & singulos summariè, simplicitèr, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, manu Regia, nulloq; iuris ordine seruato, nec aliquo formato processu, ac more belli, sine quæstionibus, siu tortura, denegatisq; defensionibus ad omnimodam earumdem pœnarum executionem omni, & quacumq, appellatione, recursu, reclamatione, in integrum restitutione, alijsq; iuris, & facti remedijs ordinarijs, & extraordinarijs penitus remotis per te, vel alium, seù alios a te deputandos, & absque alicuius irregularitatis incursu procedendi, & procedi faciendi, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, ac quoscumq; circa præmissa delinquentes, & ad Ecclesias, aliaq; loca immunia Ecclesiastica confugientes ex Ecclesijs, & locis huiusmodi per te, vel alias personas Ecclesiasticas occurrentibus occasionibus à te deputandas pro reuerentia Ecclesijs, & locis sacris debita minori quo, id fieri poterit, cum scandalo, & tumultu extrahendi, nec non cadauera sepultorum ex Ecclesijs, & locis huiusmodi ad effectum, vt illa extra Ecclesias tamen, & loca prædicta visitentur, & recognoscantur exhumari faciendi, ac demùm omnia, & singula alia in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, etiàm si talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, & expressam requirant mentionem faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, nec non vnam, seù plures personas cum facultatibus tibi per præsentes concessis, seù earum aliqua, subdelegandi, ea tamèn lege, vt subdelegati huiusmodi ad executionem pœnarum capitalium sine participatione, & approbatione tua procedere, & deuenire nullo modo possint. Decernentes te, & a te subdelegandos facultatibus proprijs contra, & aduersus quoscumque quantumlibet priuilegiatos, & exemptos etiam Camerales, Ecclesiasticos cuiusuis ordinis, Congregationis, & Societatis, & instituti regulares, nec non exemptionum, & immunitatum priuilegia, siue patentes litteras à quibusuis etiam Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium aduersus hæreticam prauitatem inquisitorum habentes, ac propriè, & cuiusuis alterius Congregationis, & Personæ etiam specialem expressionem requirentes familiares, & domesticos vti, illosq; præceptis, mandatis, edictis, ordinationibus, statutis, bandis, & proclamatibus per te, seù tuo iussu publicandis subijcere, & includere, ac nedum contra illos, vt præmittitur, etiam vsque ad totalem pœnarum executionem procedere, & procedi facere, sed etiàm illos

in quibusuis causis, tanquàm testes etiam cum quæstione, seù tortura examinare, vel examinari facere, ipsosq; ab incursu cuiuscumq; irregularitatis, & censuræ Ecclesiasticæ, propter eorum testimonia, aut spontaneas accusationes, & denunciationes præseruare, & præseruatas authoritate nostra declarare liberè, & licitè posse. Postremò vt præmissa tuta conscientia peragere valeas tibi, vt eorumdem præmissorum ratione nullam omninò irregularitatis notam, aut censuram Ecclesiasticam incurras, dummodo à sententia in causa sanguinis per teipsum ferenda omninò abstineas indulgemus, non obstante, quatenus opus sit, nostra de iure quæsito non tollendo, etiàm super bono Regimine Communitatum, & Vniuersitatum Status Ecclesiastici, & quibusuis alijs Apostolicis, ac vniuersalibus, Prouincialibusque etiam sinodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumcumq; ordinum, Congregationum, Institutorum, societatum, nec non Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusq; & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, & etiàm sæpius confirmatis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficientibus illorum derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxvj Iunij M.D.C.LVI. Pontificatus nostri anno secundo.

23 Quid autem † Iudex hic tàm supremam habens potestatem possit facere, vltra ea, quæ leguntur expressè in facultatibus ipsi indultis, satis scripserunt plures tractatus edendo *Io: Grand. de bell. exul cui accesserunt additiones Io: Baptistæ de Thoro, Caualcan. de brach. Reg. & Maur. Burg. de mod. procedend. ex abrupt.* ideoq; libens prætermitto, satisfactus tetigisse particulam illius potestatis, quę ad confiscationis materiam pertinet; vnum dumtaxat non omittam, an scilicèt

24 † Iudex hic possit denegatis defensionibus criminosos torquere, non quòd videatur hic quæstio conuenire, sed quià, cum inciderimus in sermonem de isto Iudice, non putaui absurdum apponere disceptationem, à qua determinatur maior pars istius iurisdictionis, & circa quam definiendam diuersimodè se forserunt *Scribentes*; alij

25 enim † existimauerunt, quod nullatenùs possint defensiones denegari, & quod aliàs læderetur ius Naturæ, à quo defensio ortum habet *Bursatt. consil 201. num. 99. vsque ad num. 119. Farin. quæst. 39. num. 15. & seqq. & quæst. 72. num. 98. & 99.* vbi

26 inuenitur contra Iudices † Gubernatoris Vrbis, quod sub prętextu facultatum illius Tribunalis infęlices reos indefensos tormentis supponant, & plures alij relati a *Merlin. Pignatell. controuers.*

27 *33. num. 9. lib. 2.* qui omnes firmant, nec † consuetudinem, nec Principem posse hanc iurisdictionem dare, quasi quòd non possit derogari iuri naturali, quod est de per se immutabile, & inuariabile.

28 Alij verò putauerunt, quod similis † facultas, quæ in Magna Curia Neapolis, & Siciliæ vocatur præeminentia, non procedat aduersus reum bonæ famę, & vitę *Grammatic. vot 3 & vot. 30. vt robique num. 24 Riminald. Iun. consil. 290. nu.*

29 *21. & 23. lib. 3.* & quod debeat † concurrere leuitas vitæ, & diffamatio Rei tenent *Grammatic. consil. 15 num. 5. consil. 17 num 16. d. vot. 30 num. 23. Riminald. Iun. consil 290. num. 22.* vnde posse sic †

30 procedi dumtaxat aduersus facinorosos, & diffamatos, latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarios, violentos raptores, & committentes grauia delicta, non autèm contra hominem bonæ famę in delicto, quod non sit notorium *Afflict. decis. 391. per tot. vbi Adden. cum alijs concordantibus adductis per Merlin. Pignatell. d. controuers. 33. num. 2. Capiblanc. de Baronib. pragm. 8. part. 1. num. 75. & seqq. tom. 1 Scialoya de tortur. cap 6. num. 58. & seqq.* cum quibus cōcordat *Ambrosin. de process. informat. lib. 3. cap. 1. num. 11. & seqq.* dùm præeminentiam, & similes facultates restringit ad supradictos, ac alios notorios delinquentes iuncta infamia, et leuitate vitæ, cuius opinionis fuit etiam pluribus relatis *Didac. de Mari ad Grammatic. decis 34 num. 13. & seqq.* nec videntur abesse *idem Grammatic. consil 64. per tot d. voto 3 nu 20. & seqq. & voto 30. num. 7. & infra Roland consil. 12. per tot. lib. 3.* Quinimò *idem Ambrosin. d. cap. 1. numer. 16.*

31 dicit, in Curia † Gubernatoris Vrbis Iudices fuisse visos hac facultate in duobus casibus, nempe contra notorios delinquentes, diffamatos, crassatores, aliosq; similes supra expressos, & in certis alijs grauissimis criminibus, in quibus celeritas desideratur ob complices, ob exemplum,

32 vel alias iustas causas, in quibus † casibus fit decretum a Gubernatore, vt Iudices sua facultate vtantur.

Seacc. de iudic. cap. 98. num. 88. lib. 1. cumulat

33 quatuor † requisita ad hoc, vt præeminentia hæc locum habeat, primo vt ipsamet Magna Curia inquirat, secundo, quod delictum sit atrox, tertio, vt adsit mala fama delinquentis, & quarto vult, debere concurrere indicia sufficientia, & *ibidem*

ibidem in versic. similiter quantum, conatur probare, quod Princeps non potest demandare torturam infligi reo indefenso; sed miror, quod de Principis auctoritate dubitetur, & propterea
34 † ob eius potestatem, quam habet, absolutam, senserunt, posse ab ipso decerni, quod quis subijciatur torturæ denegatis defensionibus *Anton. de Ball. var. tractat. lib. 2. de indic. quæst. 10. per tot. & signantèr num. 59. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 296 & seqq & lib. 5. cap. 6. num. 78. cum seqq. & decis 261. num. 78. Mauson. de contraband. quæst. 10. num. 34 & 35.*

35 Hanc eandem quæstionem, an, & † quandò reus possit torqueri ex processu informatiuo à Iudice habente supremum arbitrium latè assumit disputandam *Guazzin. defens. reor. 21. cap. 1. per tot.* relatis scribentibus, qui pro, & contra loquuti sunt, & tamèn nullam opinionem reijcit, & nullam meo iudicio videtur amplecti; quia autèm profiterur scribere ad reorum defensam, remittit Aduocatum ad *consil. Farinac.* 103. in quo doctissimus ille consulens nititur probare, Guber-
36 natorem † Vrbis a nulla Pontificia Constitutione habere facultatem denegandi defensiones ante torturam, & quod propterea Sixtus V. in illa causa rescripserit, defensiones assignari, prout assignatæ fuerunt cum terminis competentibus;
37 Verùm quòd Gubernator † Vrbis hac facultate careat, est omninò falsum, cum *in bulla* 8. §. 3.
38 *Leon. X. tom. 1. nou. bullar.* detur † illi auctoritas procedendi *de facto, manu Regia, & velo leuato*, per quæ verba intelligitur concessum brachium Regium, & facultas procedendi ex abrupto *Caualcan. de brach. Reg. part. 1. nu. 132. Maur. Burg. de mod. procedend. quæst. 6. num. 8. & infra*, &
39 subsequenter † censetur attributa præminentia torquendi denegatis defensionibus ex ipso processu informatiuo *Caualcan. d. part. 1. n. 19 vers. nihilominus. Maur. Burg. d. tract. quæst. 3 per tot.* Quibus rationibus iam per me scriptis, et consideratis venit ad manus meas *Scanarol. de visitat. carcerat. qui in lib. 1. §. 8. cap. 1. section. 2. per tot.* discutit facultates Gubernatoris Romę, & relata vtraq; opinione affirmatiua, & negatiua validissimis rationibus tuetur, ex d. bulla Leon.
40 X. fuisse datam † facultatem procedendi denegatis defensionibus, sicque obseruari in illo Tribunali in casibus ibi relatis; & concordat *Scialoya cum relatis in tractat. de tortur. cap. 6. numer. 67.*

Istis omnibus præmissis, & consideratis ego sentirem, quod si Princeps similem facultatem torquendi reum indefensum concederet, vel ex-
41 pressè, vel tacitè per † concessionem brachij Regij, aut supremæ potestatis, poterit Iudex habens hoc mandatum subijcere tormentis delinquentes denegatis defensionibus, ex solo processu informatiuo *Caualcan. de brach. Reg. part. 1. num. 29. vers. nihilominus, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 11. per tot.* vbi discusso articulo ad partes residet in hac opinione, *Ioan: Bapt. de Thoro ad Io: Grand. de bell exul. in prædicam. substantia quæst. 3. num. 6. in fin. Anton. de Ball. var. tractat. lib. 2. de indic. quæst. 10. per tot. Scanarol. de visit. carcer. §. 8. cap. 1 section. 2. per tot. Merlin. Pignatell. d. controuers. 33. per tot.* apud quos omnes referuntur concordantes, & respondetur omnibus obiectis, *Mastrill. decis. Steil. 191. per tot. & decis. 261. num. 45. & seqq.*, vbi quod hæc præminentia practicatur in omnibus casibus,
42 cuius † dictum ego amplectendum esse putarem, vbi debet imponi pœna ordinaria, non autèm arbitraria ex rationibus adductis *ab Intrigliol. singular 234. lib. 1.* quem sequitur *Rouit. de immunitat. Neapolitan. pragm. 1. num. 16.*, & conueniunt *Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 23. numer. 180. & seqq. Scialoya de tortura cap. 6. numer. 73.*

43 Quæ potestas † non solum practicatur contra Laicos, sed etiam aduersus Clericos, vbi facultas prouenit à Papa, & ius dicens habet in eos legitimam iurisdictionem. *Merlin. Pignatell. dict. controuers. 33. num 30. Maur. Burg d. tractat. quæst. 65. num* 1. non tamen poterit exerceri contra
44 minores, † quibus debent omninò dari defensiones, *Muta ad consuetudin Panorm. cap 9. nu. 89. & cap. 49. num. 33 & seq Maur. Burg. d. tractat. quæst. 66. per tot. Iul. Mastrill. post Seaghon. ad pragm. Regni Neapol allegat. 1. num. 38. Scialoya de tortura cap. 6. num. 61. Scanarol. de visitat. carcerat. lib. 1. §. 8. cap. 1. section. 1. nu. 33.* vbi tamen dicit hoc esse intelligendum, vt non procedat
45 † in illis casibus, in quibus minor ætas non excusat à pœna ordinaria.

46 Tortura autèm † hoc modo vnica vice illata poterit repeti per tres vices, nàm quidquid dicant *Petra ad Grammatic decis 34 num. 5. Carrab. de præminent. Magn Cur. sub num.* 123, & alij plu-
47 res apud infrascriptos DD. allegati, certa est † distinctio inter aduersantes opiniones allata, quòd aut prima vice fuit sufficientèr illata, & non potest repeti, aut non fuit satis, in quo Iudicis arbitrium versatur, & tùnc denuò potest irrogari, *Guazzin. defens. reor. 30. cap. 28.* licèt ipse putet
48 melius † esse, quod seruetur consuetudo Tribunalis, cum tamèn *defension. 21. num. 12.* senserit
49 Iudicem † ex vi manus Regiæ posse procedere ad tertiam torturam in tribus vicibus separatis, cuius meminit *Scialoya de tortura d. cap. 6 num. 75.* & hanc distinctionem firmant, *Maur. Burg. dict. tract. quæst. 24. num. 6 cum seqq.* volens, quòd Iu-
50 dex † in depositione Rei à tormentis debet apponere clausulam animo repetendi, nec reum adduci facere ad largam, sed in locum separatum, alias tortura præsumeretur completa, *Mauson de contraband quæst. 10. num. 9. & seqq.*

51 Nec erit necesse repetere testes, nàm † licet eos parte non citata receptos nullum facere indicium tenuerint in hac facti specie *Roland. cons. 12. per tot. lib. 3 Grammatic. consil. 64. pariter per tot. vot. 3. num. 20. & seqq. & voto 30. num. 7. & infra*, nec videatur dissentire *Mastrill. decis. 261. num.*

num 63. cum seqq. attamèn opinio magis rece-
52 pta est, quod stante hac † facultate repetitio non sit necessaria *Ioan. Grand. de bell exul. in prædic. pati quæst. 3 special 90. in fin.* ad quem se remittit *Thorus in addit ad dict special 90. Sanfelic decis. 37. num. 3. Guazzin. Iun. tractat. moral. lib. 2. de Iudic defens 2. cap. 16 num. 5. versic. & tunc*; præ-
53 sertim † vbi adesset stilus, & consuetudo *Anton. de Ball var. tract. lib. 1. quæst. 26. num. 48. & lib.*
54 *3. præmiss 2. num. 1.* vel si procederetur † contra assassinos, farinellos, & similes scelestissimos, aut
55 si Iudex † dubitare posset de testium subornatione *Caualcan. de brach. Reg. part. 3 num. 4.* à quo non videtur discedere *Guazzin. defens reor. 21. num. 6. post med. verbo vbi subsist*; his enim
56 cessantibus si ageretur † contra hominem non solitum delinquere, & si delictum esset atrocissimum, repetitionem existimat necessariam *Caualcan. d. part. 3 num. 3 & 4.* Quæ discordan-
57 tes † opiniones possunt de facili reduci ad concordiam, vt nempe prima, quæ existimat repetitionem esse necesse procedat, dùm agitur de condemnando, & secunda, quæ negat, quando reus debet solum torqueri ex processu informatiuo *Scialoya de tortura cap. 6. num. 26. Scanarol. de visitat. carcerator. 9:8. cap. 1. section. 1. n. 2. & 3.*
58 Sed si Iudex hic † publicasset reo processum cum solito termino ad faciendas defensiones, tùnc termino pendente nullatenus erit locus torturæ, non obstante facultate supradicta, cum per
59 publicationem † processus offensiui videatur elegisse viam ordinariam, quo casu reus nanciscitur statim suas vtilitates habendi copiam processus, & se defendendi *Caualcan. de brach. Reg. part. 3. num. 4. Maur. Burg. de mod procedend. quæst. 46. num. 10. 11. 12. & 13. Scialoya d. cap. 6. num. 71.*
60 bene verum est, quod ex † nouis indicijs superuenientibus, vel alia causa poterit Iudex à processu ordinario recedere, & ad alium more belli redire *Anton. de Ball. var. tract. lib. 3. præmiss. 7.* cum quo vti vltimo loco relato videtur concordare *Scialoya d. cap. 6. num. 71. in fin. & Maur. Burg. d. tract. quæst. 48. num. 5. & seq.*

Et si egrediar valde materiam assumptam, nihilominus, cum fuerit actum de tortura Rei principalis indefensi videtur conueniens videre, quid
61 sit † resoluendum in teste, in quo tamen non est opus commissio Principis procedendi ex abrupto, more belli, vel vt aiunt, extraordinario, nàm hoc casu respicitur sola iurisdictio Iudicis Ordinarij; qui articulus fuit amplè discussus à *Farin. quæst. 39. num. 116. cum pluribus seqq;* à cuius opinione licet temeritas sit dissentire, præsertim in me, qui nec tirocinia legalia professus sum, attamen referam ea, quæ alias dicebam, dùm casus de facto euenit in hoc Gubernio Prouinciæ Marchiæ, in quo Locumtenens in ciuilibus aderam, & Illustrissimus Dominus meus Gallius Gubernator non fuit dedignatus meam sententiam audire; tùnc igitur temporis sic respondi.

Est opinio absque contradictore, quod in tor-
62 tura † testis de mendacio conuicti non dantur defensiones, sed omnia Iudicantis arbitrio remittuntur *Bartol. iuncta addit. Alexandri litt. A. & Marsil. in l vnius 8. testes ff. de quæst. Angel. de malefic. in verb quod fama nu. 49.* facit *Francesc. marc. decis. 487. nume. 16. part. 1.* dum refert theoricam *Bartol. in d. l. vnius Boss de indic. & considerat. ante tortur. nu. 81. & de tortura test. num. 39.* asserens ita seruari *Clar. quæst. 15 num. 10. vbi Drogb. litt. L. & Baiard. versic. solet dubitari Brun. de tortur. quæst. 4 part. 2. num. 15. Claud. Bertazzol. ad Bartbol. patrem cons. crim. 153. litt. A. Anton. de Canar. de quæstion. membr. 2. num 52* testans, sic consuetudinem obseruate *Ioseph. Ludouic. conclus. 38. num. 98. versic. Secundus casus vsque in fin. Porr. ad Ambrosin. de processu informatiuo. lib. 1. cap. 4. versic sed quæro Hieronim. de Federic. resol. [illegible] post. 2. vol. consil. Farinac. Gturb. consil. 23. num. 14. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 100. num. 16. versic si non fugillat,* vbi reddens optimas rationes dicit, quod ita seruauit, & seruaret *Sanfelic. decis. Neapol. 24. nu. 2.* vbi post *verb. num. 16. item 7.* deficit in meo codice dictio vbi, vel verbum qui incuria impressoris omissum, aliàs enim sensus sequentis periodi confunderetur *Mauson. de contraband. quæst.*
63 *12 per tot.* qui † licet *num. 4.* referat opinionem contrariam *Farinac. & num. 5.* vocet illam æquã, tamèn relinquit cogitandum, scribens illam opinionem esse periculosam contra fiscum, nàm dû stat in assumendis informationibus, nec adhùc patent dicta testium, si copia concederetur, daretur occasio occultandi veritatem, cùm testes possent ob partium potentiam latitare, vel instrui ad mendacia componenda; & equidèm donec Fiscus contendit cum teste, qui ad torturam euadendam omnem lapidem esset moturus, & haberet adiutorem reum, qui omne auxilium daret ad pœnam effugiendam, vtique ipsemet delinquens principalis impunitus euaderet, maximè, si defensio testis perueneret negocium principale, vt est casus, quem hodie agimus.

Nec rationes adductæ per *Scacc.* videntur mihi debilitatæ à responsionibus *Farinac. d. quæst. 39. num 148. versic. & licet*; etenim dum cona-
64 tur probare, quod † timor subornationis, & offuscationis veritatis non sufficiat ad denegandas defensiones se remittendo ad ea, quæ dixerat *num. 68. & seqq.*, debet animaduerti ipsum ibi loqui de Rei principalis defensione, & sic in terminis valdè diuersis, cum intra in illo casu specialitèr determinauerint, & *Doctores* hanc materiam disceptantes agnoscant valdè differre, quis sit torquendus, reus ne, àn te-
65 stis, maximè quia delictum † falsitatis, ex quo testis confessus esset puniendus, vti veniens in consequentiam minimè debet attendi, vt probauit *Camaian. relat. ibid. à Farinac. num. 141.* quæ
66 ratio † apud me est inconuincibilis, nàm tortura infertur principalitèr pro habenda veritate delicti,

licti, & testis nullo pacto illi subijceretur, nisi veritatem criminis occultaret; debet ergo attendi primordium, quod dedit causam quæstioni, non autem id quod ex post facto consecutiuè exoritur *Ambrosin decis. Perus. 26. num. 28. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 14. numer. 12.* & in istis terminis punctualibus *Hieronim. de Federic. resol. 29 num. 5. post. 2 vol cons. Farin.*

67 Dum autem † ipse *Farin.* affirmat, quod nec etiam ad leuem torturam procedatur denegato termino ad faciendas defensiones, assumptum procedit in reo, in quo adesse discrimen cum te-68 ste superius ostendi, vltra quòd leuem † torturam non posse vocari torturam contra eundem *Farinac. [illegible] 170. num. 12. & 13.* sed in hac ratione leuitatis torturæ non insisto, ete-69 nim, licèt † testem [illegible] torquendum esse, afferat *Giurb. d. cons. [illegible] 4.* Forsàn in practi-70 ca non [illegible] tortus pro scienda veritate, & [illegible] informatus detinetur in tormento per quartam partem vnius horæ, & aliquando per mediam horam iuxta factorum, & personarum qualitatem *Farin. quæst. 79 num. 82. Maur. Burg de mod. proceden. ex abrupt. quæst 100. num 129*

Nec debet mouere, quod idem *Farinac ex Personal. de indic. & tortur num. 33. & 34.* declaret 71 opinionem † pro tortura testis procedere, quandò ille conuincitur ex proprio dicto vel confessione demendacio, non autèm dum ex testium depositionibus ostenditur mendax, quia sic dicendo destruit communem DD. sententiam, quam ipsemet amplexus fuerat *num. 147.* ad quod proban-72 dum aduerto, quod † licet DD. confundant in teste, & pro sinonimis profiteantur vacillationem, varietatem, & contrarietatem *Farinac. quæst. 79. num. 10. Guazzin defens. reor. 19. cap. 2. num. 1.* non tamèn confundunt mendacium, de quo testis remaneat conuictus, imò separant, ac 73 distinguunt, Tùm quià testis † vacillans, contrarius, vel varius leuiter torquetur, & non est opus, quod confessionem ratificet extrà tormen-74 ta, quandò verò testis † de mendacio conuincitur, vt puta dùm negat alicui facto interfuisse, 75 tùnc quia † torquetur per maius temporis spa-76 tium, debet † extra locum torturæ ratificare *Farin. quæst. 79. num. 83. Guazzin. d. defens. reor. 19.* 77 *cap. 14. num. 2.* Tùm quia † in primo casu varietatis, & contrarietatis datur leuis tortura ad effectum videndi, in quo dicto persistat *Farin. quæst. 66. num. 98. Guazzin. d. desens. 19. cap. 2 per tot.*, & 78 in secundo † casu, vt dixi, torquetur per multum temporis spatium pro eruenda veritate, ex qui-79 bus apparet, non † posse propriè illum dici mendacem, si ex proprio dicto conuincitur, sed po-80 tiùs contrarium, aut varium; mendacem † verò tùnc dici, quando conuincitur per alios testes, de quo casu loquuntur *DD.* supra adducti, & illorum antesignanus *Bartol.*, qui expressè dicit de teste ab alio teste conuicto, & opinionem *Bartoli* esse communitèr receptã *Farin.* minime negat.

Minus potest operari fauor defensionis considerātus à *Guazzin. defens. reor. 19. cap. 15. num. 3.* 81 nàm vltra quod post torturam † potest assignari terminus ad dicendum contra propriam confes-82 sionem, & respectiuè † defensiones faciendum, vt & in ipso reo practicari, dum torquetur potestate extraordinaria, firmant *Didac. de Mari ad Grammat. decis. 34 n. 22. Maur. Burg. de mod. proc. ced. ex abrupt. quæst. 11. num. 24. & 37.* certum 83 est, quòd fauore † publicæ vtilitatis, ne processus de truantur, & delicta ex inde remaneant impunita, multa debent esse licita, quamuis dispositioni iuris repugnarent, vt allegando *textum in l. ita vulneratus ff ad. l. Aquil.* ratiocinatur *Boss. de* 84 *tortur. test. num. 39.*, & quæro, quid † debet differre circa dandam torturam testi, petere, vel non petere defensiones? si enim sunt veræ illæ rationes, ob quas tormentum testi indefenso irrogatur, semper erunt veræ, aut petatur defensio, vel non, cum iuxtà vulgatam regulam Philosophi tale 85 † vbicumq; ponatur semper sit tale.

Et demum substitit consideratio *Scac.* qui di-86 cit non † esse concedendas defensiones ad repulsandos illos testes, qui nihil deponunt contra alium testem, nàm licèt *Farinac.* respondeat, 87 quòd † satis dicuntur deponere contra, dùm arguunt illum demendacio, est aduertendum, quod 88 †, dùm examinantur priùs testes, ex quibus reus prætendit conuincere alium testem negantem, non poterit dici, ex illorum testimonio constitui mendacem testem ab illis nominatum, si adhùc non est examinatus, & non potest somniari quid sit, dùm examinabitur, depositurus.

Quidquid ideò ferantur in contrarium *Personal Farinac. & Guazzin* cum quibus videtur pertransire *Scialoya de tortura cap. 14. num. 73.* 89 *versic sed aly dicunt*, ego † semper torquerem testes absque assignatione terminorum ad faciendas defensiones, cum hæc sit magis communis opinio; & melioribus rationibus munita, & eum ea, licet confundat *DD.* concordet *Maur. Burg. d. quæst 100. à num. 121. & præsertim num. 123.* cui, & alijs suprà allegatis addo *Carrab. de præeminent Magn. Cur. num. 14. & 15. & Cauale an. de testib. part. 5. num. 140.* dùm refert opinionem *Boss* vbi loquuntur de teste ab alio teste conuicto, prout etiàm loquuntur omnes alij pro hac opinione adducti. Hæc omnia communicaui 90 † cum Excellentissimo Domino Io: Antonio Angelico, qui erat Locumtenens Criminalis, viro non mediocris litteraturæ, & in negocijs criminalibus apprimè versato, qui meam sententiam confirmauit.

De

De Episcopis.

SVMMARIVM.

nem repetendi a Reis. numero 54.

Limita. numer. 55.

Commissarius, Vicarius vel Delegatus Episcopi non potest a partibus aliquod prætendere, seu exigere dum aliquem suæ diœcesis locum proficisci. tur ad Causas faciendas num. 55.

Commissarius, Vicarius, vel delegatus Episcopi si accedendo ad aliquem locu suæ diœcesis ad causas faciendas aliquid exegerit potest repeti tanquam indebitum. num. 57.

Episcopus tenetur prouidere dd. Commissarium, Vicarium, vel Delegatum de expensis & alijs necessarijs ibid.

Episcopus non potest iuuari Consuetudine vt sui Commissarij, Vicarius, vel Delegatus aliquid recipiant a partibus dum equitant ad locum suæ diœcesis num. 58.

Et illa Consuetudo qualiter esset probanda ibid. & num. 59

S. Congregatio Episcoporũ, & Regularium mandat restitui emolumẽta pro Caualcatis à Iudice Ecclesiastico transmissis exacta, non attenta consuetudine in contrarium. num, 60.

QVÆSTIO SECVNDA.

Q Vicquid aliàs dubitauerint, & in varia se tulerint *DD* hodiè secundum magis receptam opinionem, & cõmunem obseruantiam Episcopus 1 † habet fiscum *Fulu. Constant. in l.* 1. *num.* 47. *& seqq. C. de pœn. fiscal. lib.* 10 *Cocbier p* 4. *de iurisd. ordinar. in exẽptos, q.* 112. *num.* 3. *lib.* 1; vbi quod hoc tanto magis erit 2 verum, si vltra † iurisdictionem Spiritualem habet etiam temporalem *Bellett. disquisit. clerical. par.* 1 *§.* 14 *num.* 8. *Barbos. de Episcop par.* 3. *alleg.* 3 107. *num* 16. ad quem † deuoluuntur bona clericorum, si ipsi aliquem faciunt hæredem, vel conferunt legatum, à quo tanquàm ab indigno auferantur bona *Genuen. practicabil Eccles quæst.* 4 250 *sub num.* 1. *Bellet. d. §.* 14. *num.* 6. etiam si † ob herefim bona patrimonialia confiscentur *Barbos. d. alleg.* 107. *num.* 17. dixi patrimonialia, quià in 5 † confiscatione bonorum clerici, quæ fuerunt acquisita ex bonis Ecclesię acquiruntur eidemmet Ecclesiæ, ex cuius bonis fuerunt comparata; feu-6 dalia, † vel emphiteutica redeunt ad Dominum 7 directum, patrimonialia † autèm siue sint aduentitia, siue aliunde quæsita applicantur Cameræ Episcopali, vt quodlibet horum bonorum genus percurrendo firmat pluribus relatis, & contrarijs rejectis *Bellet. d. §.* 14. *num.* 7. nec videntur dissentire *Gen. d. q.* 250 *per tot & Sbroz. de offic. Vicar.* 8 *lib.* 2. *quæst.* 58. *num.* 1. dicens † confiscari omnia bona tàm stabilia, quam mobilia, quicquid se inuoluat *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *ampliat.* 9 24. *num.* 21. dum sentit, pecuilia † clericorum aduentitia, & profectitia non transire in fiscum, & 10 *conclus.* 21. *num.* 24. vbi asserit, bona † clericorum patrimonialia, & temporalia confiscata à Iudice Ecclesiastico transire in fiscum secularem; nam 11 primum assumptum † potest saluari, quando clericus habet patrem, cuius respectu confiscatio minimè datur in peculijs, vt benè, ac expliciτè se declarat *Diaz in loco ab ipso Guazzin. allegato*, aliàs enim pugnaret contra communem sententiam *DD. à Bellet.* supra adducto allegatam; sed circa 11 † distributionem bonorum clerici confiscatorum ob crimen hæresis videri poterit *Farinac. quæst.* 190. *§.* 11 *per tot. & Sousa Aphorism. inquisit. lib.* 3. *num.* 3. 4. *&* 5. vbi licet ex testimonio 12 *Simanc.* afferat de consuetudine † bona clericorum hæreticorum applicari fisco seculari, tamèn 13 illa † consuetudo non debet extendi extra locum, vbi adest, & *Simanc.* non potest de illa testari extra loca, in quibus non fuit versatus.

14 Secundum † verò est omninò falsum, nàm sicuti rationes, quibus ipse mouetur, non sunt verę ità etiãm magis communiter à *DD.* reprobantur, testibus *Genuen. Bellet. ac alijs in princip. allegat.* 15 & in specie est omninò reprobata † illa, quod Episcopus non habeat iurisdictionem, & territorium, vt datur videri apud *Barbos. de Episcop. d. alleg.* 107. *numer.* 2. *& seqq. part.* 3. *Sperell. decis.* 3. *num.* 9. *& infra decis.* 124 *num.* 13. quibus in lo. 16 cis strenuè defendunt, Episcopos † iurisdictione, 17 & territorio non carere, & in puncto bona † patrimonialia clericorum applicari fisco Ecclesiastico illa publicanti vltra *Bellet. & alios supra allatos* consuluerunt *Iacob. de Zoeb. consil.* 81. *Anton. de Rosell. consil* 82. *Francisc. Porcellin. consil.* 83. *& Francisc. de Aluarot. consil.* 84 *inter consil cri-* 18 *min. diuersor. vol* 1. *in magnis*; quæ tamen † bona suo fisco applicata, non in propriam vtilitatem, sed in pios vsus debet Episcopus erogare *Ricc. var. resol part.* 2. *resol.* 387 *num.* 2.

19 Est tamèn bene verum, quod si laicus in delictis mixti fori, vel Ecclesiasticis patitur pœnam confiscationis in tribunali Episcopi, tunc bona applicantur fisco seculari, si agitur de tota, vel quota bonorum *Ancaran. consil.* 15. *sub numer.* 4. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 107. *&* 108. 20 reddens rationem, quia † vter Fiscus capiat, persona delinquentis attenditur *Vermigliol. cons.* 52. *num.* 11. *&* 12.

21 Aduersus autèm Clericos † pœnam publicationis bonorum practicari in omnibus illis casibus, in quibus de iure ciuili imponitur aduersus laicos, solidè substinet *Diaz. in pract. cap.* 124. *fere per tot quem sequitur Sbrozz. de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 58. *num.* 1.

Sicuti autèm Episcopum bona clerici delin-22 quentis confiscare firmaui, ità † potestatem hanc esse illius Vicario denegatam volunt *Sbrozz. d. quæst* 58. *num.* 2. *& Barbos. de Episcop part.* 3. *al-*23 *leg.* 54. *num.* 119. prout nec idem † Vicarius potérit pœnas corporales in pecuniarias conuertere 24 *Barbos. d. alleg.* 54. *num.* 120. nisi † tamèn habeat speciale mandatum ab Episcopo *Sbrozz. ibid. nu.* 2. *Sperell. decis.* 116. *num.* 84. *Guazzin. Ium. tract. moral. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 22.

25 Nec

25 Nec tantùm confiscare bona, sed & † pœnas pecuniarias indicere etiam aduersus laicos potest Episcopus, dùm causæ ad suum Tribunal spectant *Ciarlin.controuers 50 num 37 Barbos de Episcop.*
26 *par. 3. alleg.107.num.18.* quæ † tamen pœnæ parcè, & cum maxima prudentia debent imponi, ne vel auaritiæ notam subeat, vèl Iustitia contemnatur, dùm nullam delinquens pertimescit culpam, quam nummis redimere sperat, *Constant. plures referens in d. l. 1. num. 50.C de pœn. fiscal lib.10.*
27 nec debent † infligi, & exigi pro ipsis criminibus tolerandis *Barbos d. alleg. 107. num.19.* nec
28 minus † poterunt ab Episcopo in propriam vti-
29 litatem conuerti, nàm † licet antiquitùs huiusmodi conuersio, & applicatio videretur permissa *Peregrin. de iur. fisc. lib.1.tit 2.num.106 Ciar-*
30 *lin.controuers 50.num 38.* tamè † hodie ex præscripto *Concil Triden. sess 25.de reform.cap.3.* debet Episcopus huiusmodi pœnas in pios vsus applicare *Ciarlin. d. controuers 50.num 39.Barbos. d. alleg. 107. num. 19.* vbi refert S. Congregatio-
31 nem resoluisse, illas † non posse erogari pro fabrica, vel Sacristia Ecclesiæ Cathedralis, non pro reparatione domus Episcopalis, non pro restauratione carcerum, non pro vestiendis pauperibus, quibus lauantur pedes in die Cœnæ Domini, non pro supplemento salarij musicorum Ecclesiæ cathredalis, non pro birruarijs, non pro illarum depositario, tandèm nèc pro Vicario, & concordat *Guazzin. Iun. tract. moral. lib.2.cap.48.num.*
32 *10. & 11.* An autem † ipse Episcopus erogauerit, ecne, has pœnas in vsus pios solum Deum habet Iudicem, & cognitorem, & contra ipsum ad hunc effectum nulla datur actio, nèc ciuilis, nec criminalis *Vermigliol. cons 143.num.5., & 6., & consil. 159 num. 55.*
33 Pro illarum † exactione poterit laicos carceribus mancipare, & in illorum bonis executiones committere absque requisitione Iudicis secularis, vt de magis vera, & recepta opinione testatur *Ciarlin.ead. controuers 50.num 40, & 41.* vbi adducit innumeros idem tenentes.
34 Et sicuti pœnas † omnes citra sanguinem va-
35 let indicere, ita † potest ex consuetudine gratiam facere *Genuen. in pract. Archiepiscop. Neap. cap.*
36 *57.num.3.Vermigliol.cons.143.num.2.* super † criminibus componere, & transigere absque labe
37 auaritiæ, dùm † hodiè sic præscribente Concilio Tridentino eędem pœnæ in pios vsus diuertuntur
38 *Sperell decis 116.num.9.* quando † autem, & quomodò compositiones admittere debeat edocet *Ricc. var. resol tom.2.par.4 à resol.118. vsque & per tot resol.130* vbi plenè & ad saturitatem materiam pertractat, prout etiàm *resol. 119.* agit, an
39 † Capitulum Sede vacante, & Nuntius Apostolicus possit illas facere, locisque pijs dare, vel Cameræ Apostolicæ.

Iam dudùm versans in foro sui interrogatus, an Episcopus Baro posset pœnas pecuniarias à Clericis delinquentibus exactas fisco suo applicare, & an *bulla Sixti IV.* compellens patrem ad soluendam legitimam filij condemnati in pœnam confiscationis bonorum haberet locum in foro
40 Episcopali; ad primum † respondi, quod inspecta dispositione Concilij nullatenùs fisco suo, sed locis pijs applicare debet; non attenta illa qualitate Baronali, quià non debet attendi quoad Clericos, in quos vti Baro animaduertere non vale-
41 ret, dùm † Episcopus indicans subditos suæ Baroniæ vtitur iurisdictione laicali, non autèm Ecclesiastica *cap final. ne cleric. vel monac. in 6. Franc. Marc. decis 454. num. 11. & 12. par. 1.* quę verò obiiciebantur ex doctrina *Peregrin. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 104.* dixi procedere, vel de iure antiquo ante concilium Tridentinum, vel contra
42 † laicos subditos iurisdictioni baronali, in quorum delictis pœnas Cameræ baronali tribuere posse, non dissentirem.

43 Circa secundum aliàs dicebam, quod illa † constitutio Sixtina comprehenderet etiàm legitimam Clericorum, eo quià, cum emanasset ad reprimenda delicta, videbatur extendi & ad crimina Clericalia, quæ alijs grauiora dicuntur *Foller. in pract. crimin. canon cap.16 nu.10. Farinac. consil. 25. num. 65. in fin. lib.1.* & quod ob hanc rationem reprimendi delicta diceretur fauorabilis, ideòque extendi deberet ad casum Clerici delinquentis, de quo si Papa fuisset interrogatus verisimilitèr pro illius comprehensione respondisset.
44 Hodiè verò mutata sententia contrarium † affirmare solidiùs existimo, quoniàm in ea nulla clericorum fit mentio, & Papa videtur illam tulisse vti Dominus temporalis, vt indicant verba illa Bullæ *in alma Vrbe, alijs; Ciuitatibus, Terris, & locis nostro, ac Romanæ Ecclesiæ temporali dominio subiectis;* quo casu similes constitutiones Pontificiæ non ligant personas Ecclesiasticas ex defectu voluntatis Papæ, qui noluit illas comprehendere *Rot. post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis 5. & ità in terminis versic. & confirmatio 1 ost. resol.*
45 *128.num.60.* maximè quia † eadem bulla grauans patrem pro delicto filij est nimium odiosa, & propterea quàm magis possibile est restringenda *Farinac* loquens de ea in illa parte, in qua compellit consanguineos ad redimendum bona confiscata *consil. 27. num. 7. & 8. vbi addit. litt. B. versic. octaua sit conclusio* tradit, quod licet verum sit
46 † constitutionem punientem delicta reputari fauorabilem, nihilominus procedit conclusio, quandò sine eadem constitutione crimina remanerent prorsùs impunita, secùs autèm si punita rema-
48 nerent, sed minori pœna, & in hac † parte minimè seruatur in foro Ecclesiastico de mente Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quæ *de anno 1589 die verò 23. mensis Maij* rescripsit Episcopo Maceratensi per hęc verba. *Questa Sacra Congregatione ha prohibito altre volte alli Prelati il costringere altrui à comprare, ò redimere beni confiscati come cosa introdotta dal rigore della Corte secolare inconueniente nell Ecclesiastica, che deue essere fondata, e retta con modi più tosto paterni, che signorili, e però tanto si*

to si notifica anche a V. Sign.

49 Indiuidualitèr autèm † *constitutionem hanc Sixti IV.* vbi compellit patrem ad soluendam legitimam pro filio condemnato, esse contra ius priuatorum, odiosam, ac strictissimè interpretandum profitetur *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 33. num.* 10 vndè † ad Ecclesiasticos, de quibus non loquitur, vt pœnalis non debet extend *Farinae. consil 65. num. 132. Vermigliol.consil.115.*

51 *num.2.* & regulare est quod constitutiones † correctoriæ iuris communis, vbi possunt operari vnum, vel plures effectus intelligantur semper, vt vnum solum operentur *Vermigliol. cons.115.nu. 8.cons.327.num 5.consil.301.num 17.& cons 376. numer. 5 Altograd cons 4.num.19.& 26.lib.1.* data ergo operatione sua contra laicos non debet ampliari ad Clericos, sed intra suos limites omninò restringenda.

Et in simili dispositio *Bullæ Pij IV. in nouo bul-*

52 *lar.* 51, *& Pij V.* 24 *tom.* 1. quod † appellationes in causis criminalibus, dùm agitur de pœnis pecuniarijs non admittantur nisi facto illarum deposito, vel præstita idonea cautione in forma depositi, non obseruatur in foro Episcopali, in quo applicatio fit locis pijs *Guazzin. defens reor. 36. cap.5.num* 12.

Sumpta occasione, quod in causis confiscatio-

53 nun. fiunt multæ expensæ, quæ † sicuti aliæ transmissionis Commissarij pro fabricatione processuum exiguntur à reo indiciato saltè ità efficacitèr, vt possit transmitti inquisitio *Caball.resol 201.per tot. & signanterr n. 20 vers hinc alias vidi de facto,*

54 *iunctis num seqq.* vbi † quod licèt fiscus in his expensis non præferatur creditoribus; attamèn procuidubiò habet actionem repetendi à Reis *Guazzin.defens.reor.13 c.1 per tot præsertim n. 4.12 & 14.Carleuall.de iudic.tom.2.tit 3.disput. 1 n.29, &* 30. ad quem se remittit *Gizz.ad decis C.apye. La-*

55 *tr.obseruat.47.n.11.* nisi † tamèn expensæ cessissent in vtilitatem creditorum; vt quià inseruijssent pro manifestatione bonorum, vel illorum conseruatione *Constât. in l 1.n.109.C de pœn fiscal.lib.10. Carleual.d. disput.1. n.* 30. fuit non leuis litteraturę viro dubitatum, an idem ius seruaretur in foro Episcopi, dùm in casibus à iure permissis confiscationis pœna mulctat delinquentes, vel commissarium ad fabricandos processus contra criminosos suæ iurisdictioni subiectos transmittit; & sicuti vna mecum verba faciens admittebamus, multos Episcopos transmittere Commissarium, siue caualcatam expensis reorum, ità nolebamus videri nimium audaces in huiusmodi obseruantiam damnando; decreuimus propterea consulere Peritos Vrbis, vbi sicuti antiquitùs Delphis à patre mendacij reddebantur, hodiè dantur Oracula à filijs veritatis, & valdè in similibus materijs

56 versatus, & eximius I. C. respondit, ordinarium, † dùm aliquem suę Diæcesis locum proficiscitur ad causas faciendas, non posse aliquid à partibus exigere, nec ratione expensarum, nec victualium, aut vecturarum equorum, idemque procedere in eius Vicario, vel Delegato, cum vtrique ipse Episcopus teneatur prouidere de expensis, ac alijs

57 necessarijs, quià † ideò Episcopo sunt stipendia Ecclesiastica assignata, & si quid fuerit ab illis exactum posse tanquam indebitum repeti *glos in c. cum ab omni in verb.præter expensas vers Ordinarius.de vita, & honest.Cleric glos in c.statutum §. insuper verb moderatas.versic.quid dicemus.de rescript. in 6. DD. in d.c.eum ab omni, & præcipuè Innocent. Ancaran. Abbas n.11 12. & 13.Geminian. in d. cap.statutum §.insuper n.1.de rescript. in 6. Specul. lib. 1.part.4.de salar.Iudic.§ dicturi n. 8.9. & 11. Bonacin tom.2 disp.10.q.2. punct.8.n. 6 Cancer.var.resol.par.3 cap.5.num.58.*

58 Et addidit non † posse Episcopos aliqua consuetudine iuuari, quià vltra quod semper deficit probatio, su sse obtentam in contradictorio iudicio, vt de essentia illius requiritur *Rot.coram Buratt.decis 497.n.10.p.6 recent decis 141.n.12.,* &

59 alibi passim, ac † non verificantur alia requisita; quatenùs etiàm esset formitèr probata, nec posset opitulari, cum nullas habeat vires tanquàm specialitèr damnata, & reprobata *in d. cap. cum ab omni, vt firmat ibi Abb.num.* 10.dicens, quod opinio contraria *Speculat.* reprobatur *à glos in Clementin. statutum de e lect. Roman singul. 183. Bonacin. d punct.* 8 *nu.6.* cum qua opinione per-

60 transijt S Congregatio † Episcoporum, & Regularium mandans, huiusmodi consuetudine non attenta, restitui emolumenta pro caualcatis a Iudice Ecclesiastico transmissis exacta, *vt in Sarzanen.* 2. *Octobris* 160 in litteris illi Vicario directis, quę sic erant concepte. *Voi non bauete potuto esigere da Don Francesco da Pontremoli sotto pretesto di spese cibarie, ne di caualcatura, ne di giornate il danaro da voi confessato, quando andaste a detta Terra a formare contra di lui il processo, essendo probibito de iure all'ordinario il pigliare simili emolumenti, ancorche fuori del suo domicilio, mentre vá á fare simili processi attinenti alla sua giurisdittione ordinaria,* & fuit etiam resolutum *in Brundesina* 30. *Ottobris* 1609. *in Montis Alti* 20. *Iulij* 1621.ac in pluribus alijs causis, quas omnes referre esset nimia prolixitas.

De criminibus confiscationem admittentibus.

SVMMARIVM.

Confiscatio de Iure fit tantum in Crimine læsæ Maiestatis.num.1.

Confiscatio bonorum non datur exceptis Criminibus Hæresis, & læsæ maiestatis, nisi aliud exposceret statutum, vel consuetudo .num. 2.

Confiscatio indicta absque corporis punitione stat propter se, & principaliter, & non lædit iura antiqua.num.3.

QVÆSTIO TERTIA.

Traianica sequens vestigia agnouit clementissimus Cęsar Iustinianus, fiscum licet em, esse quo crescente cęteri artus contabescunt, & Principatus vires plus in diuitijs subditorum, quam in ærarij publici solidè sub. tineri; vndè rigorem 1 iuris antiqui moderando non nisi † in crimine lęsę Maiestatis bona confiscari mandauit *auth. vt nulli Iudic. § final versic. vt autem*, cuius dispositio fuit transposita in *auth. bona damnatorum C. de bon proscriptor.*

Huius *authen.* sancitum corrigere omnia ante 2 acta iura adeò efficacitèr, vt † exceptis criminibus hæresis, & lęsę Maiestatis non detur publicatio bonorum, nisi aliud exposceret statutum, vel consuetudo, & ita totum Mundum obseruare, & tenere omnes *Doctores* testatur *Rot. decis 565.n.3 par.3. recent.* etiam aduersus contumaces, dùm tamèn adiungitur pœna corporalis, 3 quia, si † absq; punitione corporis sola publicatio bono-

bonorum indiceretur, illa ftatet propter fe, & principaliter, quo cafu iura antiqua remanent incorrecta, vt declarans doctrinam *Aretin. in l. eius qui §. 1. in poftremo notabili ff. de teftam.* fentit *Cephal. confil. 79. numer. 19. & 20.* quem fuit fequuta *Rot. d. decif. 565. num. 4.*

4 Et quod contumacia † Rei nunquàm operetur, illum poffe vltra pœnam corporalem mulctari confifcatione bonorum, tenuit *Salicet in l. 1. C. de requiren. Reis*, cuius opinionem firmauerunt innumeri fequaces, & fatetur effe de iure veriorem, & magis receptam *Farin. quaeft. 11. n. 62. §. amplia hãc vndecimam verfic. & licet Bart. Sed Bartolus in l. 1. n. 2. & 3. ff. de bon. damnat.*

5 dixit eandem difpofitionem † *auth. bona damnatorum* nullo pacto corrigere iura antiqua contra contumaces, quam doctrinam fequitur *Merlin. Pignatel. controuerf. 21. num. 13. 14 & 15. tom. 2.* & quamuis in puncto iuris poffet pati dificultates, & forfan non effet tenenda, nihilominùs practica recepit, & quotidiè fecundum eam, quotiefcumq; † imponitur pœna mortis Naturalis, vèl

6 deportationis, cuius loco fubrogatur damnatio ad triremes, vel ad tempus, vel perpetuò, femper adiungitur confifcatio bonorum, & fi delictum illam non mereatur, vt de hac confuetudine teftatur eruditiffimus ille, & in fubfellijs criminalibus verfatiffimus *Farin* quem nihil in hifce materijs latuit, *d. quaeft. 11. nu. 62. §. amplia hanc vndecimã verfic. fed quidquid fit. & conf. 14. n. 4.* &

7 ità videmus in dies † feruare Tribunal fupremum S. Confultę, quę & fi condemnet ad triremes temporaneas, vel perpetuas imponit etiàm contra contumaces confifcationem totæ, vel quotę bonorum iuxtà cafuum, & factorũ contingentiam,

Quæ omnia funt tam vera, quod licet *Paul. V. in bulla reformationis Tribunaliũ tom. 3. nou. bull. 71. in rub. de Iudic. crimin. §. 10. incip. ne comminen-*

8 *tur*, fanciuerit, Iudices† criminales non debere cõminari in monitorio maiores pœnas, quàm me-

9 reatur delictũ, nihilominùs vfum† admififfe, intelligi tantùm de pœnis corporalibus, & nullo modo comprehendere pœnam confifcationis, ideoq;

10 non† effe recedendum à fupradicta confuetudine publicandi bona contumacium, voluit idem *Farin. in addit. impreff. poft. 3. vol. confil. ad d. quaeft. 11. num. 62. verfic fed quidquid pofi med.*

Et fi ex *Flamin. Cartar. de capt. bandit. c. 1. n. 392. & feqq.* dixerit *Farin. d. quaeft. 11. fub n 62.*

11 *verfic. fed quidquid fit*, in † Statu Ecclefiaftico ob difpofitum a *conftitut. Marchia lib. 4. cap. 54.* pro homicidio condemnari contumacem etiàm in pœnam confifcationis bonorum, attamèn eft

12 aduertẽdum, quod† eadem conftitutio tùnc mandat confifcari bona, quandò homicidium fuit dolosè, prærordinatè, appenfatè, aùt ftudiofe commiffum, fecùs autèm fi eum aliqua culpa ex improuifo, quià tùnc infpecta qualitate perfonæ & facti decernit pœnam arbitrariam vfque ad florenos ducentos auri: prouti nullàm pœnam ordinat imponi, fi cafu, qui præuideri non potuit, nèc debuit, vel ad defenfionem licitam, aùt iure permittente cũ moderamine inculpatæ tutelæ homi-

13 cidiũ cõmifsũ fuerit, & ijfdẽ† modo, & forma pręfcribit pœnam cõfifcationis in crimine parricidij.

14 Hic fubfifto, quià de iure communi in parricidam non datur confifcatio bonorum, nifi criminis poftulatus fibi mortem confciuerit *l. parricidij 8. ff ad l. Pomp. de parricid. Farin. q. 120. n. 16. & 17. conf. 185. n. 32. & cõf. 225. n. 2 Cyriac. controuerf. 218. n. 3.* quod ego vix crederem, nifi adeffet aper-

15 tus text. *in d. l parricidij*, † quem malè adducit pro confifcatione *Menoch. de arbitr. caf 356. n. 94.* vt aduertit *Farin. in d. q. 120 & conf. 225. in n. al-*

16 *legat*, nàm† crimen hoc eft nimis impium, ac detestandum, vt pluribus probat *Menoch. d. caf. 356. n.*

17 *1 & feqq.* † recenfens varias pœnas contra illos à diuerfis Nationibus excogitatas, ac inflictas, &

18 *Solon Salominius* † putauit delictũ hoc non poffe cõmitti, nifi in illis Ciuitatibus, vbi luxus regnat, & nulla legum adeft reuerẽtia; & pro confifcatione infligẽda vrget text *in l. 1. ff ad l. Pompe. de par-*

19 *ricid.* quę difponit, parricidã † effe obnoxiũ pœnis

20 *legis Corneliæ de ficarijs*, fecundum† quam omniũ bonorum ademptio datur *l. 3. §. qui hominem ver. fic. legis ff ad eadem legem Cornel* & magis ftringit alter *tex in l. quinque legibus ff de bõ damnat.* pet.

21 quem† mulieri parricidę dos confifcatur; quinimò

22 ex *Liuio, & Suetonio* fèper† fuiffe Romę confifcata bona in parricidio fcripfit *Merl Pignat. cõtrou. 21. n. 9. tom. 2.* Hæc non annotaui, vt videar velle adducere nouam opinionem, fed ad oftẽdendã criminis immanitatẽ, & quod nõ fine ratione in illo noftra cõftitutio bonorũ publicationẽ ordinauit.

Quià dixi, quòd parricida mortem fibi inferens priuatur bonis, non ab re hic fubnectere exiftima-

23 ui, ãn † quilibet fe ipfum occidens hanc pœnam patiatur, fed quia materia eft fatis ampla, & valdè doctè pertracta à *Peregr. de iur fifc. lib 4. tit. 4. Arifmin. Tepat. tit. 302. Farin. q. 128. p. 2. per tot. Caball. refol. 137.* & aliqualitèr tacta à *Guazzin. de cõfifcat. concl. 13 limit. 43.* ideò benè exiftimaui ad illos remittere lectorẽ, fatis effe iudicãs, indicare locos, vbi articulus hic ab eifdẽ difertiffimè agitur.

24 At quoniã confifcatio† nõn poteft hodiè imponi, nifi in delicto læfę Maieftatis Diuinę, vel humanę, de quo in proxime fubfequenti q. agetur, videtur fuperfluum alios cafus recenfere, qui iã priùs de iure admittebantur; fed, cum ftet regula inconcuffa in practica, contumaces illam pati iuxta difpofitionem iuris antiqui, non erit ideò fuperuacaneum referre, quid in vnoquoque crimine iura

25 illa voluerint: & incipiendo à ftupro, † cuius pœnas, vna cum probationibus tradit remiffiuè *Sanfelic. dec. 245. n. 7. & infra*, multo latiùs *Farin. q. 147. per tot. Mut. ad confuetud. Panorm cap. 76. num. 71. cum feqq. Ciarlin. controuerf 174 per tot.* vbi de ftupro commiffo in Ecclefia, apud quos af-

26 fignatur † difcrimen inter pœnam ftupri cum

27 violentia, & fine; de ftupro † in monialem agit *Sperell. decif. 136. & decif. 137. vtrobique per*

28 *tot.* eft affirmandum bona† ftuprantis publicari in

dimidia §.item lex Iulia de adulterijs instit de publ iudic. Menoch.de arbitrar. cas.288.nu 10.Farinac. quaest. 147. num. 6. Guazzin. de confisc. conclus 13. ampliat. 12. num. 1. & 2. Ciarlin. contro-
29 uers. 33.num.81. sed si stuprum † fuerit in monialem omnia bona confiscantur, & monasterio virginis corruptę applicantur auth. de sanctis. Episcop. § si quis rapuerit cuius verba fuerunt registrata in cap. si quis rapuerit 27. quaest. 1. Sperell. d.decis. 137.num 26. & infra, vbi alios in eandem
30 opinionem conuenientes adducit, Si verò † tutor, vel curator, stuprauerit pupillam, omnes illius facultates fisco addicuntur l vnic. C. si quis eam, cuius tut.fuer. corruper. Menoch.d.cas 288. num. 13. Farinac.d.quaest.147.num.16.Guazzin. d.ampliat. 12.num.3.

31 Rapientes † mulierem ingenuam patiuntur, & ipsi confiscationem bonorum mulieri raptę applicandorum l 1. §. & si quidem cum seqq.C.de rapt. virgin Farinac quaest.145. num. 10., si verò mu-
32 lier † rapta esset religiosa monialis, bona applicantur ipsi viuenti quoad vsumfructum, & ea defuncta Monasterio, vel Ecclesię, in qua Deo dicata est l raptores 42. §.bona autèm eorum C. de Episcop. & Cleric.d.cap si quis rapuerit 27.quaest. 1. Arismin.Tepat.tit.312. §.morte versic. laicus, qui monialem Farinac.d.quaest.145. n.10.Sperell. d.decis 137.num.26.

33 Et quia † de iure ciuili inter raptorem, & raptam non potest contrahi matrimonium, ideò si rapta rapienti nubet bona illius non acquiret, sed illa applicabuntur parentibus, qui matrimonio non consenserunt, & si parentes fuerint defuncti, vel dederint consensum matrimonio, bona rapientis tribuuntur fisco auth. de rapt.mulier.quae
34 raptor.nub. §.sancimus de † iure autèm canonico rapta potest rapienti nubere cap. final de rapt. si extra potestatem rapientis posita sit Conc. Trident. sess.24.cap.6.de reformat. fuit dubitatum, an
35 hę † pœnę impositę de iure cęsareo aduersus rapientes, & raptas nubentes cessent de iure canonico per matrimonium contractum, & Farinac. d.quaest.145.num.12. referens DD. ad inuicem contrariantes quęstionem indecisam relinquit, ego tamèn adhęrendo opinioni Sanchez de matrimon.lib.7.disp.12 num.18. & 19. sentirem pœ-
36 nam † amissionis bonorum à iure ciuili impositam cessare, & bona remanere penès mulierem raptam, & si rapienti desponsatam, & inueni cum hac sententia concurrere Boss de matrim.cap.11. §. 16.num.231. qui pluribus DD. & rationibus probat, & fulcitur etiam ex adductis à Grattan. disceptat 653.num 18. & seqq.

Sed si quis esset tàm pertinax, vt nollet eam sequi, acquiescat saltem in eo, in quo video con-
37 cordare omnes DD. quod nempe † in Statu Ecclesiastico dictę pœnę non habeant locum, si post raptum fuerit matrimonium sequutum, vt colligitur ex Peguer.decis crim.cap.42.num.5. & infra.Caball.resol 196 numer.6.& seqq. Sesse decis.
38 Aragon.96. à num.13. cętera † materiam raptus concernentia poterunt videri apud Farinac.dict. quaest.145.per tot.Sesse decis.Aragon. 94. 95. 96. 97.Nouar.pragm.10.de offic.Iudic generalis num. 209. & seqq. Donat.Anton. de Marin. var. resol. cap.301.lib.1.

39 Nuptias † incestas contrahentes puniuntur publicatione omnium bonorum, & dotis auth. incestas, & auth. ex complexu C de incest. nupt. cum alijs allatis à Farinac.quaest.149.num.127.
40 dummodò tamen † incestus fuerit commissus sub facie matrimonij, cum sine matrimonio confiscatio non detur Peregr.de iur. fisc.lib.5. tit.1.num. 17.Farinac.d.quaest. 149. num. 131. nisi tamèn
41 † ex alio matrimonio filios haberent legitimos, siue nepotes, quid illis non fisco applicarentur bona, cum onere alendi patrem, vel auum dict. auth. incestas prop.fin. Peregrin.d.tit.1 num. 12.
42 Farinac. d. quaest. 149.num.130. & dominium † bonorum has nuptias contrahens amittit ipso iure §.sancimus iuncta glos. in verb.imminere auth. de incest.nupt Farinac.d.quaest. 149. numer. 132.
43 hancq; † dispositionem circa publicationem bonorum non esse correctam ab auth. bona damnatorum ratiocinatur Boer.decis.264.num.15. versic. sed contrarium, quem sequuntur Clar. §.incestus num.3.Peregrin.de iur fisc. lib.5.tit.1. num. 12. & Farinac.d.quaest.149.numer.128. De tota
44 † materia incestus tractat Farinac.d.quaest.149. & Caball.resol 200 vtrobique per tot.

45 Et pari modo eadem † auth. bona damnatorum non corrigit iura antiqua, quę imponunt non vniuersalem bonorum confiscationem, sed aliquam quotam, vt puta dimidiam, tertiam, vel aliam portionem, Caball.resol.238.per tot.Guaz-
46 zin.defens reor.8.cap.1.num.5. nec illius † auth. ordinatio procedit quando expressè ob aliquod enorme delictum bona in sententia confiscarentur, si fides danda est Boer.d.decis 264. num.15. propè fin. versic.verum tamen, & Rot. recent.
48 decis 625.num.10.versic.fin.par.3. Alias † plures limitationes videre poterit lector apud Peregrin.de iur.fisc.lib.5.tit.1. à num 8.

De multis alijs casibus, in quibus admittitur confiscatio videbitur infra in suis particularibus quaestionibus; interea est aduertendum, quod ad
49 effectum, † vt intret confiscatio bonorum, debet imponi pœna ordinaria delicti non autem extraordinaria Farinac.consil 185.num.71.Vermigliol. consil.108.num.5.Capyc.Latro consultat.131.nu-
50 mer.22. in pœna † autèm exilij non posse imponi voluit idem Capyc.Latro d.consultat.131.num.
51 10. & seqq. sed † pro veritate conclusionis habenda poterunt videri Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.13.limit.7.8.& 9 num. 3.cum seqq. & alij DD. allegati per Capyc. Latr.d. consultat. 131.num.18.& infra, & Rouit.pragm.2.de iurisd. inuic. non turband. num.99.qui exactè examinat articulum, an confiscatio queat imponi, dum reus mulctatur exilio,

De Crimine læsæ maiestatis Diuinæ, & Humanæ.

SVMMARIVM.

Actio ad effectum confiscandi bona heretici Defuncti non durat, nisi per quadraginta annos ad fauorem fisci. 59.

Actio ad effectum damnandi memoriam heretici defuncti durat perpetuò 60.

De materia Confiscationis in bonis Hæreticorum remissiuè 61.

De Confiscatione bonorum contra Apostatas, remissiuè 62.

De Confiscatione aduersus retinentes, occultantes, & non reuelantes libros hereticorum remissiuè. 63.

De Confiscatione in bonis receptantium, fauentium, & defendentium hereticos, remissiuè 64.

Crimen læsæ maiestatis Principis punitur pæna vltimi supplicij, & bonorum Confiscatione, numer. 65. & 66.

Confiscatio bonorum pro Crimine læsæ maiestatis humanæ an imponatur ipso iure, & absque sententia declaratoria? remissiuè. 67.

Confiscatio bonorum pro Crimine læsæ maiestatis humanæ habet locum in quolibet capite læsæ maiestatis. 68.

Committentis Crimen læsæ maiestatis humanæ Domus deuastatur. 69

Pæna Patris committentis Crimen læsæ maiestatis humanæ transit in filios. 70.

Patris macula transit ad filios. 71.

Filij vt plurimum vitia parentum solent imitari. 72.

Filijs incidentium in Crimen læsæ maiestatis humanæ denegatur assecutio legitimæ in bonis paternis. 73.

Filijs delinquentium crimine læsæ maiestatis humanæ denegantur alimenta 74.

Contraria opinio est æquior, & sequenda. 75.

Filij reorum læsæ maiestatis Humanæ nihil possunt capere tam ex testamento quam ab intestato 76.

Grammatic. contrarium sentiens reprobatur. 77.

Filiæ fœminæ reorum Criminis læsæ maiestatis humanæ sunt dotandæ. 78.

Filiarum reorum læsæ maiestatis humanæ Dos debet esse triens totius hæreditatis, nulla habita consideratione filiorum. 79.

Filiæ reorum læsæ maiestatis humanæ possunt ex bonis maternis falcidiam, seu legitimam detrahere 80.

Filiæ reorum læsæ Maiestatis humanæ non priuantur commodo successionum, successione paterna excepta. 81.

Filius Clericus non subiacet pœnis impositis ob crimen læsæ maiestatis humanæ à Patre Commissum 82.

Limita nisi pater conspirasset in Summum Pontificem, seu Cardinalem. ibid.

Filij nati ante delictum læsæ Maiestatis a patre commissum eximuntur à pæna contra descendentes impositis. 83.

Pæna imposita à l quisquis C. ad l. Iuliam maiestat. non est amplius in vsu contra filios reorum læsæ maiestatis. 84.

QVÆSTIO QVARTA.

PEreat memoria eius, qui primus à Catholica Dei Sponsa discedens nouitate opinionum, & dogmatum falsitate, sola vanę glorię spe ductus innumeros ipsius sequentes exemplum in baratrum infernum adduxit. Plus ille, quam impius Nembrot contra Deum attentauit. Ipsum, & sequaces voluerunt forsàn exprimere figmenta Poetica in temeritate Gigantum, qui ad Cœlum oppuguandum Montes coaceruantes fulmine diuino perculsi Montes ipsos sepulcrales experti sunt. Quid igitur mirum, si iura † ad illorum coercitionem armata mortis naturalis pœna reatum hunc vlciscuntur *l. Manicheos l. Arriani §. Manicheos l quicunque C. de heretic.* quam † pœnam practicari combustione hæretici ex dispositione cuiuslibet iuris tàm Diuini, & Canonici, quàm ciuilis, & consuetudinarij profitentur *omnes Scribb in cap. ad abolendam de heretic. & alij cumulati per Farin. quæst* 189 *nu.* 4. itaùt † etiàm viuus hæreticus comburatur *Clar. §. heresis nu.* 7. *& ibi Baiard. num.* 19 *Caren. de offic Sanctiss. inquisit. par.* 2. *tit.* 2. *§.* 3 *num.* 15. *Farinac. d. quæst.* 189. *num.* 3. qui † compilando integrum tractatum de hęresi nihil reliquit desiderandum; & proptereà ad materiam confiscationis accedens firmo, bona † hæreticorum confiscari, tàm de iure canonico *cap. vergentis, cap. excommunicamus §. damnati de heretic. cap. super quibusdam* ibi *quorum bona propria confiscantur de verbor. significat. cap cum secundum leges* ibi *bona hereticorum, qui grauiùs, horribiliùs, ac detestabiliùs, quàm prædicti delinquunt, ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata de heretic in* 6., & mandauit Innocent. IV. *in constit.* 8. *tom.* 1. *nou. bullar*; quàm † de iure ciuili *l Manicheos*, ibi *quos bonorum etiàm omnium publicatione persequimur, & auth. Gazaros hi censentes, vt omnia bona talium confiscentur C. de heretic. Farinac. quæst.* 190. *num.* 1. *Sanchez in præcept. decalog. lib.* 2 *cap.* 14. *num.* 1. *Guazzin conclus* 13. *amphat* 69 *nu.* 1. *Merlin de legit. lib.* 3 *tit.* 1. *quæst.* 31. *num.* 2 *Pascal. de patr potest par.* 4. *cap.* 5. *num.* 46. *Sousa aphorism inquisit. lib.* 3 *cap* 9. *num.* 5., *& seqq.*, & licèt fiat † ipso iure *d cap cum secundum leges*, & † quidem ab ipsa die criminis commissi *Sanchez d. cap* 14. *num.* 1. dicens nullum scribentium dissentire, tamèn requiritur † sententia declaratoria Iudicis Ecclesiastici, quem in hęresim incidisse *d. cap. cum secundum leges* in illis verbis, *confiscationis tamèn huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aût alios Dominos temporales iuxta Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit prolata de heretic. in* 6. *Farinac. d. quæst.* 190. *num.* 3. *&* 5. *Ro-*

uit.

uit. pragm. t. *de bon. prodit. num.* 10 & hæc adeò 10 vera sunt, vt & quando † memoria defuncti hæretici damnatur, procedatur ad eius bonorum confiscationem *cap. accusatus §. in eo vero casu de hæretic. in 6 Farinac. quæst. 24 num. 44. versic. loquens etiam & d. quæst. 190. num 9. 10. & 11.* vbi proponit, & refutat contrarium tenentes. *Guazzin. de confiscat. d. ampliat. 69. nu. 2.* quidquid sit dicendum in alijs delictis, de quorum casibus loquitur amplè *Guazzin. de confiscat. con-*
11 *clus 18 per tot.*, formam, & † modum applicandi, & diuidendi bona confiscata hæreticorum tradunt *Farinac. quæst. 190 §. 11. & §. 12. consil. 117., & consil. 118. Guazzin. de confiscat conclus 21. à num 11. Sousa aphorism. inquisitorum lib. 3. cap. 20.* in quibus locis integrè hanc materiam absoluunt.

12 Quæ confiscatio † bonorum imponitur hæreti-
13 co, & si habeat filios catholicos, qui † hoc casu hæreditate paterna remanent omninò priuati *cap. vergentis §. cum enim vsq; in fin. de hæretic. Pegn. ad Eimeric. in director. inquisit par. 2. in d. cap. vergentis litt. D. fol mihi 103, & in glos Hostien. ibidem relata in eod. cap. vergentis num. 5. Farinac. d quæst. 191 num. 1, & 29. Merlin de legit. lib. 3 tit. 1 quæst. 31 num. 4. Sousa aphorism inquisito-*
14 *rum lib 3 cap. 22 num. 1 & infra*, & adeò † efficaciter hæreditate paterna priuantur, vt nec possint consequi legitimam *Pegn ad Eimeric. in directorio inquisitorum comment. 9 litt. D. versic. cæterum hodie Farinac. quæst. 24. num 44 quæst 191.*
15 *num. 2, 3, & 4.* vbi quod opinio † contraria procedit de iure ciuili, quod fuit abrogatum per ius canonicum *Merlin. de legit. d quæst. 31. num. 4. 5. & 6.* asserens malè ab hac sententia discessisse
16 *Rotam, Surd, & Mangil* imò † & confiscatur peculium profectitium, cum in eo filius non habeat nisi nudam administrationem *Farinac. d quæst. 190. num. 15. Merlin de legit d quæst 31 num. 7.,*
17 *& num. 16. versic. licèt contrarium* non † tamen
18 publicatur aduentitium, quià † ob hæresim paternam filius à patria potestate egreditur, quo
19 † casu vsusfructus cum proprietate consolidatur *Sanchez in præcept. decalog lib 2 cap 16 num. 18.*
20 *Farinac. quæst. 190. num. 27.* sicuti, & † multò magis non confiscari peculium castrense, vel quasi scripsit *idem Sanchez. d. cap. 16. num. 1. versic. nec vlla est dubitatio.*

21 Si tamèn filius † labe hæretica esset fœdatus, & si peculium profectitium non subiaceat publicationi *Sanchez in præcepta decalog. lib. 2. cap 15. num. 16.* quem sic dicentem refert, & sequitur *Fa-*
22 *rinac. d. quæst. 190. num. 17.* publicatur † tamèn aduentitium reseruato vsufructu patri viuenti *Farinac quæst 24. num. 9. Sanchez d. cap. 15 num. 11.* vbi se remittit ad distinctionem adductam *num. 8.*
23 quę est, quod † in bonis acquisitis post hæresim patri non debeatur vsusfructus, at reseruetur in bonis antea quæsitis, pro quo vltimo capite distinctionis facit fortissima ratio, quod vsusfru-
24 ctus † semèl quęsitus ratione patriæ potestatis nunquàm expirat patre viuente, & si filius moriatur *Donat Anton de Marin. var. resol. lib 1. cap. 345. num. 2., & seqq. Merlin. Pignatel controuers. 29. num. 1., & seqq par. 1. Rot. decis. 104. num. 3., & infra par. 5. recent cum alijs per me adductis in quæst. de indignis, & incapac.* vbi fuit dictum ad
25 effectum † retinendi vsumfructum sufficere, quod patria potestas fuerit semel suum effectum operata, etiam si posteà deueniretur ad casum, à quo
26 non posset incipere; Et fortius † confiscabitur castrense, vel quasi *Farinac. quæst. 191. num. 17.* vbi licèt posteà referat contrarios, & signanter *Sanchez d cap. 15. num 3.* non tamèn voluit cum illis pertransire, sed remittit lectorem ad ea, quæ dixerat *quæst. 24 num. 11. & seqq* in quo loco post relatas dissidentes opiniones, tandèm *numer. 14.* firmiter tenet, hoc peculium confiscari, adducens fortissimas rationes, & idem repetijt *in addit. ad eand. quæst. 24. vt dixi in quæst. de pecul. confiscand.*

27 Filios hæreticorum † qui tamen sunt Orthodoxi, & si paterna hæreditate priuentur, & in hoc nulla hodiè, nèc de iure canonico, nec de iure nouissimo authentic. admittatur dubitatio *auth. Gazaros C de hæretic. Farinac d. quæst. 191. num. 31. Guazzin. de confiscat. conclus 21. numer. 13.*
28 etiam † commodo succedendi extraneis tàm ex testamento, quàm ab intestato spoliari senserunt plures DD. *relati à Farin. d. quæst. 191. num. 25.*
29 tamen verior est opinio, quod † filij catholici possunt acquirere omnia bona, quæ ipsis deferuntur tùm ex lege, tum ex hominis dispositione *Sanchez in præcept. decalog. lib. 2 cap. 14. num. 35. & cap. 19. num 13. cum alijs allatis à Farinac. d. quæst. 191. num. 26.* cum quibus vel postremo adductis ipse pertransit, & ego addo *Rouit. pragm.*
30 1. *de bon. proditor. num. 33.* qui omnes † loquuntur etiàm de successione in bonis Aui.

31 Ob hæresim † autèm maternam dixit *Farin. d. quæst. 191. num. 27.* quod filij indubitantèr non priuantur successione aliorum, & si esset verior sententia illos priuans causa hæresis paternæ, da-
32 ta † autem incapacitate hæretici circa acquisitionem hæreditatis faciendam fisco, vèl proximioribus vide *Farinac quæst. 190. num. 101. & seqq.* Sed in iudicando tene distinctionem ipsius *num. 104. versic. sed certè.*

Contra tamèn filias fœminas non tàm rigorosè proceditur, quià, & si stricto iure dotem consequi non deberent, nihilominùs de æquitate, quam
33 semper sequitur ius canonicum, fiscus † tenetur illis congruam dotem assignare *Farin. d. quæst. 191. num. 8 versic contrarium Merlin. de legit. lib.*
34 *3. tit. 1. quæst. 31. num. 30.* circa dotem † vxoris non insisto, quià satis clarum est, illam non confiscari, si mulier est catholica, secus tamen si, & ipsa est hęretica *cap. decreuit de hæretic. in 6 Sanchez in præcept. decalog. lib. 2. cap. 27. per tot.* & passim conueniunt DD.

35 Filij hæreticorum, eorumq; descendentes sunt inhabiles ad obtinenda beneficia vsque ad secundam generationem *cap. vt commissi §. priuandi cap.*

ip statutum il 2. & cap. quicumque §. haeretici de haeretic. in 6. Farinac. d quaest. 191. num. 50 Pascalis de patr. potest. par. 4 cap. 5 num. 49. Sed, an beneficijs obtentis sint priuati ipso iure, vel priuandi, non bene conueniunt Scribentes, nam causa hac proposita in *S. Rota Romana 24. Ottobris 1594. in Coneben pensionis teste Penia decis. 403. secundum impressionem Lugduni, & post. 2. vol. consil Farinac. decis. 87* ob articuli grauitatem existimarunt illi Sapientissimi patres consulere Summum Pontificem tunc temporis Clementem VIII, qui habita nota DD. quaestionem pertractantium *die 3. Nouembris eiusdem anni* consultis Dominis Cardinalibus, & Praelatis S. Inquisitionis

36 censuit, esse amplectendam opinionem † pro non priuatione, & sic fuit extensa decisio *a b. m. Iusto impressa post. 2. vol. consil Farinac. 90* ob quam decisionem, & alios plures refert venit in hanc sententiam *Barbos. de Episcop. par 3. allig. 57. nu. 229.* verumtamen eadem causa *Coneben. pensionis*, quae agitabatur inter Ferdinandum de Scolar. & Gundisaluum filium Antonij Perez ob sua facinora heretici declarati, & cuius statua ob ipsius fugam fuit combusta, de mandato eiusdem Summi Pontificis Clementis VIII ad exactiorem trutinam reuocata *Rot. die 6. Martij 1598. coram b.*

37 *m. Leregrin.* omnium votis resoluit † filios haereticorum esse ipso iure beneficijs priuatos, *vt in decis. 113. post 2. vol. consil. Farinac.* quam opinionem pluribus DD. enumeratis tuentur *Farinac. d. quaest. 191. num. 44. & 45. Carzias de benefic. par. 11. cap. 10. num. 72 & seqq.* vbi ponit per extensum supradictam decisionem *Peregrin*; & nouissime *Lotter. de re benefic. lib. 3 quaest. 28. num.*

38 *81. 82. & seqq.* quae tamen † priuatio non practicatur in filijs, & nepotibus descendentibus per lineam maternam, & femininam, qui non priuantur beneficijs, nec ad ea obtinenda decernuntur inhabiles, nisi vsque ad primam generationem, vnde soli filij, non autem nepotes patiuntur has poenas *cap. statutum § 2 de haeretic. in 6. Sanchez in praecept. decalog. lib 2 cap 27. num. 2. 3. & 4.* vbi respondet omnibus contrarijs *Farinac. d. quaest. 191. num 51.*

39 Domum, in † qua heretici conueniunt, se retrahunt, & admittuntur, ne in posse curiae deueniant debere destrui, vel confiscari, tradit pro regula *Farinac. d quaest. 190 §. 2. per tot.* apud quem poterunt videri plures ampliationes, & limitationes, quae adaptantur ad hoc propositum.

40 Dominium † bonorum haeretici ipso iure transit in fiscum *Card Fulcod* qui fuit postea Pontifex vocatus Clemens IV *quaest. 15. in princ. & ibi Caren. num. 5 & 6 post tract eiusdem Caren. de offic. Sanctiss Inquisit. Farinac. quaest. 190 num.*

41 *69.* plures † effectus resultantes ex confiscatione imposita ipso iure recensentur *à Guazzin. de confiscat. conclus 15. per tot Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. cap 23 per tot.* vbi ample tractat mate-

42 riam, an, & † quando confiscentur fructus percepti à tertio possessore, in quem hereticus, siue alius, cuius bona ipso iure publicantur post delictum alienauit *Farinac d. quaest. 190 §. 5. per tot.*

43 agens † de reuocanda, vel non alienatione bonorum facta per haereticum post crimen contractum, quem punctum disceptat etiam *Caball. resol. 295. per tot.* vbi à *num 39.* scribit, an idem

44 † sit dicendum in crimine lesae Maiestatis; eritque videndus etiam *Guazzin. de confiscat. limit. 12. & limit. 13.* agens de vtraque alienatione ante,

45 & post commissum delictum. In quibus † verò casibus confiscatio ipso iure infligatur tradit idem *Guazzin. de confiscat. conclus 13. per tot.*

46 Confiscationem, † aut de iure communi, aut statutario, vel consuetudinario impositam quinquennio praescribi firmant *Guazzin. de confiscat. concl. 19. num. 1. & infra Capyc Galeott controu. 33. num. 26. lib 2.* hanc tamen materiam assumit disputandam *Farinac. quaest. 25. à num. 158.* & recitatis pluribus opinionibus *sub num. 163.* distinguendo conciliat contraria, quod nempe si aga-

47 tur † de crimine haeresis ius confiscandi non possit praescribi minori spatio quadraginta annorum, etiam post mortem heretici, siue capiat Ecclesia, siue

48 fiscus secularis; extra crimen † haeresis, & si ageretur de crimine lesae Maiestatis putat iterum distinguendum, scilicet publicatione non facta ius procedendi contra personam non praescribi, nisi

49 per annos viginti, ius verò † confiscandi solo quinquennio, asserens omnes in hoc consentire;

50 sed si † publicatio est facta, & bona sunt confiscata ob non solutum vectigal ius incorporandi tol-

51 litur à praescriptione quinquennali, & in † alijs delictis vult possidentem cum titulo praescribere per decennium, & sine titulo per annos viginti,

52 subdit tandem, quod fiscus † petens à tertio possessore bona in fraudem alienata debet petere infra quadriennium, quod tempus est hodiè constitutum ad tollendas, & praescribendas actiones reuocatorias, & aliqua apposuit etiam *in additione ad d. quaest 25. in supradictis numeris allegatis*, imò sub *nu. 163. ex Peregrin. de Iur. fisc. lib. 6. tit.*

53 *8. numer. 31.* dicit † mobilia praescribi triennio concurrente titulo, bona fide, & praesentia fisci.

Istam eandem difficultatem iterùm renocauit ad calamum idem *Farinac. quaest. 190 §. 9.* vbi re-

54 latis nonem † opinionibus dissidentibus, & quasi desperans inter tot controuersias inuenire veritatem conclusionis *num. 129.* loquutus est his verbis, *vides ergo, quam controuersa sit proposita quaestio, in qua hoc vnum indubitantèr est ve-*

55 *rissimum, quod † nulla praescriptio, aut quadragenalis, aut centenaria currit contra fiscum in bonis inquisitorum, quando fuit interrupta, & posteà num. 130,* aggressa disputatione, an requiratur titulus, & bona fides adducit plures DD. diuersimode sentientes, ex quorum dictis videtur

56 colligi conclusio, quod de † iure canonico cuius

57 dispositio in hoc est seruanda, debeat † adesse, si

58 non titulus, saltèm bona fides. Super hoc † eodem atticulo praescriptionis poterit adiri *Sousa aphorism. inquisit. lib. 3. cap. 19. per tot.*

Est

59 Est tamèn aduertendum, quod si † agatur contra hæreticum defunctum ad effectum confiscandi illius bona, actio non durat, nisi per quadraginta annos ad fauorem cuiuscumque fisci, siuè Eccle-60 siæ, siuè Principis laici; ad effectum † verò damnandi illius memoriam, actio perpetuò durat, & viuit *Pegna in directorio inquisitor. part. 3. comment. 92. à versic. his ita positis vsque ad versic. alterum caput Sanchez in præcept. decalog. lib. 2. cap. 22. à num. 38. vsque, & per totum numer. 42.* & quamuis *Farinac. quæst. 197. numer 115.* hanc distinctionem impugnet, tamen *num 118.* monet videndum *Pegnam d. comment. 92.* cum quo transit *Caren. de offic. Sanctiss. Inquisition. tit. 19. §. 2. num 6.*

61 Cetera † ad hanc confiscationis materiam in bonis hereticorum erunt videnda apud eundem *Farinac. quæst. 190. & quæst. 191. Lucern inquisit. § bona cuncta* 62 *addit Pegn.* contra † Apostatas 63 *Farin. quæst. 183. num. 35. & seqq.* aduersus † retinentes, occultantes, & non reuelantes libros hæreticorum *quæst. 180. num 3. & seqq.* de confi-64 scatione † in bonis receptantium, fauentium, & defendentium hæreticos *quæst. 181. numer. 51. & 52.*

Nec minus horrendum, ac detestabile scelus committunt, qui Maiestatem Principis lædunt, & contra eius Statum, siue personam audent ma-65 chinari, ideoq; contra † illos vltra pœnam vltimi supplicij, aliasque relatas *à Farin. quæst. 116.* 66 *num. 2 & seqq.* imponitur † confiscatio bonorum *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. l. 1. cum tribus seqq. ff. eod. Farinac. quæst. 25 num. 11. & quæst. 116. num. 12. Guazzin. de confiscat. ampliat. 85. num. 1. Pascal. de patr potest. par. 4. cap. 5. num. 14. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst 30. num. 1. & infra Merlin. Pignatel. controuers 21. num 1. lib. 2.* an 67 † antem ipso iure, & absque sententia declaratoria, latè differuit *Farinac d. quæst. 116. à num. 14.* & ponderando omnes DD reassumpsit *Ver-68 migliol. consil. 7. per tot.* & confiscationem † hanc habere locum tàm in primo, quàm in omni alio capite læsæ Maiestatis dixit *Farinac. d. quæst. 116* 69 *num. 25* eiusque † domus deuastatur idem *Farin. d. quæst. 116. num. 28. & seqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat.

Quod crimen reputatur adeò immane, vt Imperatores Arcadius, & Honorius ordinauerint 70 illius † pœnam transire in filios *l. quisquis §. filijs verò C. ad l. Iul. Maiest.* cuius placet verba referre, quia sunt valdè elegantia, & notanda, *Filijs verò eius, quibus vitam Imperatoria specialitèr lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hæreditarij criminis exempla metuuntur, à materna, vel auita omnium etiam proximorum hæreditate, ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes, & pauperes; infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant; sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium, & vita supplicium*; nec sine fundamento rationabili, 71 tum quia macula † patris transit ad filios, tum 72 quia vt plurimum † filij vitia parentum solent imitari, quas rationes ab omnibus Scribentibus consideratas elegantiori calamo fuit prosecutus *Francisc. Maria Prat. ad Pascal de patr. potest. par. 4. cap. 5. num. 1. & 3.* & ob hoc ipsis † filijs 73 denegatur etiàm assecurio legitimę in bonis paternis *Farinac. d. quæst. 116. num. 77. & 78 Merlin. de legit. d. quæst. 30. numer. 1. & seqq.* asserens malè sensisse contrarium *Coras. Mangil. & sequaces*, adeoq; leges istorum † delinquentium filios 74 odere, vt multi DD. existimauerint ipsis filijs alimenta deneganda; quam tamèn opinionem nullo pacto sequendam existimarem, cum † altera 75 concedens alimenta sit æquior, & magis recepta *Farinac. d. quæst. 116. num. 128. Merlin. de legit. d. quæst. 30. à num. 4 per tot. numer. 10.* vbi refert contraria, & reicit; in terminis filiorum hæreticorum tractauit *Farin. quæst. 190. num. 5. 6. & 7.* ibi igitùr cum consule, sed semper tene, & iudica alimenta deberi concurrens cum opinione *Rot. Roman. dec. 747. num. 10. part. 4. diuers. relat. à Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 31. num 12.*, & nouissimè post omnes *Lucidor.* in suo eruditissimo tractatu *de illegitim. cleric. & regularium cap. 19 num. 11. 12. & infra.*

76 Quinimò, vt filij † reorum læsę Maiestatis Humanę perpetua egestate premantur, nihil possunt capere tam ex testamento, quàm ab intestato, siuè successio proueniat à sanguine coniunctis, siue ab extraneo *d. l. quisquis §. filijs verò Farinac. d. qu. 116. num. 75. & num. 111. Pascal. de patr. potestat. par. 4. cap. 5. num 9. Rouit. pragm. 1. num 32. de bonis proditor. Didac. de Mari ad Grammatic de-77 cis. 6. num. 14.* vbi † reprobatur ipse *Grammatic.* qui sentit contrarium, & malè, vnde ipsum errasse testatur *Petra ad eand. decis. 6.* & sequitur *Francisc. Maria Prat. ad Pascal. de patr. potest. d. par. 4 cap. 5 sub num. 28. versic. & in quo casu.*

Quę tamen non practicantur tàm rigorosè 78 contra filias fęminas, quas † dotandas esse senserunt *Farinac. quæst. 24 num. 47. & quæst. 116. num. 95. Pascal de patr. potest. d. cap. 5. numer. 10. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst 30. num. 9. & 11.* 79 volens † hanc dotem debere esse trienem totius hereditatis nulla habita consideratione filiorum, *Lucidor. d cap. 19. num. 12. & infra*, quidquid attentauerint *alij DD. relati à Constant. in l. 1. numer. 124. C. de pœn. fiscal. lib. 10.* quia feruntur contra opinionem magis ęquam, & communem, vt apparet etiàm ex adductis *ab eod. Constant.* 80 *ibid. numer. 123.* Vlterius ipsas † posse ex bonis maternis falcidiam, hoc est legitimam detrahere probat *text. in d. l. quisquis §. ad filias C. ad l. Iul. Maiest. Farinac. d. quæst. 116. num. 94.* & succes-81 sione † paterna excepta non priuari commodo aliarum successionum, quomodocumq; deferantur, dixit idem *Farinac. d. quæst. 116. num 96. & Rot. in Lucana iurispatronatus 13. Iunij 1606. coram*

25 Nec tantùm confiscare bona, sed & † pœnas pecuniarias indicere etiam aduersus laicos potest Episcopus, dùm causæ ad suum Tribunal spectant *Ciarlin. controuers 50 num 37 Barbos de Episcop.*
26 *par. 3. alleg. 107. num. 18.* quæ † tamen pœnę parcè, & cum maxima prudentia debent imponi, ne vel auaritiæ notam subeat, vèl Iustitia contemnatur, dùm nullam delinquens pertimescit culpam, quam nummis redimere sperat, *Constant. plures referens in d. l. 1. num. 50. C de pœn. fiscal lib. 10.*
27 nec debent † infligi, & exigi pro ipsis criminibus tolerandis *Barbos d. alleg. 107. num. 19.* nec
28 minùs † poterunt ab Episcopo in propriam vti-
29 litatem conuerti, nam † licet antiquitùs huiusmodi conuersio, & applicatio videretur permissa *Peregrin. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 106 Ciar-*
30 *lin. controuers 50. num 38.* tamèn † hodie ex præscripto *Concil Triden. sess 25. de reform. cap. 3.* debet Episcopus huiusmodi pœnas in pios vsus applicare *Ciarlin. d. controuers. 50. num 39. Barbos. d. alleg. 107. num. 19* vbi refert S. Congregatio-
31 nem resoluisse, illas † non posse erogari pro fabrica, vel Sacristia Ecclesię Cathedralis, non pro reparatione domus Episcopalis, non pro restaurstione carcerum, non pro vestiendis pauperibus, quibus lauantur pedes in die Cęnę Domini, non pro supplemento salarij musicorum Ecclesię cathredalis, non pro birruarijs, non pro illarum depositario, tandèm nèc pro Vicario, & concordat *Guazzin. Iun. tract. moral. lib. 2. cap. 48. num.*
32 *10. & 11.* An autem † ipse Episcopus erogauerit, ecce has pœnas in vsus pios solum Deum habet Iudicem, & cognitorem, & contra ipsum ad hunc effectum nulla datur actio, nèc ciuilis, nec criminalis *Vermighol. cons 143. num. 5., & 6., & consil. 159 num. 55.*
33 Pro illarum † exactione poterit laicos carceribus mancipare, & in illorum bonis executiones committere absque requisitione Iudicis secularis, vt de magis vera, & recepta opinione testatur *Ciarlin. ead. controuers 50. num. 40, & 41.* vbi adducit innumeros idem tenentes.
34 Et sicuti pœnas † omnes citra sanguinem va-
35 let indicere, ita † potest ex consuetudine gratiam facere *Genuen. in pract. Archiepiscop. Neap. cap.*
36 *57. num. 3. Vermigliol. consil. 143. num. 2.* super † criminibus componere, & transigere absque labe
37 auaritię, dùm † hodiè sic pręscribente Concilio Tridentino eędem pœnæ in pios vsus diuertuntur
38 *Sperell decis 116. num. 9.* quando † autem, & quomodò compositiones admittere debeat edocet *Ricc. var. resol tom. 2. par. 4 à resol. 118. vsque & per tot. resol. 130* vbi plenè & adsaturitatem materiam pertractat, prout etiàm *resol. 119.* agit, an
39 † Capitulum Sede vacante, & Nuntius Apostolicus possit illas facere, locisque pijs dare, vel Camerę Apostolicę.

Iam dudùm versans in foro fui interrogatus, an Episcopus Baro posset pœnas pecuniariss à Clericis delinquentibus exactas fisco suo applicare, & an *bulla Sixti IV.* compellens patrem ad soluendam legitimam filij condemnati in pœnam confiscationis bonorum haberet locum in foro
40 Episcopali; ad primum † respondi, quod inspecta dispositione Concilij nullatenùs fisco suo, sed locis pijs applicare debet, non attenta illa qualitate Baronali, quià non debet attendi quoad Clericos, in quos vti Baro animaduertere non vale-
41 ret, dùm † Episcopus indicans subditos suę Baronię vtitur iurisdictione laicali, non autèm Ecclesiastica *cap final. ne cleric. vel monac. in 6. Franc. tisc. Marc decis 454. num. 11. & 12. par. 1.* quę verò obiciebantur ex doctrina *Peregrin. de iur. fisc. lib. 1 tit. 2. num. 104.* dixi procedere, vel de iure antiquo ante concilium Tridentinum, vel contra
42 † laicos subditos iurisdictioni baronali, in quorum delictis pœnas Camerę baronali tribuere posse, non dissentirem.
43 Circa secundum aliàs dicebam, quod illa † constitutio Sixtina comprehenderet etiàm legitimam Clericorum, eo quià, cum emanasset ad reprimenda delicta, videbatur extendi & ad crimina Clericalia, quæ alijs grauiora dicuntur *Foller. in pract. crimin. canon cap. 16 nu. 10. Farinac. consil. 25 num. 65. in fin. lib 1.* & quod ob hanc rationem reprimendi delicta diceretur fauorabilis, ideòque extendi deberet ad casum Clerici delinquentis, de quo si Papa fuisset interrogatus verisimilitèr pro illius comprehensione respondisset.
44 Hodiè verò mutata sententia contrarium † affirmare solidiùs existimo, quoniàm in ea nulla clericorum fit mentio, & Papa videtur illam tulisse vti Dominus temporalis, vt indicant verba illa Bullæ *in alma Vrbe, aliy; Ciuitatibus, Terris, & locis nostro, ac Romana Ecclesiæ temporali dominio subiectis;* quo casu similes constitutiones Pontificiæ non ligant personas Ecclesiasticas ex defectu voluntatis Papæ, qui noluit illas comprehendere *Rot. post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis 5. & ità in terminis versic. & confirmatio 1 ost. resol.*
45 *128. num. 60.* maximè quia † eadem bulla grauans patrem pro delicto filij est nimium odiosa, & propterea quàm magis possibile est restringenda *Farinac* loquens de ea in illa parte, in qua compellit consanguineos ad redimendum bona confiscata *consil. 27. num. 7. & 8. vbi addit. litt. B. versic. octaua sit conclusio* tradit, quod licet verum sit
46 † constitutionem punientem delicta reputari fauorabilem, nihilominus procedit conclusio, quandò sine eadem constitutione crimina remanerent prorsùs impunita, secùs autèm si punita rema-
48 nent, sed minori pœna, & in hac † parte minimè seruatur in foro Ecclesiastico de mente Sacrę Congregationis Episcoporum, & Regularium, quæ *de anno 1589 die verò 23. mensis May* rescripsit Episcopo Maceratensi per hęc verba. *Questa Sacra Congregatione hà prohibito altre volte alli Prelati il costringere altrui à comprare, ò redimere beni confiscati come cosa introdotta dal rigore della Corte secolare inconueniente nell. Ecclesiastica, che deue essere fondata, e retta con modi più tosto paterni, che signorili, e però tanto si*

to si notifica anche a V. Sign.

49 Indiuidualitèr autèm † *constitutionem hanc Sixti IV.* vbi compellit patrem ad soluendam legitimam pro filio condemnato, esse contra ios priuatorum, odiosam, ac strictissimè interpretandum profitetur *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 33. num.* 10 vndè † ad Ecclesiasticos, de quibus non loquitur, vt pœnalis non debet extend. *Farinac. consil 65. num 132. Vermigliol. consil. 115.*

51 *num. 2.* & regulare est quod constitutiones † correctoriæ iuris communis, vbi possunt operari vnum, vel plures effectus intelliguntur semper, vt vnum solum operentur *Vermigliol. cons. 115. nu. 8. cons. 327. num 5. consil. 361. num 17. & cons 376. numer. 5 Altograd cons 4. num. 19. & 26. lib. 1.* data ergo operatione sua contra laicos non debet ampliari ad Clericos, sed intra suos limites omninò restringenda.

Et in simili dispositio *Bullæ Pij IV. in nouo bul.*

52 *lar. 51. & Pij V. 24 tom. 1.* quod † appellationes in causis criminalibus, dùm agitur de pœnis pecuniarijs non admittantur nisi facto illarum deposito, vel præstita idonea cautione in forma depositi, non obseruatur in foro Episcopali, in quo applicatio fit locis pijs *Guazzin. defens reor. 36. cap. 5. num 12.*

Sumpta occasione, quod in causis confiscatio-

53 num. fiunt multæ expensæ, quæ † sicuti aliæ transmissionis Commissarij pro fabricatione processuum exiguntur à reo indiciato saltè ità efficacitèr, vt possit transmitti inquisitio *Caball. resol. 201. per tot. & signantèr n. 20 vers hinc alias vidi de facto,*

54 *iunctis num seqq.* vbi † quod licèt fiscus in his expensis non præferatur creditoribus; attamèn procul dubiò habet actionem repetendi à Reis *Guazzin. defens. reor. 13 c. 1 per tot præsertim n. 4. 12 & 14. Carleuall. de iudic. tom. 2. tit 3. disput. 1 n. 29. & 30.* ad quem se remittit *Gizz. ad decis C. apye. La-*

55 *tr. obseruat. 47. n. 11.* nisi † tamèn expensæ cessissent in vtilitatem creditorum; vt quia inseruijssent pro manifestatione bonorum, vel illorum conseruatione *Constãt. in l. 1. n. 109. C de pœn fiscal. lib. 10. Carleual. d. disput. 1. n. 30.* fuit à non leui s litteraturę viro dubitatum, an idem ius seruaretur in foro Episcopi, dùm in casibus à iure permissis confiscationis pœna mulctat delinquentes, vel commissarium ad fabricandos processus contra criminosos suæ iurisdictioni subiectos transmittit; & sicuti vna mecum verba faciens admittebamus, multos Episcopos transmittere Commissarium, siue caualcatam expensis reorum, ità nolebamus videri nimium audaces in huiusmodi obseruantiam damnando; decreuimus propterea consulere Peritos Vrbis, vbi sicuti antiquitùs Delphis à patre mendacij reddebantur, hodiè dantur Oracula à filijs veritatis, & valdè in similibus materijs

56 versatus, & eximius I. C. respondit, ordinarium, † dùm aliquem suę Diœcesis locum proficiscitur ad causas faciendas, non posse aliquid à partibus exigere, nec ratione expensarum, nec victualium, aut vecturarum equorum, idemque procedere in eius Vicario, vel Delegato, cum vtrique ipse Episcopus teneatur prouidere de expensis, ac alijs

57 necessarijs, quià † ideò Episcopo sunt stipendia Ecclesiastica assignata, & si quid fuerit ab illis exactum posse tanquam indebitum repeti, *glos in c. cum ab omni in verb. præter expensas vers Ordinarius. de vita, & honest. Cleric glos in c. statutum §. insuper verb moderatas. versic. quid dicemus. de rescript. in 6. DD. in d. c. cum ab omni, & præcipuè Innocent. Anearan. Abbas n. 11 12. & 13. Geminian. in d. cap. statutum § insuper n. 1. de rescript. in 6. Specul. lib. 1. part. 4. de salar. Iudic. § disturi n. 8. 9. & 11. Bonacin tom. 2 disp. 10. q. 2. punct. 8. n. 6 Cancer. var. resol. par. 3. cap. 5. num. 58.*

58 Et addidit non † posse Episcopos aliqua consuetudine iuuari, quià vltra quod semper deficit probatio, su ffe obtentam in contradictorio iudicio, vt de essentia illius requiritur *Rot. coram Buratt. decis 497. n. 10. p. 6 recent decis 141. n. 12.,* &

59 alibi passim, ac † non verificantur alia requisita; quatenùs etiàm esset formitèr probata, nec posset opitulari, cum nullas habeat vires tanquàm specialitèr damnata, & reprobata *in d. cap. cum ab omni, vt firmat ibi Abb. num. 10.* dicens, quod opinio contraria *Speculat.* reprobatur *à glos in Clementin. statutum de elect. Roman singul. 183. Bonacin. d punct. 8 nu. 6.* cum qua opinione per-

60 transijt S Congregatio † Episcoporum, & Regularium mandans, huiusmodi consuetudine non attenta, restitui emolumenta pro caualcatis a Iudice Ecclesiastico transmissis exacta, *vt in Sarzanen. 2. Octobris 160*2 in litteris illi Vicario directis, quę sic erant conceptę. *Voi non hauete potuto esigere da Don Francesco da Pontremoli sotto pretesto di spese cibarie, ne di caualcatura, ne di giornate il danaro da voi confessato, quando andaste a detta Terra a formare contra di lui il processo essendo prohibito de iure all'ordinario il pigliare simili emolumenti, ancorche fuori del suo domicilio, mentre và à fare simili processi attinenti alla sua giurisditione ordinaria,* & fuit etiam resolutum *in Brundesina 30. Ottobris 1609. in Montis Alti 20. Iulij 162*1. ac in pluribus alijs causis, quas omnes referre esset nimia prolixitas.

De criminibus confiscationem admittentibus.

SVMMARIVM.

Confiscatio de Iure fit tantum in Crimine lesæ Maiestatis. num. 1.

Confiscatio bonorum non datur exceptis Criminibus Heresis, & læsæ maiestatis, nisi aliud exposceret statutum, vel consuetudo. num. 2.

Confiscatio indicta absque corporis punitione fiat propter se, & principaliter, & non lædit iura antiqua. num. 3.

Contumacia Rei non operatur illum posse mulctari vltra pœnã corporalem confiscatione bonorũ.nu.4.

Auth. bona damnatorum non corrigit Iura antiqua contra contumaces. num.5.

Confiscatio bonorum semper adiungitur pœnæ Mortis naturalis, vel deportationis, & ita practicatur num 6 & 10.

S. Consulta condemnando contumaces ad Triremes, imponit & pœnam confiscationis bonorum.n. 7.

Iudices criminales non debent comminari in monitorijs maiores pœnas, quàm mereatur delictum ex Bulla Pauli V num.8.

Bulla prædicta Pauli V. intelligitur de pœnis corporalibus, non autem de Confiscatione. num. 9.

Confiscatio bonorum in Statu Ecclesiastico fit pro homicidio ob Const. Prou. Marcb num 11.

Confiscatio bonorum imponitur a Const. Prou. Marcb, pro homicidio dolosè, præordinatè, ac appensatè patrato, secus pro alijs commissis cum aliqua culpa ex improuiso. num. 12.

Quæ regula procedit etiam in crimine parricidij. 13.

Confiscatio bonorum de Iure communi non datur in Parricidam, nisi criminis postulatus sibi mortem consciuerit. num. 14.

L. parricidij ff ad l. Pomp. de parricid. male adducitur a Menocb. pro Confiscatione. num.15.

Parricidium crimen impium nimis, ac detestãdũ.16.

Parricidæ pœnas varias recenset Menocb.num. 17.

Parricidium ex Solonis sententia solum posse Committi vbi regnat luxus. num. 18.

Parricidiũ subiacet pœnæ Confiscationis Bonorũ.19.

Confiscatio bonorum imponitur a l. Cornelia de Sicar. num.20.

Mulieri parricida confiscatur dos.num.21.

Pro parricidio semper fuit Romæ inflicta pœna Confiscationis bonorum. num. 22.

Confiscationis bonorum pœnam an quisq; se ipsum occidens patiatur? remissiuè num.23.

Confiscatio hodiè non potest imponi, nisi in delicto læsæ maiestatis Diuinæ, vel humanæ. num. 24.

Stupri pœna. remissiuè num.25.

Stupri commissi in Ecclesia pœna remissiuè.ibid.

Stuprũ cũ violẽtia differt a stupro absq; violentia 26.

De stupro commisso cum Moniali, remissiuè num.27.

Stuprantis bona confiscantur in dimidia. num.28.

Stuprantis Monialem bona omnia confiscantur, & applicantur Monasterio virginis corruptæ.n.29

Stuprum commissum à Tutore, vel Curatore in pupillam operatur Confiscationem omnium bonorum stuprantis. num. 30.

Rapientibus mulierem ingenuam confiscantur bona, & applicantur mulieri raptæ. num. 31.

Rapientis Monialem bona applicantur ipsi Moniali quoad Vsumfructum, & illa defuncta remanent Monasterio, vel Ecclesiæ in qua Deo est dicata. num. 32.

Inter Raptorem, & Raptam de Iure Ciuili non potest contrahi matrimonium, & quid si contrahatur? num. 33.

Inter Raptorem, & Raptam de Iure Canonico potest contrahi matrimonium, si extra potestatem Rapientis posita sit. num 34.

Rapientibus, & raptis nubentibus pœnæ impositæ de Iure Ciuili an cessent de Iure Canonico per matrimonium contractum? remissiuè. num. 35.

Rapientis bona remanent penès mulierem raptam, & si rapienti desponsetur, & cessat pœna imposita de Iure Ciuili sequuto matrimonio. nu.36.

Rapientium pœnæ a Iure Ciuili inductæ non habent locum in Statu Ecclesiastico sequuto matrimonio. num.37.

De raptus materia remissiuè. num.38.

Incestas nuptias contrahentes puniuntur confiscatione bonorum. num. 39.

Declara num 40.

Incestas nuptias Contrahentes sub facie matrimonij si habent filios ex alio Matrimonio, siue nepotes, non puniuntur confiscatione bonorum, sed bona filijs, seu nepotibus applicantur cum onere alendi Patrem, vel Auum. num. 41.

Incestas nuptias contrahentes amittunt ipso iure dominium bonorum. num.42.

Incestas nuptias Contrahentis pœna publicationis bonorum non fuit correcta per Auth. bona damnatorum. num. 43.

De incestus materia remissiuè, num. 44.

Auth. bona damnatorum non corrigit Iura antiqua imponentia pœnam confiscationis alicuius quotæ bonorum num. 45.

Auth. bona damnatorum non intrat quando ob aliquod delictum expressè in sententia bona confiscantur. num. 46.

Plures limitationes ponuntur remissiuè. num.48.

Confiscationis pœna non intrat, nisi fuerit imposita pœna ordinaria delicti, non autem extraordinaria. 49.

Confiscationis pœna non potest imponi in pœna exilij. num. 50.

De Veritate huius conclusionis, remissiuè. nu. 51.

QVÆSTIO TERTIA.

TRaianica sequens vestigia agnouit clementissimus Cęsar Iustinianus, fiscum lienem, esse quo crescente cęteri artus contabescunt, & Principatus vires plus in diuitijs subditorum, quam in ærarij publici solidè sustineri; vndè rigorem 1 iuris antiqui moderando non nisi † in crimine læsæ Maiestatis bona confiscari mandauit *auth. vt nulli Iudic. § final versic. vt autem*, cuius dispositio fuit transposita in *auth. bona damnatorum C. de bon proscriptor.*

Huius *authen.* sancitum corrigere omnia ante 2 acta iura adeò efficacitèr, vt † exceptis criminibus hæresis, & lęsæ Maiestatis non detur publicatio bonorum, nisi aliud exposceret statutum, vel consuetudo, & ita totum Mundum obseruare, & tenere omnes *Doctores* testatur *Rot. decis 565.n.3 par.3. recent.* etiam aduersus contumaces, dùm tamèn adiungitur pœna corporalis, 3 quia, si † absq; punitione corporis sola publicatio bono-

bonorum indiceretur, illa staret propter se, & principaliter, quo casu iura antiqua remanent incorrecta, vt declarans doctrinam *Aretin.in l.eius qui §.1.in postremo notabili ff.de testam.* sentit *Cephal. consil. 79.numer.19.& 20.* quem fuit sequuta *Rot. d.decis.565.num.4.*

4 Et quod contumacia † Rei nunquàm operetur, illum posse vitra pœnam corporalem mulctari confiscatione bonorum, tenuit *Salicet.in l.1.C.de requiren. Reis*, cuius opinionem firmauerunt innumeri sequaces, & fatetur esse de iure veriorem, & magis receptam *Farin.quæst. 11.n.62.§.amplia hāc vndecimam versic.& licet Bart.* *Sed Bartolus in l.1.n.2.& 3.ff.de bon.damnat.*

5 dixit eandem dispositionem † *auth. bona damnatorum* nullo pacto corrigere iura antiqua contra contumaces, quam doctrinam sequitur *Merlin. Pignatel.controuers.21.num.13.14 & 15. tom.2.* & quamuis in puncto iuris posset pati dificultates, & forsàn non esset tenenda, nihilominùs practica recepit, & quotidiè secundum eam, quoties-

6 cumq; † imponitur pœna mortis Naturalis, vel deportationis, cuius loco subrogatur damnatio ad triremes, vel ad tempus, vel perpetuò, sempèr adiungitur confiscatio bonorum, & si delictum illam non mereatur, vt de hac consuetudine testatur eruditissimus ille, & in subsellijs criminalibus versatissimus *Farin* quem nihil, in hisce materijs latuit, *d quæst 11.nu.62.§.amplia hanc vndecimā versic. sed quidquid sit. & cons. 14.n.4.* &

7 ità videmus in dies † fer ate Tribunal supremum S.Consultę, quę & si condemnet ad triremes temporaneas, vel perpetuas imponit etiàm contra contumaces confiscationem totæ, vel quotę bonorum iuxtà casuum, & factorū contingentiam,

Quæ omnia sunt tam vera, quod licet *Paul.V. in bulla reformationis Tribunaliū tom.3.nou.bull. 71.in rub.de Iudic.crimin.§.10.incip.ne comminen-*

8 *tur.* sanciuerit, Iudices † criminales non debere cōminari in monitorio maiores pœnas, quàm me-

9 reatur delictū, nihilominùs vsum † admisisse, intelligi tantùm de pœnis corporalibus, & nullo modo comprehendere pœnam confiscationis, ideoq;

10 non † esse recedendum à supradicta consuetudine publicandi bona contumacium, voluit idem *Farin. in addit.impress post.3.vol.consil.ad d. quæst. 11. num.62.versic sed quidquid post med.*

Et si ex *Flamin. Cartar. de capt. bandit. c.1.n. 392.& seqq.* dixerit *Farin. d. quæst. 11.sub n 62.*

11 *versic. sed quidquid sit*, in † Statu Ecclesiastico ob dispositum a *constitut. Marchia lib.4.cap.54.* pro homicidio condemnari contumacem etiàm in pœnam confiscationis bonorum, attamèn est

12 aduertēdum, quod † eadem constitutio tùnc mandat confiscari bona, quandò homicidium fuit dolosè, præordinatè, appensatè, aut studiosè commissum, secus autèm si eum aliqua culpa ex improuiso, quia tùnc inspecta qualitate personæ & facti decernit pœnam arbitrariam vsque ad florenos ducentos auri: prout nullam pœnam ordi-

13 nat imponi, si casu, qui præuideri non potuit, nèc debuit, vel ad defensionem licitam, aut iure permittente cū moderamine inculpatæ tutelæ homicidiū cōmissū fuerit, & ijsdē † modo, & forma pręscribit pœnam cōfiscationis in crimine parricidij.

14 Hic subsisto, quià de iure communi in parricidam non datur confiscatio bonorum, nisi criminis postulatus sibi mortem consciuerit *l.parricidij 8. ff ad l.Pomp.de parricid.Farin.q. 120.n.16 & 17. cons.185.n.32.& cōs. 225. n.2 Cyriac.controuers. 218.n.3.* quod ego vix crederem, nisi adesset aper-

15 tus text. *in d.l parricidij*, † quem malè adducit pro confiscatione *Menoch.de arbitr.cas 356.n.94.* vt aduertit *Farin.in d.q.120 & cons.225.in n. al-*

16 *legat*, nàm † crimen hoc est nimis impium, ac detestandum, vt pluribus probat *Menoch.d.cas.356.n.*

17 *1 & seqq.* † recensens varias pœnas contra illos à diuersis Nationibus excogitatas, ac inflictas, &

18 *Solon Salominius* † putant delictū hoc non posse cōmitti, nisi in illis Ciuitatibus vbi luxus regnat, & nulla legum adest reuerētia; & pro confiscatione inflīgēda vrget text *in l.1.ff ad l.Pompe.de par.*

19 *ricid.* quę disponit, parricidā † esse obnoxiū pœnis

20 *legis Corneliæ de sicarijs*, secundum † quam omniū bonorum ademptio datur *l.3.§.qui hominem ver. sic.legis ff ad eadem legem Cornel* & magis stringit alter *tex in l.quinque legibus ff de bō damnat.* per,

21 quem † mulieri parricidę dos confiscatur: quinimò

22 ex *Liuio,& Suetonio* sępe † fuisse Romę confiscata bona in parricidio scripsit *Merl.Pign at.cōtrou. 21.n.9.tom.2.* Hæc non annotaui, vt videar velle adducere nouam opinionem, sed ad ostēdendā criminis immanitatē, & quod nō sine ratione in illo nostra cōstitutio bonorū publicationē ordinauit.

Quià dixi, quòd parricida mortem sibi inferens priuatur bonis, non ab re hic subnectere existima-

23 ui, àn † quilibet se ipsum occidens hanc pœnam patiatur, sed quia materia est satis ampla, & valdè doctè pertracta à *Peregr. de iur fisc.lib 4.tit.4.Arismin.Tepat.tit.302.Farin.q.128.p.2.per tot.Caball. resol. 137.* & aliqualitèr tacta à *Guazzin. de cōfiscat.conel.13 limit.43.* ideò benè existimaui ad illos remittere lectorē, satis esse iudicās, indicare locos, vbi articulus hic ab eisdē disertissimè agitur.

24 At quoniā confiscatio † non potest hodiè imponi, nisi in delicto læsę Maiestatis Diuinę, vel humanę, de quo in proxime subsequenti q. agetur, videtur superfluum alios casus recensere, qui illā priùs de iure admittebant: sed, cum stet regula inconcussa in practica, contumaces illam pati iuxta dispositionem iuris antiqui, non erit ideò superuacaneum referre, quid in vnoquoque crimine iura

25 illa voluerint: & incipiendo à stupro, † cuius pœnas, vna cum probationibus tradit remissiuè *Sanfelic.dec.245.n.7.& infra*, multo latiùs *Farin. q.147.per tot. Mut.ad consuetud.Panorm cap.76. num. 71. cum seqq.Ciarlin.controuers 174 per tot.* vbi de stupro commisso in Ecclesia, apud quos as-

26 signatur † discrimen inter pœnam stupri cum

27 violentia, & fine; de stupro † in monialem agit *Sperell. decis.136.& decis. 137. vtrobique per*

28 *tot.* est affirmandum bona † stuprantis publicari in dimidia

dimidia §. *item lex Iulia de adulterijs instit de publ iudic. Menoch. de arbitrar. cas.* 288. *nu* 10. *Farinac. quaest.* 147. *num.* 6. *Guazzin. de confisc. conclus.* 13. *ampliat.* 12. *num.* 1. *&* 2. *Ciarlin. contro-*
29 *vers.* 33. *num.* 81. sed si stuprum † fuerit in monialem omnia bona confiscantur, & monasterio virginis corruptę applicantur *auth. de sanctis. Episcop.* §. *si quis rapuerit* cuius verba fuerunt registrata in *cap. si quis rapuerit* 27. *quaest.* 1. *Sperell. d. decis.* 137. *num* 26. *& infra*, vbi alios in eandem
30 opinionem conuenientes adducit, Si verò † tutor, vel curator, stuprauerit pupillam, omnes illius facultates fisco addicuntur *l. vnic. C. si quis eam, cuius tut. fuer. corruper. Menoch. d. cas.* 288. *num.* 13. *Farinac. d. quaest.* 147. *num.* 16. *Guazzin. d. ampliat.* 12. *num.* 3.

31 Rapientes † mulierem ingenuam patiuntur, & ipsi confiscationem bonorum mulieri raptę applicandorum *l.* 1. §. *& si quidem cum seqq. C. de rapt. virgin. Farinac. quaest.* 145. *num.* 10., si verò mu-
32 lier † rapta esset religiosa monialis, bona applicantur ipsi viuenti quoad vsumfructum, & ea defuncta Monasterio, vel Ecclesię, in qua Deo dicata est *l. raptores* 42. §. *bona autèm eorum. C de Episcop. & Cleric. d. cap. si quis rapuerit* 27. *quaest.* 1. *Arismin. Tepat. tit.* 312. §. *morte versic. laicus, qui monialem Farinac. d. quaest.* 145. *n.* 10. *Sperell. d. decis.* 137. *num.* 26.

33 Et quia † de iure ciuili inter raptorem, & raptam non potest contrahi matrimonium, ideò si rapta rapienti nubet bona illius non acquiret, sed illa applicabuntur parentibus, qui matrimonio non consenserunt, & si parentes fuerint defuncti, vel dederint consensum matrimonio, bona rapientis tribuuntur fisco *auth. de rapt. mulier. quae*
34 *raptor. nub.* §. *sancimus* de † iure autèm canonico rapta potest rapienti nubere *cap. final. de rapt.* si extra potestatem rapientis posita sit *Conc. Trident. sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* fuit dubitatum, an
35 hę † poenę impositę de iure coęsareo aduersus raptores, & raptas nubentes cessent de iure canonico per matrimonium contractum, & *Farinac. d. quaest.* 145. *num.* 12. referens DD. ad inuicem contrariantes quęstionem indecisam relinquit, ego tamèn adhęrendo opinioni *Sanchez de matrimon. lib.* 7. *disp.* 12 *num.* 18. *&* 19. sentientem poe-
36 nam † amissionis bonorum à iure ciuili impositam cessare, & bona remanere penès mulierem raptam, & si rapienti desponsatam, & inueni cum hac sententia concurrere *Bossi de matrim. cap.* 11. §. 16. *num.* 231. qui pluribus DD. & rationibus probat, & fulcitur etiam ex adductis à *Gratian. disceptat* 653. *num* 18. *& seqq.*

Sed si quis esset tàm pertinax, vt nollet eam sequi, acquiescat saltem in eo, in quo video con-
37 cordare omnes DD. quod nempe † in Statu Ecclesiastico dictę poenę non habeant locum, si post raptum fuerit matrimonium sequutum, vt colligitur ex *Peguer. decis. crim. cap.* 41. *num.* 5. *& infra. Caball. resol* 196 *numer.* 6. *& seqq. Sesse decis.*
38 *Aragon.* 96. *à num.* 13. cętera † materiam raptus concernentia poterunt videri apud *Farinac. dict. quaest.* 145. *per tot. Sesse decis. Aragon.* 94. 95. 96. 97. *Nouar. pragm.* 10. *de offic. Iudic generali num.* 109. *& seqq. Donat. Anton. de Marin. var. resol. cap.* 301. *lib.* 1.

39 Nuptias † incestas contrahentes puniuntur publicatione omnium bonorum, & dotis *auth. incestas, & auth. ex complexu C de incest. nupt.* cum alijs allatis à *Farinac. quaest.* 149. *num.* 127.
40 dummodò tamen † incestus fuerit commissus sub facie matrimonij, cum sine matrimonio confiscatio non detur *Peregr. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 17. *Farinac. d. quaest.* 149. *num.* 131. nisi tamèn
41 † ex alio matrimonio filios haberent legitimos, siue nepotes, quid illis non fisco applicarentur bona, cum onere alendi patrem, vel auum *dict. auth. incestas prop. fin. Peregrin. d. tit.* 1 *num.* 12.
42 *Farinac. d. quaest.* 149. *num.* 130. & dominium † bonorum has nuptias contrahens amittit ipso iure §. *sancimus iuncta glos. in verb. imminere auth. de incest. nupt Farinac. d. quaest.* 149. *numer.* 132.
43 hancq; † dispositionem circa publicationem bonorum non esse correctam ab *auth. bona damnatorum* ratiocinatur *Boer. decis.* 264. *num.* 15. *versic. sed contrarium*, quem sequuntur *Clar.* §. *incestus num.* 3. *Peregrin. de iur fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 12. *& Farinac. d. quaest.* 149. *numer.* 128. De tota
44 † materia incestus tractat *Farinac. d. quaest.* 149. *& Caball. resol* 200 *vtrobique per tot.*

45 Et pari modo eadem † *auth. bona damnatorum* non corrigit iura antiqua, quę imponunt non vniuersalem bonorum confiscationem, sed aliquam quotam, vt puta dimidiam, tertiam, vel aliam portionem, *Caball. resol.* 238. *per tot. Guaz-*
46 *zin. defens reor.* 8. *cap.* 1. *num.* 5. nec illius † *auth.* ordinatio procedit quando expresse ob aliquod enorme delictum bona in sententia confiscarentur, si fides danda est *Boer. d. decis* 264. *num.* 15.
47 *propè fin. versic. verum tamen, & Rot. recent.*
48 *decis* 625. *num.* 10 *versic. fin. par.* 3. Alias † plures limitationes videre poterit lector apud *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *à num* 8.

De multis alijs casibus, in quibus admittitur confiscatio videbitur infra in suis particularibus quęstionibus; interea est aduertendum, quod ad
49 effectum, † vt intret confiscatio bonorum, debet imponi poena ordinaria delicti non autem extraordinaria *Farinac. consil* 185. *num.* 71. *Vermigliol. consil.* 108. *num.* 5. *Capyc. Latro consultat.* 131. *nu-*
50 *mer.* 22. in poena † autèm exilij non posse imponi voluit *idem Capyc. Latro d. consultat.* 131. *num.*
51 10. *& seqq.* sed † pro veritate conclusionis habenda poterunt videri *Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.* 13. *limit.* 7. 8. *&* 9 *num.* 3. *cum seqq. & alij DD. allegati per Capyc. Latr. d. consultat.* 131. *num.* 18. *& infra, & Rouit. pragm.* 2. *de iurisd. inuic. non turband. num.* 99. qui exactè examinant articulum, an confiscatio queat imponi, dum reus mulctatur exilio,

De

De Crimine lęsæ maiestatis Diuinæ, & Humanæ.

SVMMARIVM.

Crimen læsæ Maiestatis Diuinæ punitur pæna mortis. num. 1.
Hæretici comburuntur num. 2.
Hæretici comburuntur viui. num. 3.
Hæresis materiam tractauit plenè Farinac. num 4.
Hæreticorum bona confiscantur de Iure Canonico, & Ciuili num. 5. & 6.
Hæreticorum bona sunt confiscanda ipso iure. nu. 7
Hæreticorum bona sunt confiscata a die Commissi Criminis. num. 8.
Hæreticorum bona quando confiscantur requiritur declaratoria Iudicis Ecclesiastici, quem in hæresim incidisse num. 9.
Hæretici defuncti memoria quando damnatur, confiscantur etiam illius bona num. 10.
Hæreticorum bona confiscata forma, & modus applicandi, & diuidendi remissiuè. num. 11.
Hæretici bona confiscantur & si habeat filios Catholicos num. 12.
Hæreticorum filij catholici remanent priuati hæreditate paterna. num. 13 & 27.
Hæreticorum filij catholici priuantur etiam legitima paterna. num. 14.
Contrarium reprobatur. num. 15.
Hæreticorum filij Catholici priuantur peculio profectitio per Confiscationem bonorum patris n. 16.
Hæreticorum filij catholici non priuantur peculio aduentitio per Confiscationē bonorū patris. n. 17.
Ob hæresim Paternam filius à patria potestate egreditur. num. 18.
Vsufructus peculij aduentitij consolidatur cum proprietate dum filius egreditur a Patria potestate num. 19.
Hæretici bona quando confiscantur non confiscatur peculium Castrense, vel quasi filiorum Catholicorum ipsius 20.
Peculiū profectitiū nō cōfiscatur ob hæresim filij. n. 21
Peculium aduentitium ob hæresim filij confiscatur reseruato Vsufructu Patri viuenti num 22.
Patri non debetur Vsusfructus bonorum acquisitorū a filio post hæresim, secus in ātea quæsitis. n. 23
Vsusfructus semel quæsitus ratione patriæ potestatis nunquam expirat Patre viuente, etiam si filius moriatur. num. 24.
Ad effectum retinendi Vsumfructum sufficit quod Patria potestas fuerit semel suum effectum operata. num 25.
Peculium Castrense, vel quasi confiscatur ob hæresim filij. num. 26.
Hæreticorum filij Catholici priuantur commodo succedendi extraneis tam ex testamento, quam ab intestato. num. 28.
Hæreticorum filij Catholici possunt acquirere omnia bona ipsis delata tam a lege, quam a dispositione hominis, & est verior opinio. num. 29.
Hæreticorum filij Catholici succedunt etiā Auo. n. 30.
Ob hæresim Maternam filij Catholici non priuantur successione aliorum num. 31.
De acquisitione hæreditatis facienda fisco, vel proximioribus ob incapacitatē hæretici, remissiuè. n. 32
Filiabus Catholicis Hæretici fiscus tenetur congruam Dotem assignare. num. 33.
Vxoris dos non confiscatur propter hæresim mariti, nisi & ipsa sit hæretica. num. 34.
Filij hæreticorum, eorumque descendentes sunt inhabiles ad obtinenda beneficia vsque ad secundam generationem. num. 35.
Filij hæreticorum beneficijs obtentis non priuantur ipso iure. num. 36. Contrarium. num. 37.
Filij, & nepotes hæreticorum descendentes ex linea materna, & fœminina non priuantur beneficijs, nec ad ea obtinenda decernuntur inhabiles, nisi vsque ad primam Generationem. num. 38.
Domus vbi conueniunt hæretici debet destrui, vel confiscari, & ibi vide limitationes, & ampliationes remissiuè num. 39.
Dominium bonorum hæretici ipso iure transit in fiscum. num. 40.
Ex Confiscatione imposita ipso Iure plures effectus resultantes, remissiuè. num. 41.
Fructus bonorum ipso iure confiscatorum percepti a tertio possessore an, & quando confiscentur? remissiuè num. 42.
De reuocāda, vel nō alienatione bonorū facta per hæreticum post crimen contractum, remissiuè. n. 43.
An idem in crimine læsæ Maiestatis humanæ? remissiuè num. 44.
Confiscatio ipso Iure in quibus casibus infligatur, remissiuè. n. 45.
Confiscatio de iure communi, vel statutario, aut consuetudinario præscribitur quinquennio. numer. 46. & 49.
Ius confiscandi non præscribitur in crimine hæresis nisi spatio 40. annorum etiam post mortem hæretici. num 47.
Extra crimen hæresis, etiam si agatur in crimine læsæ maiestatis Ius procedēdi cōtra personā, non facta confiscatione, præscribitur spatio 20. annorum num 48.
Confiscatione facta ob nō solutū vectigal ius incorporādi tollitur a præscriptione quinquennali n. 50.
Ius incorporandi in alijs delictis præscribitur per possidentem cum titulo spatio decenny, & sine titulo per annos viginti. num 51.
Fiscus petens a tertio possessore bona in fraudem alienata debet petere infra quadriennium. nu. 52.
Mobilia aduersus fiscū præscribuntur triennio, cōcurrente titulo, bona fide, & præsentia fisci nu. 53.
De Præscriptione aduersus fiscum variæ sunt opiniones, remissiuè. num. 54 & 58.
Præscriptio nec quadragennalis, nec centenaria currit contra fiscum in bonis inquisitorum, quando fuit interrupta. num. 55.
In præscriptione aduersus fiscum debet attendi ius Canonicum. num. 56.
In præscriptione aduersus fiscum, debet adesse si non titulus, saltem bona fides. num 57.

Actio ad effectum confiscandi bona haeretici Defuncti non durat, nisi per quadraginta annos ad favorem fisci 59.

Actio ad effectum damnandi memoriam haeretici defuncti durat perpetuò 60.

De materia Confiscationis in bonis Haereticorum remissiuè 61.

De Confiscatione bonorum contra Apostatas, remissiuè 62.

De Confiscatione aduersus retinentes, occultantes, & non reuelantes libros haereticorum remissiuè. 63.

De Confiscatione in bonis receptantium, fauentium, & defendentium haereticos, remissiuè 64.

Crimen laesae maiestatis Principis punitur pana ultimi supplicij, & bonorum Confiscatione, numer. 65. & 66.

Confiscatio bonorum pro Crimine laesae maiestatis humanae an imponatur ipso iure, & absque sententia declaratoria? remissiuè. 67.

Confiscatio bonorum pro Crimine laesae maiestatis humanae habet locum in quolibet capite laesae maiestatis .68.

Committentis Crimen laesae maiestatis humanae Domus deuastatur .69

Pana Patris committentis Crimen laesae maiestatis humanae transit in filios.70.

Patris macula transit ad filios. 71.

Filij ut plurimum vitia parentum solent imitari.72.

Filijs incidentium in Crimen laesae maiestatis humanae denegatur assecutio legitimae in bonis paternis. 73.

Filijs delinquentium crimine laesae maiestatis humanae denegantur alimenta 74.

Contraria opinio est aequior, & sequenda. 75.

Filij reorum laesa maiestatis Humanae nihil possunt capere tam ex testamento quam ab intestato 76.

Grammatic. contrarium sentiens reprobatur. 77.

Filiae faeminae reorum Criminis laesae maiestatis humanae sunt dotandae .78.

Filiarum reorum laesae maiestatis humanae Dos debet esse triens totius haereditatis, nulla habita consideratione filiorum. 79.

Filiae reorum laesae maiestatis humanae possunt ex bonis maternis falcidiam, seu legitimam detrahere 80.

Filiae reorum laesae Maiestatis humanae non priuantur commodo successionum, successione paterna excepta. 81.

Filius Clericus non subiacet paenis impositis ob crimen laesae maiestatis humanae à Patre Commissum 82.

Limita nisi pater conspirasset in Summum Pontificem, seu Cardinalem. ibid.

Filij nati ante delictum laesae Maiestatis a patre commissum eximuntur à pana contra descendentes impositis. 83.

Pana imposita à l quisquis C. ad l. Iuliam maiestat. non est amplius in usu contra filios reorum laesae maiestatis.84.

QVAESTIO QVARTA.

PEreat memoria eius, qui primus à Catholica Dei Sponsa discedens nouitate opinionum, & dogmatum falsitate, sola vanae gloriae spe ductus innumeros ipsius sequentes exemplum in baratrum infernum adduxit. *Plus ille*, quam impius Nembrot contra Deum attentauit. Ipsum, & sequaces voluerunt forsan exprimere figmenta Poetica in temeritate Gigantum, qui ad Coelum oppugnandum Montes coaceruantes fulmine diuino perculsi Montes ipsos sepulcrales 1 experti sunt. Quid igitur mirum, si iura † ad illorum coerctionem armata mortis naturalis poena reatum hunc vlciscuntur *l. Manicheos l. Arriani* 2 *§. Manicheis l quicunque C. de haeretic.* quam † poenam practicari combustione haeretici ex dispositione cuiuslibet iuris tàm Diuini, & Canonici, quàm ciuilis, & consuetudinarij profitentur *omnes Scribb in cap. ad abolendam de haeretic. & alij* 3 *cumulati per Farin. quaest* 189 *nu*.4. itaùt † etiàm viuus haereticus comburatur *Clar. §. haeresis nu. 7. & ibi Baiard. num.* 19 *Caren. de offic Sanctiss. inquisit. par.2. tit.2. §.3 num.15. Farinac. d. quaest.* 4 189. *num.* 3. qui † compilando integrum tractatum de haeresi nihil reliquit desiderandum; & propterea ad materiam confiscationis accedens fir5 mo, bona † haereticorum confiscari, tàm de iure canonico *cap. vergentis, cap. excommunicamus §. damnati de haeretic. cap. super quibusdam* ibi *quorum bona propria confiscantur de verbor. significat. cap cum secundum leges* ibi *bona haereticorum, qui grauiùs, horribiliùs, ac detestabilius, quàm praedicti delinquunt, ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata de haeretic in 6.*, & mandauit Innocent. IV. *in constit*. 8. 6 *tom.1. nou. bullar*; quàm † de iure ciuili *l Manicheos*, ibi *quos bonorum etiam omnium publicatione persequimur, & auth. Gazaros haereticos sentientes, ut omnia bona talium confiscentur C. de haeretic. Farinac. quaest.* 190. *num.* 1. *Sanchez in praecept. decalog. lib.2 cap. 14. num. 1, Guazzin conclus* 13. *ampliat* 69 *nu. 1. Merlin de legit. lib. 3. tit. 1. quaest. 31. num. 2 Pascal. de patr potest par. 4. cap. 5. num. 46. Sousa aphorism inquisit. lib. 3 cap 9. num. 5., &* 7 *seqq.*, & licèt fiat † ipso iure *d cap cum secundum* 8 *leges*, & † quidem ab ipsa die criminis commissi *Sanchez d. cap 14. num. 1.* dicens nullum scriben9 tium dissentire, tamèn requiritur † sententia declaratoria Iudicis Ecclesiastici, quem in haeresim incidisse *d. cap. cum secundum leges* in illis verbis, *confiscationis tamèn huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aùt alios Dominos temporales iuxta Gregorij Papae praedecessoris nostri declarationem, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quae super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit prolata de haeretic. in 6. Farinac. d. quaest.* 190. *num.* 3. & 5. *Rouit.*

uit. pragm. 1. *de bon. prodit. num.* 10 & hæc adeò
10 vera sunt, vt & quando † memoria defuncti hæretici damnatur, procedatur ad eius bonorum confiscationem *cap. accusatus §. in eo vero casu de hæretic. in 6 Farinac. quæst. 24 num. 44. versic. loquens etiam & d. quæst. 190. num 9. 10. & 11.* vbi proponit, & refutat contrarium tenentes *Guazzin. de confiscat. d. ampliat. 69. nu.* 2. quidquid sit dicendum in alijs delictis, de quorum casibus loquitur amplè *Guazzin. de confiscat. con-*
11 *clus* 18 *per tot.*, formam, & † modum applicandi, & diuidendi bona confiscata hæreticorum tradunt *Farinac. quæst. 190 §. 11. & §. 12. consil.* 117., *& consil.* 118. *Guazzin. de confiscat. conclus* 21. *à num* 11. *Sousa aphorism. inquisitorum lib. 3. cap.* 20. in quibus locis integre hanc materiam absoluunt.

12 Quæ confiscatio † bonorum imponitur hæreti-
13 co, & si habeat filios catholicos, qui † hoc casu hæreditate paterna remanent omninò priuati *cap. vergentis §. cum enim vsq; in fin. de hæretic. Pegn. ad Eimeric. in director. inquisit par. 2. in d. cap. vergentis litt. D. fol mihi* 103, *& in glos. Hostien. ibidem relata in eod. cap. vergentis num.* 5. *Farinac. d quæst. 191. num.* 1, *& 29. Merlin de legit. lib. 3 tit. 1 quæst. 31 num. 4. Sousa aphorism inquisito-*
14 *rum lib 3 cap. 22 num. 1 & infra*, & adeò † efficaciter hæreditate paterna priuantur, vt nec possint consequi legitimam *Pegn ad Eimeric. in directorio inquisitorum comment. 9 litt. D. versic. cæterum hodie Farinac. quæst. 24. num 44 quæst* 191.
15 *num. 2, 3*, *& 4.* vbi quod opinio † contraria procedit de iure ciuili, quod fuit abrogatum per ius canonicum *Merlin. de legit. d quæst. 31. num. 4. 5.*, *& 6.* asserens malè ab hac sententia discessisse
16 *Rotam, Surd; & Mangil* imò † & confiscatur peculium profectitium, cum in eo filius non habeat nisi nudam administrationem *Farinac. d quæst. 190. num. 15. Merlin de legit d quæst 31 num 7.*,
17 *& num. 16. versic. licèt contrarium* non † tamen
18 publicatur aduentitium, quià † ob hæresim paternam filius à patria potestate egreditur, quo
19 † casu vsusfructus cum proprietate consolidatur *Sanchez in praecept. decalog lib 2 cap 16 num.* 18.
20 *Farinac. quæst. 190. num.* 27. sicuti, & † multò magis non confiscari peculium castrense, vel quasi scripsit *idem Sanchez. d. cap. 16. num. 1. versic. nec vlla est dubitatio.*

21 Si tamèn filius † labe hæretica esset fœdatus, & si peculium profectitium non subiaceat publicationi *Sanchez in praecepta decalog. lib. 2. cap 15. num.* 16. quem sic dicentem refert, & sequitur *Fa-*
22 *rinac. d. quæst. 190. num.* 17. publicatur † tamèn aduentitium reseruato vsufructu patri viuenti *Farinac quæst 24. num. 9. Sanchez. d. cap. 15 num.* 11. vbi se remittit ad distinctionem adductam *num.* 8.
23 quę est, quod † in bonis acquisitis post hæresim patri non debeatur vsusfructus, at reseruetur in bonis anteà quæsitis, pro quo vltimo capite distinctionis facit fortissima ratio, quod vsusfru-
24 ctus † semèl quęsitus ratione patriæ potestatis nunquàm expirat patre viuente, & si filius moriatur *Donat Anton de Marin. var. resol. lib* 1. *cap.* 345. *num.* 2., *& seqq. Merlin. Pignatel controuers.* 29. *num.* 1., *& seqq par. 1. Rot. decis.* 104. *num.* 3., *& infra par. 5. recent cum alijs per me adductis in quæst. de indignis, & incapac.* vbi fuit dictum ad
25 effectum † retinendi vsumfructum sufficere, quod patria potestas fuerit semel suum effectum operata, etiam si posteà deueniretur ad casum, à quo
26 non posset incipere; Et fortius † confiscabitur castrense, vel quasi *Farinac. quæst. 191. num.* 17. vbi licèt posteà referat contrarios, & signanter *Sanchez d cap. 15. num* 3. non tamèn voluit cum illis pertransire, sed remittit lectorem ad ea, quæ dixerat *quæst. 24 num. 11. & seqq* in quo loco post relatas dissidentes opiniones, tandèm *numer.* 14. firmiter tenet, hoc peculium confiscari, adducens fortissimas rationes, & idem repetijt *in addit. ad cand. quæst. 24. vt dixi in quæst. de pecul. confiscand.*

27 Filios hæreticorum † qui tamen sunt Orthodoxi, & si paterna hęreditate priuentur, & in hoc nulla hodiè, nèc de iure canonico, nec de iure nouissimo authentic. admittatur dubitatio *auth. Gazaros C de hæretic. Farinac d. quæst. 191. num. 31. Guazzin. de confiscat. conclus 21. numer.* 13.
28 etiam † commodo succedendi extraneis tàm ex testamento, quàm ab intestato spoliari senserunt plures *DD. relati à Farin. d. quæst. 191. num.* 25.
29 tamen verior est opinio, quod † filij catholici possunt acquirere omnia bona, quæ ipsis deferuntur tùm ex lege, tum ex hominis dispositione *Sanchez in praecept. decalog. lib. 2 cap. 14. num. 35. & cap. 19. num 13. cum alijs allatis à Farinac. d. quæst. 191. num.* 26. cum quibus vti postremo adductis ipse pertransit, & ego addo *Rouit. pragm.*
30 1. *de bon. proditor. num.* 33. qui omnes † loquuntur etiam de successione in bonis Aui.

31 Ob hæresim † autèm maternam dixit *Farin. d. quæst. 191. num.* 27. quod filij indubitantèr non priuantur successione aliorum, & si esset verior sententia illos priuans causa hæresis paternæ, da-
32 ta † autem incapacitate hęretici circa acquisitionem hæreditatis faciendam fisco, vèl proximioribus vide *Farinac quæst. 190. num. 101. & seqq.* Sed in iudicando tene distinctionem ipsius *num.* 104. *versic. sed certè.*

Contra tamèn filias fœminas non tàm rigorose proceditur, quià, & si stricto iure dotem consequi non deberent, nihilominùs de æquitate, quam
33 semper sequitur ius canonicum, fiscus † tenetur illis congruam dotem assignare *Farin. d. quæst. 191. num. 8 versic contrarium Merlin. de legit. lib.*
34 *3. tit. 1. quæst. 31. num.* 30. circa dotem † vxoris non insisto, quià satis clarum est, illam non confiscari, si mulier est catholica, secus tamen si, & ipsa est hęretica *cap. decreuit de hæretic. in 6 Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. cap. 27. per tot.* & passim conueniunt DD.

35 Filij hæreticorum, eorumq; descendentes sunt inhabiles ad obtinenda beneficia vsque ad secundam generationem *cap. vt commissi §. priuandi*

cap.

59 Est tamèn aduertendum, quod si † agatur contra hæreticum defunctum ad effectum confiscandi illius bona, actio non durat, nisi per quadraginta annos ad fauorem cuiuscumque fisci, siuè Ecclesiæ, siuè Principis laici; ad effectum † verò damnandi illius memoriam, actio perpetuò durat, & viuit *Pegna in directorio inquisitor. part. 3. comment. 92. à versic. his ita positis vsque ad versic. alterum caput Sanchez in præcept. decalog. lib. 2. cap. 22. à num. 38. vsque, & per totum numer. 42.* & quamuis *Farinac. quæst. 197. numer. 116.* hanc distinctionem impugnet, tamen *num 118.* monet videndum *Pegnam d. comment. 92.* cum quo transit *Caren. de offic. Sanctiss. Inquisition. tit. 19. §. 2. num 6.*

61 Cętera † ad hanc confiscationis materiam in bonis hęreticorum erunt videnda apud eundem *Farinac. quæst. 190. & quæst. 191. Lucern inquisit § bona iuncta* addit *Pegn.* contra † Apostatas 63 *Farin. quæst. 183. num. 35. & seqq.* aduersus † retinentes, occultantes, & non reuelantes libros hæreticorum *quæst. 180. num 3. & seqq.* de confi-64 scatione † in bonis receptantium, fauentium, & defendentium hæreticos *quæst. 182. numer. 51. & 52.*

Nec minus horrendum, ac detestabile scelus committunt, qui Maiestatem Principis lædunt, & contra eius Statum, siue personam audent ma-65 chinari, ideoq; contra † illos vltra pœnam vltimi supplicij, aliasque relatas *à Farin. quæst. 116.* 66 *num. 2 & seqq.* imponitur † confiscatio bonorum *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. l. 1. cum tribus seqq. ff. eod. Farinac. quæst. 25 num. 11. & quæst. 116. num. 12. Guazzin. de confiscat. ampliat. 85. num. 1. Pascal. de patr potest. par. 4. cap. 5. num. 14. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst 30. num. 1. & infra Merlin. Pignatel. controuers. 21. num 1. lib. 2.* an 67 † antem ipso iure, & absque sententia declaratoria, latè disserit *Farinac d quæst. 116. à num. 14.* & ponderando omnes DD reassumpsit *Ver-68 mighol. consil. 7. per tot.* & confiscationem † hanc habere locum tàm in primo, quàm in omni alio capite læsæ Maiestatis dixit *Farinac. d quæst. 116.* 69 *num. 25* eiusque † domus deuastatur idem *Farin. d. quæst. 116. num. 28. & seqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat.

Quod crimen reputatur adeò immane, vt Imperatores Arcadius, & Honorius ordinauerint 70 illius † pœnam transire in filios *l. quisquis §. filij verò C. ad l. Iul. Maiest.* cuius placet verba referre, quia sunt valdè elegantia, & notanda, *Filijs verò eius, quibus vitam Imperatoria specialiter lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hæreditarij criminis exempla metuuntur, à materna, vel auita omnium etiam proximorum hæreditate, ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes, & pauperes; infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant; sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium, & vita supplicium;* nec sine fundamento rationabili, 71 tum quià macula † patris transit ad filios, tum 72 quià vt plurimum † filij vitia parentum solent imitari, quas rationes ab omnibus Scribentibus consideratas elegantiori calamo fuit prosecutus *Francisc. Maria Prat. ad Pascal de patr. potest.* 73 *par. 4. cap. 5. num. 1. & 3.* & ob hoc ipsis † filijs denegatur etiàm assecutio legitimę in bonis paternis *Farinac. d quæst. 116. num. 77. & 78 Merlin. de legit. d quæst. 30. numer. 1. & seqq.* asserens malè sensisse contrarium *Coras. Mangil. & sequa-74 ces*, adeoq; leges istorum † delinquentium filios odere, vt multi DD. existimauerint ipsis filijs alimenta deneganda; quam tamèn opinionem nul-75 lo pacto sequendam existimarem, cum † altera concedens alimenta sit æquior, & magis recepta *Farinac. d. quæst. 116 num. 128. Merlin. de legit. d. quæst. 30. à num. 4. per tot. numer. 10.* vbi refert contraria, & reicit; in terminis filiorum hęreticorum tractauit *Farin. quæst 190. num. 56. & 7.* ibi igitùr eum consule, sed semper tene, & iudica alimenta deberi concurrens cum opinione *Rot. Roman. dec. 747. num. 10. part. 4. diuers. relat. à Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 31. num 12.*, & nouissimè post omnes *Lucidor.* in suo eruditissimo tractatu *de illegitim. cleric. & regularium cap. 19 num. 11. 12. & infra.*

76 Quinimò, vt filij † reorum læsę Maiestatis Humanę perpetua egestate premantur, nihil possunt capere tam ex testamento, quam ab intestato, siuè successio proueniat à sanguine coniunctis, siue ab extraneo *d. l. quisquis §. filij verò Farinac. d. quæst. 116. num. 75. & num. 111. Pascal. de patr. potestat. par. 4. cap. 5. num 9. Rouit. pragm. 1. num 32. de bonis proditor. Didac. de Mari ad Grammatic. de-77 cis. 6. num. 14.* vbi † reprobatur ipse *Grammatic.* qui sentit contrarium, & malè, vnde ipsum errasse testatur *Petra ad eand. decis. 6.* & sequitur *Francisc. Maria Prat. ad Pascal. de patr. potest. d par. 4 cap. 5 sub num. 28. versic. & in quo casu.*

Quę tamen non practicantur tàm rigorosè 78 contra filias fęminas, quas † dotandas esse censerunt *Farinac. quæst. 24 num. 47. & quæst. 116. num. 95. Pascal de patr. potest. d. cap. 5. numer. 10. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 30. num. 9. & 11.* 79 volens † hanc dotem debere esse trientem totius hęreditatis nulla habita consideratione filiorum, *Lucidor. d cap. 19. num. 12. & infra*, quidquid attentauerint *alij DD. relati à Constant. in l. 1. numer. 124. C. de pœn. fiscal. lib. 10.* quia sequuntur contra opinionem magis ęquam, & communem, vt apparet etiàm ex adductis *ab eod. Constant.* 80 *ibid. numer. 123.* Vlterius ipsas † posse ex bonis maternis falcidiam, hoc est legitimam detrahere probat *text. in d. l. quisquis §. ad filias C. ad l. Iul. Maiest. Farinac. d quæst. 116. num. 94.* & succes-81 sione † paterna excepta non priuari commodo aliarum successionum, quomodocumq; deferantur, dixit idem *Farinac. d. quæst. 116. num 96. & Rot. in Lucana iurispatronatus 13. Iunij 1606. co-*

ram

ram Coccino inter eius impress. decis. 298. & post. Vitian. de iur. patron. decis. 106. vtrobique num. 7. & iterum in eadem 8. Iunij 1607. post eund. Vitian. decis. 107. num. 1. inter impress. Coccin. decis. 351. in princip. vbi num. 3. vult, nec clericos

82 † huiusmodi pœnis ligari, quod dictum est verissimum, sed limitatur, si fuisset conspiratum in Summum Pontificem, vel aliquem Cardinalem *Farinac. d. quaest. 116. num. 119.*

83 Si tamen † filij essent nati ante delictum lęsę Maiestatis commissum a patre, tunc omnino eximerentur à pœnis contra descendentes à criminis perduellionis reo à legibus impositis *Ceuall. comm. contr. comm. quaest. 653. num. 14. & infra Farinac. d. quaest. 116. num. 91. Rot. in Romana donationis 22. Iunij 1588. coram Card. Seraphin. inter eius impress. decis. 830. num. 8., & post. 1. vol. consil. Farinac. decis. 62. num. 5.* & relatis alijs concordantibus, & decisionibus Sacr. Auditorij Roman. *Donat. Anton. de Marin. resol. 95 per tot. lib. 2.* quem sequitur *Franc. Maria Prat. ad Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 5. n. 9.* quodque forsitan

84 tius est, has pœnas non esse amplius in vsu aduersus filios *ex Angel.* sentiunt quam plures adducti *à Farinac. d. quaest. 116. num. 144. 145. & 146.* vbi dicit, non esse recedendum in iudicando, & si ipse asserat non inuenisse *Angel.* hoc dicentem, cuius tamen traditionem fuit sequuta *Rot. in d. Roman. donationis coram Seraphin. decis. 830. nu. 9. & post. 1. vol. consil. Farinac. decis. 62. num. 6.* & conueniunt *Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 5. nu. 15. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quaest. 32. numer. 26.*

De Saluis Conductibus.

SVMMARIVM.

QVi offendunt habentes saluum conductum à Principe, incidunt in crimen læsæ Maiestatis num. 1.

Saluus conductus siue perpetuus, siue ad tempus semper debet seruari num. 2.

Quod procedit etiam si esset concessus bannitis, & Reis læsæ Maiestatis, vel in alijs Casibus, in quibus per aliquam Constitutionem gratia fieri non posset num. 3.

Et captus sub saluo conductu, non solum debet relaxari, sed etiam in realem libertatem adduci vt iterum capi non possit num. 4.

Saluus conductus non solum debet seruari Principali, sed etiam socijs in illo nominatis, & comprehensis, etiam si essent Iudei num. 5.

Ad fauorem tamen infidelium, & aliorum hæreticorum dicta conclusio non se extendit num. 6.

Saluus conductus concessus vni principaliter extenditur etiam ad familiam num. 7.

Et multo magis ad Vxorem num. 8.

Saluus conductus datus pro eundo, & veniendo ad aliquem locum, intelligitur etiam datus pro redeundo num. 9.

Saluum conductum habens non potest offendi, tam dum domi se præparat ad iter, quam dum est in itinere num. 10.

Saluus conductus operatur à die concessionis nu. 11.

Quod non procedit si dolosè fuisset obtentus a non habente animum eundi num. 12.

Saluus conductus non prodest vltra vnam vicem numer. 13.

Hoc tamen non intelligitur quando in Saluo conductu adsit Dictio semper num. 14.

Et quando saluus conductus esset concessus ad certum locum, & tempus, quia durante tempore concesso in saluo conductu, posset illum habens pluries ire, & redire num. 15.

Saluus conductus non extenditur ad futura delicta num. 16.

Extenditur tamen ad delicta non expressa, quando dicta delicta sunt minora illis, quæ fuerunt expressa num. 17.

Salui conducti priuilegium amittitur, si post habitum saluum conductum committatur delictum num. 18.

Salui conducti priuilegium non amittitur, si post dictum saluum conductum committatur leue, & non graue delictum num. 19.

Amittitur tamen si delictum fuisset ex proposito commissum, secus autem si non appensatè, ex improuiso, vel lacessitus ad sui defensionem numer. 20.

Et hoc procedit etiam si delinquens excessisset modum inculpatæ tutelæ num. 21.

Et in huiusmodi Casu punitur tantum de eo, in quo deliquit, sed salui conducti priuilegium non amittit pro delictis præteritis num. 22.

Salui conducti concessio spectat ad Principem, & Iudex inferior non potest illum concedere bannitis, exulibus & confinatis num. 23.

Saluum conductum ad effectum concedendi qui fungatur vice Principis remissiuè num. 24.

Saluum conductum ex legitima Causa potest Iudex concedere num. 25.

Non tamen perpetuò, sed ad tempus num. 26.

Saluum conductum concedendi Iudex habet legitimam Causam, quando vellet citare aliquem bannitum, qui non teneretur comparere nisi daretur, vel offerretur saluus conductus num. 27.

Saluus conductus si offertur, quando quis teneatur comparere remissiuè num. 28.

Saluum conductum bannitis, & capitaliter condemnatis Iudices inferiores non possunt concedere per speciales Pontificum Constitutiones n. 29.

Saluus conductus non potest concedi à Iudice, etiam ad effectum comparendi, & se defendendi, si alius Iudex superior, vel equalis condemnauit num. 30.

Saluus conductus debet omninò seruari, etiam si Iudex illum de facto dedisset, ne quis decipiatur sub fide publica num. 31.

Quod tamen fallit si fuisset assecuratus bannitus ob crimen

crimen læsæ Maiestatis num.32.
Saluum conductum habens nec potest per Curiam interrogari, etiam si Iudex, qui illum concessit, sit prohibitus illum dare à statuto, vel alia particulari Constitutione num.33.
Saluus conductus concessus à nullam habente Iurisdictionem non debet seruari num.34.
Saluus conductus non debet seruari post lapsum tempus, quod est continuum, & currit de momento ad momentum à die data num.35.
Amplia etiam si bannitus nō habuisset illius notitiam, & debet tantum seruari per illud solum, quod superest post notitiam num.36.
Plura de saluis conductibus remissiuè num.37.
Saluus conductus, quod debeat seruari, & procedit etiam in Causis ciuilibus num.38.
Salui conductus quando debeant seruari, vel non remissiuè num 39.
Saluus conductus concessus eadem die, qua sequuta fuit carceratio, præsumitur præcessisse executionem num 40.
Et Iudici contrarium asserenti non creditur numer. 41.
Saluus conductus concessus per mensem non censetur concessus pro mense currenti tempore concessionis, sed de solis triginta diebus, & quare num. 42.
Laudes eximij Iuris consulti Lelij Altogradi numero 43.
Mensis extrà casus à legislatoribus expressos indiuidualiter, qui debent seruari iuxta litteram, intelligitur esse de triginta diebus, quando fuit simpliciter habita ratio mensis num 44.
Quando autem fit explicatio nominis mēsis, vel habetur ratio principij illius, in quo quia agitur, tunc talis mensis continet tot dies, quot habet expressus, vel in quo sequitur dilatio, vel promissio num.45.
Si verò promissio, vel dilatio esset facta in medio mensis specificè nominati, vel ad quem fuit habita ratio, tunc debet considerari mensis currens, & sequens, adeovt de quolibet accipiatur dimidium secundum ordinem, & numerum dierum scriptum in Calendario num.46.
Annus quomodo accipiatur remissiue num. 47.

QVÆSTIO QVINTA.

1 Incidunt in crimen læsæ Maiestatis & illi, qui offendunt habentes saluum conductum à Principe † *Farinac. quæst. 29. num. 12. & seqq.* vbi declarat plures casus *Guazzin. de confiscat. conclus 13 ampliat.92. Caualcan. de testib. par. 4 nu.73 Thor. ad Grand. de bell. exul. in prædicam. quantitatis quæst. 2.*
2 *num.8.* debet enim ille † siuè perpetuus, siuè ad tempus semper seruari *Farinac. d. quæst. 29. num. 1. 2. & seqq. Salgad. de reg protect. par. 2. cap. 4. nu. 49 & infra Vermigliol. conf 390 num.9.* & si esset
3 concessus † bannitis, & Reis læsæ Maiestatis, vel in alijs casibus, in quibus per aliquam constitutionem gratia fieri non posset *Farinac. d. quæst.*
4 *29. num.5. & 10.* adeout † captus sub saluo conductu non tantum debeat relaxari, sed etiam in talem libertatem adduci, vt iterùm capi non possit *Farinac. d. quæst. 29. numer 11. Salgad. de reg. protect. par. 2. cap. 4. num. 52 & seqq.*
5 Nec solùm † debet seruari ipsi Principali, sed etiam socijs in illo nominatis, & comprehensis, & si essent Iudęi *Menoch. de arbitrar. cas. 336 numer. 4. Farinac. d quæst. 29. num. 47 & 48 Guazzin. defens. reor. 12. cap. 1. sub num. 58 & versic. &*
6 *saluus conductus;* non tamen † iuuaret hæreticos, vel alios infideles *Menoc. d cas 336. num. 57 Farinac d quæst. 29. num. 49.*
7 Concessus vni principalitèr † extenditur etiàm ad familiam *Menoch. d. cas. 336. numer. 8. & seqq.*
8 *Farinac d quæst. 29. num. 51.* & † multo magis ad vxorem *Menoch d cas. 336 num. 7. Farinac. dict. quæst. 29. num 52. Sesmarol de visitat. carcerator.*
9 *lib 3 §. 14. num 4. & 5.* datus pro † eundo, & veniendo ad aliquem locum intelligitur, & pro redeundo *Farinac. d. quæst. 29. num. 53. & 54. Menoch. de arbit cas. 336. n. 11. & inf. Vbert. Gratios. de citat cap 9. sub num. 471. versic. tandem cauere debet Guazzin. d. fens. reor. 12. cap. 1. sub. num. 58.*
10 *versic. & saluus conductus,* & † ideò illum habens non potest offendi, tàm dùm domi se præparat ad iter, quàm dum est in itinere *Menoch. d. cas. 336. num. 18. & seqq. Farin. d. quæst. 29. num. 55.*
11 reddens rationem, quia † operatur à die con-
12 cessionis, *& num. 56.* vbi dicit † non procedere si fuisset obtentus dolosè à non habente animum
13 eundi, *& consil. 131 num. 4.* debet † tamen aduerti, quod non prodest vltra vnam vicem *Farin. d. quæst 29. num 67. Menoch. d. cas 336 numer. 36.*
14 nisi adesset † d[...]ctio semper *Farinac. d. quæst. 29.*
15 *num 70. & 71.* vel nisi esset † concessus ad certum locum, & tempus, quid durante illo tempore, & negocio posset pluries, ire, & redire *Farinac. ibid num. 72.*
16 Et licèt † non extendatur ad futura delicta *Fa-*
17 *rinac. d quæst. 29. num. 58.* tamèn † extenditur ad delicta non expressa, si sunt minora illis, quæ fuerunt expressa *Farinac. d. quæst. 29 numer. 57. Guazzin. d. defens. 12 cap. 1 sub num. 58 versic.*
18 *bene verum est;* amittitur † tamen illius priuilegium, si post habitum saluum conductum committatur delictum *Caball. resol 118. num. 1. 2. 3. & 4. Guazzin. d. defens. 12. cap 1 sub num. 58. versic.*
19 *habens autèm,* vbi declarat † procedere in delicto graui, non autem leui *Salgad. de reg. protect. par.*
20 *2. cap. 4. numer. 56. 57. & 58.* quod declarat † tunc habere locum, quando delictum fuit commissum ex proposito, secùs autèm si non appensatè, ex improuiso, vel lacessitus ad sui defensio-
21 nem etiam † excedendo modum inculpatæ tute-
22 læ deliquerit, quia † hoc casu punitur de eo, in quo deliquit, sed non perdit beneficium salui conductus pro delictis præteritis *Farinac. d. quæst. 29. num. 61. Caball. d. resol 118. num. 8. & seqq.* qui erit

erit semper, videndus dùm casus occurret, quia benè declarat.

23 Concessio † salui conductus spectat ad Principem, & ideò Iudex inferior non potest illum concedere bannitis, exulibus, & confinatis *Farinac.*

24 *quæst.29.num.79.80. 102. & seqq.* vbi † enumerat eos, qui funguntur vice Principis ad hunc effectum *Caualcan. de testib. par.4. num.71.* posset

25 † tamèn Iudex ex legitima ratione, & causa cognita illum concedere *Farinac.d.quæst.29. num.81.et 82.Caualcan. de testib.par.4. num.70. Ver-*

26 *migliol cons.444.num.5.& 6.* non † tamèn perpetuò, sed ad tempus *Farinac d.quæst.29. num.90. & cons.53.num.22.Caball.resol.50.num.2.Thor. ad Grand. de bell.exul. in prædicam. quantitatis*

27 *quæst.2.num.5.* vna † tamèn causa legitima concedendi esset, si vellet citare ad comparendum aliquem bannitum, quia ille non teneretur comparere, nisi daretur, & offerretur saluus conductus *Farinac quæst.11 num.58.59.& 60.& d. quæst. 29.num.85.& 86.& consil.59.num.5. Vermigliol. cons.187.num.3.& 4 & consil.246.sub num.10.*

28 *11.& 12.* quando † autem ille, cui offertur saluus conductus, teneatur comparere, vide *Vbert. de citat.cap.9.num.468. & seqq. Scacc. de iudic. lib.2.cap.32.num.77.& infra Scanarol.de visitat. carcerat.lib.2.§.19.num.12.& seqq. Vermigliol. cons.323.num.7.*

29 Sed † in statu Ecclesiastico per speciales Pontificum constitutiones esse ablatam Iudici inferiori facultatem concedendi saluos conductus bannitis, & condemnatis capitaliter, Principe inconsulto, testatur *Farinac. d. quæst. 29. num.83. 84. 109. & concordat Guazzin. defens. reor. 12.*

30 *cap.1 sub num.58. versic. Iudex etiam*; prout † nec dictis constitutionibus cessantibus posset Iudex concedere saluum conductum etiam ex causa ad effectum comparendi, & se defendendi, si alius Iudex superior, vel æqualis condemnauisset *Farinac.d.quæst.29. num.88. cons.53. numer.28. Caball.resol.50.num.3.& 4.*

31 Si tamen † Iudex de facto dedisset saluum conductum, debet omninò seruari, ne quis decipiatur sub fide publica *Farinac.* qui testatur de magis communi opinione, *d. quæst. 29.num.95. 96., & 97. Caball. resol.50.num.5. & 6.* vbi

32 quod fallit, si fuisset assecuratus bannitus ob crimen læsæ Maiestatis *Giurb. cons.80 num.10.11. 12., & infra. Merlin. Pignatell. controuers. 53. num.10.vol.1.Vermigliol cons.246.num 2.8.&*

33 *per tot.* volens † nec posse per Curiam interrogari; etiam si Iudex, qui illum dedit esset prohibitus concedere à statuto, vel alia particulari constitutione *Peguer. decis.39.per tot. Farinac. d quæst. 29.num.97.& cons.131.num.6.Merlin.Pignatell.*

34 *d.controuers.53 num.11 & 20.* non tamen † esset seruandus, si fuisset concessus à nullam habente iurisdictionem, vt puta ab Aduocato fisci *Farin. d.quæst.29.num 98. & seqq. Vbert.de citat. dict. cap 9 sub num.471.versic. hinc vt refert.*

35 Minus † debebit seruari saluus conductus post tempus lapsum, quod esse continuum, & currere de momento ad momentum à die datę, et si

36 † bannitus non habuisset illius notitiam, adeout seruari debeat per illud solum tempus, quod superest post notitiam, *Caball. resol.249.per tot.quem sequitur Guazzin.defens.reor.12.cap.1.sub num. 58.versic.sed caueat Aduocatus*, & faciunt tradita per *Genu de script. priuat.lib.3. tit. de litter. in-*

37 *ducial. quæst.5.* Plura † & longè maiora circa saluos conductus habentur apud supra *allegat. DD.* quibus addi possunt allati à *Carleual. de iudic. disputat.19.in additionib. ad 1.tom.impr. ss post.2.*

38 Et † quia regula, quod debeat seruari saluus conductus procedit etiam in dato pro causis ciuilibus *Farinac. d.quæst.29. num.20. & 21.* ideò

39 † si vis scire quando debeat seruari, vel non, poteris adire eundem *Farinac.d.quæst.29. num.22. cum pluribus seqq. Genu. de script. priu.lib.3 tit. de litter.inducial & tit.seq de annal & quinquennal. dilat. vtrobique per tot.* Vnum solum non omittam, de quo fui interrogatus, an scilicet, si eadem die concessi salui conductus quis reperiretur carceratus, nec appareret, vtrum ipsorum præcesserit, sit præsumendum pro saluo conductu,

40 vel pro carceratione, & † respondi esse præsumendum, præcessisse executionem, tum quia id suadet validitas actus, tùm etiam, quia euitatur delictum, quod quis incidisset in nolendo saluum conductum seruare ad *tradit.per Bellem.decis.100 & decis.268. vtrobique num. 2.Crescent. decis.1. num.1. & 2. de causa propriet. & possess. Acbill. decis.37. de appellat. Lanellot.de attentat.por.1. in præfat.num.130.& par.2.cap.20. num.1. & 2.*

41 vbi quod nec † crederetur Iudici contrarium asserenti.

Dum hęc scriberem, fuit mihi proposita dubitatio, an saluus conductus concessus per mensem intelligeretur de mense currenti tempore concessionis, vel de solis triginta diebus, & absque

42 alia reuolutione librorum dixi † dictum saluum conductum continere solos triginta dies, fretus regula generali, quod mensis absolutè nominatus totidem dies continet, cum per tantum spatium Luna in circuitu Solis remoretur, & redeundo ad suas vices expleat cursum, vt fuisse originalem traditionem *Alciat.* profitetur *Menoch. de arbitr cas.50.a num.12.& signanter num.15. & infra Barbos de Episcop.tom.3 alleg.58.num.8. & appellatiu 148 numer 1.* vbi adducit plurimos concordantes; sed melius considerando adinueni Doctissimum *Altogradum*, quem paucis ab hinc diebus audiui diem clausisse extremum maxi-

43 mo Reipublicæ † litterariæ mœrore, & detrimento, erat enim dignus semper viuere ob singularem, ac summam prudentiam in declarandis omnibus legum difficultatibus, pro quarum solutione ex omni scientiarum genere, nàm erat Omniscius, axiomata magis recondita reuocabat ad calamum; sed si corpus interijt, viuet nomen per omne æuum immortale in suis scriptis, quę ad publicam edidit vtilitatem: adinueni inquam

uam *Altograd. conf.* 29. *per tot. lib.* 1. vbi relatis omnium opinionibus elicit distinctionem indubitatam, quod extra casus à legis latoribus † expressos indiuidualitèr, qui debet seruari iuxta litteram, aut simplicitèr fuit mensis habita mentio, & cum sētentia communi intelligatur de triginta diebus, aut † fit explicatio nominis mensis, vel habetur ratio principij illius, in quo quid agitur, vt puta in dilatione data ad aliquid faciendum à die acceptationis, vel à die aliàs assignato, & tunc talis mensis continet tot dies, quot habet expressus, vel in quo sequitur dilatio, vel promissio, adducens ad hoc probandum *ibid num.* 34. *Menoch. d. cas.* 50 *Giurb. ad consuetud. Messan par.* 1. *cap.* 2. *glos* 15. *num.* 13. 14. *&* 15. ac se referendo ad alios DD. supra allatos *num.* 10. *&* 11. si verò † promissio, vel dilatio esset facta in medio mensis specificè nominati, vel ad quem fuit habita ratio, tunc debet considerari mēsis currens, & sequens, adeo vt de quolibet accipiatur dimidium secundum ordinem, & numerum dierum scriptum in calendario *Gomes. §. rursus numer.* 36. *instit de action. Altograd. dict. cons* 29 *numer.* 34. vbi legitur mendosè allegatus *Gomes. in §. item si quis in fraudem*, & ab hac traditione non videtur abesse *Barbos. d. appellatiu.* 148 *num.* 2. De anno † autem quomodò accipiatur vide *Altograd. cons* 20. *& d. consil.* 29. *lib.* 1. *& Barbos. appellatiu.* 17. *per tot.*

44

45

46

47

De Falsa moneta.

SVMMARIVM.

Monetarum introductio quàm fuerit necessaria ad vtilitatem commerciorum. num. 1.

Monetarum necessitatem exprimere I.C. Paulum meliùs quàm omnes Interpretes agnoscit Larrea. num. 2.

Phœnices eum loculis, & crumenis Deos pecuniosos effinxere. num 3.

Monetam cudendi ius est de regalibus soli Principi reseruatis. num 4.

Monetam cudendi ius non venit in generali concessione regalium, & est de specialibus reseruationibus Principis. num. 5.

Moneta cusio licèt alicui concedatur, tamen non potest cudere monetam auream. num. 6.

Monetam auream, vt cudere posset Bohemorum Rex, necesse fuit Bulla aurea Caroli Quarti. num. 7.

Monetam cudendi licentiam Princeps non potest concedere familiæ priuatæ, & si fuerit concessa non valet num. 8.

Ampla, licèt concessa sit ex certa scientia, num. 9.

Contrarium tamen sentiunt relati à Farinac. numer. 10.

Et dicta licentia in dubio præsumitur subreptitia, eaque non obstante potest cudens monetam puniri arbitrio Iudicis. num. 11.

Monetam cudendi ius non solum spectat ad Principem, sed etiam cognitio criminis super illius falsitate. num. 12.

Et sub concessione meri, & mixti imperij non comprehenditur cognitio criminis falsæ monetæ. num. 13.

Monetam primus cudit Thares Abrahami Pater. num. 14.

Moneta, qua fuit venditus Sacratissimus Iesus Christus, fuit ex illa cusa à Thare. num. 15.

Plura vtilia de monetis remissiuè. num. 16.

Moneta à monendo fuit dicta, ne quid scilicèt falsitatis in ea committatur num. 17.

Monetæ fraus detegitur, tàm ex defectu ponderis, & bonitatis materiæ, quàm potestatis illam cudendi. num. 18.

Monetam falsificantes incurrunt in crimen læsæ maiestatis. num. 19.

Non tamen in primo capite. num. 20.

Monetam falsificantibus statuitur pœna mortis naturalis. num. 21.

Et dicta pœna imponitur, & si moneta esset ancæ modici valoris dummodo tamen in illa imprimatur Imago Principis. num. 22.

Monetamque prædictam cudentium bona fisco applicantur. num 23.

Et domus, seù fundus, in quo fabricatur, deuoluitur fisco, quamuis sit alterius, dummodo domus, seù fundo dominus fuerit in proximo. num. 24

Limita tamen, si domus, seù fundus sit alicuius Viduæ, seù Pupilli. num 25.

Et in huiusmodi casu, si Tutores Pupillorum in proximo fuerint, tenentur de proprio fisco pretium domus, seù fundi persoluere numero 26.

Monetam falsam fabricans quod pœna mortis naturalis puniatur, plures recipit limitationes remissiuè num 27.

Et præcipuè in faciente deaurari monetas argenteas, vt meretricem deluderet. num. 28.

Monetam falsam fabricans, licèt illam non perfecerit ordinaria pœna punitur numero 29.

Monetam tondentibus pœna mortis naturalis infligitur. num. 30.

Alij volunt, quod incurrant pœnam triremium num. 31.

Quod tamen non procedit in Statu Ecclesiastico ex Bannimentis generalibus. num. 32.

Hæc tamen regula non procedit in eo, qui authoritate priuata monetam aliquam iustum pondus excedentem tondendo, ad iustitiam ponderis redaceret. num. 33.

Monetamque iustum pondus excedentem tondentem arbitraria pœna puniri. num. 34.

Et teneri ad restitutionem eius, quod corrasit. num. 35.

Et mortaliter peccare. num. 36.

Monetam argentam tondentes an plecti debeant pœna mortis ordinaria certant Doctores numero 37.

In Statu tamen Ecclesiastico puniuntur dicta pœna ordinaria ex Bullis Pontificijs, quæ dictam pœnam extendunt ad omnes, & singulas personas. num.38.

Monetam tondens paruæ quantitatis non incurrit de iure communi pœnam ordinariam. num.39.

In Statu tamen Ecclesiastico, Vrbe excepta, ex vi Bannimentorum Generalium dicta conclusio non attenditur. ibid.

Statutum contrà tonsores monetarum non vendicat sibi locum, quando moneta tonsa est modici valoris. num.40.

Monetam alterius Principis tondens pœna ordinariæ non subiacet num.41.

DD. tamen pro supradicta conclusione allegati profitentur solum, monetam alieni Principis tondentem non puniri pœna ordinaria effectu non secuto. num.42.

Monetam, quæ in Regno non expenditur, tondens ordinaria pœna mortis naturalis non est obnoxius num.43.

Monetam falsam abradenti mortis naturalis pœna non infligitur. num.44.

Monetam falsam scienter expendentes pœna deportationis, ac publicationis bonorum plectuntur. num.45.

Et quamuis ex consuetudine bona minimè publicentur, ex vi tamen Bannimentorum Generalium nouiter impressorum fisco applicantur. num.46

Et pœna mortis etiam imponitur, ibid.

Monetam falsam scienter expendentes an eadem pœna, quæ infligitur illam adulterantibus, & radentibus debeat imponi remissiuè. num.47.

Monetam falsam expendenti quod pœna vltimi supplicij debeat irrogari, quando expendens particeps fuisset falsæ fabricationis iuxtà doctrin. Farin. cessat ex vi Constitut. Vrbani dictam pœnam constituentis num.48.

Dictio Quomodolibet *tantæ est efficaciæ, vt Statutum imponens pro homicidio quomodolibet commisso pœnam ordinariam, habeat locum, siue dolo, siue qualibet culpa homicidium successerit num. 49.*

Et dicta dictio excludit omnem intellectum, qui de iure communi posset importare contrarium. num.50.

Monetam falsam scienter penès se retinens non est immunis à pœna ordinaria, quia ex illa retentione oritur indicium participationis in fabricatione. num.51.

Maximè si penès retinentem, vel in domo fuerint reperta instrumenta apta ad cudendum. numer.52.

Ex vi tamen Constitut. Vrbani imponitur pœna ad triremes per decennium. num 53.

Excluditur falsæ monetæ scientia per iuramentum dicentis, se ignoraße monetam eße falsam, nisi adeßent coniecturæ, & præsumptiones inferentes ad scientiam num. 54.

Dubitans de falsa moneta, si non exquireret, & eam expenderet, licèt pro sciente habeatur, non tamen contrà illum debet rigorosè procedi. num. 55.

Mulieri operanti de mandato Viri in fabricatione falsæ monetæ, vel in tonsione, aut imponitur pœna mitis extrà ordinem, aut omninò excusatur. num.56.

Quin imò nec etiam tenetur reuelare, quod procedit ètiam in filio respectu Patris num.57.

Impunem verò omninò vxorem non eße dimittendam tenent relati. num.58.

Dummodò verò fœminæ non eßent minores quatuordecim annorum, vel maiores sexaginta. num.59.

Accusatus de crimine falsæ monetæ, vel de alijs, ex quibus poßet dici homo malæ famæ, si per triennium benè vixerit, remanet sublata mala fama, nec præsumitur amplius malus in eodem genere mali num.60.

De probatione corporis delicti, alijsque crimen falsæ monetæ concernentibus remissiuè. numer.61.

Et de indicijs ad torturam, & plurium maximè ad Reorum defensam num.62. remissiuè.

Monetarius est infamis. num. 63.

Monetarius gaudet immunitate Ecclesiæ. numero 64.

Potest tamen monetis in Ecclesia spoliari, & spoliatio quando permittatur pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, cum laicus in Ecclesia nequeat iurisdictionem exercere. num.65.

QVÆSTIO SEXTA.

1 AD commerciorum † vtilitatem tàm necessaria fuit monetæ introductio, vt I. C. Paulus *in l. 1. ff de contrahend. emption.* hęc verba protulerit: *Origo emendi, vendendiq; à permutationibus incæpit. Olim enim non ità erat numus; neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, sed vnusquisq; secundùm necessitatem temporum, ac rerum vtilibus inutilia permutabant; quoniam plerumq; euenit, vt quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper, nec facilè concurrebat, vt cum tu haberes, quod ego desiderarem, inuicèm ego haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cuius publica, ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret; eaq; materia forma publica percussa vsum, dominiumque tàm ex substantia præbet, quàm ex quantitate, nec vltra merx vtrumq; est, sed pre-*

2 *tium vocatur*; quem textum meliùs † quàm omnes interpretes hanc necessitatem ostendere, agnoscit etiàm *Larrea decis. Granat. 12. nu-*

3 *mero quinto*, vndè forsàn Phœnices † qui mercatores, & assiduis negociationibus incumbebant,

Deos

Deos cum loculis, & crumenis pecuniosos effinxere, vt refert *Pier. Valerian. hierogl yficor. lib. 42. in princ. §. ius in armis*.

4 Ius illam † cudendi est de regalibus soli Principi reseruatis, vt habetur *in vsib. feudor. cap. 1. tit. quæ sint regalia Mastrill de Magistrat. lib 3. cap.*
5 *10. num. 139. & seqq.* vbi † quod in generali concessione regalium non venit, cum sit de specialibus reseruationibus Principis *Larrea d. decis. 12.*
6 *num 6. & infra*, vbi quod licèt † alicui concedatur cusio monetæ, non tamèn posset cudere au-
7 ream, quodque, vt Bohemorum † Rex posset aureas pecunias conficere, fuit necesse bulla aurea Caroli IV *Barbos de Episcop. part. 3. allegat. 51.*
8 *num 55.* volens Principem † non posse familiæ priuatæ concedere licentiam cudendi monetam, & concessam non valere, quod etiam dixit *Fa-*
9 *rin. quæst. 115 n. 28* addens † nec etiam concessam ex certa scientia Principis habere vires, ipse
10 tamèn posteà *num. 29.* refert † contrarium tenentes; quidquid sit super hoc puncto dicendum,
11 certum est † quod in dubio similis licentia præsumitur subreptitia, ac ea non obstante potest cudens monetam puniri arbitrio Iudicis *Farin.*
12 *d. quæst. 115. num. 25.* Nec † tantum ius ipsum cudendi monetam spectat ad Principem, sed & cognitio criminis super illius falsitate *Rouit. decis 6. num. 2 Nouar. pragm de monet. collectan. 1. num. 12, & 13* sentien, *ex Franch. decis. 275. nu-*
13 *mer. 5.* sub concessione † meri, & mixti Imperij hanc cognitionem non comprehendi *Io. Laganar. ad Rouit pragm. 1. de monet num. 19.*
14 Primus † qui numos cudisse dicitur, fuit Thares Abrahami pater ad petitionem Nini Regis Babiloniorum, & Niniuitarum, ex quibus numis à
15 Thare † cusis fuerunt illi triginta denarij, quorū pretio impius ille Iudas vendidit Sacratissimum Iesum Christum humani generis Redemptorem, *ex Alberic. de Rosat. in suo dictionar, verb. moneta Afflict. in prælud. constit Regni quæst 16. num. 3. Boer de author. magn. Concil num. 180. Muta ad consuetudin. Panorm. cap. 85. num. 1, & 2* hanc traditionem approbans contra Iodocum, *Io: Laganar. ad Rouit. in rub de monetis num. 7. 8. & 9.* uindicans illam ab oppositionibus *Decians*, licèt in fine moneat consulendos Scriptores Ecclesia-
16 sticos; apud supradictos *DD.* multa alia † circa monetas, potestatem nempe cudendi, ac illarum valorem curiosa, & vtilia lector inueniet, dum ego ad materiam assumptam diuertens assero,
17 monetam esse dictam † à monendo, cum ipsa moneat, ne quid fraudis, vel falsitatis in metallo, aut pondere committatur *Io. Laganar. in d. rub. de monet num. 10. & seqq & pragm. 1. eiusd. rub. num. 25. Nouar. ead pragm. de monet. collect. 1. nu-*
18 *mer. 1.* quæ fraus † circa eam detegitur tàm ex defectu ponderis, & bonitatis materiæ, quam potestatis illam cudendi *Francisc. Marc. decis 87. iuncta decis 261. par. 2. Mastrill. de indult. cap. 27. num. 8. 9 & 10. Io. Laganar. d. rub de monet num. 117. Farin. quæst. 115. num. 2. cum seqq. & num. 20.* *Scacc. de commerc §. 2. glos. 3. num. 128 Nouar. pragm. 1. de abolit. num. 34. Capyc. Latr. decis. 179. num. 15. & infra.*

19 Et ideò † falsificantes monetam incurrunt crimen læsæ Maiestatis *l. 2.* ibi Maiestatis crimen committunt *C. de fals. monet. Farin. d. quæst. 115. num. 1. Merlin. Pignatell. controuers. 26. num. 1. & 2. lib. 2. Scacc. de commerc. d. §. 2. glos. 3 num. 127.*
20 *versic primus eius* non † tamèn in primo capite *Faber lib 9 definit. 6 tit. 15. C. de fals. monet. Nouar d. pragm de monet. collectan. 1. num. 14* & con-
21 tra † illos statuitur pęna mortis naturalis *d. l. 2. de fals. monet. Farin d. quæst 115. num. 8. 1... cum seqq & num. 21. Barbos de Episcop par 3. d. alleg.*
22 *51. num. 68* & si † moneta cuia esset ęnea modici valoris, dummodò imprimatur imago Principis
23 *Sanfelic decis. 59. per tot.* illorumque † bona fisco applicantur *l. si quis C. de fals. monet. Farinac. d. quæst. 115. num. 4. Guazzin. de confiscat conclus. 13 amphat. 11. num. 2 Barbosa alleg. 51 num. 68. Merlin. pignatel. controuers. 1. num. 1. versic. & falsa moneta lib. 2.* & fuit dispositum per bannimenta generalia Status Ecclesiastici. *§. 57* quinimò
24 domus, vel fundus vbi fabricatur, deuoluitur fisco etiamsi fuerit alterius, dummodo dominus proximus fuerit ipsi domui, vel fundo, quià tunc præsumitur scientia, secùs si longè habitauerit, cum hoc casu præsumatur ignorantia, vt probat *tex. ad litt. in l. 1. versic domus verò, vel fundus C. de fals. monet Farin. d. quæst. 115 num. 16. Bar-*
25 *bos d. alleg. 51. num. 69.* nisi † tamèn esset alicuius viduæ, vel pupilli *d. l. 1. §. viduas cum seqq.* vbi ha-
26 betur, quod † tutores pupillorum, si in proximo fuerint teneantur de proprio soluere pretium fisco *C. de fals. monet. Farinac d. quæst. 115. num. 16. Barbos. d. alleg 51. num 70.*

27 Ad regulam † quod fabricans monetam falsam debeat plecti morte vide plures limitationes apud *Farin. d. quæst 115. à n. 69. Io. Laganar. ad Rouit. pragm. 1. de monet. n. 15. & seqq vbi num. 13.* dicit
28 limitari *ex Bertazzol. consil crim. 56.* in faciente † denarios, vel monetas argenteas, vt meretricem deluderet, ill's ideò † omissis sentio, quod fabricans
29 falsam monetam punitur pœna ordinaria mortis, quamuis non perfecerit *Caball. resol. 27 per tot. Nouar d. pragm de monet. collectan. 2 num. 6. Capyc. Latr. consultat. 6. num. 113* firmans, quod Grammatic. attentauit pro mitiori pœna, & non potuit obtinere, *& decis. 179. num. 34. Io. Laganar. d. pragm. 1. de monet. num. 16. Mastrill. de indult cap. 27 num. 13.*

30 Tondentes † monetam paritèr puniuntur pœna mortis naturalis *Farin d. quæst. 115. num. 99. & seqq. Barbos de Episcop. d. alleg. 51. num. 59.*
31 licèt † *Io: Laganar. ad Rouit pragm. 1. de monet. ex Peguer. decis. 86.* declaret incurrere pœnam triremium, ad quæ poterit videri *Caball. resol.*
32 *191. per tot.* & in Statu † Ecclesiastico tollunt omnem difficultatem bannimenta generalia
33 *§. 58.* Hanc regulam † dicunt *Marsil. Aleiat.* in locis *alleg. à Menoch.* mox adducendo, & alij allati

C 2 à Fa-

à Farin d. quaest. 115.*num.* 109. non procedere in eo, qui authoritate priuata monetam aliquam iustum pondus excedentem tondendo, & mutilando ad iustitiam ponderis reducit; sed † *Menoch. de arbitrar. cas* 316.*num.* 36. *& infra* respondet omnibus rationibus per ipsos adductis, concludendo, quod si Iudex esset, puniret istum tonsorē aliqua pęna arbitraria, & *Menoch.* sic dicentem sequitur *Farinae. dict. quaest.* 115.*num.* 110. *Mastrill. de indult. cap.* 27. *num.* 15. & non discedit *Barbos d. alleg.* 51.*num.* 60. referens facere tradita *à Nauarr. in manual. cap.* 17. *numer.* 168. qui vult, nulli authoritate priuata licere monetas reducere ad iustum pondus, & tondentem † teneri ad restitutionem eius quod corrasit, ex quo addit *Barbos.* quod † iste tondens peccat mortaliter, *Io. Laganar. ad Rouit d. pragm.* 1. *num.* 15. dùm post relatam opinionem *Marsil. & Alciat.* dicit pro veritate esse videndum *Argent. ad consuetudin. Britanniae*, quem dicit mirari de opinione *Alciati, & sequacium*.

37 Certant eti. m † *DD.* ān tondentes monetam argenteam sint coercendi pœna ordinaria mortis, vèl alia mitiori, vt apud *Farin. d. quest.* 115 *num.* 107. *& num* 108 in quo loco † asserit, in statu Ecclesiastico intrare pœnam mortis ob *bullam* Pij V. quę *in nou. bullar. tom.* 2 *est* 111. & fuit confirmata ab Vrbano VIII. *constitut.* 75. *tom* 4. in qua fit extensio pœnae ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas etiām quomodolibet exemptas, tām sęculares, quām regulares, cuiusuis ordinis, & instituti, quamuis de necessitate exprimendi, necnon quarūcumq; militiarum etiam Hospitalis S. Ioannis Hierosolimitani, tām in locis Sedi Apostolicę mediatè, vel immediatè subiectis, quam in aliis non subiectis in Italia tamèn dumtaxāt existentibus; quarum bullarum meminit *Nouar. d. pragm. de monet. collect.* 2.*num.* 1. vbi *num. seqq.* dat quatuor limitationes ad regulam, quarum prima est, quod † cessat pęna ordinaria aduersus tondentes monetam paruae quantitatis, quam probat eti īm de iure communi *Farinae. d. quaest.* 115.*num.* 111. *&* 112. dixi de iure communi, quia in Statu Ecclesiastico excepta Vrbe testatur *idem Farinac num.* 113. tonsores monetę aureę, vel argenteę in aliqua particula ex vi bannimentorum generalium §. 72. & in nonitèr impressis §. 58. puniri pœna mortis. Addit insuper † *idem Nouar. ibidem numer.* 2. *ex Caball. resol* 99. *num.* 19. *&* 20. Statutum contra tonsores non vendicare sibi locum, dùm moneta tonsa est modici valoris; secunda limitatio † est in tondente monetam alterius Principis, & pro ea probanda adducit *Franc. decis* 440. *iunctis addit. & Caball. resol.* 27. qui tamèn profitentur † solùm, cudentem monetam Principis alieni non puniri pœna ordinaria effectu minimè secuto; tertia limitatio † verificatur in tonsione monetae, quae in Regno minimè expenderetur *ex Peguer. decis* 46. *num.* 15. & quartam † tandèm asserit secundum *Garziam decis.* 70. habere locum in abradente monetam reprobatam.

45 Expendentes † scientèr falsam monetam puniuntur pœna deportationis, & publicationis bonorum *Farin. d. quaest.* 115. *num.* 114. *&* 115. vbi † quod licèt de consuetudine bona non publicentur, tamèn firmat *num.* 117. in Statu Ecclesiae ob bannimenta generalia §. 58. *in nouitèr impress* bona confiscari, & imponi pœnam mortis naturalis *Barbos id. allegat.* 51. *num* 64. *&* 65. dum dicit † expendentes scientèr falsam monetam puniri eadem pęna, qua puniuntur illam adulterantes, vel radentes; sed pro veritate conclusionis erit videndus etiam *Caball. resol.* 199.*num.* 1. *& seqq.*

48 Quamuis † autem *Farin. d. num* 117. *& num.* 127. firmet hanc pœnam infligi dumtaxāt, quando expendens fuisset particeps falsae fabricationis, est aduertendum, quod hodiè illius opinio non potest habere locum ob allegatam *constitut.* Vrbani 75. §. 3. quae tam tondentes, & fabricantes, quam scientèr erogantes, & expendentes pœna vltimi supplicij damnat in illis verbis, *qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, seù etiam quomodolibet adulteratas scientèr erogare, aùt exponere praesumpserint*; ex quo modo loquendi tàm amplo, & pręgnanti excluditur omninò intellectus adductus per *Farinac.* in terminis bannimentorum magis siccè loquentium, & disponentium, ponderando dictionem † *quomodolibet*, quae operatur adeò efficacitèr, vt si Statutum dicat occidentem quomodolibet debere puniri pœna mortis naturalis, illud habeat locum, siuè dolo, siuè qualibet culpa successerit homicidium, cum excludatur † omnis intellectus, qui de iure communi posset importare contrarium, vt ratiocinatur *Vulpell. diction. quomodocunque num.* 1. *& seqq. Barbos diction* 330. *num.* 8. 9. *&* 10. afferens *Alex. cons* 35. *num.* 9. *colum.* 6. *& Hippol. de Marsil. cons* 80. *num* 44. & in terminis similis constitutionis firmat hanc sententiam *Merlin. Pignatell controuers.* 26 *numer.* 23. *&* 24. *lib.* 2.

51 Non erit † immunis à pœna extraordinaria retinens penès se falsam monetam scientèr *Farin d. quaest* 115 *num.* 118. qui *num.* 119. affirmat ex illa retentione exoriri indicium participationis in fabricatione, *& num.* 120. multo magis † procedere si penès retinentem, vel in domo fuissent reperta instrumenta apta ad cudendum.

53 Haec pęna † in Statu Ecclesiastico fuit declarata per Vrbanum VIII. *dict. constitut. septuagesima [illegible]nta* §. 5. per hęc verba. *Pecunias verò sic, vt praefertur, adulteratas scientèr detinentibus, seù de loco ad locum transferentibus, aut materiam, instrumenta, siuè opem ad praemissa praestantibus pœnam triremium, per decennium imponimus.* Scientia † autem in istis terminis excluderur ex iuramento dicentis, se ignorasse, monetam esse falsam, nisi tamèn adessent praesumptiones;

nes, vel coniecturæ inferentes ad scientiam *Seraphin priuileg. iur am 4. num. 136. Farinac. d quæst. 115. num. 159. & 160. Caball d. resol. 199. num, 26. 27. & 28. Barbos d. alleg. 51 num 06. Nouar. dict. pragm. de monet collectan. 3. num* 11. 12. & 13. si 55 quis † verò dubitaret de falsitate monetę, nèc exquireret, sed expenderet, vel retineret *Nouar. dict. collectan 3. num. 15.* dicit haberi pro sciente, non tamèn debere contra illum, cum rigore procedi.

56 Mulieres † quæ de mandato mariti operantur in fabricatione, vel tonsione monetę aùt puniri pœna miti extra ordinem, voluerunt *Gomez. var. resol tom. 3. tit. de homicid. num. 42 versic. & hoc semel Mattrill decis. 246. per tot.* ad quos se remittit *Io. Laganar. in d pragm. 1. de monet. numer. 3.* aùt omninò excusari testatur decisum *Giurb. consil. 85. in fin.* cum quo pertransit *Nouar. prag. de monet. collectan. 3. num 24 & 25.* vbi habe-57 tur † quod nèc tenetur reuelare, & quod idem censeret in filio respectu patris saltem ad excusa-58 tionem à pęna ordinaria; si ego † deberem iudicare, non dimitterem omninò impunitam vxorem, cum & ipse *Giurb. d conf. 85. num. 30.* dicat, vxorem extra ordinem mitiùs puniendam pertransiens *cum Gomez Fabr. & Mattrill.* sic sentientibus, & facit resolutio habita à Senatu Neapolitano, qui puniuit extra ordinem ad permanendum in domo per decenniùm, & posteà ad exilium perpetuum à Regno quandam mulierem quę fuerat capta cum quadam pecunię quantitate diminutę, & rasæ, quam receperat ab Amasio, qui diù illud opus exercuerat *Merlin. Pignatell. controuers. 26. sub num. 24. versic bis non obstantibus lib. 2.* Fęminas enim istis pœnis ligari, 59 † nisi fuerint minores quatuordecim annorum, & maiores sexaginta cōcludit *Nouar. prag. de monet. d. collectan. 3. num. 2. & seqq.* vbi *num.* 60 10 & 11. addit vnum † notabile, quod si quis accusatus de crimine falsę monetę, vèl de alijs, adeòut dicatur homo malę famę, per triennium post delictum benè vixerit, talis fama remanet sublata, cum per triennium benè viuens non præsumatur ampliùs malus in eodem genere mali, ex quo per tantum tempus purgatur vita antè acta, adducens *Rot. in Romana Legati 28. Maij 1568. coram Cardinali Seraphin. inter illius impress decis. 54. num 4.*

61 De probatione † corporis delicti, processu, & alijs hoc crimen concernentibus vltra *Farinac. dict. quæst. 115. & Mastrill. de indult. cap. 27. per tot.* poterit videri *Capyc Latr. decis. 179. per tot.* qui benè explicat, & scribit quibus 62 etiam † indicijs possit procedi ad torturam. Plura alia, & maximè ad defensam reorum inuenientur apud *Vermigliol. consil.* 218. 219. 220. & 221. *Farinac. conf.* 48. 106. 113. 125. & 161. 63 Monetarium † esse infamem probat *Giurb. conf.* 64 65. *num.* 61. gaudere † immunitate Ecclesię firmant *Giurb. conf. 30. num. 6. & 7. Io. Laganar. ad Rouit. d. pragm. 1. de monet. numer.* 20. qui tamèn 65 *ex Peguer. decis. 260.* asserit, posse † in Ecclesia spoliari illis monetis; quod dictum si verum est, ego intelligerem, recurrendo ad Iudicem Ecclesiasticum, nè Iudex laicus exerceat iurisdictionem in Ecclesia, quod est ei ab omni iure interdictum.

De libellis famosis.

SVMMARIVM.

Confiscatio bonorum exercetur aduersus componentes, scribentes, recipientes, exemplantes, seù publicantes scripturas, vel libellos famosos continentes infamiam alterius, & præsertim Principis num. 1.

Libelli famosi pæna quando intret, remissiuè. numer. 2.

Pro libello famoso quando intrent, vel cessent pænæ à Iure communi, bullario, & municipali inflictæ. remissiuè. num. 3.

QVÆSTIO SEPTIMA.

1 ADuersus † componentes, scribentes, recipientes, exemplantes, seù publicantes scripturas, seù libellos famosos continentes infamiā alterius, & præsertim Principis imponi confiscationem bonorum voluerunt *Farinac. conf. 145.* quod fuit exaratum in causa illius Pic inardi Cremonensis, cuius meminit *Guazzin. de confiscat. ampliat. 91. num. 1. & limit. 23. num. 27. Caball resol. 235. num. 39. & 40. Scanarol. de visitat. carcerat. lib. 1. §. 13.* 2 *cap. 1. num. 44 & seqq.* quandò autèm † pœna libelli famosi intret, vltra DD. supra allegatos erunt consulendi *Farinac. conf 30. conf. 123. vtrobique per tot. & quæst. 105. à num. 421. vsque, & per tot. num. 492. Caball. resol. 271. per tot. Vermigliol conf. 170. num. 1. & seqq. conf 171 numer. 1. & infra conf. 172. conf. 186. conf 193. & consil. 432. numer. 10.* apud quos omnes in locis addu-3 ctis plenè, & ad saturitatem discutitur quibus † in casibus debeant habere locum, vèl cessare pœnæ à iure communi, bullario, & municipali inflictæ; ideoq; longius scribere prætermitto, solum addens, quod *bulla Pÿ V.* super libellis famosis hodiè *in nou. bullar. tom. 2. est* 147.

* * *

De Archibusettis.

SVMMARIVM

Armorum delationem omnes leges prohibent, vbi vide limitationes remissiuè. num.1.

Archibusetta parua, & similia semper nocent Reipublicæ. num.2.

Archibusetta breuiora duobus palmis prohibentur à Pio IV. & a Pio V. sub pænis indictis in crimine lesæ maiestatis, & rebellionis. num. 3.

Pugiones, & similia arma breuiora tribus palmis prohibentur sub eadem pæna à Pio V. & in bannimentis generalibus. num.4.

Archibusetta, vel alia arma pari modo prohibita deferens, vel detinens dicitur contrauenire cautioni de bene viuendo, & tenetur ad solutionem pænæ promissæ. num.5.

Armorum prohibitorum licentia non potest concedi à quibusuis officialibus. num.6.

Armorum prohibitorum licentia si concedatur, est irrita. num.7.

Arma prohibita deferens non excusatur sub prætextu similium licentiarum, & punitur irremissibiliter pænis impositis. num.8.

Armorum prohibitorum licentiam concedere possunt Nepotes Summi Pontificis. num.9.

Licentia concessa pro Armorum prohibitorum gestatione ab habente facultatem, an censeantur comprehensa archibusetta remissiuè num.10.

Licentia concessa alicui, vt possit facere deferre arma prohibita à duobus amicis, an extendatur ad eos, qui non ambulant cum illo, qui talem licentiam habuit ? remissiuè. num.11.

Familiares, & famuli, qui dicantur ad effectum gestandi arma cum licentia concessa pro familiaribus, & famulis remissiuè. num.12.

Contra deferentes arma prohibita potest procedi per inquisitionem ex Bullis Pij IV. & Pij V. numer.13.

Pro delatione armorum non potest procedi per inquisitionem. num.14. & ita practicatur. ibid.

Pro delatione armorum prohibitorum non proceditur per inquisitionem, nisi cum eis fuerit commissum aliquod delictum. num.15.

Pro delatione armorum prohibitorum in Statu Ecclesiastico proceditur per inquisitionem. n.16.

Pro delatione Archibusetti tantum Iudex procedit ex officio, non autem pro alijs armis prohibitis. num.17.

Armorum breuitas est probanda, vt sit locus pænæ in Constitut. Summ. Pontificum contentæ. num.18.

Armorum breuitas non probatur per testes deponentes de visu à longè. num.19.

Armorum breuitas non probatur per testes deponentes cum dictione in circa. num. 20.

Armorum breuitas non probatur per testes dicentes vidisse aliquem deferre tormenticulum breue, & prohibitum. num.21.

Armorum breuitas non probatur, & si testes dicant archibusettum prohibitum vidisse, nec aliquo modo potuisse decipi in illius agnitione. n.22.

Armorum breuitas debet constare Curiæ per ocularem inspectionem, & non per testium depositionem, quando procedatur per inquisitionem. num.23.

Armorum prohibitorum breuitas probatur ex duobus testibus asserentibus se vidisse, tetigisse, ac mensurasse archibusettum, & mensuratione facta inuenisse, quod erat breuius duobus palmis, & ex tali depositione sufficienter probatur corpus delicti. num.24.

Testes deponentes vidisse aliquem deferentem archibusettum prohibitum faciunt indicium ad torturam. num.25.

Corpus delicti aduersum apprehensum cum armis vetitis est probandū per ocularem inspectionem, ac designationem in processu qualitatis, & quantitatis eorundem armorum. num.26.

Ad armorum prohibitorum delationem probandam Birruarij sunt testes idonei; vbi distinctiones, & declarationes ponuntur, remissiuè. num.27.

Archibusetti delatio probatur per fæminas, & alios inhabiles. num.28.

Bullæ, & Bannimenta prohibentia archibusetta non comprehendunt asportantes, vel detinentes ea, quæ sunt sine rota, vel alijs instrumentis similibus, quibus deficientibus non possunt solitum operari effectum absque igne naturali. num.29.

Archibusettum debet constare esse aptum ad nocendum. num.30.

Archibusium verè dici non potest, quod caret instrumentis, quibus exonerari possit absque igne naturali. num.31.

Pænæ contentæ in bullis, & bandimentis contra deferentes arma prohibita non habent locum contra retentes ipsis armis prohibitis ad propriam defensionem. num.32.

Arma prohibita deferens vicinus accurrens ad auxilium alteri vicino non subiacet ad pænis, etiamsi talia arma non fuissent necessaria. numer.33.

Arma prohibita deferens ad effectum occidendi bannitum non punitur ad. pænis. num.34.

Arma prohibita deferentes, si banditum occidant Princeps illis ob bonum euentum indulgeret pænam. num.35.

Pænæ omnes cessant in occidente bannitum armis prohibitis. num.36.

Bannimenta prohibentia arma prohibita non comprehendunt officiales. num.37.

Officiales possunt detinere, & secum asportare arma prohibita. numero 38.

Officiales in Terris Ecclesiæ non possunt deferre arma prohibita, & sunt comprehensi in Bullis Pij IV. & V. num.39.

Officiales Sanctissimæ Inquisitionis possunt deferre arma prohibita. num.40.

Arma

Arma probibita possunt retineri ex causa pignoris. num.41.
Contrarium est verius in Statu Ecclesiastico. numer.42.
Arma probibita recipiens, & detinens, sed postea, antequam à curia detegeretur, reuelauit, & detulit Iudici, excusatur à pæna. num.43.
Arma probibita ad effectum deferendi ad Iudicem possunt retineri per dies viginti ex bulla Pij V. quibus elapsis fit locus pœnæ. num.44.
Bullæ Pij IV. & Pij V. super delatione armorum probibitorum ligant etiam Clericos. num.45.
Armorum cuiuscumque generis delatio est Clericis interdicta. num.46.
Episcopus non potest concedere licentiam Clericis pro armorum delatione. num.47.
Limita nisi iuxta causa existente. ibid.
Armorum delatio quando, & quomodo sit Clericis concedenda ab Episcopis. num.48.
Episcopus concedens licentiam Clericis deferendi arma nulla præcedente necessitate, non excusatur à peccato. num.49.
De Armorum materia tractantes, remissiuè. num.50.
Arma si reperiuntur ad pedes vnius, vel plurium quis eorum debeat puniri? remissiuè num 51.
Contra inquisitum de explosione archibusiata, quæ nemini nocuit, debet fiscus probare adfuisse pileam plumbeam, alias deficit corpus delicti. num.52.
Arma absque licentia asportata de Iure communi confiscantur. num 53.
Arma absque licentia asportata de consuetudine, & vigore bannimentorum in Statu Ecclesiæ Baroncello, & alijs ministris illa inuenientibus applicantur. num.54.
Archibusetta probibita non applicantur illa inuenientibus, sed debent deuastari. num. 55.
Arma probibita quando sunt aliena an amittantur in præiudicium veri domini, qui illa accommodauit, remissiuè. num 56.
Actio quomodo proponatur pro repetitione armorum remissiuè. num.57.
Archibusetta probibita deferens punitur pæna mortis, & confiscatione bonorum, num 58.

QVÆSTIO OCTAVA.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus, & verè ferreus ille fuit!
Tunc cædes hominum, generi tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.

SI aduersùs solos ensium inuentores tàm acritèr sua tempestate Tibullus inuehebatur, quid diceret hodiè, dùm archibusia parua, & magna ad totius humanitatis destructionem adinuenta fuere, nèc erat satis hominibus naturalitèr, & ob causam publicam iussu Principum in bellis mori, nisi etiàm cumulatis priuatìm odijs alter alterum occideret, & quod peius est sub specie multoriès amicitiæ non præcauens interimeretur. Nihil 1 igitur mirum, si leges † omnes armorum delationem prohibuerunt *Farin. quæst 108. nu.3 & 21. Rouit. pragm.4. de arm. num. 15. & 22.* cum limitationibus tamèn allatis per *Farin d. quæst. 108. à num.68,* & remissiuè *Rouit. d. pragm.4. num.16.*

Quę prohibitio multo magis verificatur in ar- 2 chibusettis paruis, & similibus, quę sunt † adeò pacis publicæ insidiosa, & proditoria, ut sempèr Reipublicæ noceant *Farin. quæst 108 num.51. & 53. Giurb. obseruat. decis 45. num.1.* vnde in terris Ecclesiæ emanauit constitutio Pij *IV. 49. nou. bul- 3 lar. tom.2.* vbi archibusetta † breuiora duobus palmis prohibentur sub pœnis indictis in crimine lęsæ Maiestatis, & rebellionis, quæ fuit confirmata 4 à Pio *V. constit. 145. eod. tom. 2.* ac † extensa ad pugiones, & similia arma breuioris mensuræ trium palmorum, quę duę constitutiones fuerunt innouatæ *in bannimentis generalibus §. 22.* & harum 5 pœnarum grauitate attenta deferens, † vel detinens archibusetta, vel alia arma pari modo prohibita dicitur contrauenire cautioni de benè viuendo, & tenetur ad solutionem pœnę promissæ *Farin. fragm. crim par. 1. §. cautio. num. 59. & 60. Ciriac. controuers 149. num.1.* testans in fine sic fuisse iudicatum.

6 In vtraque d.d. constitutionum prohibetur † quibusuis Officialibus concessio licentiarum pro delatione eorundem armorum prohibitorum, & 7 concessę † omninò irritantur, itaut non excus- 8 n- tur † hęc arma deferentes sub prætextu similium licentiarum, imò pęnis impositis irremissibiliter 9 puniuntur; si quis verò † habens auctoritatem, 10 vt sunt Nepotes Summi Pontificis, concederet † licentiam deferendi omne genus armorum prohibitorum, àn censeantur comprehensa archibu- 11 setta, & an facultas † alicui data vt possit facere deferri eadem arma à duobus amicis, extendatur etiam ad eos, qui non ambulant cum illo, qui talem licentiam habuit, tradit plenè *Farin. cons 45. per tot.* & super hac vltima parte, qui 12 † dicantur familiares, & famuli, dixit etiam *Caball resol. 290.*

13 Insupèr in eisdem † constitutionibus illi Summi Pontifices statuerunt, posse per inquisitionē procedi, cum aliàs in materia delationis armorum 14 seruetur contrarium, quod nempè † nulla pæna puniatur, ille qui non fuerit cum illis inuentus *Farin. quæst. 108. num. 143.* vbi ex antecedentèr relatis opinionibus dicit istam in Tribunalibus practicari *Sanfelic. decis. 45* vbi & si asserat, idem 15 procedere † in armis prohibitis, dum modò tamèn non fuerit cum eis commissum aliquod delictum, & concordet *Laganar. ad Rouit. pragm. 4. 16 de arm. versic. & pro declaratione;* nihilominùs † in Statu Ecclesiastico in delatione armorum prohibitorum proceditur per inquisitionem *Farin. d. quæst. 108. num. 143.* quem sequitur *Guazzin. de confiscat. conclus. 13. ampliat. 88. num. 6.* qui tamen 17 concludit, quod prò solis † archibusettis Iudex ex officio procedit, non autèm pro alijs armis quam-

quamuis prohibitis, *& defens. reor. 4. cap. 8. num. 4. versic. debet etiam.*

18 Ad hoc autèm, vt † pœnis contentis in presatis bullis detur locus, est anteomnia diligentèr probanda breuitas armorum, tanquàm qualitas ab eisdem constitutionibus expetita *Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. quæst. 23. numer. 234. Farinac. d. quæst. 108. num. 54. & 55. Guazzin. d. defens. 4. num. 3.* & tam concludentèr probatio 19 hęc fieri debet, vt † depositio testium per visum à longè non sit sufficiens, cum testes in hoc casu deponant de eo, in quo decipi possunt *Bursatt. cons. 331. numer. 28. 30 & 31. lib. 3. Farin. quæst. 108. num. 55 & seqq. Guazzin. d. cap. 8. num. 3.* 20 apud quos habetur, quod si † testes deponunt 21 cum dictione in circa, vel etiàm † vidisse aliquem deferre tormenticulum breue, & prohibitum, nullo pacto probarent corpus delicti *Vermigliol. cons. 187 num. 6.* quę certà indubitantèr se habent, 22 vt quamuis † testes dicerent archibusettum prohibitum vidisse, nec aliquo modo potuisse decipi in illius agnitione, non tamèn acquirerent fidem *Ciazz. ad reor. defens. disceptat. 121. numer. 6. 7. & seqq.*

Licet autèm *Guazzin. d. cap. 8. sub num. 4.* as- 23 serat, dùm † per inquisitionem proceditur, debere Curiæ constare per ocularem inspectionem de qualitate armorum prohibitorum, & non sufficere depositionem testium, quod quis visus fuerit portare sclopettum breuius vno palmo, est ta- 24 mèn aduertendum, quod si † duo testes dicerent se vidisse, tetigisse, ac mensurasse, & quod mensuratione facta archibusettum erat minus duobus palmis, ex tali depositione remaneret plenè probatum corpus delicti. *Muscatell de cognit. delict. rub. de probibit. arm asport num. 21. & 22.* nec videtur abesse *Ciazz. ad defens reor. d. disceptat. 121. num. 9. & 10.*

Plus dixit *Maur. Burg. d. quæst. 23. num. 237.* 25 quod testes † deponentes, vidisse quem deferentem archibusettum prohibitum, faciant indicium ad torturam, & videtur consentire *Muscatell. d. rub. de probibit. arm. asportat. num. 10. & 11.* vnde in facti contigentia erunt sempèr consulendi

26 Aduersus † apprehensum cum armis vetitis corpus delicti est probandum per ocularem inspectionem, ac designationem in processu qualitatis, & quātitatis eorundem armorum iuxta practicam edoctam *à Guazzin. d. cap. 8. num. 3.* & formam positam *ab Ambrosin. de process. informat. lib. 1. cap. 5. num. 4. & seqq.*

27 Birruarios † esse idoneos testes ad probandam hanc armorum delationem, scribit *Anton. de Ball. var. tract. lib. 3. de litter. dispens. cas. 6. n. 4. & seqq.* de cuius dicti veritate erunt consulendi *Franch. decis. 379 cum adden. Farinac d. quæst 108. num. 150. & seqq. Giurb. obseruat decis 45. num. 5. 6. & 7.* apud quos distinguitur, & declaratur tam benè pręsens conclusio, vt omninò animus Iudicantis quiescere debeat, nec erit omittendus *idem.* 28 *Farin. cons. 36. num. 15. & 16.* qui delationem † archibusettorum probari firmat per fęminas, ac alios inhabiles ob rationes per ipsum pōderatas.

29 Bullæ † autèm, & bannimenta prohibentia archibusetta non compræhendunt asportantes, vel detinentes ea, quæ sunt sine rota, vèl alijs instrumentis similibus, quibus deficientibus non possent solitum operari effectum absque igne naturali *Bolognet. cons 25. num. 24. & seqq Bertazzol. cons. crim 74 num. 12 & 13. lib. 1 Anton. de Ball. var. tract. lib 3. de litt. dispensat cas 6. numer. 1. & 2. & lib. 5. de pragm. Regn. tit. ne deferantur scopetta num. 1. Farin. d quæst. 108. num. 86. Maur. Burg de mod. proced. ex abrupt quæst. 23. numer. 233. Nouar pragm de arm. collectan. 7. numer. 8.* idemque affirmat *Guazzin. defens reor. 4. cap. 8.* 30 *num. 4.* dùm vult, debere † constare archibusettum esse aptum ad nocendum, & priùs dixerat *in tract. de confiscat. conclus 13. ampliat. 88. num. 18.* 31 & generalitèr quod non † possit dici verè archibusium, quod caret instrumentis, quibus exonerari possit absque igne naturali, tradit *Ciriac.* 32 *controuers. 310. num. 134.* prout nec pęnas in eisdem bullis, & bannimentis contentas habere locum contra vtentes ipsis armis prohibitis ad propriam defensionem senserunt *Caball. resol. 62.* 33 *per tot.* vbi ait idem † procedere in vicinis accurrentibus ad auxiliandum alteri vicino, etsi talia arma non fuissent necessaria, *& resol 88. num. 10. Giurb. cons 84. num 17.* in cuius casu erat secutum homicidium *Rouit pragm. 4. de arm. num 3.* & mi- 34 nùs † contra asportantes ad effectum occidendi bannitum *Guazzin. d defens. 4. cap. 8. num. 6.* de quo tamèn dubitat *Farin. d quæst. 108. num. 118.* 35 *& 119* subdens *num. 120* quod, si † isti deferentes arma prohibita, re vera occiderent bannitum, Princeps ob bonum euentum indulgeret pęnam; sed *Rouit d. pragm 4. de arm. num. 3.* absolutè di- 36 cit, omnem † pęnam cessare in occidente bannitum cum armis prohibitis.

37 Et quamuis bannimenta † simplicitèr loquentia, & prohibentia arma supradicta non com- 38 prahendant Officiales, qui † illa possunt detinere, ac secum asportare *Bertazol cons. crim. 138. num 2. & 3. lib 1. Anton. de Ball d lib. 5. tit. ne deferantur scopetta num. 3.* nihilominùs in terris 39 † Ecclesiæ sunt specificè comprahensi Officiales *à relatis bullis* Pij IV. & V. vt patet ex illorum verbis, & testatur *Farin. d. quæst. 108. num. 104.* quem sequitur *Ferdinan. Rouit. in allegat. impress. penès Rouit. patrem pragmat. 4. de armis num. 18. Guazzin. defens. reor. 29. cap. 2. numer. 21.* vbi, quod ideò ipse fecit deuastari duo archibusetta inuenta in domo cuiusdam pictoris, & adnotari 40 in actis ipsam deuastationem; Officiales † verò Sanctissimæ Inquisitionis posse deferre arma prohibita tenet *Farinac. quæst. 182. num. 91.*

41 Retentionem † armorum prohibitorum ex causa pignoris non esse de iure prohibitam dixit *Bolognet. dict. cons 25. num. 13. & seqq. & Nouar. pragm. de arm. collectan 3. n. 2. & 3.* profitentes, conclusionem esse veram, si per modicum tempus

41 pus fuerint eadem arma detenta; contrarium † est verius in Statu Ecclesiæ ob adductas constitutiones Pontificias, quæ prohibent receptionem, & recentionem archibusettorum ex quocumque titulo etiam pignorationis, vt aduertit *Farinac. d. quæst. 108. num. 41.*

43 Ille verò, qui † recepit, detinuit, & postea, antequàm à Curia detegeretur, reuelauit, & detulit Iudici, excusatur à pœna *Bartolom. Bertazol. consf 73. & 74 per tot* secundum quę fuisse iudicatum testatur *Claud. Bertazol. in addit. ad d. conf 73.* & videtur admittere *d. bulla Pij IV. 49. §.*

44 1. & 2. † vbi eadem arma ad effectum deferendi ad Iudicem possunt retineri per dies viginti, quibus elapsis statim fit locus pœnis ordinatis

45 Constitutiones † Pontificias desupèr relatas ligare etiàm clericos solidè ratiocinatur *Post. resol.*

46 151 *per tot.* ipsis † enim non solum armorum prohibitorum, sed & cuiuscumq; alterius generis vsus est interdictus *clem. 1. de vita, & honest. cleric. Belle. disquisit. clerical par. 1. tit. de disciplin. clerical. §. 18. num 7 & 9. & par. 2. tit. de pœn. cleric. §. 49. per tot. Sperell. decis. 122. num. 2. & seqq.*

47 nec † Episcopus potest illis licentiam delationis concedere *ex Ricc. decis. 157 par 3. Nouar pragm. de cleric. collect an 6. num. 4.* quidquid contrarium firmauerit *Bellett. d. §. 18. num. 14. propè. fin.* quia vel eius opinio non est vera, vel procedet tantùm inita causa existenti, & non aliàs *Sperell. dec. f.*

48 122 *num. 12 & seqq.* & ibi *num. 34.* dicit, non † esse cōcedendam nisi rarissimè cum maxima difficultate, neque omnibus indistinctè, sed illis tantùm, quibus Episcopus necessarium esse duxerit, & qui sint vitę probatæ, & careant omni scandalo, quodq; ipse intra curriculum viginti annorum semèl tantùm, & ex magna causa cuidam nobili Clerico similem facultatem indulsit oretenus, & non in scriptis; vndè postea *num. 36* monet. Prælatos, vt sint parciores in his licentiis concedendis ad hoc, vt Scandala euitentur, & publicum

49 bonum custodiatur, nec nisi † in casibus necessarijs, aliàs non excusat illos à peccato.

50 Plura alia, & quidem practicabilia † in materia armorum poterunt videri apud *Farinac. d quæst. 108. Rouit. & Nouar. d. pragm de arm. Giurb. obseruat. decis. 33. & 45. per tot. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 260. & seqq. & lib. 5. cap. 8. num. 112.* vbi loquitur remissiuè *Gilian. ad statut. Perus. §. arma per tot. adnotat.*

51 Si arma † reperiantur ad pedes vnius, vel plurium, quis eorum debeat puniri, docent *Farinac. d quæst. 108. num. 158. cum seqq. & Giurb. d. ob-*

52 *seruat. 45. num. 27.* & si quis † fuerit inquisitus de explosione archibusiatę, quę nemini nocuit, debet probari à Fisco adfuisse pilam plumbeam, alias deficiet corpus delicti *Giurb. obseruat. decis. 33. num. 11. 12. 13. 14. 18. 21. & seqq.*

53 Arma ipsa absque licentia asportata publicantur, & fisco deferuntur de iure communi, de con-

54 suetudine † tamèn, & vigore bannimentorum in Statu Ecclesię Baroncello, vel alijs ministris illa inuenientibus, applicantur *Farin. d. quæst. 108 num. 10 & 11. Guazzin. defens. reor. 29. cap.*

55 *2. num. 21.* vbi declarat non † procedere in sclopettis prohibitis, quia illa debent deuastari, vt

56 fuit dictum etiàm suprà Quandò verò arma † sunt aliena, an amittantur in prejudicium veri domini,

57 qui illa accomodauit, & † quomodò debeat proponi actio pro illorum repetitione erit adeundus *Ioseph Ludouic. decis. 31. per tot.* ad quem se remittit *Guazzin. d. defens. 29. cap. 2 num. 21. versic. & amittuntur arma.*

58 Quicunque † asportauerit archibusetta prohibita vltra pœnam mortis punitur etiàm confiscatione bonorum, ob rationes adductas a *Guazzin. de confiscat. conclus. 13. ampliat. 88. num. 1. & 2.*

De Sodomia.

SVMMARIVM.

AD Sodomiam comprimendam exarsit ignis è Cœlo, qui plures Ciuitates absumpsit. num. 1.

Per Sodomiam violatur societas cum Deo. num. 2.

Sodomia inducit pestilentias, fames, & tempestates. num 3.

Sodomiam naturam offendere etiam Ethnici agnouerunt. num. 4

Apud Ethnicos Sodomitæ pœna mortis afficiebantur. num 5.

Diabolus post inductos homines ad peccandum in hoc vitio, statim aufugit, & quare. num. 6.

Dæmones licet succubi, & incubi nunquam contra naturam se exercent. num. 7.

Ob Sodomiam ferè desijt Deus carnem assumere, & propterea tamdiù distulit. num. 8.

Sodomitæ omnes obiere eadem nocte, qua ortus est Christus. num. 9.

Peius est hoc vitium, quam propriam Matrem agnoscere. num. 10.

Non potest hoc vitium incipere, nisi cognitio Dei amittatur, quia cum Idololatria incœpit, & creuit. num. 11.

Sodomitæ appellantur filij diffidentiæ, quia de eorum salute diffidendum est. num. 12.

Sodomia fuit inuenta à Mulieribus, quæ postea Viros edocuerunt. num. 13.

In Crimine Sodomiæ potest procedi per inquisitionem ex Bulla Pij V. num. 14.

Quod seruatur etiam in Regno Siciliæ ibid.

Sodomiæ crimen est mixti fori. num. 15.

Ad probandum delictum Sodomiæ in genere sufficiunt indicia, & præsumptiones. num. 16.

Corpus delicti in hoc crimine quomodo probetur. num. 17.

Sodomia punitur, etiam si non constet de corpore delicti. num. 18.

De alijs probationibus in hoc crimine. n. 19 remissiuè

Sodomia est vitium enormissimum, & de exceptis. num. 20.

Sodo-

QVÆSTIO NONA.

1 AD † hoc nefandum, & atrocissimum scelus comprimendum exarsit ignis è cęlo, qui plures Ciuitates absumpsit, quasi quod terram ipsam ob vitium tam fętidum commaculatam flammis expiari iustitia diuina vo-2 luerit; nec ab re, quia † per ipsum uiolatur ipsa societas, quę cum Deo nobis esse debet, dum Natura, cuius ille Author est, libidinis peruersitate polluitur *cap. flagitia 32. quæst. 7. Caball. resolut. 16. num. 21. & seqq. Bellett. disquisit. Clerical. par. 2. §. 11. num. 1. & 2.* cum quibus, & hodiè dici 3 potest, quòd † cum vitium hoc pestilentias, fames, & tempestates inducat *ex Auth. vt non luxur. hom. contr. natur* forsàn ob illud hisce temporibus Orbis tam miserè languet, vt integras Ciuitates deficere ex hac lue maximo ploratu conspiciat.

Et quidèm nonnullorum Christifidelium cæcitatem admiror, quod crimini huic mentem ad 4 mouere præsumant, dum † & ipsi Ethnici, qui in sortem Dominicam nullatenùs erant adscripti, agnouere, quàm scelus hoc Naturam offenderet, *vnde Ouid. lib. 1. de Art. Amand.*

Odi concubitus, qui non vtrinque resoluunt.
Hoc est cur Pueri tangar Amore minus.
Et Tibull. lib. 1. Eleg. 4.
O Fuge te teneræ Puerorum credere Turbæ.
Nam causam iniusti semper Amoris habent.

5 Qua proptèr † apud ipsos pæna mortis sodomitę afficiebantur *Iodoc. in pract. crim. cap. 96. nu. 21 propè fin. Menoch. de arbitr. cas. 286. n. 7.*

6 Et Diabolum † ipsum post Homines ad sic peccandum adductos statim aufugere, ne coram ipso tàm execranda libido expleatur, *ex S. Antonin. refert Bellett. dicto §. 11. num. 2.* & concordat *Ca-7 ball resolut. 16. num. 26. & 27.* vbi † quod Dæmones licet succubi, & incubi nunquam tamèn 8 contra Naturam se exerceant; Deum † verò ob illud ferè destitisse, & tamdiù distulisse carnem assumere, *ex Diuo Augustino* firmat *Bellett d. §. 11. num 3.* & ad ostendendum, quàm ipsi displicerent 9 Homines hac lue infecti † omnes eadem nocte suę natiuitatis addixit morti *post Diuum Hieronymum Bellett. eod. §. 11. num. 4. Caball. d. resolut. 16. num. 32. Capyc. Latr decis. 163 num. 56.* Vn-10 de † peius esse, quam propriam matrem cognoscere, ex clamat *S. Augustinus*, cuius dicta fuerunt apposita *in cap. adulterij 32. quæst. 7. Mastrill. de Indult. cap. 31. num. 1. Caball. d. resolut. 16. numer. 20.*

11 Nec potuit † vitium hoc incipere, nisi etiam simul cognitio Dei amitteretur; etenim, vt scribit *Diuus Thom. 4. senten. distin. 1. quæst. 2. artic. 4.* relatus à *Capyc. Latr. d. Decis. 163. num. 55.* vna cum idololatria cepit, & creuit. Vndè forsàn tan-12 ti criminis Rei † filij diffidentię appellantur, quià de eorum salute diffidendum est *Iodoc. d. cap. 96. num. 21.*

num.21. Caball. d. resolut. 16. n. 30. & 31. Et quidquid *Ouid. lib. 10. Metamor.* cecinerit authorem fuisse Orpheum.

Ille etiam Thracum Populis fuit author Amorem
In teneros transferre Mares . . . . .

13 Ego habeo pro comperto † fuisse adinuentum à Mulieribus, quę posteà Viros edocuerunt post *S. August. in sermon. 47. ad fratres in eremo. Sperell. decis. 140 num. 39 propè fin.* vbi dicit ex nostris Legistis idem affirmare *Boss. de Stupr. detest. in Mascul. num. 4. & Ceuall. in specul. comm. contra comm. quaest. 247. num. 11.*

Forsan nanque fatale quodammodo fuit sexui muliebri, quod sicuti in primordio Mundi esu pomi extitit author Viro statum innocentiæ, ità & debeerit esse Mundo adulto gratiam diuinam amittendi huius nefandissimi vitij introductione; precemur nos Clementiam Diuinę Maiestatis, vt illud eradicare dignetur, spirituumq; omnimodę coerctionis ludicibus infundere, vt iam expertus fuit sanctę mem. Pius V. qui Diuino equidem spiritu ductus *in sua constit. incipien. eum primum. 5. §.*

14 *13. tom. 2 nou. bul. ar.* ordinauit † posse etiam ad faciliorem notitiam habendam per inquisitionem proc di *Bellett. disquisit. cleric. part. 2. tit. de pœnis Cleric. §. 11. num 15.* quod seruatur & in Regno Siciliæ *Ball var. tractat. lib. 3. tit. de litter. dispens. cas. 15. num. 5. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quaest. 19. num. 45. & 46.*

15 In probatione huius delicti in genere cuius † cognitio est mixti fori *Farin. quaest. 8. num. 129. & quaest. 148. num. 55. Guazzin. defens. reor. 1. cap.*

16 *11. num. 2.* sufficiunt † indicia, & præsumptiones, cum sit de occultis, ac difficilibus probatu; &

17 propterea † subiecto adolescentiæ prouectę ætatis fides Medici testificantis, non posse apparere signa stupri, est sufficiens ad probandum corpus delicti, & concurrentibus indicijs, etiam ad torturam, vt fuisse in Senatu Neapolitano obseruatum restatur *Sanfelic. decis. 28. num. 2 & 4.* quinimò

18 huius indignissimi facinoris † reum puniri, & si non constet de corpore delicti, decidere *Armendariz ad ll. Nauarræ lib. 2. tit. 21. l. vnica num. 29.* refert, & sequitur *Nouarius ad pragmatic. Neapol. de sodom. in rub. num. 7. Barbos. de Episcopis alleg.*

19 *44. num. 10.* de alijs † autem probationibus eiusdem criminis in specie nihil referam, satis esse ducens, remittere lectorem *ad Caball. resolut. 84. lib. 1. Mastrill. decis. 295. Capyc. Latr. d. decis. 163. Nouar. in d. rub. pragmatic. de sodom. num. 10. 11. & 12. Farinac. quaest. 148. num. 66. & seqq. cum alijs, ad quos se refert Gilian. ad statut. Perusiæ in verb. sodomia Rouit. pragmatic. Neapol. 1. de sodom num. 3.*

20 Vitium † hoc esse enormissimum, & de exceptis profitentur *Caball. d. resolut. 84. num. 17. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto quaest. 23. num. 165. & seqq. Sanfelic. decis. 355. num 8. & 9.*

21 adeò vt huius † criminis reo denegetur aduocatus *Mastrill. de indulto cap. 31. num. 1. versic. vnde Baldus. Farinac. quaest. 148. num. 18. & 19.* in quo loco tamen se remittit ad ea, quæ scripserat *quaest.*

22 *39. num. 110. & 111.* vbi declarat, hoc † dictum, vel non esse verum, vel procedere solum in Sodomita insigni, & notorio, cum qua declaratione concordat *Caball. resol. 41.* quem sequitur *Nouar. pragm. de sodom. collectan. 1. num. 6.* Pro vt etiam

23 ob hanc causam licebit † Vxori separationem thori expostulare *Sperell. optimè declarans decis.*

24 *140 num. 38. cum seqq.* an autem † effectu non consummato eadem intret pœna, docent *Bellett. disquisit. clerical part. 2. tit. de pœnis clericor. §. 11. num. 16 Farinac quaest. 148. num. 56. & seqq. Rouit pragm 1. de sodom. num. . Nouar. eadem pra-*

25 *gm. collectan. 2. num 3.* nec si † torus Mundus flagitio hoc uteretur, talis vsus communis excusaret à pœna *cap Flagitia 32. quaest. 7 Rouit d. pra-*

26 *gm. in rub. num. 6.* Insuper † tàm infame, & præiudiciale existimationi reputatur, vt liceat iuueni tentato occidere eum, qui in ipsum audet attentare stuprum *Scapp. de iure non scripto lib. 5. cap. 143. num. 12.* asserens ipso patrocinante fuisse absolutum famulum pistoris Bononiæ *Farinac. d. quaest. 148. num. 18 Nouar. d. pragm. de sodom. collectan. 1. n. m. 13* testans sic fuisse decisum in magna Curia Vicariæ.

Licet autem scelus hoc sit tam execrandum, &

27 omnibus legibus exosum, attamen † sodomita gaudet Ecclesiastica immunitate *Rouit d. pragm. de sodom. 2. num. 5.* vbi *ex Danz. & Sayr* concin-

28 dit † sodomitam publicum non gaudere, sed tantummodo priuatum. Quicquid autem isti *DD.* & alij allega i per *Barbos. de iur. Eccles. vniuers. lib. 2. cap. 3 num. 127. vers. contrarium*, sentantur in diuersa, certum est, quod stante Bulla Grego-

29 rij XIV. Sodomitam † omninò Ecclesiasticæ immunitatis beneficio frui, pluribus allegatis determinat ipse *Barbos. d. num. 127.* addens in fine hanc opinionem esse in practica sequendam.

30 Cui facinori indignissimo † pœnam vltimi supplicij assignat *text. in l. cum vir, vbi Scribb. C. ad l. Iul. de adulter.* cuius litteram iuxta grauissimorum DD. mentem *Menoch. de arbitr cas. 286. numer. 12. propè fin.* putat legendam esse, *cum Vir nubit vt fœmina viris paritura*; quam pœnam mortis naturalis esse conformem dispositioni cuiuslibet iuris comprobant *Farinac d. quaest. 148. num. 4. & seqq. Mastrill. ac indulto d. cap. 31. numer. 2. Barbos. de Episcopis par. 2. alleg. 44. num. 6.* subdentes cadauer posteà cremari igne. Clerici

31 verò † erant priùs de iure communi expellendi à Clero, vel ad pœnitentiam agendam in aliquo Monasterio claudendi *cap. clerici, & ibi DD. de excessib prælat Bellett. d. §. 11. num. 6. Barbos. de Episcopis d alleg. 44. num. 21. & de iur. Eccles. vniuers lib. 1. cap. 40. numer. 46. & 47.* sed quia sicuti Clerici magis, quam laici debent in vinea Domi nica bonis operibus insudare, nec debent ali pacto ad flagitia conuolare, quę ideò sunt grau ra quibusuis sęcularibus delictis, ita magis r rosè contra illos procedendum fore existim re, & nomine Sanctissimus Dei Vicarius Piu

in sua constit. incip. horrendum scelus. inter eius impressas.72. tom secund. nou. bullar. ex cuius san-
32 cito † omnes, & quicumque clerici seculares, & regulares tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, officio, beneficio, & dignitate priuati degradantur, & Curię seculari traduntur *Bellett. d. §. 11 num. 7.* quam tamen constitutio-
33 nem † pertinere dumtaxàt ad forum exterius, & non esse in foro interiori conscientię receptam benè probat *Barbos. de iur. Eccles. vniuers. d. cap. 40. num. 48.*

Et sub illa non comprehenduntur singuli Clerici so-
34 domitę, sed soli exercentes, illi nempè, qui † habent frequẽtiam, & vsum quasi continuatum *Barbos. de Episcopis d. alleg. 44. numer. 25. & de iur. Eccles. vniuers. eod cap. 40 num. 49 Guazzin. Iunior de Aduoc. & Iu dic. lib. 2. cap. 44. num. 16.* apud quos innumeri recensentur concordantes, & propterea non est aliquo pacto adhærendum *Farinac. d. quæst. 148. num. 30. Guazzin. defens. reorum. 1. cap. 11. num. 2. prope fin. Bellett d. §. 11. num. 10.* qui tamen non se exactè declarat, alijsq; volentibus, hanc Bullam ligare clericos, etiamsi pro vna vice huic crimini incubuerint, quia contra eos adest communis omnium Theologorum, & Iuristarum opinio, testibus *Barbos. & Guazzin. Iuniore in locis proximè allegatis.* Nec etiam ligan-
35 tur † omnes Clerici exercentes, sed tantum notorij, non autem occulti *Barbos. dict. allegat. 44. num. 26. Guazzin. iunior d. cap. 44. num. 47. Nouar. d. pragm. de sodom. collectan. 2. num. 9.* notorij dicuntur, qui in foro exteriori, non interiori sunt tales per confessionem propriam iudicialitèr emissam, vel per sententiam contra ipsos iuridicè latã *Barbos. d. alleg. 44. num. 26. vers. notorium scilicet. Guazzin. Iunior d. cap. 44. num. 47.* vbi etiam ha-
36 betur †, quod ad effectum incurrendi pœnas eiusdem Bullę sit necesse, quod peccatum fuerit in sua specie consummatum, non enim sufficit quęlibet pollutio, cum attendatur solus coitus intra vas ordinarium delicti, & concordat *Barbos. d. alleg. 44. num. 24. apud quem in hac allegat. & in tractat. de iur. eccles. vniuers. d. cap. 40. num. 46. & seqq.* poterunt videri plura alia ad intellectum eiusdem
37 bullæ, & materiam clericorum, qui † si fuerint de tali crimine conuicti, vel condemnati, non possunt per Episcopum ad compositionem admitti, & gratiari *ex Ricc. decis. cur. Archiepisc. Neapolitan. 108. part. 3. Nouar. pragm. de sodom. collectan. 4. num. 2.* videturq; consentire *Barbos. de Episcopis d.*
38 *allegat. 44. num. 30.* dum vult † non posse Episcopum dispensare, vel ad sacros ordines promouere;
39 Et generalitèr quod in † crimine sodomię non admittatur compositio, *post Baiar. ad Clar. quæst. 59. ante num. 51. voluit Mastril. de indulto d. cap.*
40 *31. num. 10.* & in Regno vtriusque Siciliæ † fuit ablata cuicumq; Officiali, etiam Proregi potestas guidandi, assecurandi, aut componendi in hoc delicto, quam prohibitionem extẽdi etiam ad Barones scribunt *Rouit. tit. de sodom. pragm. 1. num. Nouar. eodem tit. collectan. 4. Mastrill. de indulto d. cap. 31. num. 7. 8. 9. & 11.* Si autem Prorex indultauerit aliquem, & si indultum sit nullum, attamen indultatum non posse molestari, firmare *Peguer. decis. 39 refert Mastrill d. cap. 31. num. 6. & pluribus alijs allegatis cap. 45. num. 12. propè fin.*

Stante autem huius criminis atrocitate, quod proptereà omnes Iudices augendo, non minorando pœnas, & iura transgrediendo, si opus foret, deberent inuigilare, vt illud è Mundo eradicare-
41 tur, miror, quod in † illo non dari confiscationem bonorum voluerint *Farinac. d. quæst. 148. num. 15 Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit. 45. cum relatis*, quibus videtur adhęrere *Gilian. ad stat. Perus. verbo sodomia num. 2.* præsertim
42 dum magis communiter *DD* tenuerunt † sodomitas esse coercendos, & puniendos, non solum vltimo supplicio, sed etiam pœna publicationis bonorum, allegatis à *Farinac.* pro hac parte *d. quæst. 148. num. 14.* addo *Thesaur. quæst. forens. 17. num. 5. lib. 3.* vbi quod ita iudicauit Senatus, quia noluit à communi recedere *Rouit pragm. de sodom. in rub. num. 7.* referens firmare *Schenard, cons. 61. lib. 1. Sanfelic. decis. 355. num. 9. Barbos. de Episcopis d. alleg. 44. n. 7* cum quibus omninò pertranseundum existimo ad magis deterrendum similes delinquentes.

De Duello.

S V M M A R I V M.

DVella sunt prohibita ex Iuris dispositione. numero 1.

Duellantes in Statu Ecclesiastico quibus pœnis subiaceant. num. 2. 4. & 9.

Domini temporales, & Vniuersitates campum pro duello assignantes quas pœnas incurrant, num. 3. 5. & 9.

Duellantes vbique gentium quas incurrant pœnas. num. 6.

Duellantibus dantes auxilium, consilium, vel fauorem. seù alio modo se intromittentes excommunicationis pœnam incurrunt reseruatam soli Summo Pontifici, alijsque pœnis subiacent. num. 7. & 9.

Limita in Imperatore, & Regibus, qui excipiuntur. ibid.

Ecclesiastica persona comprehenduntur sub pœnis Duellantium, & illis fauorem, & auxilium dantium. num. 8.

Imperator, & Reges comprehenduntur sub pœnis à Sac. Conc. Tridentino Duellantibus, campum dantibus, & auxiliantibus impositis. num. 10.

Duella priuata committentes incurrunt pœnas duellis impositas. num. 11.

Duella priuata quomodo considerentur ad effectum incurrendi pœnas Duelli. num. 12.

Duella priuata permittentes, non prohibentes, fieri mandantes, instigantes, auxilium præstantes,

fauo-

fauorem dantes, equos, arma pecuniam, commeatum, vel alia subsidia scienter dantes, spectatores ex composito, vel socios se se praebentes, paenas Duelli incurrunt. num 13.

Episcopus potest absoluere excommunicationem incursam ob duellum occultum num. 14.

Duellum acceptans etiam non sequuta pugna, vel accessu ad locum destinatum subiacet paenis duellantium num. 15. & 17.

Secus non sequuta acceptatione. num. 16.

Duellu acceptans non sequuta pugna non incurrit paenã duelli ex sententia Riccij, qui reprobatur n. 18.

Duellum debet fieri animo deliberato, & ex composito, aliàs factum calore iracundiae, non dicitur duellum ad effectum vt sit punibile proprijs paenis num. 19 31. & 33.

Duellum debet habere praecedens pactum de tempore, & loco certis, & determinatis, vt intret paena duelli, num. 20.

Duelli locus debet esse particularis, & non sufficit electio Ciuitatis non expresso loco magis indiuiduali. num. 21.

Duelli tempus debet continere diem certam. num. 22.

Duelli spectatores, & adstantes casualiter non comprehenduntur sub paena Bullarum de duello loquentium. num. 23.

Duelli paenas nõ incurrit non acceptãs duellum, etiãsi dicat: si me inuaseris, sentìes, tibi esse rem cum Viro intrepido, & forti, dummodo tamen diuertat locum, & tempus propositi certaminis n. 24.

Duelli paenas non incurrit qui respondit paratus sum me defendere quandocumque me inuaseris, nolo tamen acceptare duellum, quod legi Diuinae aduersatur, num 25.

Duelli materiam qui tractent. num 26.

De Clerico duellante, remissiuè. num. 27.

Clericus duellans fit inhabilis ad Beneficia. num. 28.

Duellans non gaudet Ecclesiastica immunitate. n 29.

Innocentia potest demonstrari ex deductis in processu, non ex nouiter deducendis. num. 30.

Duellum est pugna deliberata hinc inde duorum, vel plurium ad odij exagerationem, vel ad praemium consequendum. num 32.

Duellum non committit, qui calore iracundiae, vel in rixa tunc, aut parum ante praecedente dixerit. Euagina ensem, vel venias extra Ciuitatem ad talem locum, & capias arma, quia volo tecum praeliari, & duellum facere. num. 33.

Verba, ex condicto, & ex composito praesupponunt animi deliberationem, & praecedentem tractatum. num 34.

Duellum dum non aptatur inter principales, neque amplecti poterit mediatores, fautores, vel auxiliatores. num. 35.

Duellum non includitur ex verbis prouocationis, vel disfida etiam ad locum certum, non probato tractatu, & deliberatione praecedenti. num. 36.

Publica vox, & fama non probatur à Testibus, qui non deponunt id audiuisse publicè, & à maiori parte Populi. num. 37.

Publica vox, & fama non probatur per Testes, qui non nominant testes à quibus audierint, nec ob quam causam orta est d. fama. num. 38.

Publica vox, & fama non probatur per Testes qui saltem non nominant duos authores à quibus audierint. num 39.

Etiamsi per curiam dd. Testes non fuerint interrogati. num. 40.

Publica vox, & fama, vt probetur, Testes debent nominare à quo audierint d. famam, et Iudex possit dignoscere, an à maleuolis, vel ab honestis, & fide digni sortum habeat. num 41.

Publica vox, & fama vt plurimum oritur ab his, qui talem ipsam esse desiderant. num. 42.

Falsus rumor obesse non debet num 43.

Duellum non probatur per accessum vnius ex Reis ad domum alterius die antecedenti, sed debet probare à Curia accessum fuisse ad hunc effectum. num 44.

Accessus ad domum alterius ex pugnantibus factus ab altero, in dubio debet dici factus ad alium finem licitum, & non ad finem duelli. num 45.

Duellum non inducitur nisi adsit propositum, voluntas, animus, & tractatus vtriusque partis volentis praeliari, & non sufficit voluntas vnius tantum. num 46.

Mulieres de Iure Canonico, & in Terris Ecclesiae non recipiuntur in criminalibus ad fauorem fisci. num 47

Ex actibus amicabilibus excluditur praesumptio belli, & pugnae num 48.

Ex signis exterioribus recolliguntur actiones animi, quae in intentione consistunt num 49.

Testis deponens per verbum videtur non probat ad offensam. num. 50.

Testis non deponens de tractatu, vel de animi deliberatione, neque de appensamento ad Duellum, neque de signis in vtroque Duellante non probat duellum num 51.

Testes inducti ad fauorem fisci deponentes de tractu amicabili inter duos excludunt contrarium dictum alterius Testis ad defensam inducti. n. 52.

Testiũ depositionibus à fisco inductorum licèt impugnatis à Reo, potest tamen Reus vti ad repellendum alios Testes num. 53.

Ex Testibus dicentibus vidisse aliquos deambulare in loco vbi factum fuit ab ipsis duellum, eosque arma deferentes non oritur indicium, quod illi expectarent tempus duelli, dum erant soliti simul conuersari, & ferre ad arma num. 54.

Sententia contumacialis non transgreditur personas contumacium. num. 55.

Testibus, qui sunt malae vitae, & soliti conuersari cum personis infamibus, & meretricibus non est credendum. num 56.

Praesertim in causa graui. ibid.

Testi maleuolo nulla datur fides. num 57.

Testis criminosus repellitur à Testimonio de Iure Canonico. num. 58.

Testes, qui patiuntur exceptiones ob mendacia, inuerisimilia, & contrarietates in eorum dictis nihil probant. num. 59.

Qui post rixam poterat aufugere, & non aufugit, sed se tradidit in posse Curiæ, habet pro se præsumptionem innocentiæ, num.60.

Ensis inuentus in loco rixæ nō probat rixam esse factam à Domino ipsius ensis, dum fuit alteri prius accomodatus per ipsum Dominum, num.61.

Probatio per inspectionem, & euidentiam rei dicitur legitima probatio, num.62.

Inuentus in loco rixæ, debet inspici, quod fecit in eadem rixa, cum potuerit verisimiliter non interuenire in rixa, num.63.

Contra fugientem è carceribus apertis Ianuis, & alijs aliqua conspiratione, & fractura carcerum, non inducitur confessio delicti, num.64.

Fugiens è carceribus, si pro tali fuga fuit publicè tortus, satis dicitur fugæ pœnam luisse, nu.65.

QVÆSTIO DECIMA.

1 CViuslibet iuris † dispositionem duella prohibuisse, comprobant *Mut. ad consuetudin. Panorm. cap. 6. per tot. & Nouar pragm. de duello collectan.* 1. *num.* 1. & 2. In Statu autem Ecclesiastico *Iulius II. constit.* 19. *tom.* 1. *nou. bul-*
2 *lar.* declarauit pugnantes † in duello excommunicatos, ac reos homicidij, & Cadauera illorum Ecclesiastica sepultura priuauit, eamdemq; excō-
3 municationis † pœnam indixit omnibus dominis temporalibus, & vniuersitatibus locum, seù campum pro duello assignantibus, vltra pœnam quatuor millium ducatorum Cameræ Apostolicæ persoluendorum, & pro secunda vice priuationis loci, seu feudi *Leo X. constit.* 31. *d. tom.* 1. addidit
4 † perpetuam memoriæ damnationem, ac eo ipso bonorum confiscationem ipsis duellantibus; Du-
5 cibus †, ac aliis dominis temporalibus priuationem omnis iuris, quod in locis, & territoriis obtinebant, ijsq;, qui ad similia spectacula videnda conuenerint, si Nobiles quingentorū, si ignobiles viginti quinque ducatorum, nec non excommunicationis, & perpetuę maledictionis pęnam iniunxit. *Pius IV. constit.* 21. *tom.* 2. confirmando omnes prędecessorum Pontificum constitutiones
6 duella † vbique gentium vetuit fieri, & voluit cō-
7 prehendi etiām † dantes auxilium, consilium, vel fauorem, seù alio modo se intromittentes, illosq; exceptis Imperatore, & Regibus, maioris excōmunicationis pęnam incurrere soli Pontifici Ro-
8 mano reseruatam, & vltra eam † Ecclesiasticis personis beneficiorum priuationem, & inhabilitatem adiunxit.

9 Concilium † Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 19. excōmunicationem, bonorum confiscationem, aliasque grauissimas pęnas in concedentes locum ad monomachiam, ac pariter in pugnantes, patrinos, consulentes, & spectatores decreuit, inclu-
10 dendo † etiām ipsos Imperatorem, ac Reges, quā concilij dispositionem *Gregor. XIII. constit.* 78.
11 *d. tom.* 2. extendit † etiām ad duella priuatim commissa contra illos, qui † ex condicto, statuto tempore, & in loco conuento monomachiam cō-
12 miserint, & si nulli patrini, sociiue fuerint vocati, nec loci securitas habita, nullæq; prouocatorię litteræ, aût denunciatoriæ chartulæ precesserint,
13 apponendo † etiam supra relatas pœnas aduersus permittentes, non prohibentes, fieri mandātes, instigantes, auxilium præstantes, fauorē dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, vel alia subsidia scienter dantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo se se præbentes, & tandem *Clemens VIII. constitut.* 11. *nou. bullar. tom.* 3. omnia predicta confirmauit, & magis ampliauit, vt in eadē bulla, & apud *Guazzin. de confisc. conclus.* 13. *ampliat.* 89. *num.* 5. *versic. si verò*. Omnium supradictarum constitutionum meminit *Barbos. de Episcop par.* 3. *alleg.* 50. *n.* 120. vbi quod
14 † Episcopus ex *Conc. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 6. potest absoluere ab excommunicatione ob aliquod delictum etiām causa duelli, quando illud est occultum, non obstante *d. bulla Clement. VIII.* cum in ea non legatur sufficiens mentio reuocationis decreti eiusdem Concilij.

15 Quę bulla † Clementis comprehendit illum, qui dumtaxāt acceptauit duellum, etiam non secuta pugna, vel accessu ad locum destinatū, vt ex verbis ipsius bullę *§.* 6. *versic. quiue alij Donat. Ant. de Marin. resol.* 110. *n.* 1. 2. & 3. *lib.* 1. quidquid secus
16 † illa cessante resoluendum esset *Donat. Ant. ibid. n.* 4. & *seqq Ricc. resol.* 52. *per tot. par.* 3. qui loqui-
17 tur in terminis fortioribus de illo, qui prouocauit, & accessit ad locum destinatum, nec fuit secutum duellum, quiā alter non venit. Si tamen *Ricc.*
18 iudicauit † hoc firmare in terminis bullę Clemētis, cuius meminerat *resol antecedenti* 49. *num.* 5. *propè fin.* vtrique deceptus fuit, quia illa bulla dicit contrarium in verbis.

19 Non tamen † habebit locum, si calore iracundiæ fiet prouocatio ad duellum, nām ad effectum, vt dicatur duellum punibile propriis pœnis, debet fieri animo deliberato, & ex composito *Ludouic. decis Lucen.* 11. *n.* 10. *Farin. cons.* 9. *n.* 35. & *q.* 119. *n.* 24. *Sanchez in præcep. decal. cap* 39. *n.* 28. *propè fin. lib.* 2. *Ricc resol* 55 *n.* 3. *par.* 3. *Rouit. pragm. de duell n.* 4. *Nouar. ead prag collect.* 2. *n.* 3. & 4. *Donat Ant. d. resol.* 110. *n.* 9. apud quos notantur verba illa bullę *ex condicto, & ex composito Guazz. de confiscat. d. ampliat.* 89. *n.* 6. *vbi in fin.* dicit itā obtinuisse à S. Consulta in vna Maceraten. ad fauorem D. de Pellicanis, & allegationes eiusdem *Guazzin.* in d. causa compilatas, ad me peruentas hic infer us imprimendas curaui.

20 Ad effectum etiam † incurrendi pęnas bullarum erit necesse præcedens pactio de tempore, & loco *Farin. d. cons* 9. *n.* 35. *Vermigliol. cons.* 194. *n.* 3. & quidem certis, ac determinatis *Sanchez d cap.* 39. *num.* 24. & 28. *Vermigliol. d. cons.* 194 *n.* 6. adeo vt
21 locus † debeat esse particularis, & non sit sufficiens electio Ciuitatis non expresso loco magis indiuiduali *post Ioan. de Castil. de duell lib.* 3. *c.* 4. *in*
22 *prin. Vermigliol. cons* 194 *n.* 4. & quoad † tempus debeat omnino dies certa specificari *Ioan de Castil. d. lib.* 3. *cap.* 5. *in prin. Vermigliol. d. cons* 194. *num.*

23 num. 5. nec † comprehendentur spectatores, & aditantes casualiter, qui ob alium finem transeut per locum duelli *Ricc. resol.* 54. *per tot. part.* 3. Si
24 quis autem † non acceptet duellum, sed dicat, si me inuaseris, senties, tibi esse rem cum viro intrepido, & forti, non incurrit has pœnas, dummodò tamèn diuertat locum, & tempus propositi certaminis *Ciriac. controuers.* 101. *num.* 53. idem-
25 que erit dicendum, non † incurrere pœnas eum, qui respondit paratus sum me defendere, quandocumque me inuaseris, nolo tamèn acceptare duellum, quod legi Diuinæ aduersatur *Sanchez d. cap.* 39. *num* 10. *Vermigliol d. consf.* 194 *num.* 7. in cuius casu quidam miles dixerat, *sono Christiano, e non accetto duello, mà camino per la Città colla mia spada sola, e la prima volta, che ci incontreremo gli darò sodisfatione*, & tamèn con-
26 cludit, non intrare pœnas duelli; ad cuius † materiam poterunt videri vltra *Peregrin. Floron. & alios, qui composuerunt tractatus, Ludouic. decis. Lucen.* 11. *Farin. cons.* 9 *per. tot. & cons.* 41. *num.* 1. *&* 2. *Rouit. cum relatis in pragm. de duell Ricc. resolut.* 47. *vsque, & per tot.* 55. *Sanchez in præcept. decalog. lib.* 2 *cap* 39 *per. tot Nouar prag de duell. collectan.* 1 *&* 2 *Scaglion cad. pragm. de du li. per tot. iuncta addit. Thori Barbos vltra locos allegatos, & allegandos in collectan. DD. ad Concil Trident. in d. cap.* 19 *sess.* 25. *in correctis*, vbi innumeros cumulauit Scribentes.
27 De Clerico † duellante vide *Ciarlin. controuer.*
28 115. *per tot.* vbi de † inhabilitate ad beneficia.
29 Reos † ob crimen duelli non gaudere ecclesiastica immunitate, ratiocinatur *Barbos de iur. Eccles. vniuers. lib* 2. *cap* 3. *num.* 191.

Sequuntur allegationes Guazzini in Maceraten. prætensi duelli, vel eius participationis.

Illustrissime Domine, Quoniam in ista causa prætensi duelli Maceraten. ad fauorem D. Iulij Pellicani possumus etiam deducere, quæ vigore constitutionum Summorũ Pontificum aliàs prohibita reperiuntur in fauorem principalium præ-
30 tensorum delinquentium, cum modo ex deductis in processu, & non ex nouiter deducendis eius innocentiam nitamur demonstrare, vt post *Bero. cons.* 198. *n.* 15. *& seqq. lib.* 3. *Bertaz cons. crim.* 147. *num.* 21. *lib.* 1. *& alios, quos adducit, firmat. Honded cons* 97. *num.* 38. *vol.* 1.

Ideo deducitur duellum in proposito inter DD. Iulium Cęsarem Pellicanum, & Theodorum Silentium non probari, cum nullibi appareat, quod
31 † appensatè præcedenti tractatu, vel deliberatio-
32 ne deuenerint ad rixam; & duellum † sit pugna deliberata hinc inde duorum, vel plurium ad odij exagerationem, vel ad pręmium consequendum, *vt post Io. de Lign. in tract. de duell in princ. vers. circa primum. Iac. de Castill. in tract. de duell. nu.* 4 *vers. Duellum itaque*, ita expressè declarat *Plot. in tract. de in litem iuran. mihi §.* 42. *num.* 3. 4. *&* 5.
33 vbi ad litteram etiam dicit quòd si quis † non animo deliberato, sed in rixa, vel calore iracundię, rixa tunc, vel parum ante pręcedente quis expressè dixerit, euagina ensem, vel venias extra Ciuitatem ad talem locum, & capias arma, quia volo tecum præliari, & duellum facere, nõ tamen dicitur duellum, cum non interfuerit pugna deliberata, nec attenditur ipsa nominatio prouocationis, vel acceptationis duelli, sed ipse animus deliberatus, & eandem interpretationem, & declarationem ad Conc. Trid. in specie tradit *Ioseph Lud. decis. Lucens.* 11. *num.* 10. *& seqq.* quod apertissime etiam desumitur ex Bulla Sanctiss. D. N. Clementis VIII.
34 in illis verbis † *ex condicto, & ex composito*, quæ verba præsupponunt animi deliberationem, & præcedentem tractatum.
35 Et ideo si duellum † inter ipsos principales in proposito adaptari nequeat, nec etiam eius pęna amplecti poterit mediatores, fautores, vel auxiliatores, vt post *Felin. in cap.* 1 *col* 4. *vers. Amplia hoc etiam de offic. delegat. & ibi Dec. col.* 6. *vers. Nono consulens, & in Consilijs num* 13 *de reg. iur. firmat. Sim de Prat. cons.* 191 *num.* 3.

Non obstat, quod ex eodem processu Curia nitatur deducere aliqua indicia, vel præsumptiones ad ipsum duellum demonstrandum, & primò de fumat quandam pretensam publicam vocem, & fa-
36 mam; quoniam vt est videre, illi † testes non probant tractatum, vel deliberationem pręcedentem, sed tantummodo, *Che si erano disfidati, & che si erano chiamati alla Porta delle Gratie* Quæ verba prouocationis, vel disfidę etiam ad locum certum non includunt duellum, vt latè declarat *Io. de Lign. Iac de Castill. Plot. & Ioseph Lud in locis supra relatis.*
37 Secundo illi testes † non possunt probare publicam vocem, & famam, cum non dicant publ cè audiuisse dicere a maiori parte populi secundũ opinionem *Bart in l de minore §. plurimum nu.* 19. *de quæst. quem sequuntur Iul Clar. qu* 6. *vers. debent autem Rim Iun cons.* 208 *n* 34 *& seq. vol.* 2. *vbi de cõmuni Honded. cons* 102. *n* 69 *vol.* 1. *& de communi Mascard de probat. Conclus* 749. *n.* 2. *& seq. vol* 2. *etiam de communi Eug. cons* 27. *n* 43. *Decian resp.* 83 *n.* 29. *vol.* 3. *Sim. de Prat. cons* 81 *nu* 19. *& seq.*
38 Nec dicunt † ob quam causam orta fuerit dicta fama, nec nominant testes, a quibus audiuerint, ve volũt Doctores, & pręcipuè *Iul Clar. d q.* 6. *n.* 14. *Ofasc. dec.* 79. *sub n.* 53. *Decian. d. resp* 83 *sub n* 29.
39 *Mazzol. cons* 47. *n.* 58. & debebant † saltem duos auctores nominare, *Ant. Galeat. cõs.* 110 *n* 18 *tom.* 1. *crim. Natt cons.* 362. *n* 9 *vol* 2. *Lud a Peguer. in q. crim. c.* 17 *n* 24. *Rim. Iun. cons.* 87 *n.* 8. *vol.* 1. *Iul. Clar. d. q.* 6. *vers. Amplius, vbi de communi*, & quod ita seruatur in practica *Asin in sua pract lib.* 2. *§.* 1. *cap.* 133. *vers Hæc tamen conclusio*, vbi firmat procedere etiam retenta opinione *Bald.*
40 Et adeo tenentur exprimere † auctores, etiam si de eis per Curiam non fuerint interrogati *Ant. Galeat d. cons* 110. *n.* 18. *Clar. d. q.* 6. *n.* 15. *Peguer. d. cap.* 17. *n.* 24 *Decian. d. resp.* 83. *n.* 29. *& resp.* 88 *n.* 8. *vol* 3 *Mazzol d cons* 47. *num.* 58. *Bursat. cons* 435. *n.* 43. *vol.* 4. *Rim. Iun. cons* 524. *num.* 54. *vol.* 5. *& cons.* 648. *num.* 2. *vol.* 6.

41 Ea ratione † inductum est, vt Iudex possit dignoscere, an à personis maleuolis, vel à personis honestis, & fide dignis ortum habuerit ad latè tradita per *Mascard. in d. Conclus* 749 *n.* 14. Cum 42 fama sit res fragilis, & perniciosa, quia † vt plurimum oritur ab his, qui talem ipsam esse desiderant, & sic tanquam falsus † rumor obesse non 43 debet *Rim. Iun. cons* 88. *num* 46 *vol.* 1. *cons.* 360. *num.* 52. *vol.* 4. *cons.* 514. *num.* 59. *vol.* 5. vbi dicit, quod ita experientia docet; *Bursatt. cons.* 430. *num.* 12. *vol.* 4. *Io. Tur. cons.* 81. *num.* 51. *tom.* 2. *Crimin.*

Secundò nec minus obstat, quod illę mulie- 44 res, & famulæ Domini Theodori dicant †, quod Dominus Iulius Cęsar Pellicanus per diē ante secutam rixam de summo mane accesserit ad domum D. Theodori, & petierit, si ipse esset domi, Quoniam non per hoc potest, induci duellum, & primo, quià non probatur ex parte Curię, quod huiusmodi accessus fuerit ad istum finem, prout Curia tanquam fundamentū suæ intentionis probare tenebatur *Magon. decis. lucens* 49. *num.* 9. *Rim. Iun. cons.* 310. *num.* 24. *vol.* 3. *& cons.* 635. *num.* 40 *vol.* 6.

45 Et in dubio † debemus dicere fuisse ad alium finem licitum, & non ad finem duelli, & sic Criminis, & delicti *Gram. cons* 36. *num.* 6. *Rim. Iun. cons* 817. *num.* 41. *vol.* 7. *Bursatt. cons.* 146. *num.* 26. *vol.* 2.

46 Secundò Quia ad inducendum duellum † non sufficit voluntas vnius tantum, sed requiritur propositum, voluntas, & animus, & tractatus vtriusque partis volentis præliari, cum duellum sit bellum non vnius, sed duorum, vel plurium, vt declarant *Io. de Lign. Iac. de Castill. & Plot. in locis supra allegatis.*

47 Tertio Quia istę sunt mulieres †, quæ de Iure Canonico, & in terris Ecclesię ad offensam in Criminalibus non recipiuntur *cap forum de verb. significat. cap. mulierem* 33 *quæst.* 5 *Magon. decis. lucens* 89. *num.* 3. *Iul. Clar. quæst.* 24. *vers de Iure autem Can. Rim. Iun. Cons* 571. *num.* 23. *vol.* 5. *Honded. cons* 100. *num.* 24. *vol* 1.

Quarto Quia, vt ex eodem processu apparet, D. Iulius Cęsar subtus lodiam Platee amicabiliter vocauit eundem D. Theodorum, & deambulando, ac loquendo, etiam aperiendo Caput, prout conuenit inter viros nobiles, semper amicabi- 48 liter ad inuicem se habuerūt, ideo † ex istis actibus amicabilibus non possumus concludere nisi exclusionem duelli, & pugnę ad latè tradita *per Eug. in cons* 63 *num.* 46. *Mant. cons* 173. *num.* 15. *vol.* 1. *Mazzol cons* 47. *num.* 8. *Sim. de Pret. cons* 15. *nu.* 59. 60. 61. *Rip resp.* 162. *num.* 7 *Ant. Gomez. tit de delict. cap.... num.* 14.

49 Cum ex † istis signis exterioribus recolligantur actiones animi, quæ in nostra intētione consistūt, vt post alios, quos adducit *Bursatt. in cons.* 146. *num* 16 *vol.* 2.

Tertio Principaliter nec obstat depositio D. Gabrielis Pellicani, dum videtur in ea legi, quod dum D. Iulius Cęsar, & D. Theodorus insimul alloquebantur, sibi visum fuit, D. Iulium Cęsarem 50 aliquantulum fuisse turbatum, Quia † primo loquitur per verbum videtur, quæ depositio ad offensam non admittitur *Natt. cons* 196. *nu.* 4. *vol.* 1. *cons.* 318. *n.* 9. *vol.* 1. *Rim Iun. cons* 554. *n.* 44. *vol.* 5.

Secundo Licet esset verum, quod D. Iulius Cęsar 51 esset turbatus, adhuc † non deponit de tractatu, vel de animi deliberatione, neque de appensamento ad duellum, & postea requirebantur signa in vtroque duellante per Doctores supra adductos.

Tertio Confunditur eius depositio per illos tes- 52 tes inductos à fisco, qui † concludunt semper amicabiliter ad inuicem se habuisse, qui cum sint approbati à fisco bene reprobant depositionem D. Gabrielis *Ant. Gabr. tit. de test. Conclus* 1. *n.* 14. *Thob. Non. cons* 99. *n.* 19 *&* 26. *Bursatt. cons.* 154. *n.* 14. *vol* 2. *Magon. decis. lucens* 56. *n.* 9. *Eug. cons.* 63. *n.* 27. *Sim. de Pret. cons* 15. *num.* 64.

53 Quibus † depositionibus possumus etiam vti, licet impugnatis, ad ipsum testem repellendum pro defensione D. Iulij, *vt per Achill. part.* 1. *tit. de test. decis.* 2. *num.* 1. *&* 2.

Quarto Principaliter nec minus nocet, quod 54 nonnulli † testes deponant, quod eadem die rixæ viderint D. Iulium Cęsarem Pellicanum, & D. Petrum Matthiam Picuccium armatos ensibus, deambulantes retro męnia extra portam S. Mariæ Gratiarum, quasi quod ibi extarent expectando D. Theodorum ad effectum præliandi, quià ex processu met apparet D. Iulium Cęsarem, & D. Petrum Matthiam fuisse solitos insimul conuersari, & ferre Enses, & ideo ex solita conuersatione, & delatione armorum non oritur Indicium delicti *Nouell. in tract. ad defensam tit. an indicia sint danda n.* 68. *Mascard. de probat. conclus.* 128. *n.* 9. *vol.* 1.

55 Quinto Nec sententia † contumacialis lata contra principales potest afficere ipsum D. Iulium cum ipsa non trāsgrediatur personas ipsorum contumacium *Roland. cons* 94. *num.* 22. *lib.* 3. *cons* 29. *num.* 31. *vol.* 4. *Thob. Non. cons.* 95. *num* 14. *Bursat. cons* 441. *num.* 5. *vol.* 4. *Rim. Iun. cons.* 758. *n.* 16. *& seq. vol.* 7. *post alios per eum ibi congestos.*

Et in omnem casum non laborant Indicia contra D. Iulium de aliqua participatione, quæ non penitus elidantur, vt debeat omnino absolui, quia depositiones Ioannis Baptistę Ciapponi, & Ioannis Baptistę Gentilis, dum in eis legitur, quod ipsi viderunt D. Iulium, Theodorum, & Eliseum Ensibus armatos hora decima nona, seu vigesima deambulantes solito, & ordinario gradu aliquantulum tamen turbatos, non possunt afficere eundem D. Iulium.

Primo Quia circa eorum personas patiuntur 56 exceptiones, cum † sint homines, vt in facto pręsupponitur, malę vitę, soliti conuersari cum personis infamibus, & meretricibus, ideo eis non est eredendum *cap. testimonium extra de test. l.* 3. *in princ. cod. tit. Gram. decis.* 21. *num* 3, vbi subdit hoc pręsertim procedere in causa graui, & *cons.* 38. *num.* 8. *Bertaz. cons.* 283. *num.* 14. *vol* 1.

Item

57 Item Cipponus vnus ex dd. testibus † est maleuolus D. Iulij, ideò ei non est credendum, sed penitùs venit reijciendus *cap. cum oporteat de accusat.* cum propter odium præsumatur mentiri *Rolan.consf.24.num.30.volum.1. Sim.de Pret.cons.* 15. *num.* 30. vbi firmat nullum penitus facere Indicium.

Item Gentilis alter testis est malæ famæ, quia vulnerauit in faciem quandam meretricem intuitu suæ meretricis, ac etiam in expeditione Militię in Ciuitate Venetiarum violauit stipendium, ac furtum commisit in domo cuiusdam Antonij 58 prout latiùs in facto deducitur; Ideo † tanquam criminosus, vt in tot sceleribus de Iure Canonico penitus à testimonio repellitur *cap super eo, & cap.2.de testib.* & de Iure ciuili in *l. ob carmen in princ. eod tit Gram.decis 34. n. 29. cons 38. n.7. Natt.cons.394. n. 9. vol. 2. vbi reddit rationem. Bursatt.cons 216. num. 90. vol.2. vbi etiam red-* 59 *dit rationem*. Secundo patiuntur † exceptiones in eorum dictis ob multa mendacia, & inuerisimilia, ac contrarietates, quæ laborant inter ipsos testes Curiæ, quæ operantur, vt non possint afficere D. Iulium, sed penitùs eorum depositiones sublatę intelligantur *l. qui falsæ de testib. l. eos de fals Iul. Clar. qu.53. vers. frequentiss. in fin. Mars. sing.488. Bursatt. Cons 216. num. 98. & num. 119. vol.2.* vbi ponit nonnullas repugnantias laborantes in casu suo, quę multum conferunt in proposito *Decian. resp.57 num.9. vol.3. Rolan cons. 93. num.11. vol.4.*

60 Sed pro totali demonstratione † Innocentię D. Iulij deducitur, quod post sedatam rixam, licet ipse potuerit aufugere, se tamen in posse Curiæ dedit, & Ideo magis pręsumitur pro ipso non aufugiente, quam operetur fuga contra fugientem *Crauet. cons.2. num.33. Eug. cons.63. num.91. Bursatt. cons.436. num.3. vol.4. Decian. resp. 93. num. 114. vol.2. vbi late.*

Nec obstat, quod per Curiã pręrendatur, ensem 61 † D. Iulij fuisse repertum in loco rixæ, quia cum præbeat in defensionibus authorem, quia illum accomodauit per sex dies ante d. rixam D. Eliseo, ista inuentio armorum non obest D. Iulio, per ea quæ tradunt *Bart. in l fin. num.5. de quæst. Boss. in tit. de indit. nu.55. vers cæterum si ostendat. Mars. in pract. crim §. diligenter num.91.*

Nec minùs obstat, quod in loco rixæ fuerit inuentus etiam ensis D. Elisei, & quod ex parte Curię fuerit inductus Magister Marchionus, qui nitatur recognoscere vnum ensem, quem ipse vendiderat Eliseo, & alium similem vendiderat Dionisio Puccio, quia facta comparatione per ipsam euidentiam facti, & per diuersitatem signorum apparet, quod ipse Magister Marchionus deci-62 pitur, quę probatio per inspectionem, & euidentiam, ac diuersitatem rei dicitur legitima probatio *Bero. cons.145. numer.11. lib.3. Eug. cons. 82. num.1. vol.1.*

63 Nec minus obstat, quod dicitur, ipsum † D. Iulium fuisse inuentum in loco rixæ, quia, vt in facto bene deducitur, non potuit verisimiliter interuenire in ipsa rixa, & postea, cum excludatur, non adesse tractatum, neque duellum, sed agi tantummodo de simplici rixa, debet inspici, & considerari quiquid fecit in eadem rixa *l. si in rixa. ad leg. Cornel. de sicar. Salicet in l Quoniam multa facinora num.23. C. de vi. publ Gram. cons.4. num.2. & 6. Ios. Ludou decis. Lucens.16 nu.11. Rim. Iun. cons.103. num.23. & seqq. vol.1. Ant. Gomez. tit. de delict. cap.3. num.36. vers secunda Conclusio.*

Nec postremo eidem nocet fuga à carceribus, 64 quia † cum aufugerit ianuis apertis, & absque aliqua conspiratione, vel fractura Carcerũ, non potest induci talis fuga in confessionem delicti *Iul. Clar. quæst.21. num.16. vers Quinimo secundum. & ibi Addentes num.95. testantur hanc opinionem esse veriorem, & Lud. a Peguer. in quæst. crim. cap. 1.* ita fuisse decisum in Sacro Concilio, & postea vt audio, pro dicta fuga fuit acriter publicè tortus, Ideo ex fuga præfata satis luit pęnam prout pluriès Senatus Mediolani in contingentia facti ita seruauit, vt testatur *Iul. Clar. in d. quæst.21. n.16.*

De Crimine Barattariæ.

S V M M A R I V M.

Barattariæ crimini imponitur pœna confiscationis, si causa est criminalis, si vero est ciuilis, dati triplum, & promissi duplum Iudex debet restituere. num.1.

De Barattariæ pœnis tam respectu Iudicis committentis, quam partis illum corrumpentis, remissiuè. num. 2.

Barattaria quando, vel quomodo committatur. numer.3.

Barattaria quomodo probetur, remissiuè. num.4.

De Barattaria, & dolo tantùm hodiè Iudices syndicantur. num. 5.

De syndicatu, qui scripserunt. remissiuè. num.6.

Ad syndicatum de iure communi Iudex stare debet per dies quinquaginta. num. 7.

Syndicatores post litem ortam debent illam terminare infra viginti dies. num.8.

Syndicandi terminus vigore Constit. Marchiæ fuit redactus ad dies 20 nempè dies 10. pro porrigendis petitionibus, & dies 10. pro ferenda sententia. num.9.

Syndicatorum sententia nisi fuerit lata infra terminum præscriptum à d. Constit. Marchiæ, Officiales habentur pro absolutis. num.10.

Syndicatus termino elapso non recipiuntur libelli querimoniarum, nec super eis ferri potest sententia. num.11.

Limita nisi querelans habeat aliquam iustam causam, de qua hic, Vbi de opinione Sac. Consulta. num.12.

Syndicatus termini possunt prorogari ex iusta causa. num.13.

Syndicatus termini, siù dilationes sunt prorogandæ, quando adfuit impedimentum, & causa est perplexa numer. 14 Vbi de approbatione huius opinionis facta à Sac. Consulta.

Melius est peccare in tempore, quam in sententia, ibid.

Barattaria in Iudicio criminali non probatur per mediatores, secus in ciuili. num. 15.

Pro Barattaria vt condemnari possit Iudex in pœna criminali, requiritur plena probatio n 16.

Secus autem ad effectum torquendi. num. 17

In syndicatu non admittuntur in testes pro alijs illi, qui dederunt petitionem pro se ipsis contra Iudicem. num. 18.

In syndicatu non debent recipi testes, quos Iudex carcerare fecisset. num. 19.

In syndicatuum causis proceditur etiam in diebus feriatis in honorem Dei, quoad fabricandum processum, secùs quoad proferendam sententiam. num. 20. & 22.

In Causis, in quibus proceditur ex abrupto, licèt construere processum in diebus feriatis in honorem Dei sed non ferre sententiam. num. 21.

Syndicatores in cognitione causarum syndicatus procedunt summariè, de plano, extraiudicialiter, & sola facti veritate inspecta num. 23.

De Virtute dd. Clausularum remissiuè num. 24.

Testes recepti parte non citata, si eorum depositiones sunt verisimiles, admittuntur, quando proceditur sola facti veritate inspecta. num. 25.

Syndicari non debet Iudex durante officio. num. 26.

Syndicari potest Iudex durante officio, si fuerit conuictus de Barattaria, & potest puniri, & officio priuari. num. 27.

Barattariam fuisse commissam ab Officiali non præsumitur, nisi probetur, receptas ab eo fuisse pecunias. num. 28.

Officialis ad tempus iurisdictionem habens prohibetur contrahere in loco, vbi iudicat, & quare. num. 29.

Officiali prædicto contrahente, vel emente etiam per interpositam personam, infirmato contractu, eius æstimatio infertur fisco num. 30.

Officialis prædictus si emerit ex officio, quod administrat, rem amittit, & in quadruplum fisco condemnatur. num. 31.

Pro Officialium contrahentium defensione remissiuè. num. 32.

Officialis an possit mutuam pecuniam accipere remissiuè. num 33.

Officialibus publicum Magistratum gerentibus, & Iustitiam administrantibus datur methodus viuendi, & sese gerendi. num. 34.

Iudicibus apud Athenas, & Ægyptios erat potus vini interdictus. num. 35.

Fines non solum per testes, sed etiam per famam, ac alia adminicula probantur. num. 36.

Fines plenè probantur per coniecturas, inditia, & præsumptiones. num. 37.

Argumentum à sufficienti partium enumeratione est in iure solidissimum. num. 38.

Fines per leues probationes probantur. num 39.

Fines probantur ex catastro. num. 40.

Inuerisimili non creditur. num. 41

Fines probantur ex solutione Aquæductus. num. 42.

Termini ita ponuntur, vt ferantur in aliquam partem, & lapides longi semper respiciant per directum, non autem per obliquum, num. 43.

Diuisio semper expletur per lineas rectas. num. 44.

In terminis ponendis obseruantia plurimum pollet. num. 45.

Territorium præsumitur eius, qui in eo construxit. num. 46

Nemo præsumitur operari in alieno. num. 47.

Finium quæstio quando est incidenter deducta, ex sola possessione iustificatur dominium. num 48.

In finium controuersia sola occupatio facit præsumere Territoria Ciuitatum, vel Castrorum esse occupantis num. 49.

Vsus fluminis publici fit occupantis in parte occupata. num. 50.

Clusa Molendini extructa in flumine quo ad proprietatem est habentium prædia cohærentia, quo vero ad vsum spectat ad construentem. num. 51.

Testes deponentes de lapide posito pro termino nihil probant, si nesciunt qualitates, quibus debet insigniri lapis, vt terminus denominetur. n. 52.

Terminus diuisorius non potest dici omnis lapis in terra positus, nec omnis mons num. 53.

Ocularis inspectio non fallit. num. 54.

Descriptio facta in catastro non præiudicat ignoranti num 55.

Amplia, dum non constat descriptos soluisse onera in loco catastri. num 56.

Identitas est probanda ab allegante, quando est fundamentum suæ intentionis. num. 57.

Fluminum inundantium natura est consumere semper, & rapere num. 58.

Flumina funguntur vice censitorum. num. 59.

Alteri per alium non potest iniqua conditio inferri. num. 60.

Probatio æquiuoca de necessitate non concludens, & habens possibilitatem contrariam non est attendenda. num. 61.

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. num. 62.

Syndicus debet doceri esse talis per Instrumentum. num. 63.

Syndicus confitendo non potest inferre præiudicium Communitati. num 64.

Possessio Aquæ probatur ex protractione eiusdem aquæ facta per vallatum. num. 65.

Possessio aquæ probatur ex sola fabricatione vallati. num 66.

Iudicia super vsu aquarum terminari debent ex diligenti obseruatione locorum, & vetustatis cursus aquæ. num. 67.

In Iudicio finium regundorum attenditur effectus possessionis, & ex ea datur manutentio. n. 68.

Possessio præsumitur semper continuata, nisi fuerit ab alio occupata, vel interuersa per aliquam probi-

probibitionem, & probibiti acquiescentiam. num.69.

Possessionem de tempore motæ litis non est necesse probare, dum constat de antiquiori. num. 72.

Fines præscribuntur possessione decemnali. num.71.

Testes recepti absque partis citatione probant quando proceditur sola facti veritate inspecta, & illorum dictum est verisimile, ac recipiat fomentum ab euidentia facti. num.72.

Probationes coniecturales, & præsumptiuæ non releuant contra alium existentem in possessione confinium. num 73.

QVÆSTIO VNDECIMA

1 ET in crimine † barattariæ pœna cõfiscationis imponitur, si causa est criminalis, si verò ciuilis, dati triplum, & promissi duplum Iudex restituet *auth. nouo iure C. de pœn Iudic. qui mal. iudicau. Farin. quæst. 111. num. 34. & 35. & cons 5. num 34. & 54 Pascal. de patr. potest.* 2 *par. 4. cap. 5. num 68. in prin* de alijs pœnis † huius criminis, tàm in Iudice committente, quam in parte illum corrumpente, agunt *DD. relati à Pascal. d num. 68* inter quos plenius quam omnes *Farin. d. quæst. 111. per tot. & præsertim artic. 7. 8. & 9.*

3 Hoc crimen † committitur, dùm Officialis aliquid accipit, vt non facienda faciat, vel facienda omittat, vel iustitia pecunia distrahatur, vel cum pecunia officium Iudicis permutetur *Mascard. de probat. conclus 164 num. 1 Pascal. de patr potest. par. 4. cap. 5. num. 68. Mastrill. de magi-* 4 *strat. lib. 6. cap. 8. num. 35. & seqq.* quomodo † probetur, scripserunt *Mascard. de probation. conclus. 166. Farin. d. quæst. 111. artic. 11. &* remissiuè *Pa-* 5 *scal. num. 68.* & quia † de illa, & de dolo tantùm hodiè Iudices syndicantur *Farin d. quæst. 111. num. 572. Giurb. cons. 72. num. 2. versic sindicari itaque debet. Guazzin. defens reor. 1. Cap. 23. num. 8. Gilian. ad Statut. Perus. § syndicatus. versic. eum quidam Locumtenens Ciuilis*, vbi refert ita mandasse S. Consultam, *& in adnotat. num. 6.* & quia 6 etiàm † de syndicatibus scripserunt *DD. relati ab eod. Gilian. in d. adnotat. n. 1.* quibus addo *Guazzin. d. c. 23. Ant. de Bal. var. tract lib. 6. per tot. Ronit prag. 1. iūct a addit. de syndic. Causis de bracb. Reg par 5. & in Statu Ecclesiæ constit. 25. Clementis VII. nou. bullar. tom 1. & constit Marcb. lib. 2. cap. 40.* ideò ego afferam duntaxàt aliqua pauca, quę habui in practica.

7 De iure communi † Iudex stare debet ad syndi-8 catum per dies quinquaginta, & syndicatores † post litem ortam debent illam terminare infra dies viginti *l. 1. C. vt omn. Iudic. Paris. de Put. de sindic.* 9 *§. Officialis cap. 6. num. 1.* per † constitutionem autèm Marchiæ *d. cap. 40.* fuit redactus terminus ad dies viginti, quorum medietas fuit assignata pro porrigendis petitionibus contra officiales, & altera medietas syndicatoribus ad ferendam senten-10 tiam, quibus † diebus elapsis, ac sententia non secuta Officiales habentur pro absolutis *d. l. 1.* & cauetur in *eadem constit. Marcb. d. cap. 40. versic. & si intra dies.*

11 Si post terminum † lapsum præsentarentur libelli querimoniarum, illi non essent admittendi, & sententia super eis ferri non potest *Thomat. decis.* 12 *Marcb. 25. per. tot.* nisi tamèn quis † compareret post syndicatum, & medio iuramento diceret, se fuisse absentem, vel aliàs legitimè impeditum, & habuisse ignorantiam bannimentorum, quià hoc casu debet audiri, & ex integro admitti ad querelandum *Put. d. §. Officialis cap. 5. num. 3. Giurb. cons 53. num. 9. & seqq.* & quidquid voluerint contrarium *Thomat. d. decis 25. num 11. Caualcan. de bracb. Reg par. 5 num. 11.* S. Consulta approbauit opinionem *Putei* in quodam syndicatu habito in Ciuitate Fugnei de anno 1653. vt ex litteris, quas habeo penès me originaliter seruatas.

13 Est tamèn aduertendum, quod isti † termini, & dilationes possunt ex iusta causa prorogari *Put. d. § Officialis cap. 6. num. 2. Caualcan de bracb. Reg. par. 5. num 277.* id concedens quandò adfuit impedimentum, & causa est perplexa; vt enim inquit *Caualcan. d. tract par. 6. num 214. versic. in iudi-* 14 *cijs quoque* melius †, est peccare in tempore, quam in sententia, & hanc conclusionem admisit paritèr S. Consulta in eodem syndicatu.

15 Ad probandam † barattariam in iudicio criminali non admittuntur mediatores, secus in causa ciuili *Decian. tract. crimin lib. 8 cap. 38. num. 2. Caualcan d par. 5. num. 110. Farin. d. quæst. 111. n. 271. & seq Giurb. cons. 72. num. 16. propè fin. versic. licet mediator Castill. decis. Sicil. 164. num. 28.* 16 quo enim † ad pœnam criminalem requiritur cõtra Iudicem plena probatio *Baiard. ad Clar. quæst. 73. num. 16. Castill. d. decis. 164. num. 23. 24. & 27.* quod procedit si agitur de condemnando, non 17 autèm † ad effectum torquendi *Decian. d. cap. 38. num. 8. Farin. d. quæst. 111. num. 277. Castill. d. decis 164 num. 37.*

18 In testes † contrà Iudicem non admittuntur ad probandum pro alijs illi, qui in syndicatu dederunt petitionem pro se ipsis *Mascard. de probation. conclus 165. num. 6. Caualcan. de bracb. Reg. par. 5. num. 110. & de testibus par. 4. num. 117. ver-* 19 *sic. idem de querelantibus*, vbi quod nec † debent admitti testes, quos Iudex carcerare fecisset.

20 In causis † syndicatuum proceditur etiàm in diebus feriatis in honorem Dei *Put. de syndicat. §. feriæ cap. 1. per tot.* quem refert *Cancer. var. resol. par. 3. cap. 12. num. 28.* & clariùs omnibus *Rouit de syndicat Official. pragm. 1. num. 8.* intellige tamèn, quoad fabricandum processum, non autèm ad pro-21 ferendam sententiam, quià etiàm in † causis, in quibus proceditur ex abrupto, licet construere processum, sed non ferre sententiam *Maur. Burg. de mod proceden ex abrupt quæst. 25. per tot.* & in 22 puncto † quod in his diebus non possit ferri sententia in causa syndicatus, dixit *Giurb. cons. 18.* 23 *num. 13. & seqq.* in huiusmodi † causarum cognitione

tione ſyndicatores procedunt ſummariè, de plano extraiudicialiter, & ſola facti veritate inſpecta *ex d.bulla.25 Clementis VII.§.atq. in examinatione,* 24 de quarum † clauſularũ virtute ſcribit latè *Barboſ. clauſ 173.& 176.vtrobique per tot.* ego ſolum ad 25 hoc propoſitum addo, quod, dùm † proceditur ſola facti veritate inſpecta, admittuntur teſtes parte non citata recepti, ſi eorum depoſitio eſt veriſimilis, vt probant *DD*, à me adducti *in Firmana vſus aquæ §.parùm verò*, in qua dedi votum, ſecundum quod fuit illa cauſa expedita, & inferiùs habebitur impreſſum.

Eſt adeò graue crimen barattariç in Iudice, vt 26 licet regularitèr † durante officio ſyndicari minimè debeat *l nec Magiſtratibus 32. ff.de iniur,* at- 27 tamèn conuictus † de barattaria poteſt illo durante puniri, & Officio ipſo priuari *Capyc. deciſ. 121.num. 16. & infrà iuncta addit. Maſull. Capiblanc.de Baron.ib.pragm.5 num.55.& 56.tom: 1. Maſtril.deciſ 188.num.13.14.& 15.& in tract.de Magiſtrat.lib.6.cap.5. num.16. Sanfelic.deciſ. 61.* 28 *num 1.& infra & deciſ 02.num.56.*& quamuis † pro officiali ſtet præſumptio, quod barattariam non commiſſerit, ſi tamèn probatur, recepiſſe pecunias, tunc præſumitur contra ipſum recipientem, vt conciliando contraria diſtinguit *Farin.d. quæſt.111.n.55.cum ſeqq.Maſtrill.de Magiſtrat. lib.6.cap.8 num.29. & infra.*

29 Prohibetur † etiàm officialis ad tempus iuriſdictionem habens contrahere in loco, vbi iudicat, quià præſumitur, quòd metu inducat ſubditum ad contrahendum *l qui officij ff de contrah. empt. l ſi quod per impreſſionem C de his quæ vi, vel met. cauſ Cancer.var.reſol.lib.3.cap.1.num. 97.& 98. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.6,cap.10,num.11. San-* 30 *felic.deciſ.105.num.15.& 16.*ſi vero † contraxerit, vel emerit etiàm per interpoſitam perſonam, infirmato contractu eius æſtimatio infertur fiſco 31 *l.aufertur §. quod à Præſide ff de iur. fiſc.* & ſi † emerit ex officio, quod adminiſtrat, rem amittit, & in quadruplum fiſco condemnatur *l. non licet. 46.ff.de contrab. empt. Montan. de tutel. cap.30. num.62.& Guazzin.de confiſcat.concluſ 13. am-* 32 *pliat. 8.& 9* ſed pro † defenſione officialium contrahentium adeatur *Sanfelic. deciſ 404.à num.* 33 *11.vſque in fin.* an autèm † poſſit Officialis mutuam pecuniam accipere, erit videndus *Sanfelic. deciſ.170.per tot.* & latiùs *Carlenall de iudic tom. 1.diſputat.3.*

34 Quià autem publicum † Magiſtratum gerentes, & iuſtitiam adminiſtrantes non poſſunt omnibus placere, vndè naſcitur, quod malignantium liuore plures contra ipſos perſecutiones excitantur, ſtudeant ideò incorruptè omnibus indiſtinctè iuſtitiam facere, adeo vt nemo poſſit ipſos cum veritate reprçhendere; ſed ſuper omnia ſe præbeant faciles in audientijs præſtandis, ne miſeri litigantes diùm ab eorum foribus arceantur, expenſis, & longitudine litium infelicitèr torqueantur *l.obſeruandum eſt ff de offic. Præſid. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.2.cap.2.num.65.& 66.& lib. 3. cap. 5. n.* 41. vbi quod eorum domus, & aulç ſempèr detineri debẽt apertç; & propterea debent ſe ſe patientes oſtendere, effugiendo omnes cauſas clamorum, & maximè ebrietatem, quæ plura incommoda producit in omnibus perſonis, & præſertìm in Iudice, qui conſtitutus in ſpecula maiorem 35 deformitatem oſtendit, & idcirco † Athenis, & apud Ægyptios erat illis vini potus interdictus, vt refert *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 2. num. 67,68,69.*

Sequitur votum deciſiuum Authoris in firmana vſus aquæ

Iam pridem, & pluries Cluenti in proximam Ripam irruptione facta fuit deſideratus primus lapis diuidens regionem Montis Cauſarij ab illa Ciuitatis nouæ, qui vna cum duobus alijs ad finium diſcordias componendas vſque de anno 1587 poſitus fuerat. Ex qua deperditione fuit porrecta occaſio conquerendi hominibus eiuſdem Montis, quod illi Ciuitatis nouæ, vltrà proprium territorium progrediendo, aquas à Flumine ducerent ad Molendinum. Vnde ſuper huiuſcemodi aquarum vſu lite coram Illuſtriſs. D. meo Gallio Marchiç Gubernatore, ex Reſcripto Sacræ Congregationis boni Regiminis introducta, cupiebat Montis Cauſarij Vniuerſitas, illum reſtringendum fore vſque ad lapidem de nouo loco primi deficientis affigendum; cuius affixioni aſſerebant fieri locum propè Vallatum vetus, vbi antiquitus ſtatutus erat, linea à ſecundo, & tertio lapide per tranſuerſum ducta in fouea confecta, dum ibi ad oculariter inſpiciendum locum controuerſum acceſſi.

Huic autem petitioni autumabant, eſſe annu- 36 endum, eò quia † in quæſtione de finibus ſunt ſatis, non ſolum teſtes, ſed etiam fama, ac alia adminicula. *Seraphin.deciſ 44. num. 3 Rot. recent. deciſ 683.num.3 par.1.in Tiburtina confinium 4. Martij 1611.coram Sacrato. Sperell deciſ 178.* 37 *num.1.* vbi quod † coniecturç, inditia, ac præſumptiones plenam probationem conſtituunt; Et in pręſentiarum pro comperto habebant, plures ad ſui fauorem enumerari.

Tùm quia quatuor Teſtes deponunt, Vallatum vetus fuiſſe paulò infrà dictam foueam, propè quam ipſe lapis ab ipſis Teſtibus viſus fuerat, & 38 ducendo argumentum † à ſufficienti partium enumeratione, quod ſolidiſſimum in iure appellant *Euerard.in Topic.in loc. à part. enum. per tot. & Barboſ loc.commun.argument.108. num. 1.* arguebant, quod cum tres formç Vallatorum, vltrà nouiſſimam, per quam hodiè aqua fluit, in ripa controuerſa reperiantur, quarum altera à Bonfilio quindecim ab hinc annis, altera poſt hanc conſtructa fuit, quç propterea nequeunt eſſe Vallatum vetus, ſequatur neceſſariò, illud eſſe aliam formam ibidem exiſtentem, iuxtà quam eſſet hodiè terminus referendus, vt in vetuſto loco reponeretur.

Tùm etiam, quia in libro æſtimi Montis Cauſarij ſunt deſcripta Bona confiſcata Venantio

San-

Santozzij, in quo concordat, & ipsius Ciuitatis nouę Catastrum, ac alteri nuncupato Corinę Salmarum nouem, & Modiolorum duorum, ex quibus iacent in agro eiusdem Montis Modioli triginta, quod optimè comprobatur, & conuenit, si linea ducetur per transuersum ad foueam suprà expressam, si enim traheretur per rectā, ipsa bona ferè integralitèr in Territorio Ciuitatis nouę consisterent contrà descriptionem in eodem Catastro 39 contentam, quod argumentum, & si leue† probat confines *Francisc. Marc. decis.* 111. *num* 3. *&* 159. *num.* 4. *par.* 2 *Coccin. decis.* 35. *num.* 4. *in* 40 *fin.* qui remanent † magis iustificati per ipsum Catastrum *Hieronym. de Mont. de finib. cap.* 64. *per tot. Menoch. cons* 147. *num.* 49. 50. 51. *vol.* 2.

Omninò autem lineam transuersam ducendam esse comprobabant, quia, si per directum ageretur, Terminus iacuisset in arena Fluminis per interuallum cannarum viginti vnius, vndè Vallatum, & Terminus extitissent in ipso alueo affi- 41 duæ Fluminis ire obnoxij, quod nentiquàm, vel inuerisimile credendum est, cum preseferat speciem falsi. *Vermigliol consil* 171. *num.* 25. quę inuerisimilitudo penitùs euitatur mensurando per transuersum, nam omnia consisterent in terra solida, vt conuenire existimatur.

Addebant tandem, quod Molendinarius Ciuitatis nouę pro hoc aquę ductu soluit certam pecuniarum quantitatem Vniuersitati dicti Montis, 42 ex qua † solutione fines probari asserit *Hieronym. de Mont. dicto tract. de finib cap.* 52. *num.* 9. quam solutionem nec inficiatur in quadam instantia iudiciali Sindicus ipsius Ciuitatis nouę.

At è contra replicabatur, lapidis deficientis reintegrationem esse regulandam à duobus alijs, qui hodiè supersunt, per lineam rectam, cum ter- 43 mini † ità consueuerint poni, vt ferantur in aliquam partem, & lapides longi semper respiciant per directum, non autem per obliquum *Bart. in Tiberiad figur.* 20. *incipien. hac figura differt ab omnibus. Calcan. consil.* 90. *num.* 10. 11. 12. *&* 13. *Hieronym. de Mont. de finib. cap.* 18 *per tot.* prę- 44 tertim, quia † diuisio semper expletur per lineas rectas, nec alius modus diuidendi fuit in iure excogitatus *l. inter eos ff. de acquiren. rer. domin. Aym. de alluuion. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. 3. *& seqq.*

Quæ præsumptio ducendi lineam rectam ab vno termino ad alium, videtur omninò amplectēda, nam alias in quadam sententia lata pro separatione eorundem Territoriorū, fuit dictum, terminos indicare diuisionem per directum, & dum de anno 1587. ijdem tres lapides fuerunt appositi, fuit in transactionis documento expressum, quod primus terminus affigebatur per directum, exeun- 45 do versùs Flumen Cluenti, quæ † obseruantia in similibus plurimùm pollet, *ex Bartol. & Calcan. allegatis.*

Omnem autèm difficultatem euitari posse, existimabatur, cum Ciuitas noua fecerit construi plura Vallata, & signantèr illud Bonfilij, quod antequàm à Flumine corroderetur, vsque ad, imò vltrà dictos terminos per lineam rectam perue- 46 niebat, ex † qua constructione satis ostèditur, territorium esse eius, qui construxit *Bursat. consil.* 235. *num.* 15. 17. *&* 18. *Paris consil.* 4. *num* 6. *vol.* 4. *Mascard de probat. conclus.* 403. *num.* 17. *Capyc. latr. consultat.* 22. *num.* 10. *vol.* 1. non tantùm, quia 47 nemo † pręsumitur operari in alieno, vt aduer- 48 tunt prææallegati *D. D.* sed etiàm, quia † quęstione finium incidentèr deducta ex sola possessione iustificatur dominium *Francisc. Marc. decis.* 111. *num.* 1 *par.* 2. *Sperell decis.* 178. *num.* 38. vbi quod Aduersarij non permisissent, Vicinos tàm ante possidere, si Domini non fuissent, *num.* 39. 40. 41. 42. 43. 44. vbi quod possessio præsumitur iusta ad effectum illam retinendi, *& num.* 46.

49 Quinimo in † controuersia finium sola occupatio facit præsumi, Territoria Ciuitatum, vel Castrorum esse occupantis *Bald. in cap. cum causam num.* 8. *de probat. Francisc. Marc decis* 112. *num.* 11 *part.* 2. *Addit ad Allegation. Iacobi de Put. post Hyeronim. de Mont. de finib. nu* 45. *Mascard. dicta conclus.* 403. *num.* 24 Regulare namque 50 est, tàntas vires tribui occupationi, vt † vsus Fluminis publici fiat occupantis in parte occupata *l. fluminum ff de damn. infect. Francisc. Marc.* 51 *decis.* 416. *num.* 4. *par.* 1. & Clusa † Molendini extructa in eodem Flumine, licèt quoad proprietatem sit illorum, qui habent prædia cohærentia, tamen quo ad vsum spectat ad construentem *post Bartol in l quominus quasi.* 10. *nu.* 18. *ff de flumin. Francisc Marc. dicta decis.* 416. *num.* 7.

Nec obstare putabant testimonia pro Vniuersitate Montis Causarij superiùs ponderata, cum affirmantia, Vallatum vetus fuisse subtùs foueam, conuincantur de mendacio ab ipsa facie loci descripta in mappa postremo loco eleuata, vbi vestigia Vallati veteris longè suprà foueam conspi- 52 ciuntur, vndè nullam fidem acquirunt; proùt † nèc probant, lapidem visum fuisse terminum deperditum, nàm omnes ipsi quatuor testes, & præsertim Alexander Pallanterius, qui plus alijs animosè deponit, nesciunt qualitates, quibus debet insigniri lapis, vt Terminus denominetur, quæ recensentur *à Hieronym. de Mont. de finib. cap.* 17. 53 cum tamen † non omnis lapis in terra positus, nec omnis Mons possit dici terminus diuisorius *Surd consil.* 429. *sub. num.* 20. *Sperell. dicta decis.* 178. *num.* 5. parumque etiam prodesse censebant argumentationem à sufficienti partium enumeratione deductam, quia admissa etiam illius veritate, nihil vtilitatis pro Aduersarijs colligi posse videbatur, dum Vallati veteris vestigia suprà fo- 54 veam adesse comprobat † ocularis inspectio, quæ falli nequaquam valet.

55 Descriptio † in Catastro Montis Causarij secuta inscia Communitate Ciuitatis nouæ nullatenùs potuit ignoranti pręiudicare *Roman. consil.* 275. *num.* 10. *Hieronym. de Mont. de finib. cap.* 64. *num.* 56 6. & multò minùs, dum † non constat descriptos ibidem soluisse onera in Terra Montis Causarij *Hier. de Mōt. d. c.* 64. *n.* 5. *Menoc. d. cons.* 147. *n.* 53.

Vltra

Vltrà quod nullibi ostenditur, bona hodie ab Excellentissimo D. Duce Cęsarino possessa, esse eadem, quę fuerunt per confiscationem ablata

57 Venantio, & Cotinę, & tamen † identitas hęc, vti propriæ intentionis fundamentum, debuisset probari per allegantem *l. si in rem in fin. ff. de rei vendicat. Mascard. conclus.* 1179. *num.* 58. *Altograd. consil.* 100. *num.* 8. *vol.* 1.

Obiectum, quod Terminus, & Vallatum iacuissent in ipso Fluminis Alueo, asserebant, tolli, considerando, quod videtur in Ripa quędam figura semicircularis indicans Fluminis corrosionem (vt ipsa facti euidentia demonstrat, ac deponunt omnes Testes) quæ à puncto loci, per quem de præsenti Amnis defluit, continet internallum cannarum decem, & octo, ideoque indubitantèr argui potest, plus vltrà etiam terram solieam processisse, à veracitate tamen Fluminis cōsumptam, vt colligitur ex attestatione iurata Iran. cisci Albanesij coadiuuata ab alijs testibus, & il-

58 larum Riparum inspectione, cum † hęc sit Fluminum inundantium natura continuere semper, & rapere solū, vt aduertitur *apud Aym. de Alluuion. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 25. *vbi refertur illud Virgilij Georgicor. lib.* 2.

Fluuiosque innare rapaces.

Ciriac. controu. 182. *num.* 60. *& 61. & Arias de Mesa. var. resol cap.* 43. *& seqq. lib.* 2.

Quę voracitas redditur valdè considerabilis in Cluento, quod extrà proprium Alueum ob imbrium copiam sæpè sępiùs luxurians omnia deuastare non sine formidine conspici valet, adeò vt dici possit *cum eodem Virgilio Æneidos lib.* 2.

Aggeribus ruptis cum spumeus Amnis
Exijt, oppositasque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omnes
Cum Stabulis Armenta trahit.

Et cum Statio Thebaid. lib. 9.

Nec mole liquenti
Contentus carpit putres seruantia Ripas
Arbusta, annosasque trabes, eiectaque fundo
Saxa rotat.

59 Tantamque propterea † auctoritatem Iurisiæ Fluminibus indulserunt, vt illa vice censitorum, quoad Agros commutandos, ac distribuēdos fungi voluerint *l. ergo §. alluuio. ff. de acquir. rer. domin. Francisc. Marc. dict a decis.* 111. *num.* 19. *&* 20. *& decis.* 270. *num.* 7. *par.* 2. *Ciriac. controu.* 376. *num.* 44. *& seqq.*

Minùs attendi posse solutionem Molendinarij,

60 deducebatur, quia † per ipsum non potuisset cōmunitati in qua conditio inferri *vulgat. l. non debet. ff. de reg. iur.* Et debuisse etiàm probari solutionem emanasse causa vsus aquæ in loco controuerso, cum potuerit accidere ob illam ducendam ex alia parte superiori in ipso Territorio Montis

61 Caufarij; Ideoque, vti probatio † æquiuoca de necessitate non concludens, & habens possibilitatem contrariam, minimè est attendenda *cap. in præsentia de probation. Ciriac. controuers.* 263. *num.* 11. *& controuers.* 384. *num.* 41. *Rot. recent. decis.* 216. *num.* 13. *part.* 7. Vnde aiebat *Ouidius lib.* 3. *Amor Eleg.* 13.

Est mihi pro facto sæpè, quod esse potest.

62 Non enim † hoc esse probat, quod ab hoc cōtingit abesse *l. non hoc. C. vnde legitim. Ciriac. controuers.* 65. *num.* 7. *& controuers.* 118. *num.* 9.

63 Quo vitio laborat etiam † allegata confessio Syndici, qui vlteriùs debuisset doceri talis per Instrumentum habitum a Communitate *Loseus de*

64 *iure Vniuersit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 51. & † confitendo nec inferre valuit aliquod præiudicium eidem Communitati. *Greg. XV. decis.* 75. *num.* 1. *& add. num.* 3 *& decis.* 460. *num.* 4. *&* 5. *Rot. apud Posi. de manuten. decis.* 166. *num.* 51.

Hæc omnia in Iure solidissima animaduertentem me tulerunt ad respondendum, D. S. Illustrissimam debere concedere Communitati Ciuitatis nouę manutentionem vsus aquę ducendę ad Molendinum a secundo, & tertio limite, linea producta per rectum, vsque in Flumen Cluenti, cum

65 ex † aqua pluriès protracta per Vallatum Bonfi-

66 lij, imò † ex sola fabricatione illius huiusmodi possessio probetur *Gratian. discept at. forens.* 615. *num.* 14. *Posi. de manutent. obseruat.* 34. *num.* 8. maximè

67 facta † diligenti obseruatione locorum, & vetustatis cursus aquæ, secundum quorum qualitates iudicia super vsu Aquarum terminari debere, sentit *Francisc. Marc decis.* 111. *nu.* 10 *par.* 2. Cu-

68 ius † possessionis effectus etiam in iudicio finium regundorum attenditur, & ex ea manutentio indulgetur *cap. ex litteris de probation. l. si quis C. fin. regund Francisc. Marc. dicta decis.* 111. *num.* 1. *Boeeae. de interd. vti poss. d. cap.* 3. *num.* 23. *Menoch. remed retinen.* 3 *num.* 310. *Posi. de manutent. obseruat.* 10. *num.* 79.

Et quidem in nihilo obstante plurium annorum

69 cursu, cum † possessio præsumatur semper continuata, nisi fuerit ab alio occupata, vel interuersa per aliquam prohibitionem, & prohibiti acquiescentiam *Gratian. disceptat. forens.* 310. *nu-*

70 *mer.* 52. 53. 54. *& seqq.* vbi quod † propterea non est necesse illam probare de tempore motæ litis *Fontanell. de pact. nuptial. clas.* 7 *glos.* 3. *par.* 9. *nu.* 50. *& seqq. Posi. de manuten obseruat.* 58. *num.* 13. *& seqq Altograd. consil.* 74. *num.* 12. *iuncto num.* 67. *vol.* 2. *Thomat. decis.* 261. *num.* 12. 13. 14 *&* 15. *par.* 2.

71 Cumque iàm sint elapsi plures, quàm † decem anni, ex quo Ciuitas noua fecit pro vsu Aquæ cōstrui Vallatum Bonfilij, videtur saltèm per indirectum præscripsisse confines vsque ad locum possessum, cuius commodo priuari minimè debet *Hieronym. de Monte de finib. cap.* 74. *num.* 2. *&* 3. *Giouagnon. consil.* 30. *num.* 19. *vers. præterea lib.* 2. *Sperell dicta decis.* 178. *num.* 47. *&* 48. apud quos concluditur, quod ad præscribendos fines per modum accessionis exuberant decem Anni.

Parùm verò mihi visum fuit referre, quod aliqua ex desuper expressis iustificentur a Testibus

72 parte non citata receptis. Nàm, † cum inter Communitates procedatur sola facti veritate inspecta

spectã, ex Bulla Sanctę Recordationis Clementis VIII edita die 30. Octobris 1592. illorumque testimonium sit vndequaquè verisimile, recipiatque fomentum ab ipsi euidentia facti, defectus huius citationis non redditur considerabilis *Marsil. singul. 343. vers. sed vltra num. 5. Dec. consil. 54. num. 2 Crauett. consil. 198. num. 11 Farinace. quast. 72. num. 72.*

Nec ad impediendum hunc aquarum vsum, fuerunt visę sufficientes probationes pro Vniuersitate Montis Causarij relatę, quia vltrà responsiones superiùs applicatas, quę subsistunt, om-73 nes † sunt coniecturales, ac pręsumptiuę, quę non releuant, dum alius in possessione Continium reperitur, sed esse debent plenę, & concludentes *Mascard. de probat. conclus. 393. nu. 12. & conclus. 397. num. 9. Sperell. dicta decis. 178. num 99.*

De Peculatu, & Residuis.

SVMMARIVM.

Peculatus, & Residui crimen sunt similia, & puniuntur à lege Iulia. num. 1. & 2.

De Peculatu, & Residuis, qui tractarint, remissiuè. num. 3.

Testes singulares in crimine Peculatus aperiunt delictum ingenere, & in specie. num 4.

Testibus singularibus potest Iudex fidem adhibere, dum ex illorum dicto inducitur ad credulitatem delicti num. 5.

Surripiens publicam pecuniam subiacet pana l. Iulia de Peculatu. num. 6.

Maximè adhuc durante administratione. num. 7.

Scribens in computis maius pretium, quam quod frumentum publicum emerit, punitur pana l. Iulia de peculatu. num. 8.

Scribens in computis maius pretium, quam quod frumentum publicum emerit, punitur pana deportationis. num. 9.

Et pecuniaria quadrupli fisco inferenda. num. 11.

Condemnatio ad Triremes hodiè successit loco deportationis. num. 10.

In Peculatus crimine pana pecuniaria cumulatur cum corporali. num. 12.

Officialis incidens in crimen peculatus punitur pana vltimi supplicij. num. 13.

Officialis committens crimen falsi plectendus est pana vltimi supplicij. num. 14.

Officialis appellatione in crimine peculatus veniunt omnes habentes administrationem aris publici, & si iurisdictionem non habeant. num. 15.

Reddentes computa Camera Apostolica non integrè, & fidelitèr puniũtur panis periurij, falsi, decupli, & alijs arbitrio Papa ex bulla Pauli III. num. 16.

Administrator tenetur reddere computa de administratis. num. 17.

Administrator non indiget deputatione per Scripturam, dum ex actibus administrandi probatur esse talem. num. 18.

Pana falsi est relegatio, vel exilium. num. 19.

Pana reseruata arbitrio non possunt excedere expressas. num. 20.

Scelus aduersus Principis patrimonium est nimis graue, & detestandum. num 21.

Pro scelere aduersus Principis patrimonium commisso potest imponi relegatio per quinquennium, & condemnatio ad decuplum, cum inhabilitate inposterum ad similia officia exercenda. num 22.

Restitutio pecunia subtracta per administratorem aris publici comprahenditur sub decuplo ad quod condemnatur. num. 23.

Dupli seu quadrupli restitutio, quando totum debetur pro pana, non continet rem petitam. n. 24.

Vbi lex, vel statutum non condemnat ad quadruplum vltra restitutionem rei subtracta, res illa continetur sub quadruplo num. 25.

Bulla super administratoribus Camera Apostolica edita à Paulo III. intellectus, remissiuè. num. 26.

QVÆSTIO DVODECIMA.

1 Quod vna lege Iulia † coerceatur peculatus, & residui crimen, adeò simile appellauit *Decian. tract. crimin. lib. 8 cap. 21. num. 1* vt referat *Liuium lib. 33. historiar.* pro eodem † 2 vsu. pau... illis verbis *quantumuis peculatus auertere omnibus residuis exactis pecunijs*; & de ipso extat *tit. ff. ad l. Iul. peculat. & de resid.* peramplè illius † materiam pertractant *idem Decian. d. lib. 8.* 3 *cap. 30. 31 & 32. Farin. quaest. 171. Caball. resol. 99. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. num. 62. cum plurib. seqq. Guazzin. de confiscat. concl. 13. ampliat. 33. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 73. Capyc. Latr. consultat. 33. Nouar. pragm. Neapol. de offic. Procurat. Cæsaris. collectan. 6. Donat. Anton. de Marin. var. resol. lib. 1. cap. 291. Vermigliol consil. 466. num. 44. 45 & 46. Sanfelic. decis. 166. & decis. 285.* Apud quos sicuti videtur mihi impossibile non aduenire omnes casus benè ad trutinam reuocatos, ità possum euitare laborem illorum scripta transcribendi. sed referam solùm ea, quę in causa per me cognita ponderando sic scripsi.

Interceptio pecuniæ publicæ, & fraus in illius administratione commissa partim remanet iustificata ex propria confessione Rei, & partim pro-4 bata per testes, quamuis † essent singulares, qui non solùm aperiunt delictum in genere, *Caualcan. de testib. par. 4. num. 128. Sanfelic. decis. 337 num.* 18. Sed & in specie, quid dùm † Iudex ad credu-5 litatem delicti inducitur, potest illis fidem adhibere, *Castill. decis. Sicil. 163. num. 3.*

6 Et quoniam publicas † pecunias surripiens legi Iulię de peculatu se facit obnoxium *l. vnic. C. de crimin. peculat. §. itèm lex Iulia peculatus instit. de publ.*

7 *de publ. indic* maximè † adhuc administratione
8 durante *Farin.quaest.171.num.65.*& citrà omnem
dubietatem † falsò scribendo in computis maius
pretium, quàm quod frumentum venierit *l. hac*
9 *lege 11. ff ad l. Iul peculat.* ideò pęnam † deporta-
tionis fore infligendam, dimnitum est à *l. pecula-*
10 *tus pœna ff ad l. Iul peculat.* in cuius † locum ho-
diè successit condemnatio ad triremes *Farin. q.*
11 *19. num. 15. prope fin.* vltra † pœnam pecunia-
riam quadrupli fisco inferendam *l. qui contracti-*
12 *bus C. de iur fisc. lib. 10.* quæ † cumulatur cū cor-
porali *Farin. a. quaest. 171. num. 9. & 47. Sanfelic.*
decis 285. num. 57. & 60.

13 Quandò verò quis † esset Officialis, & in hoc
crimen incideret vltimo supplicio plectendus esset
Donat. Anton. de Marin. var. resol. lib. 1. cap. 291.
14 *num. 2. & 3.* vbi quod hac † pena practicatur
etiam vbi adest falsitas, vt hic, *Sanfelic. decis 166.*
15 *num. 4. & seqq.* cuius † Officialis appellatione ve-
nire quemlibet habentem administrationem æris
publici, & si iurisditionem non habeat, probat
idem Sanfelic. decis 61. num. 5. & infra.

Ad corrigendas autem pœnas iuris communis
superuenit *constitutio Iel recordat. Pauli III.*
16 *inter impress. nou. bullar. 40. tom. 1.* puniens † per-
sonas, quę reddunt Camerę computa non integrè,
& fideliter pœnis periurij, falsi, decupli, alijsq;
arbitrio Sanctissimi, quę in illis verbis, aliaq; per-
sonæ computa administrationum reddere deben-
tes, comprahendit hunc Carceratum, qui susce-
pit onus emendi frumentum pro Camera, illiusq;
17 pecunias † administrauit, de quibus propterea
debet reddere rationem *l. 2. ff. de negot. gest. l. 1. §.*
officio ff de tutel. Gregor. XV. decis 34. num. 4. &
decis. 187. nu. 1. & in terminis punctualibus huius
bullæ contineri quëlibet administratorem, & de-
bentem reddere rationem consuluit *Vermigl. cons.*
399 & cons 400. vtrobique per tot. vbi tamen ar-
bitratur locus esse resoluendum in creditore Ca-
18 merę; nec fuit † opus ad hunc effectum deputatio
in administratorem per scripturam, quia ex acti-
bus administrandi remanet probatus talis absq;
alia specifica deputatione, & scriptura *l. final. in*
prin. C. ac proxim. Sacror. scrin. lib. 12. Farinac.
quaest. 24. num. 51.

19 Cum verò pœna † falsi sit relegatio, vel exi-
lium *Farin. quaest. 150 num. 21. & 22.* pœni &
periurij *Farin. quaest. 160. num. 33. & 35.* alięq;
20 † reseruatę arbitrio nõ possint excedere expressas
Farin. quaest 18. num 50. 51 & 52. Sola ad constit.
Sabaud. tit. de edict. Annon glos 11 num. 19. &
21 quia nimis † graue, ac detestandum est scelus ad-
uersus Principis patrimonium *Sanfelic. decis 166.*
22 *num. 10.* censetem † posse imponi relegationem
per quinquennium, & condemnationem ad decu-
plum, vna cum inhabilitatione in posterum ad fi-
n illa officia exercenda per text. in *l. si aliquid C. de*
susceptor. lib 10 Sanfelic. decis 61. num. 1. & 2.

Et iuxta premissa fuit lata sententia post eum
discessum ab officio, in cuius probatione fuit du-
23 bitatum, an restitutio † Pecunię subtractę com-
prehenderetur in decuplo, an verò vltra decuplū
deberet fieri condemnatio ad illam restituendam,
vnde de hoc consultus, vt pote qui causam totã
discusseram, respondi similes pœnas sempèr com-
prehendere simplum restituendum, vt exemplifi-
cando in duplo, triplo, vel quadruplo sentiunt *Pe-*
regrin. de iur. fisc. lib. 4 tit. 7. num 19. Io. Francisc.
de Pont de potest. Prorcg. tit. 4. §. 6. num. 50. Cabal.
resol. 56. num. 132. Manson. de contraband. quaest.
19 num. 13. 17. & seqq.

Ad glos. verò in §. ex maleficijs versic libellus
in actione furti manifesti prope fin. instit. de actio.
24 quę † volens quadruplum esse vltra rei persecu-
tionem, allegabatur mihi in contrarium, respondi
illam sic dicere, quià ibi textus vult quadruplum
furti manifesti, & duplum non manifesti esse to-
tam pœnam, ideoq; rem petitam non contineri
Ias in §. sic itaque num. 5. & 6. de action Marsin.
25 *d quaest. 19. num. 14. 15. & 16.* at quandò † lex,
vel Statutum non exprimit esse totam pęnam, vel
non condemnat ad quadruplum vltra rei ipsius
restitutionem, semper in quadruplo continetur
res vendicata *Ias d. §. sic itaque num 7.*

26 Ad intellectum superius mentionatæ *bullæ Pau-*
li III. vltra locos supra allegatos scripsit *Vermi-*
gliol. cons 136. & cons. 137. quem indico, vt opus
habens possit adire.

De Ludo.

SVMMARIVM.

In

In ludo licito si amittantur pecuniæ in magna quantitate non datur actio. num. 15.

Pro mutuo facto lusori denegatur actio mutuanti pro illius repetitione. num. 16.

Limita pluribus modis. num. 17.

Ludus an possit fieri licitus ex consuetudine variauerunt scribentes. num. 18.

Ludus alearum non potest fieri licitus per consuetudinem. num. 19.

Ludus alearum potest reddi licitus ab vsu, saltem ad pœnam euitandam. num. 20.

Præcipuè dum toleratur per Principes. ibid.

Limita. num. 26. *& num.* 31.

Ludus alearum non potest Populo auferri absq; magna perturbatione. num. 21.

Lusores non tenentur ad restitutionem pecuniæ lucratæ stante consuetudine ludendi in toto Orbe. num. 22. *&* 52.

Limita dummodo fraus non interuenerit. ibid.

Lusores quando, etiam si fraus, vel simulatio non interuenerit, teneantur pecunias lucratas in ludo restituere; Enumerantur plures casus. num. 23.

Ludentium conditio debet esse æqualis, vt nempè vterque habeat paritatem ad lucrandum, vel amittendum. num. 24.

In ludo permisso non licet malis artibus, & fraude vti, & contra vtentes datur actio Criminalis, & repetitio pecuniarum amissarum, à qua non excusat contraria consuetudo. num. 25. *&* 26.

Ad probandam fraudem in ludo commissam admittuntur in Testes personæ viles, & malæ conditionis. num. 27.

Testes viles, & malæ conditionis admittuntur in omni materia, vbi aliquid non potest cognosci, nisi per viles personas. num. 28.

Clericis ludus alearum, & Taxillorum est prohibitus. num. 29.

Clerici lusores non possunt prouideri de beneficio Ecclesiastico. num. 30.

Et si fuerint prouisi prouisio est nulla, si ludus est publicus. ibid.

Si vero ludus est priuatus prouisio est irritanda. ibid.

Clericus non excusatur à consuetudine ludendi, quia in Clerico dicitur corruptela. num. 31.

Clericus effectus lusor post adeptum Beneficium, præmissa trina monitione, ni desistat, potest illo priuari. num. 32.

Clericis est interdictus ludus Alearum, & Taxillorum per Sac. Conc. Tridentinum, vbi contraria consuetudo improbatur. num. 33.

Clerico est permissum ludere ludo consistente in virtute, & ingenio corporis. num. 34.

Clerico permittitur ludus scaccorum num. 35.

Ludus scaccorum quantumuis in ingenio consistat, attamen non conuenit viris litteratis, & quare. num. 36

Clericis est interdictus ludus tabularum. num. 37.

Clericus poterit ludere in Conuiuio recreationis causa. num. 38.

Clericis quando permittitur ludus, debent ipsi ludere secretò, & non causa auaritiæ, vel cupiditatis. num. 39.

Clerici non debent habere in ludis laicos admixtos. num. 40.

Auctor dissentit ab hac opinione cessante scandalo. num. 42.

Clerici debent abstinere à ludo cum mulieribus, & præsertim Iuuenibus, & formosis. num. 41.

Clerici hodie conuersantur, & ludunt cum laicis. num. 43.

Clerici interessentes Comœdijs, etiam turpibus non peccant, dummodo esset scandalum num. 44.

Clericos inhonestius est fabulis, & alijs turpibus interesse, quam cum laicis ludere ludis permissis. num. 45.

De ludo vbi possit haberi materia; remissiuè, numero 46.

Sponsio est ludus; Et qui tractarunt de sponsione. remissiuè. num. 47.

Ob ludum datur Confiscatio in domo, vbi ille retinetur. num. 48.

Quid si domus fuerit aliena, in terminis bannimentorum Vrbis, & Status Ecclesiastici. ibidem. remissiuè.

Si dicta Bannimenta loquantur per verba masculini generis, an comprehendant mulieres. num. 49. *remissiuè.*

Ob ludum retentum in domo pupilli, viduæ, seu alterius personæ miserabilis Domus non subiacet confiscationi num. 50.

In ludo prohibito amissum potest repeti. num. 51.

Ludendi consuetudo an sit valida controuertunt Doctores. num. 53.

Ludendi consuetudinem non esse validam est magis communis opinio. num. 54.

Repetitio pecuniæ amissæ in ludo competit ei, qui illam amisit. num. 55.

Aliquo negligente repetere pecuniam in ludo amissam actio deuoluitur ad fiscum, qui sibi recuperatum acquirit. num. 56.

Quod procedit tam in fisco Ecclesiastico, quam seculari. ibid.

Pro repetitione pecuniarum in ludo amissarum sunt hypothecata ad fauorem habentis facultatem repetendi bona eius, qui vicit. num. 57.

Mortuo vincente hæredes non possunt soluere primò venientibus, sed prioribus, & potioribus. num. 58.

QVÆSTIO XIII.

1 QVid omnium † malorum causas producit ludus, vt cecinit *Horatius lib. 1. Epist.* 19.

Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram,
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

& meminit *glos. in clementin. 1. verb. violationes de* 2 *celebrat. missar.* vbi quod ex † ludo de facili potest veniri ad rixam, ex qua sequuntur sanguinis effusiones,

siones, ac homicidia, ac etiam quia secundum *Iodoc. in pract. criminal. cap. 126. num. 1. & seqq.*
3 per † ipsum ludum deuenitur ad pauperiem; nam,
4 vt ait *Plutarcus in lib. apophthegm.* multi † sunt, qui in ludo, velut in re maxime seria versantur, non tamen ludunt qui fortunas suas omnes, interdum & liberos aleę committunt arbitrio; huc; alludens dixit *Martialis*

Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudet

5 ideò iura † illum prohibuere *tot. tit. ff. de alea lus. & aleat.* cum alijs adductis per *Farin. quaest. 109.*
6 *num. 1. & seqq.* vbi † mala, & delicta plurima à ludo proficiscentia rem illuè commemorat *Rouit. ad pragmat. Neapol. de aleat. in rub. num. 2.* recensens
7 † exoriri etiam blasphemias, quas perpendit *tex. in l. fin. C. de relig. & sumptib. funer. Nouar. ad eandem pragm. de aleatorib. num. 3. & seqq.* vbi quod
8 † ludus alearum est prohibitus, non tam per se, quam ratione vitiorum, quae exinde nascuntur, nempè periuria, mendacia, caedes, & alia per ipsum ibidem recensita, dicens ilignantèr, in ludo
9 † tria pretiosa amitti, pecuniam, tempus, & deuotionem, & nouissime *Francisc. Maria Prat. in addit. ad Past vl. de patr. potest part. 1. cap. 3. num.*
10 *30.* non insulsè referens † inuentorem ludi taxillorum, & carrarum, & quomodò illa puncta nigra, quę in sex faciebus taxillorum distributa, constituunt numerum viginti vnius, repraesentent totidem litteras alphabeti, quibus ad propositum, & eruditè dat non contemnendam explicationem: Hinc forsàn, & quià ob ludi crimen
11 lusores † habentur pro infamibus, suntq; legibus exosi *Nouar. ibid. num. 6. & 7.* proficiscitur, quod
12 lusor † potest remoueri ob officio tutelae etiam testamentariae, licet ipse testator illius qualitates non ignorasset, vt ex *Castill. decis. Sicil. 20. part. 1.* subdit idem *Nouar. dict. collectan. 1. numer. 8.*

Adeoq; ludus hic prohibitus reperitur in iure,
13 vt † nulla actio detur pro eo, etiam promissione praecedente *Thesaur. quaest forens. 18. lib. 4. Nouar. d. pragm. collectan. 2. numer. 2. & seqq.* vbi docet ita renuisse *Rot. Rom. apud Greg. XV. decis. 47. & Maceratensem apud Thomat. decis.*
14 *20.* quae procedunt, & si fuisset † initus contractus ex alia causa, dummodò probetur illum habuisse dependentiam à ludo *Rot. recent. decis. 95. per tot. & decis. 283. numer. 3. & 4. part. 5. Nouar. d. collectan 2. numer. 6.* vbi ampliat ad pecunias amissas in ludo licito, quę tamen amplia-
15 tio procedit, quando † quantitas pecuniarum amissarum est magna, nam eo casu nec est permissa in ludo licito post *Parid. de Put. Bursatt. & alios Farin. quaest. 109. numer. 111. & seqq.*

16 Quinimò nec valet † mutuum factum lusori, contra quem denegatur actio mutuanti pro illius repetitione *Rouit. de aleatorib pragm. 4. numer. 2. Nouar. eod. tit. d. collectan 2. numer. 7.* nisi tamen
17 † ludus fuerit licitus, & permissus, vel qui pecuniam recepit post interuallum restituere promittat, vel etiam si pecunia fuerit mutuata à tertio non colludente, qui non sit caupo, vel alius ludum domi habens, in quibus casibus repetitionem dari firmant *Berlich. decis. 65. per tot. Rouit. & Nouar. in locis supra allegatis.*

18 An autem consuetudo † possit facere licitum ludum de illicito variauerunt scribentes apud *Farin. quaest. 109. numer. 46. & seqq.* vltra aurem illic adductos *Monter. decis. Aragon. 144 numer. 24. & Nouar. d. pragm. de aleator. collectan. 1. nu-*
19 *mer. 11.* tenent per † consuetudinem nullo pacto
20 posse fieri licitum ludum alearum; contrarium † autem, quod cum ludus non sit prohibitus de iure Naturae, sed tantum ciuili, valeat reddi licitus ab vsu saltem, quoad paenam euadendam volunt *Thesaur. quaest. 19.* asserens pertransiuisse Senatum *lib. 4. Claud. Bertazzol ad Bartholom. patrem consil. 379. lib. 2.* cum qua opinione potest subscribi, dum Principes non solum tolerant aleas confici, sed & illarum confectionem, ac venditionem pacto precio locant maxime, quià ex-
21 per entia quotidiana docet † non posse auferri à populo lusum alearum absque magna perturbatione, vt considerauit *Merend. controuers. iur. lib.*
22 *15. cap. 22. numer. 3.* imò quod stante † in toto Orbe consuetudine ludendi lusores ad restitutionem pecunię lucratę, dummodo fraus non interuenerit, non teneantur *ex Cappel. Tolos. decis. 192. & Monter. decis. Aragon. 144. numer. 32. part. 2.* asseruit *Nouar. de aleator. collectan. 1. numer. 16.* qui ibidem *numer. 15. ex Christin.*
23 *decis. Belgic. 198. numer. 3.* firmat † quod si quis sit ita peritus, vel conscius ludi, vt moraliter certus sit, se lucraturum, & si nihil fraudis, & simulationis admittat non posse lucrari, & licitè retinere, ac amplius procedens subdit, quod si ludens habet animum non soluendi, vel repetendi solutum non potest lucrari, eo quià videtur decipere colludentem, eo ipso quod exponit rem suam, & ostendit esse paratum soluere, & amittere, si ludo vincatur, cum contrarium habeat iam determinatum in mente, ea ratione, quià
24 debet † esse aequalis conditio ludentium, vt nempe vterque habeat paritatem ad lucrandum, vel amittendum.

25 Nec etiā erit licitum in ludo, quamuis permisso malis artibus, & fraude vti, vnde contra vtentes non solum dabitur actio criminalis, de qua per
26 *Farin. quaest. 109. numer. 60. & seqq.* sed etiam † repetitio pecunię amissae, à qua non potest excusare contraria consuetudo *Farin. d. quaest. 109. numer. 70. & 71. Pascal. de patr. potest. part. 1.*
27 *cap. 6. numer. 88.* & † ad similem fraudem probandā admittuntur in testes personę viles, & malę conditionis, cum per tales melius similia facta valeant aperiri *Salicet. in l. ea quidem num. 104. C. de accusat. Pascal. d. cap. 6. numer. 89. Mut. ad consuetudin. Panormit. cap. 72. numero decimo sexto* vbi ex *Iason. in leg. iuris gentium §. Praetor ait. numero quinto in fin. ff. de pa-*
28 *ctis* infert, quod † semper admittuntur huiusmodi testes, quotiescumque aliquid non posset

possit cognosci, nisi per viles personas.

Si igitur ludus est laicis vt supra prohibitus, multo magis erit vera traditio in Clericis, qui-39bus † omninò vetitum est aleis, & taxillis ludere *Farin.d.q.*109 *nu.92.& seqq Bellet disquisit. clerical part.1.tit de disciplin clerical. §. 24. num. 1.& infra Barbos de iur. ecclesiast vniuers. lib. 1. 30 cap.4 num 66.* vndè clericos † lusores non posse prouideri de beneficio ecclesiastico, & prouisionem factam esse nullam, si ludus sit publicus, irritandam vero, si fuerit priuatus, firmauerunt *Rot.diuers decis.426 part.1. Ricc var,resol part 2. resol.119.num. 1.2.& 3. Nouar. ad. d pragm. de 31 aleat.collectan.1,num 9.& 10.* addens, non † excusari à consuetudine ludendi, quæ in hoc casu dicitur corruptela, & concordat *Ricc. d. resol. 119.numer. 4.*

32 Si verò clericus † post beneficium adeptum lusor euadet post trinam monitionem, ni desistat, poterit illo priuari post *Graff. decis. aurear. lib. 3. cap. 8. Nouar d collectan. 1. num. 12. 13.& 14.*

33 dicens huius modi ludos † interdici clericis etiã per *Concilium Trident. sess. 22. de reformat. cap. 1.* vbi contraria consuetudo improbatur.

34 Poterit tamen quilibet † clericus ludere ludo consistente in virtute, & ingenio corporis *Bellet. d. §. 24 numer.8 & 9 Barbos de iur eccles d. cap. 35 40, numer. 67* vnde scaccorum † ludum esse ipsis permissum magis communiter DD. affirmant *Farin. d. quæst. 109. numer. 103. Bellett. d. §. 24. numer.7. Barbos d. cap. 40. numer. 68. & 69.*

36 vbi quod ludus † scaccorum, & si in ingenio consistat non conueniat viris litteratis, quià mentem studiis faticatam aliquo lenimento reficere est necesse, non autem nouis meditationibus, & laboribus grauare *Rouit.pragm.1.de aleator.num.2.* asserens ibidem *numer. 3* secus esse in

37 ludo † tabularum, quem dicit esse illis expresse 38 interdictum; sicuti etiam † poterit ludere in conuiuio recreationis causa *Ricc. d. resol.119. num. 4. vers non obstat. secundo Belleti. d. §. 24. num.*

39 *12.* Dum tamèn † ipsis ludus permittitur debent facere secreto, & non causa auaritiæ, vel cupiditatis *Bellett.d §.24.numer.10.13.& 16.Barbos. d.cap.40.num.68.*

40 Pront etiam ipsi † clerici debent aduertere non habere in ludis laicos admixtos *glos. in cap. continebatur litterà e.de Homicid. Bellett.d.§.24. nu.*

41 *17.* vbi quod multo magis erit † abstinendum à ludo cum mulieribus, & presertim iuuenibus, ac formosis *Barbos.d. cap. 40. num. 70.* ego autem

42 † cessante scandalo non possum huic sententiæ assentiri in illa parte, in qua vetat ludis clericorum adiungi laicos, quià cum illa fundetur in dispositione *cap. laicos 2. quæst. 7.* à quo clericis cum laicis conuersari interdicitur, & hodiè indi-

43 stinctè † videamus clericos, & laicos simul conuersari, ac etiam ludere, non video, quomodo possit clericus peccare in iis, quæ sunt permissa de iure naturæ, nec repugnant iuri Diuino, & ideò ob hanc rationem frequentiæ existimat *Barbos de iur. eccles d. cap. 40. numer. 59. & 60.*

44 clericos † hodiè interessentes comœdiis etiã turpibus non peccare, dummodo scandalum cesset; at multo † inhonestius est, fabulis, vel aliis

45 turpibus interesse, quàm cum laicis ludere ludis permissis. Quapropter *Farin. d. quæst 109. numer. 100.* refert plures relinquere cogitandum, quià de iure cautum non reperitur.

46 Reliqua circa ludum † poterunt haberi ad saturitatem penes *Farin d. quæst. 109. per tot. Capr. conclus. 86. Rouit & Nouar. ad pragm. Neapol de aleator. Mut. ad consuetudin. Panorm. cap. 72 Solam ad constitut. Sabaud. tit. de lud. & lusor per tot. glos iuncta addit. & Pascal. de patr. potest. part. 1. cap. 6. numer. 84. & seqq.* vbi *num. 93.* cum aliis pluribus agit de sponsio-

47 nibus †, quæ & ipsæ ludi sunt, & refert de illis plenè tractasse *Stracc. de mercat. sub. tit. de sponsion. Bursatt. consil. 136 numer. 153. vol. 2.* & plenissimè *Bertazzol. consil. crim. 379. iuncta addit.* quibus erunt addendi *Rouit & Nouar. pragm. Neapol. tit. de sponsionibus,* ad quos propterea lectorem remittens, accedo ad materiam

48 confiscationis, quæ ob ludum † datur in domo, vbi ille retinetur *Guazzin. de confiscat. conclus. 13.ampliat.23 numer. 1 Farin d. quæst. 109. numer. 149. & 150.* vbi quid de domo aliena in terminis bannimentorum Vrbis, & statùs Ecclesiastici, quorum meminit etiam *Nouar. de aleator.*

49 *collectan.6 numer.3.4.5.& 6.* quæ † bannimenta, si loquantur per verba masculini generis, an còmprehendant mulieres, vide *Nouar ibidem numer.*

50 *2.& infra* Si demus † verò esset pupilli, Viduæ, vel alterius miserabilis personæ non subiacet confiscationi *Farin d. quæst. 109. numer. 172.* apud quem in numeris antecedentibus poterunt videri aliæ limitationes.

51 Quià amissum † in ludo prohibito, & solutum dixit repeti posse Imperator in *l final.§.commodis igitur* ibi, *sed solutum reddatur, & actionibus competentibus repetatur C. de religios. & sumpt. funer. Farin. quæst. 109. numer. 175. cum seqq. Rot. decis. 95. numer.4. & infra, & decis. 183. numer. 4. part. 5. recent.* ob quę non possum ad-

52 hęrere *Nouario supra allegato* volenti, quod † stante consuetudine ludendi repetitio minimè de-

53 tur, nam † vltra quod controuertunt *DD.* an hęc

54 consuetudo sit valida, & magis † communitèr negant *Farin.d.quæst.109. numer 50. & 52. Rot. in dd.decis.* emanatis de anno 1617.& 1629. nulla

55 facta mentione similis consuetudinis firmauit † repetitionem pecuniæ amissæ in ludo ei, qui amisit competere.

56 Sed si ille, qui † amisit, vel alter, ad quem pro eo ius spectat, est negligens in illam recuperando, actio deuoluitur ad fiscum, qui sibi recuperatum acquirit *l. final. §. sed istam,* ibi *si autem noluerit accipere is qui dedit, procurator noster hac inquirat, & in opus publicum conuertat C. de relig & sumpt. funer. Farin. d. quæst. 109 num. 189. 190. & 191.* vbi quod vterq; fiscus, tam

ecclesiasticus, quam sęcularis repetere potest, & 57 pro hac repetitione † esse hypothecata ad fauorē habentis facultatem repetendi, bona eius, qui vicit, firmat de veriori, & communiori *Farin. d.* 58 *quæst.* 109 *num.* 192. vbi addit, quod mortuo † vincente heredes non possunt soluere primo venientibus, sed prioribus, & potioribus.

De Pace.

SVMMARIVM.

Pacem Violantes pœnam confiscationis bonorum incurrunt num 1.

Pacem frangentes vt incurrant pœnam confiscationis bonorum necesse est pacem per instrumentum probare, num. 2 *&* 4.

Pax de Iure communi potest probari per testes num. 3. *secus de consuetudine dum agitur ad pœnam num* 4.

Pacem probantes debent deponere concludenter de palmarum tactu, vel osculo, vt dicatur rupta pax, vbi proceditur secundum Ius commune ob deficientiam statuti, seu consuetudinis prædicta num 5.

Pactum appositum in pace, quod quis in ciuitatem suam non possit redire, & in casu inobseruantiæ, contractus pacis sit nullus, vel quod soluat aliquam summam denariorum, non tenet num. 6. *& num.* 10 *& num.* 13.

Pactum prædictum debet seruari si tempus non esset longum num. 7.

Modicum tempus verificatur in quinquennio, & non vltra, ad effectum seruandi conditionem appositam in pace, de non redeunndo in Ciuitatem per aliquod tempus num. 8. *&* 11.

Pactum appositum in pace, quod quis in Ciuitatem suam non possit redire, alias cōtractus sit nullus, valet etiam ad longum tempus, si fuerit confirmatum à Principe num. 9.

Pactū appositū in pace, per quod non impeditur libertas in perpetuum, vel ad longum tempus, sed respicit aliquod interesse pacificentium, debet seruari a promittente num. 12.

Pacis materiam tractantes, remissiuè num. 14.

QVÆSTIO XIIII.

1 QVi pacem † audent violare pœnam confiscationis bonorum subeunt *Car. pan. ad confist nouiss Mediol. § omnium num.* 109. *Guazzin. de confiscat. bonor conclus.* 13. *amplat.* 33. *& seqq. num.* 16. vbi meminit idem disponi per *const. March. lib.* 4 *cap.* 76. *& cap* 77. & bannimentorum generalium Status Ecclesiastici §. 33. in nouitèr impressis *Farin quæst.* 107. *par.* 1. *artic.* 6. *& Guazzin. de pac quæst* 86. & dennò *in tract. de confiscat. ampliat* 93. apud quos latè discutitur, an de iure communi imponatur confiscatio, & in quibus locis seruetur cōstitutio Ægidiana, & additio 2 Carpensis, ad effectum † tamèn ex gendi hanc pœnam est necesse, pacem probari per instrumentum; 3 nām licèt † de iure sit permissa probatio per testes *Vulpell de pac quæst.* 66. *num.* 4. *&* 5. *Caball. resol.* 4 141. *num.* 0; tamèn † de consuetudine, dùm agitur ad pœnam, non dicitur pax concludenter probata, nisi adsit instrumentum *Clar. quæst.* 58. *num.* 40 *vers. e scias etiàm Vulpell. d. quæst.* 66. *num.* 5. quem testantem ita seruari Romæ, Vrbini, Perusię, & in Prouincia Marchiæ refert, & sequitur *Baiard. ad Clar. d quæst.* 58 *n.* 72 *&* 73 *Farin. cons.* 81. *num.* 1. *versic de consuetudine tamèn*, qui in fine eiusdem consilij testatur sic fuisse determinatum per S. Consultam *Guazzin de pac. quæst.* 32. *num.* 12. qui licèt dicat dubitasse S. Consultam, tamèn illa dubitatio solidat hanc nostram opinionem; quia ipse volebat probare pacem per testes, & ad tollendam dubitationem fuit necesse producere instrumentum *Vermigliol. cons.* 223. *numero* 8.

5 Et vbi hæc † consuetudo non vigeret, vel non adesset particulare Statutum, sed seruaretur integrè dispositio iuris communis, tunc testes deberent probare pacem concludentèr per palmarum tactus, vel osculum, adeo quod fuerit prætentum sequi pacem formalem, nam alias, & si per actus amicabiles, vel social[illegible] censeatur remissa iniuria, non tamen dicitur inita pax, quę possit dici rupta ex offensione subsecuta *Farin cons* 98 *num.* 8. *& infra Guazzin. de pac quæst.* 60. *num.* 9 *Vermigliol. d. cons* 223 *num.* 9.

6 Fuit mihi alias proposita quęstio, an † in pace possit apponi pactum, quod quis in Ciuitatem suā non possit redire, & in casu inobseruantię ipsius pacis contractus sit nullus, vel quod soluat aliquam summam denariorum, & respondi pactum hoc vti à iure improbatum non valere, ideoq; illo minimè attento debere eum, qui pacem habuit, frui illius beneficio *Farin. quæst.* 107 *par.* 2. *num.* 262 *& infra Guazzin. de pac. quæst* 62. *per tot.* *Gizzarell. decis* 11. iunctis addit. *Baldaxar. de Angel. Ioseph. de Mele, & Didac. de Mari, Mastrill de indult cap.* 24. *à num.* 34 *per tot. num.* 41. *Rouit. pragm.* 7. *de compositione num.* 17. *&* 18. de-7 beret † tamèn seruari, si tempus non esset longum *Mastrill. decis.* 38. *num* 14. *& de indult. d. cap.* 24. 8 *num.* 38 *&* 39. vbi dicit † modicum tempus posse verificari in quinquennio, sed non vltra *Rouit. d. pragm.* 7. *num.* 17. *Pascal. de patr potest. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 124. *Baldax. de Angel. ad Gizzarel. dict. decis* 11. *num.* 1. *&* 2. *ac ibi Didac. de Mari. numero* 3.

9 Posset tamèn † hoc pactum etiam ad longum tempus confirmari per Principem, & confirmatum valeret *Mastrill de indult d. cap.* 24 *nu.* 41. *&* 42. 10 *Giurb. cons* 74 *n.* 3. & hęc opinio † pro nullitate similis pacti est tenenda, quia quidquid attentauerit contrarium *Giurb. d. cons* 74. *numer.* 1. *&* 2. reiciendo *Ancharan. cons.* 75. veritas est, quod pro opinio.

opinione *Ancbaran.* stat magis communis Schola *DD.* vt potest videri apud supra allegatos *DD.* qui adducunt innumeros concordantes, & ipsemet *Giurba* adducit pro sua opinione *Farin. Mastril. Rouit.* & plures alios, qui firmant pactum hoc non valere; & licèt posset excusari, dum in suo casu pactio de exulando restringebatur ad septem annos, attamèn nec potest substineri, 11 cum † vltra quinquennium non sit licitum pacisci hoc modo, vt probat *Mastrill. d. cap. 24 num.* 12 39. Crederem † benè, quod si in pace adesset aliquod pactum, quod non impediret libertatem in perpetuum, vel ad longum tempus, sed respiceret aliquod interesse paciscētium, deberet promittens cogi ad illud seruādum *Cancer. var. resol.* 13 *par. 2. cap* 11. *n.* 94 vbi dicit, conditionem † nullitatis in casu inobseruantiæ pacti non attendi.

14 Reliqua ad materiam † pacis pertinentia, vltra *Moron. Vulpel. & Guazzin.* qui tractauerunt ex professo, poterunt videri apud *Farinac d. quæst.* 107. *& Cancer. var. resol. par. 2. d. cap.* 11.

De Cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

DE Cautione non offendendi materiam qui tractauerint. num. 1.

Non potest agi pro fracta fideiussione de non offendendo nisi praecesserit condemnatio latrunculatoris contra principalem offendentem. num. 2.

Vbi de praxi Status Ecclesiastici.

Contrarium. num 44.

Forma procedendi contra fideiussores pro cautione de non offendendo. num 3.

Fideiussio de non offendendo non dicitur fracta, nisi prius condemnetur principalis in pœnam ordinariam. num. 4.

Delictum publicum morte delinquentis vna cum pœna remanet extinctum, non solum pro delinquentibus, sed etiam pro hæredibus, & fideiussoribus, paucis casibus exceptis. num 5. *&* 41.

Actio pœnalis non transit ad hæredes. num. 6.

Pœna applicanda fisco in delictis priuatis non transit ad hæredes. num 7.

Causa pœnæ applicandæ fisco pro fideiussione de non offendendo fracta, dicitur ciuilis. num. 8.

Iudices Ciuiles non possunt se intromittere in causis criminalibus, maximè principaliter, sub vitio nullitatis. num 9.

Pro pœna delinquentium Defunctorum ante litem contestatam hæredes non tenentur, nisi in quantum ad eos peruenerit. num. 10.

Fideiussores non tenentur soluere pœnam delinquentium Defunctorum, dum non tenentur hæredes, à quibus fideiussores deberent consequi indemnitatem. num. 11.

Fideiussores iuuari possunt exceptionibus, quibus iuuantur principales. n. 12. *&* 57.

Etiam ad obligationem cameralē impediendam. n. 13.

Maxime dum exceptio non prouenit iure speciali. num 14.

In pœna applicanda fisco, quando accusatio non fuit porrecta viuo accusatore, nec contra hæredes agi potest. num. 15.

Fideiussoris de non offendendo stipulatio vt dicatur commissa, necesse est, quod liqueat de offensa facta principali premeditatè antequam moreretur offensor, & non post. num. 16.

Fideiussor potest allegare ignorantiam negocij actū cum principali. num 17.

Promittens non offendere, si per se, vel coniunctos offenderit, & antequam conueniretur ex pœna in Instrumento comprahensa mortuus sit, illius hæredes conueniri possunt ad pœnam conuentionalem num. 18.

Declara prædictam conclusionem habere locum, vbi praecessit accusatio delicti ipso delinquente viuo, & sequuta condemnatione principalis delicti. num 19.

Fideiussio de non offendendo vt dicatur fracta, requiruntur accusatio delicti ipso delinquente viuo, & quod sit sequuta condemnatio principalis delicti. ibid.

Pœna fractæ fideiussionis de non offendendo de Iure Canonico transit ad hæredes, & morte principalis non finitur. num. 20.

Declara. num. 21.

Pœna fractæ fideiussionis de non offendendo applicantur parti de Iure ciuili. num. 22.

Mortuo Reo facilius proceditur ad pœnam parti applicandam, quam fisco. num. 23.

Pœnæ conuentionales ex contractu fractæ cautionis de non offendendo ad hæredes transeunt, & si Defunctus, qui viuens offendit non fuerit conuentus. num. 24 *&* 25.

Quælibet obligatio de sui natura transit ad hæredes tam actiuè, quam passiuè. num. 26.

Pœnæ conuentionali fit locus statim secuta offensa. num 27.

Contractus conditionalis debet habere effectum statim adimpleta conditione. num. 28.

Ius passiuum formatum in vita Defuncti intelligitur transfusum ad hæredem. num 29.

Pœna pecuniaria descendens ex contractu transmittitur ad hæredes. num. 30. *&* 33.

Pœna ex delictis proueniens non transmittitur ad hæredes, nisi lite contestata cum defuncto. num. 31.

Causa fiscalis in pari casu est melior, & fauorabilior causa priuati. num. 32.

Fiscus de Iure speciali bullario est subrogatus in pœnam, quæ de Iure communi stipulabatur ad fauorem priuati in pœna cautionis de non offendendo. num. 34.

Et ex natura personæ non fuit mutata natura obligationis. num. 35.

Subrogatus subit naturam eius in cuius locum subrogatur. num. 36.

Vbi adest paritas rationis, idem Ius statui debet num. 37.

Fiscus, & priuatus in contractibus æquiparantur. num 38.

Pœna pecuniaria applicanda fisco ex contractu dicitur causa ciuilis. num. 39.

Actiones omnes licèt pœnales transeunt ad heredem quando causa est ciuilis. num 40.

Fideiussoris obligatio si continet pœnam pro delicto transfunditur in heredes delinquentis. num. 41.

Fideiussio conditionalis transit ad heredes, si fuit adimpleta conditio in vita defuncti num 42.

Contractus conditionalis, adimpleta conditione, habetur pro puro à principio, & illico dicitur esse ius quæsitum. num. 43.

Cautionis de non offendendo fractura debet probari per testes certè, & concludenter. num. 45. 46. 47. & 49.

Confessio delinquentis aut vera, aut ficta per contumaciam afficit fideiussores de non offendendo in Statu Ecclesiastico num. 48.

Vt dicatur de aliquo constare, non solum sufficit sententia, sed & omnes aliæ legitimæ probationes. num. 50.

Argumentum à contrario sensu non elicitur ex dictis Doctorum. ibid.

Ex delictis, vbi adest cautio de non offendendo, oritur dua pœna legalis scilicet, ac conuentionalis, & vtraque debetur. num. 51.

Pœna legalis, quæ oritur ex delictis, habentibus cautionem de non offendendo non producit hypothecam, nisi post sententiam condemnatoriam. num. 52.

Pœna verò conuentionalis habet hypothecam exercibilem à die celebrati contractus & retrotrahitur ad diem stipulatæ conuentionis, etiam in præiudicium creditorum, & emptorum medij temporis. num 53.

Pœna conuentionalis supradicta sicuti potest exerceri contra habentes causam onerosam, ita & contra heredes habentes causam lucratiuam. num. 54.

Traditur intellectus ad l. qui Romæ §. Augerius. ff. de verbor. obligat. num. 55.

Fideiussoris obligatio nõ cessat mortuo debitore principali, etiam si ille viuus non fuerit appellatus, & potuisset adducere defensiones n 56. & 58.

Fideiussio de non offendendo cessat, quando promittens, quod ipse, nec sui attinentes offenderent, erat iam mortuus per multos annos ante secutam offensam. num. 59.

Quia sublato, vel sopito negocio cum principali, censetur sublatum, ac sopitum cum omnibus comprahensis. num. 60.

Offensa secuta non ex veteri, sed noua causa, non debet solui pœna cautionis de non offendendo. num. 61.

Noua causa offensionis remanet probata, dum sunt elapsi decem anni inter offensam, & cautionem de non offendendo. num. 62.

Fiscus non debet admitti ad probandum id, quod probatum non releuat. num. 63.

QVÆSTIO XV.

1 CVm satis diffusè † de cautione non offendendi egerint *Herculan. Moron Vulp l* qui integros tractatus perfecerunt, & *Guazzin.* non solùm *in tract. de cautiou.* sed & in alio *de confiscat conclus 13. limit. 67. ac Farin. quæst. 107.* ego non immorabor: at solùm referam casum, quem habui in practica satis notabilem. Prætendens fiscus Curię Asculanę ob homicidium commissum à Seio, qui eadem die post homicidium patratum fuit à suis hostibus interfectus, esse factum locum solutioni pœnæ conuentionalis promissæ in instrumento cautionis inter Authores interfectorum præstitæ, introduxit iudicium coram tribus Iudicibus delegatis à Summo Pontifice ad cognoscendas causas pacis, vel cautionis fractę in eadem Ciuitate Asculi, & volebat homicidium probare per testes, quod ego assistens pro patre primi homicidæ non impugnabam, sed dicebam, non debuisse fiscum admitti ad probandũ id, quod probatum non releuabat, cum iàm expirassent vires cautionis, vt inferius probabo, sed quidam doctissimus Aduocatus, quem in omnibus negocijs legalibus, & maxime criminalium causarum nihil præterit, & quem ego sempèr veneratus fui, dicebat me decipi in volendo consentire, quòd fiscus posset homicidium probare per testes, asserens requiri ad hunc effectum sententiam cõdemnatoriam Rei delinquentis, nec contentus sic oretenus dixisse edidit sequentes allegationes.

2 Non potest † procedi coram *DD.* tribus Iudicibus pro asserta fideiussione fracta, quia nõ pręcessit condemnatio latrunculatoris contra principalem assertum offendentem, & sine dicta condemnatione non potest agi contra fideiussores, *Muscatell. in prax fideiuss par. 1. mod. 15. num. 17. & 19* & in Statu Ecclesiastico latius in praxi firmat *Guazzin. de caut. §. 3. quæst. 47. num 9. par. 2.*

3 vbi expresse docet, quod citantur † fideiussores post completum processum, & sententiam latam contra principalem, ad dicendam causam, quare non debeãt condemnari in pęnam contentam in eorum obligatione, quæ praxis est similis nostræ, vbi condemnato prius Reo, deinde processus, & sententia reproducuntur coram tribus Iudicibus, & instatur citatis fideiussoribus pro pœna conuentionali.

4 Quinimò nedùm sufficeret † sententia condemnatoria, sed quod illa contineat pœnam ordinariam delicti, sine qua non daretur locus fracturę fideiussionis *Hercul de caut. cap. 20. numer. 9. & Guazzin. de caut §. 3 quæst. 42. num. 32. & quæst. 37. num. 9. circa fin. par. 2.*

Nec amplius posset esse modus pro vlteriori prosecutione causę, etenim si rediretur ad latrunculatorem pro sententia criminali cõtra assertos cautionis fractores, & reditus esset frustratorius, cum asserti homicidæ statim, & incontinenti fuerint,

rint, & ipsi occisi, quo casu morte sequuta curia
5 criminalis non potest procedere, quia delictum †
publicũ morte delinquentis vna cum pęna remansit
extinctum, non solũ pro delinquentibus, verum
etiàm pro hęredibus, & fideiussoribus, exceptis
quibusdam casibus, qui non applicantur casui nostro,
vt per multas leges probat *Farin. quæst. 10.*
num. 36. Peregrin. de iur fisc. lib 4. tit. 5. num. 1. &
seq. Bonif. de furt. §. quod iure num. 84. Guazzin.
6 *de confiscat. conclus. 18. num. 1.* pœnalis † enim
illa actio non transit ad hæredes, siuè antè, siuè
post litem contestatam cum defuncto *§ non autèm*
omnes, vbi glos. & DD. instit. de perp. & temp. act.
Mysing. obseruat. 98. num. 3. cent 2.

Quæ procedunt etiàm in priuatis delictis, in
7 quibus † pœna lite etiàm contestata non transit
ad hæredes circa pœnam fisco applicandam, quidquid
sit quoad illam applicatam parti *Bart. in l. ex*
iudiciorum ff de accusat. & firmant supradicti.
Farin. num. 84. & dictis Peregrin. & Guazzin.

Si instaretur pro sentẽtia criminali coram DD.
tribus Iudicibus, & nulliter ageretur, quia cum
8 causa huiusmodi dicatur ciuilis *Bertaz. cons. 280.*
vol. 2. Cherub. in summ. bull. constit 88. Clementis
VIII. schol. 2. & in constitut. Pij IV. 56. schol. 2.
Guazzin. de pac. quæst. 85. num. 16 par. 1. pręsertim
quod in hac Ciuitate, vt dicebatur, delicta
ex quibus potest deuenire fractura fideiussionis,
cognoscuntur à Curia criminali, similes Iudices
9 † non possent se intromittere in causis criminalibus
sine vitio nullitatis, maximè principalitèr
l. Imperium ff. de iurisd. omn. Iud. V ant. de nullit.
rubr. de nullit. ex defectu iurisd. num. 48. Scacc.
de iudic. lib. 1. cap. 14. num. 1.

Et si ciuilitèr ageretur, iuris absolutissimi esset,
10 quòd ante † litem contestatam contra defunctum
non tenerentur hæredes, nisi in quantum ad eos
peruenerit, iuxta *text. in l. vnic. C. ex delict. defunct.
vbi glos. Peregrin. d. tit. 5 num. 1. & Mysing.*
11 *vbi supra alleg.* dum verò † hæredes non tenerentur,
minus possunt teneri fideiussores, qui ab
hæredibus deberent consequi indemnitatem *Fa-*
12 *rinac. quæst. 107. num. 35.* & possunt † iuuari exceptionibus,
quibus iuuantur principales *l. exceptiones la 2 § Rei & l. omnes ff de excep l. defensiones
C. eod. tit. cum similibus;* etiam † ad obligacionem
13 Cameralem impediendam *Rot. diuersor. in*
14 *imp. ess decis 95. num. 1.* maximè † dum exceptio
non prouenit iure speciali *Zacch. ad Gabes quæst.*
17. num 69.

15 Imò in pœna applicanda fisco, quando accusatio
non fuit porrecta viuo accusatore, nec contrà
hæredes agi posset iuxta *text. in l. si iudiciorum
in fin ff de accusat. Osasch. decis. 149. num. 46*
Bug. cons 21. num. 6. & 7. lib. 1. Farin. alleg. quæst.
10 num. 54. & dixit Mysing. d. obseruat. 98.

Tanto magis, quod in casu nostro posset vtroq;
16 modo considerari, quod respectu † fideiussoris necessarium
erat, vt diceretur commissa stipulatio,
quod liqueret de offensa facta principali præmeditatè,
antequàm moreretur offensor, & non
post, vt non obscurè deprommitur *ex text in l. qui
Romæ § augerius ff de verb. oblig.* alias principali
defuncto, & prius non conuento pro delicto potuit
fideiussoris interesse, vt cum principali prius
actum fuisset, quia de re sua magis instructus fortassè
victoriam assequutus fuisset; & pro absolutione
pronunciaretur, quam si cum fideiussore
17 ageretur, qui iustam facti ignorantiam † circa defensionem
allegare potest *l. qui in alterius §. fideiussores
ff de reg iur.*

Itaq; cum deficiat in hoc processu nedum accusatio
delinquentibus facta, & processus, verum
etiàm, & sententia, quę ex pręnarratis necessaria
fuisset, non habebit obstare doctrina *Hercul. de*
18 *caut cap. 40. num 7. & 14.* dùm voluit, quod † si
promittens non offendere per se, vel coniunctos,
offenderit, si antequàm conueniretur ex pœna in
instrumento comprehensa, mortuus sit, illius hęredes
conueniri possent ad pęnam conuentionalem,
quem *Hercul* sequuti fuerunt *Farin. quæst.*
107. num. 35.8. & Guazzin. de pac. quæst. 65.
numer. 5.

19 Quià dicta † doctrina *Herculani* non applicatur
casui nostro, nec illi aduersatur; Nos enim sumus
in casu, vbi Reus non fuit conuentus, nec accusatus
eo viuo pro delicto, ex quo descendit cautionis
fractura, & hoc modo profitemur iudicium
pro fractura cautionis non posse subsistere, nisi
prius secuta condemnatione aduersus Reum pro
delicto. Doctrina autèm *Herculani* loquitur, quãdo
Reus non fuit conuentus ipso viuente pro executione
instrumenti continentis pęnam conuentionalem,
cuius opinioni adhęremus, suppositis
terminis habilibus, accusatione scilicet delicti
præcedente ipso delinquente viuo, & sequuta cõdemnatione
principalis delicti, tanquàm necessaria
ad iudicium fractę fideiussionis ex authoritatibus
primo loco allegatis.

20 Præterea *Herculanus* fundat dictum suum in †
iure canonico secundum quod dicit ipse, pænam
transire ad hęredem, & morte principalis non finiri,
& tamèn ratio illius non est generalitèr ve-
21 ra, quia ius † canonicum procedit tantummodò,
quandò actiones ex parte actorum sunt rei persequutoriæ,
vt puta, quandò ageretur ad restitutionem,
vel ad damna, & interesse, secus quandò
actiones essent pænales, prout hic, vbi agitur ad
pænam fisco applicandam, quò casu de iure canonico
nec contra hęredes daretur *§. his autèm
instit ad l. Aquil. & late firmat Farin. d. quæst. 10.
num. 65. & d. Guazzin. de confiscat. d. concl. 18.
num 77. & 84.*

Vnde videtur *Herculanum* loquutum tantùm
fuisse de pæna applicanda parti, pręsertim consi-
22 derato, quod regulariter secundum † dispositionem
iuris ciuilis huiusmodi pęnę fractarum fideiussionum
applicantur parti *dict. Hercul. cap. 10.*
num. 8. & Guazzin. de pac. quæst. 36. num. 6. par.
2. & quæst. 87. num. 2. & 5. & nos sumus in applicatis
fisco, & inter vnum, & alterum magni in-
23 terest, cum facilius † mortuo Reo procedatur ad

pęnam

pęnam parti applicandam, quam fisco *Farin. d. quæst.10 num.54.*

Ego, & si illis acquiescere debuissem, qui prodérant ad victoriam in causa obtinendam, quam tamen postea obtinui ex solis motiuis per me ludicibus excitatis, tamen nolens fateri me deceptum attuli responsionem, quę sequitur, & imprimitur, vt lector indicet, quis nostrum melius vestiuerit arma.

24 Pęnam † conuentionalem ex contractu fractę cautionis de non offendendo ad heredes transire, & si defunctus, qui viuens offendit, non fuerit conuentus, scripserunt *Herculan. de caut. cap. 40 num.7 & seqq Farin. quæst. 107 num. 358 Guazzin. de pac par. 1. quæst. 69. num. 5. & de caution. par. 26. 3. quæst 54 per tot.* vbi *num. 3.* quod, cum

25 † hodie promittentes obligent se, & bona, absque omni difficultate pęna hęc transit ad heredes;

26 & meritò, quia † quęlibet obligatio de sui natura transit ad illos *l. vni. C. vt action. ab hæred. Rot. post Cenc. de censib decis. 206 num 2.* tàm actiuè, quam passiuè *Rot post Zacch. de oblig. Cam decis. 270 num. 11.*

27 Incontinenti † enim, quod fuit secuta offensa, fuit factus locus pęnæ conuentę, vt in simili dici-

28 mus de omni † alio contractu post adimpletam conditionem *Rot. post Zacch. decis. 160. num. 2.* &

29 co † ipso, quod ius illud passiuum fuit formatum in vita defuncti, intelligitur etiam transfusum ad heredes *Cagnol in l. hæredem num. 16. ff de reg. iur. Surd. decis. 197. num. 3. Gratian. disceptat. 981. numer. 18.*

Non obstat, quod hęc procedant, dùm agitur ad fauorem partis offensę, non autem fisci, cum morte delicta, eorumq; pęnæ extinguantur.

Nàm assumptum hoc nullo iure probatur, & DD adducti per D. Scribentem loquuntur in pęna legali; in conuentionali verò, & si ad fauorem fisci, nullus ex aduerso adducitur, qui firmet; &

30 ratio diuersitatis est, quià † pęna pecuniaria descendens ex contractu transmittitur ad heredes,

31 vt dixi, ex delicto † verò non, nisi lite contestata cum defuncto *Medic. de mort part. 2. num. 90. & seq. & par 3. num. 71. Sesse decis. Aragon. 39. num. 2.* quę opinio pro transmissione pęnę conuentæ ad hæredes fulcitur pluribus rationibus.

Primo quià si esset verum suppositum, quod pęna hęc transiret ad heredes ad fauorem tantum partis, & non fisci, sequeretur absurdum, quod

32 fiscus esset peioris conditionis priuato, & † tamen in pari casu est melior, ac fauorabilior causa fiscalis *l eregrin. de iur. fisc lib. 6. tit. 6. num. 23. versic. cæterum cum constat.*

33 Secundo quià cum de † natura cuiuslibet obligationis, etiam in contractu cautionis de non offendendo, sit ad heredes transire, vt fuit dictum, debet hic transitus fieri ad fauorem fisci, ea ratio-

34 ne, quià † de iure communi hęc pęna stipulabatur ad fauorem priuati, & de iure speciali bullario fuit subrogatus fiscus *Farin quæst 107. num. 91.*

35 & ideo † ex mutatione personę non fuit mutata natura obligationis *Guazzin. de caution. par. 2. §. 3. quæst. 54. num 2 Cenc. de censib. quæst. 118 n. 2.*

36 maximè, quià † subrogatus subit vicem eius, in cuius locum subrogatur *l. comperimus diuinitus, vbi Bart. C de proxim sacr scrin. lib. 12. Greg. XV. decis. 115. num 3.*

37 Tertio quià † vbi adest paritas rationis, idem ius statui debet *l. illud ff ad l. Aquil cum aliis vulgat.* quæ paritas rationis hodie benè consideratur,

38 cum † in contractibus fiscus, & priuatus equiparentur *Dec. cons. 286. num. 6 & seq. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. num. 11. Farin. cons. 183. numer. 4.*

39 Quartò quià vbi † agitur de pęna pecuniaria applicãda fisco ex cõtractu causa dicitur ciuilis *apostill. ad Bartol. in l. Prætor ait litt. B prope fin. ff de sepulcro viol Marant. de iudic. par. 4. distin. 1. num. 39. versic. secus si veniret ex aliquo contractu Menoch. de arbitrar quæst. 82. num. 4. & seqq. Calà de mod. articulan. §. 1. glos. 2. num. 8. Farin. cons 40. num. 26.* & in puncto cautionis fractę *Calepbat. cons 86. num. 2. & seqq. inter consil. crimin. diuers. in paruis par. 2.* ac fatetur D. scribens in sua infor-

40 matione *§ si instaretur pro sententia*, sat † quandò causa est ciuilis, omnes actiones licèt pęnales confluunt ad heredem *Farin. ex aduerso alleg. quæst. 10 num. 54. versic nec obstat consideratio.*

41 Quinto quia licèt † obligatio fideiussoris in criminalibus per mortem Rei expiret, sicut extinguitur crimen, pro quo prestatur, tamen si obligatio continet pęnam pro delicto transfunditur in hæredes, nàm si fideiussio est simpliciter facta pro delicto, interitus obligationis pendet ab illo criminis, sed si fuit prestita pro pęna ex ipso delicto, tùc vti quęlibet alia stipulatio pænalis transmittitur ad hæredes *Marsil de fideiuss num. 161. & singular 159. Medic de mort par. 2. num. 125. Farin. quæst 34. num. 13 & 14 Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 20 num. 5. & 6. Maur. de fideiuss. par. 2. sect. 4. cap. 17. num. 3. 4. & 11. Hering cod tract cap. 20. num. 29. Guazzin. de caution. §. 3 quæst. 28. num. 50. versic qua opinio par 2.* & licèt dicatur, aliter esse

42 concludendum, dùm † fideiussio fuit conditionalis, tamen, si conditio fuit adimpleta in vita defuncti, remanent obligati heredes, vt colligitur *ex*

43 *præalleg DD.* statim enim † quod adfuit implementum conditionis, contractus habetur pro puro à principio, & illico dicitur esse ius quęsitum *Dec. in l pecuniam quam ff si cer. pet. Rot. diuers par. 1. decis. 476 num. 10.*

Nec obstat, quod non possit procedi ad pęnam contra fideiussores, nisi delinquente condemnato in pęnam, & quidem ordinariam delicti.

44 Quoniàm † *Guazzin. & Herculan.* adducti minime dicunt; quinimò opinio hęc est contra om-

45 nes regulas iuris, considerando, quod † cautionis fractura debet probari per testes certè, & concludenter *Herculan. de caution. cap. 29. num. 5.*

46 *Farin. quæst. 107. num. 105. cum seqq.* & † quidem ipso fideiussore citato examinatos, vt aduertit

47 *Herculan ibid.* itaut † de iure communi non sufficiat

fiat sententia contumacialis contra delinquentem, imò nec illius confessio ad conueniendum fideiussorem, sed omninò de necessitate expetatur probatio per testes idoneos, & formitèr examinatos *Farin d quaest.107 num.105.& infra Guazzin.de pac par. 1. quaest.42. num. 8. & seqq. ac signantèr num.13.*

48 Si autèm † in Statu Ecclesiae ex specialibus Pontificum constitutionibus fuit prouisum, quod confessio delinquentis aut vera, aut ficta per contu-
49 maciam afficiat etiàm fideiussores, non † propterea dici debet, quod fuerit reprobatus modus legitimus probandi per testes, vt in terminis statuti ratiocinatur *Cirïac. controuers 252. num. 10. versic.tum etiam quia:* cum de mente Pontificum fuerit augere, non autèm minuere modos pro-
50 bandi ad fauorem fisci; maximè cum † ad hoc, vt dicatur de aliquo constare, non solùm valeat sententia, sed & sufficiant omnes aliae legitimae probationes *Ias in l qui Roma §. Augerius num. 2. ff de verb.oblig.*

Minus obest obseruantia deducta *ex Muscatell. & Guazzin.* quod scilicèt condemnato principali procedatur contra fideiussores, quia illi posuerunt vnum modum priuilegiatum ad fauorem fisci, sed non dixerunt, quod non possit alitèr procedi, & optima quidèm ratione, quià si dixissent, fuisset secutū absurdum in approbando modum minus iuridicum, & reiciendo alterum in iure admissum; nec dicatur, quod negatiua procedendi alio modo desumatur per argumentum à contrario sensu, quià hęc species argumentandi non elicitur ex dictis DD.*Osasch.decis.58.num.30.Surd decis.158. numer. 9. Barbos. loc. comm. argum. iur. 27. numer.22.*

51 Potest insuper considerari, quod ex † delictis, vbi adest hęc cautio, nascuntur duae pęnę legalis scilicèt, & conuentionalis, ac vnà cum altera non confunditur, imò vtraque debetur *Farin.*
52 *quaest.107 num 80.& 85.* in † pęna legali certum est, quod ex illa non nascitur hypotheca, nisi post
53 sententiam condemnatoriam, conuentionalis † verò habet hypothecā exercibilem à die celebrati contractus, adeout pręiudicet creditoribus, & emptoribus medij temporis, qui contraxerunt inter contractum, & offensam, cum statim secuta offensione trahatur retro ad diem stipulatę cautionis *Herculan de caution.cap 44.num.7. 8 9 & 10 Guazzin.eod.tract par.2.§.3.quaest.52.per tot.*

54 si igitur † potest exerceri contra habentes causā onerosam, multo magis licebit contra heredes, qui habent causā lucratiuam *Donat. Anton.de Marin. resol.148.n. 10 versic.vel aliud corollarium lib.1.*

Quibus traditionibus non obstat, quod *ex l. qui Roma §. Augerius ff.de verb. oblig.* desumatur, debuisse constare de offensa in vita offendentis, & quod aliàs non posset dici commissa stipulatio;
55 nàm in terminis ibi † consideratis erat promissa solutio eius, quod patrem Augerij debere constitisset, & sic declaratio non poterat fieri mortuo debitore ad effectum afficiendi fideiussorem, quià cum mortuus non possit dici debere, sed debuisse, conditio, sub qua erat promissa solutio, non poterat dici adimpleta, vt aduertit *Ias ibid num.6. versic.secundus fuit intellectus*, & conueniunt *Pantzschman.de locat.quaest.19.num.38.ac Scayn. decis Bonon 79. n.44. & 46.* nos autèm versamur in casu diuerso, cum statim secuta offensa fuerit purificata conditio, & ius quaesitum fisco.

56 Et licèt † principalis delinquens non fuerit, dū viuebat, appellatus, vt suas potuisset adducere defensiones, non per hoc eo mortuo cessabit obligatio fideiussoris *l fideiussor obligari §.vltim. ff de*
57 *fideiuss* qui † hodiè poterit excipere idem, quod principali competebat *l. defensiones C. de except.*
58 *cum alijs ex aduerso allegat*; si enim † esset vera regula, quod contra haeredes mortui non possit procedi eò quià delinquens si fuisset viuus, suas deduxisset defensiones, quae non possent pręstari ab herede, vti habente iustam facti ignorantiam, tanquàm succedente in ius alterius, vtique destruerentur omnes casus, in quibus valent confiscari bona defuncti, & eius memoria damnari citato, & defendente haerede, iuxta tradita *à Peregrin. Farin. & Guazzin. adductis per Discribentem*; non plus enim in vno, quam in alio ex istis casibus debet pręsumi ignorantia, vel scientia haeredis ad effectum faciendi defensiones pro suo authore defuncto.

Sed tamen sicuti hanc opinionem veram existimo ità etiàm teneo indubitantèr, quod † nulla
59 poena conuentionalis possit exigi in casu nostro, dum Siluius, qui fuit principalis paciscens, & promiserat, quod sui attinentes non offenderent, erat iàm mortuus per multos annos ante secutam offensam, vnde sumus in tempore, quo cautio est finita, & comprehensi sunt ab illius vinculo liberati *Herculan.de cauti n cap.40. prope fin.versic.*
60 *& in morte* ratioque est, quod † sublato, vel sopito negocio cum principali, censetur sublatum, ac sopitum cum omnibus comprehensis *idem Herculan.cap 16. num. 11. & seqq. Guazzin.de caution.par.2.§.3. quaest.28. num.23*

Vltra quę semper est verum, quod etiàm pro-
61 bato homicidio est locus absolutioni, dum † non debet solui poena cautionis secuta offensa non ex veteri, sed noua causa *Farin.quaest.107.num.407. Guazzin.de pac. par.1 quaest.43 num. 1. & infra,*
62 quę † noua causa remanet probata ex eo, quod inter offensam, & cautionem sunt lapsi decem, & plures anni *Farinac. d.quaest.107.numer.450. Guazzin.d.par.1.quaest 45 num.2.* & ideò suc-
63 cedit conclusio indubitata, fiscum † non debere admitti ad probandum id, quod probatum non releuat *l. ad probationem, vbi Bart. Bald.num.5. Salicet. in fin. Cod.de probation.*

De

De Spolijs Clericorum.

SVMMARIVM.

Sub Spoliorum Clericalium nomine, quæ veniant remissiuè num 1.

Sub Spoliorum Clericalium nomine veniunt fructus beneficiorum omnium in Italia vacantium, quæ sunt Apostolicæ Sedi quomodolibet reseruata, dummodo vacatio non fit per cessum illa obtinentium. num.2.

Quod habet locum etiam in Regno Neapolitano. num 3.

Fructus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum, qui cum Cameræ super Spolijs transegerunt pendentes, vel non exacti, ac decurrendi, & maturandi vsque ad possessionem actualem noui prouisi, spectant in Regno Neapolitano ad Cameram, & non ad hæredes.num.4.

Fructus de tempore obitus Beneficiati non commixti, & incorporati, vel non exacti spectant ad successorem in beneficio. num.5.

Declara, quando in illis locis non adest Collector Cameræ, aut non consueuit ille deputari n. 6.

Fructus beneficiorum inexacti non comprehenduntur in quauis facultate testādi quibuslibet clausulis amplissimis, & derogatorijs. num.7.

Ex fructibus inexactis beneficiorum non debent solui legata etiam ad pias causas relicta in articulo mortis, vel ab alias viuere desperantibus, sed tantum legata pia, quæ in sanitate constituti reliquerint, vel debita contracta occasione beneficiorum, ex quibus dd. fructus inexacti prouenient num.8.

Testamenta condita super fructibus inexactis beneficiorum non valent absque facultate testandi obtenta à Sede Apostolica. num.9.

Sub Spoliorum nomine comprehenduntur bona Clericorum extra residentiam decedentium.n.10.

Et bona à Clericis acquisita ex illicita negociatione. num 11.

Ac bona Regularium morientium extra claustra. num 12.

Spolia decedentium absque facultate testandi, vel vltra quantitatem in facultate contentam spectant ad Cameram Apostolicam. num.13.

Priuilegia aduersus bullas disponentes circa spolia Clericorum non valent, & fuerunt reuocata ab Vrbano VIII. num 14.

Sub spoliorum nomine non veniunt ornamenta, & paramenta sacra, vel alia supellectilia ad vsum diurnum, nec scamna, cathedra, arca, mensa, tabulæ, dolia, seu alia vasa vinaria vacua & similia. num.15.

Commissarij Spoliorum non obseruantes Bullam Pij V. super ijs, quæ non cadunt sub spolio incurrunt pænam indignationis, & priuationis officiorum. num.16.

Sub Spoliorum nomine non continentur bona eorum, qui obtinebant vnum, vel plura beneficia, fructus triginta ducatorum auri de Camera non excedentia.num.17.

A Spolijs Clericorum sunt exempti Curiales Romani, incolæ, & Ciues Vrbis ibidem, vel intra decem milliaris decedentes num.18.

Ac etiam Conclauistæ num. 19.

Sub spoliorum nomine veniunt bona immobilia, quæ a persona Ecclesiastica ex redditibus, vel bonis Ecclesiasticis quæsita sunt num.20.

Clericus pro suis alimentis potest erogare fructus beneficij, & fructus bonorum patrimonialium coacervare sibi, & posteris num.21.

Clericus, dum dubitatur de quibus fructibus perceperit alimenta, est præsumendum quod consumpserit fructus beneficij. num.22.

Clericus præsumitur emisse bona de fructibus beneficij, adeout Ecclesia habeat intentionem fundatam etiam si hæres Clerici possideat. num.23.

Distinguitur materia huius conclusionis. num.24 & 25. & 26.

Intellectus Bullarum Pij V. & Sixti V. contra illegitimos, remissiuè num.27.

De Clericorum negociatione, remissiuè. num.28.

De Clericorum excusatione à negotiatione, remissiuè. num.29.

Appellatio quando sit admittenda à sententia super spolijs Clericorum, remissiuè. num.30.

Comixtio, & incorporatio fructuum beneficiorum an, & quando facta dicatur, remissiuè. num. 31.

Pensiones inexactæ, sed à Clerico viuente consignatæ creditoribus in solutum non continentur sub spolio. num.32.

Quæ datio in solutum quomodo fieri debeat. ibid.

Bona à Clericis donata inter viuos non cadunt sub spolio, & si donatio esset facta à Clerico infirmo, qui non decesserit ex illa infirmitate, & eius effectus esset collatus post mortem.n.33.

Fructus beneficiorum inexacti, vel pendentes ad quos de Iure spectent, remissiuè. num.34.

Fructus beneficiorum inexacti, vel pendentes vigore bullæ Iulij III. spectant ad Cameram, & vbi Camera Ius non habet, ad successores in beneficio. num.35.

Clericis est prohibita aduocatio, quæ ascribitur inter illicitas negociationes. num.36.

Limita coram Iudice Ecclesiastico num.37.

Amplia limitationem etiam in causis criminalibus. num.38.

Clericis in quibus causis non sit prohibitum aduocare coram Iudice seculari. num.39 & 40.

Clerici, in causis, in quibus possunt aduocare coram seculari, possunt vno negocio expedito alterum assumere. num.41.

Clericis non est prohibitum domi consulere, & inscriptis allegationes dare. num.42.

Et quare. num.43.

Scribere, & informare sunt actus extraiudiciales, num.44.

Clericis non est probibitum Iudicem alloqui priuatim &

& pandere petitionem partis iura allegando. num. 45.

Et in omnibus prædictis casibus possunt recipere mercedem, siuè salarium. num. 46.

Clerici non habentes beneficium Ecclesiasticum, ex quo ali possint, officium aduocationis generaliter exercere possunt ad propriam substentationem num. 47.

Et etiam pro suorum substentatione. num. 48.

Clerici habentes beneficium Ecclesiasticum, quod non esset sufficiens ad se, suosque alendos possunt officium aduocationis generaliter exercere. n. 49.

Et quare. num. 50.

Clericus potest aduocare cum licentia Episcopi. n. 51.

Sub spoliorum nomine veniunt bona Meretricum ex turpi quæstu acquisita. num. 52.

Bona Meretricum, quorum quarta pars non fuit ab eis relicta Monasterio Conuertitarum de Vrbe, decedentibus ipsis, applicantur eidem Monasterio ex Bullis Leonis X. & Clementis VII. num. 53.

Prædictarum Bullarũ dispositio quando cesset. n. 54.

Vbi referuntur plures Casus.

Bullæ Leonis X. & Clementis VII, probibentes Cortesanas, aliasque mulieres inhoneste viuentes testari, nisi quartam suorum bonorum reliquerint Monasterio Conuertitarum, non comprehendunt bona patrimonialia, vel aliter obuenta ex causa honesta. num. 55.

Princeps non præsumitur velle, quod non potest. n. 56.

Princeps non potest ex causa publicæ vtilitatis priuare subditos dominio rerum suarum allodialium, vt alteri donet, & applicet, nisi pretium soluatur. num. 57.

Verba constitutionum, & si generalia, & ampla, ita debent intelligi, ne sint iniqua, & prorsus iniusta. num. 58.

Princeps non potest tollere Vasallis liberam suorum bonorum dispositionem tam in vita, quam in morte. num. 59.

Statuta prohibentia liberis hominibus de proprijs bonis testari, & inter viuos disponere, nisi hoc, vel illo modo, sunt odiosa, pœnalia, & strictè intelligenda. num. 60.

Bannimenta omnia non debent extendi, vt puniantur illi, qui in nihilo deliquerunt. num. 61.

Constitutiones Pontificiæ disponentes de successionibus aduersus iura communia semper intelliguntur de bonis, vel quæsitis ex redditibus Ecclesiæ, vel ex aliquo iniusto, & legibus odioso titulo. num. 62.

Constitutiones Pontificiæ iubentes Cameram, vel Ecclesiam succedere Clericis, habent locum in bonis tantùm quæsitis ab Ecclesia, vel ex illicita negociatione. num. 63.

Constitutio Gregor. XIII. applicans Cameræ Apostolicæ omnia, & singula bona Regularium vagantium, & decedentium extra claustra capit sola bona acquisita per Regulares postquam ceperunt vagari, & viuere extra claustra. num. 64. & num. 75.

Intellectus c. quamquam de vsur. in 6. num. 65.

Testamentum vsurarij valet quo ad alia bona, si hæres caueat de restituendis vsuris. num. 66.

Verba, Spolia Meretricum, posita in Constitutionibus loquentibus de bonis Meretricum debent intelligi de solis quæsitis ex Meretricatu. n. 67.

Verba, spolia Clericorum, non comprehendunt nisi bona comparata ex illicito negocio, vel intuitu Ecclesiæ, & non alia num. 68.

Summi Pontifices applicando Spolia Meretricum Monasterio Pœnitentium, voluerunt de aliquibus subsidijs illis prouidere. num. 69.

Eleemosynam facere de bonis aliorum, est iure prohibitum. num. 70.

Acquisita per Mulieres ex copula carnali, si non sunt matriculatæ, & in publico lupanari degant, imo quamuis sint tales, si aliquid acquirant per dolum & fraudem meretriciam de iure ciuili fisco applicantur. num. 71.

Summi Pontifices plurimum fauere publicis mulieribus, dum pro toto de Iure ad Cameram spectante contentantur solum de quarta parte. num. 72.

Constitutiones loquentes de bonis Meretricum intelliguntur solùm de quæsitis ex turpi quæstu. num 73.

Dictio & posita inter genus, & speciem importat, seù exponitur pro idest. num 74.

Papa non potest auferre alteri bona etiam ex causa publicæ vtilitatis, quando nullum adest delictum. num. 76.

Verba, omnia, & singula bona, non capiunt patrimonialia, super quibus Princeps nullum dominium. seu ius habet. num. 77.

Obseruantia contra Ius commune non attenditur, nisi sit præscripta per tempus 40. annorum, & obtenta in contradictorio iudicio. num. 78.

Obseruantia interpretatiua excluditur, vbi verba non includunt talem significationem. num. 79.

QVÆSTIO XVI.

ADsunt tàm luculenti tractatus de spolijs Clericorum, qui per manus omnium versantur, vt mihi queat videri sublatus omnis labor de illis disserendi, tamen, quiá, & illa ad materiam confiscationis pertinent, aliquid non inutile solita breuitate referre conabor. Sub hoc † nomine spoliorum clericalium quę veniant, tradidit *Barbos. appellatin.* 247. *& de iur. Eccles. lib.* 3. *cap* 17. *num.* 62. ego paulo fusius dicam, venire † fructus beneficiorum quorumcumque in Italia vacantium, quę sint Apostolicæ Sedi quomodolibet reseruata, dummodo vacatio non sit per cessum illa obtinentium *Pius IV. constit.* 32. *§.* 1. *Sixtus V. constit.* 100. *§.* 20. *nou. bullar. tom.* 2. quod habere † locum etiam in Regno Neapolitano sanciuit *Pius V. constit.* 26 *§.* 1. *d. tom.* 2. in † quo Regno fructus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum, qui cum Camera super spolijs transegerunt, penden-

pendentes, vel non exactos, ac decurrendos, & maturandos vsque ad possessionem actualem noui prouisi spectare ad Cameram, & non ad hæredes, disposuit *Sixtus V. const. 90. d. to. 3. nou. bullar.*

5 Veniunt † insuper fructus de tempore obitus beneficiati non commixti, & incorporati, vel non exacti, qui licet spectent ad successorem in beneficio *ex bulla 7. §. 1. Iulij III. tom. 1 nou. bullar.*

6 tamèn tunc accipit successor, quandò † in illis locis non adest Collector Cameræ, aut non consueuit ille deputari, vt declarauit *idem Iulius III. sub die 18. Iunij 1551 quæ declaratio est impressa post d. bull. 7. tom. 1. fol. 572.* & hęc disposita per eundem Iul. III. fuerunt confirmata *ab Vrban.*

7 *VIII. constit. 70. tom. 4 nou. bullar:* qui fructus † inexacti non comprehenduntur in quauis facultate testandi quibuslibet clausulis amplissimis, & derogatoriis concessa *Vrban. VIII. constit. 80. d. tom. 4.*

8 De eisdem fructibus † non debere solui legata etiàm ad pias causas relicta in articulo mortis, vel ab aliis viuere desperantibus, sed so nm ea legata pia, quæ in sanitate constituti reliquerint, & debita, quę occasione beneficiorum, ex quibus manant fructus inexacti contracta fuerunt, declarauit *idem Iul III. sub die 4. Augusti 1550. in bulla impressa post d. constit. 7. fol mihi 572 tom. 1. nou. bullar.* At *Pius IV. constit 8. tom. 2. nou. bul-*

9 *lar.* disposuit nulla legata debere solui, & † non valere testamenta super illis condita absque speciali facultate testandi obtenta à Sede Apostolica.

10 Comprehenduntur † vlterius sub nomine spoliorum bona clericorum extra residentiam decedentium *Iul. III. dict. constit. 7. Pius IV. constit. 91. Sixtus V. constit. 100. §. 19. tom. 2.* relictæ illegitimis *Pius V. constit. 117. Sixtus V. d. constit.*

11 *100. §. 15.* bona † à clericis acquisita ex illicita negociatione *Pius IV constit. 19. Sixtus V. d. con-*

12 *stit. 100. §. 10.* bona † Regularium morientium extra claustra *Gregor. XIII. constit. 43. Sixtus V.*

13 *d. constit. 100. §. 17.* quæ spolia † decedentium absque facultate testandi, vèl vltra quantitatem in facultate contentam spectant ad Cameram Apostolicam *Paul. III. constit. 29. tom. 1. nou. Bullar.*

14 Nec † contra disposita in dd. bullis valent aliqua priuilegia, quià illa reuocauit *Vrban. VIII. constit. 28. §. 12. tom. 4.*

15 Non † tamen sub nomine spoliorum veniunt ornamenta, & paramenta sacra, vèl alia supellectilia ad vsum diuinum, quę reseruantur Ecclesię, nec veniunt scamna, cathedræ, arcę, siuè ligneę, siuè marmoreę, mensę, tabulę, dolia, seù alia vasa vinaria vacua, & similia *Pius V. constit. 42. §. 1. 2. 3. 4. 5. & 7. tom. 2. nou. bullar.* & in hoc ad-

16 moneo † commissarios, quod sint cauti, & non aburantur hac constitutione, quià ille Sanctus Pontifex pręcisè mandat obseruari, & transgredientibus imponit pęnam indignationis, & priua-

17 tionis officiorum; prout nec minus † sunt comprehensa bona eorum, qui obtinebant vnum, vel plura beneficia fructus trigiata ducatorum auri de Camera non excedentia, *idem Pius V. d. constit. 42. §. 6.*

18 Eximit † ab huiusmodi spoliis Curiales Romanos, incolas, & Ciues Vrbis ibidem, vel intra decem milliaria decedentes *Paul. V. constit 18.*

19 *tom. 3.* & anteà † Idem disposuerat ad fauorem Romanorum, & Conclauistarum *Pius IV. constit. 19. la 2. incipien. Romanus Pontifex fol. 23. tom. 2. nou. bullar. quæ omnia videntur confirmata ab Vrbano VIII. d. constit. 28. §. 12.*

20 Nomine † spoliorum veniunt & bona immobilis, quæ à persona Ecclesiastica ex redditibus, vel bonis Ecclesiasticis quęsita sunt, vt ob dispositionem dd. bullarum prohibentium testari absque speciali facultate probat *Barbos. de iur. Eccles. lib. 3 d. cap. 17. num. 62.* pro quorum intellectu consi-

21 dero, quod Clericus † potest pro suis alimentis erogare fructus beneficij, & fructus bonorum patrimonialium coaceruare sibi, & posteris *Gratian. disceptat. 381. num. 2. Rot. coram Pen. decis.*

22 *1015 num. 7.* & dùm † dubitatio exoritur, de quibus fructibus Clericus alimenta perceperit, est præsumendum, quod consumpserit fructus beneficij *Gratian. ibid. num. 5. Rot. in Meleuitana hæreditatis 19. Februarij §. sed in præsenti, & 17. Decembris §. sed cessat 1646. coram R. P. D. Royas impress. post tract. diuers. de spoliis.*

23 Et licèt emens † bona præsumatur acquisiuisse de fructibus beneficij, adeout Ecclesia habeat intentionem fundatam, etiàm si hęres Clerici possideat, iuxta opinionem *Vasq. illustr. controuers.*

24 *cap. 105 num. 12. & seqq.* attamèn aliter † distinguit *Cost. de ration. rat quæst. 53. per tot.* quod nèpè si Ecclesia possidet, vel agitur de religioso, præsumptio fit pro Ecclesia, si vero agitur de seculari, tunc fiet diuisio inter Ecclesiam, & hęredes Clerici pro rata fructuum patrimonii, & beneficii.

25 Sed secundum me videtur esse magis vera † distinctio, quod si fructus beneficii sunt tenues, debeat præsumi, quod bona fuerint ex alio peculio, quam Ecclesiastico quęsita *Gratian. d. disceptat.*

26 *381. num. 11.* & propterea † inspicerem redditus tàm Ecclesię, quam Patrimonii, & deductis alimentis necessariis, non autem expensis delicatis ex fructibus beneficii, facerem diuisionem iuxta portionem fructuum ex vtroque loco perceptorum *Redoan de spol. Cleric. quæst. 9. §. quid dicendum num 25. & seqq.* à quo non videtur discedere *Rot. in d. Meleuitana hæreditatis 19. Februarii §. sed in præsenti*, quià in illo casu fuerat probatum, fuisse impensa pro alimentis scuta quingenta, & fructus beneficii non transcendisse scuta ducenta.

27 Ad intellectum † *bullarum Pij V. & Sixti V.* contra illegitimos erit adeundus *Lucidor. de ille-*

28 *gitim. cap. 16. & seqq. vsque in fin operis.* De † negociatione clericorum vide *Belleti disquisit. clerical. par. 1. de exempt. cleric. & eorum bon. §. 4. & par. 2. de pœn. cleric. §. 50. Barbos. de iur. eccles.*

29 *lib. 1. cap. 40. num. 114. & seqq.* de † excusatione clericorum ab illa scribit *Vermigliol. cons. 344.*

quando

30 quando † à sententia super spolijs clericorum debeat admitti appellatio consuluit *idem Vermigliol.*
31 *conf 345. & conf 346. vtrobique per tot.* an, † & quando dicatur facta commistio, & incorporatio fructuum adest *conf eiusd.* 491 pro qua tamen cõclusione erunt videndi etiam *Bursatt. & Maynat.*
32 quos ibi conatur reprobare *num.* 6. Pensiones † inexactas, sed à Clerico viuente consignatas creditoribus in solutum sub spolio non contineri, probauit *Vermigliol. conf* 366. sed est aduertendum, hanc dationem debere fieri seruata *bulla Vrban. VIII.* 80. *§.* 1. *tom.* 4. in qua prohibetur locatio, hypotheca, & datio in solutum vltrà annum,
33 nec veniunt † inter spolia bona a Clericis donata inter viuos, & si donatio esset facta a Clerico infirmo, qui non decesserit ex illa infirmitate, & eius effectus esset collatus post mortem *Rota post Salgad. Labyrint. credit. dieis 39 numero quarto, & quinto.*
34 Ad quos de iure spectent fructus inexacti, vel pendentes tradunt latè *Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 75. & infra Donat. Anton. de Marin. resol.* 152. *num.* 11. *& seqq. lib.* 1. *Sperell. decis.*
35 82 *per tot.* qui tamen omnes concludunt † vigore *bulla Iulij III.* spectare ad Cameram, & vbi Camera ius non habet, ad successores in beneficio, quibus DD. erit addendus *Viuian de iur. patron. lib.* 14 *cap.* 8. *num.* 5. *& seqq.* & apud eosdem cumulantur *plures decisiones S. Rot. Roman.* à quibus non erit in facti contingentia discedendum.
36 Et quia inter † illicitas negociationes adscribitur etiam aduocatio Clericis prohibita *can. nullus* 11. *quaest.* 1. *cap.* 1. *ne Cleric. vel Monac.* idcirco
37 duxi considerandum, hanc † prohibitionem cessare coram Iudice Ecclesiastico *Barbos de iur. Eccles lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 84. *Guazzin. Iu* 2. *tract mo-*
38 *ral. lib.* 1. *cap.* 1 *num.* 14. coram quo † etiam in causis criminalibus poterunt exercere officium aduocationis *Guazzin. Iun. d. cap.* 1. *num.* 16. co-
39 ram † seculari verò poterunt aduocare pro se ipso, Ecclesia sua, viduis, orphanis, & alijs miserabilibus personis, pro coniunctis intra quartum gradum etiam cognatione spirituali *Beliett. disquisit. cleric. al par.* 1. *rub. de disciplin. clerical. §.* 27. *num.* 2. 6 7 *Guazzin Iun. d. cap.* 1. *nu.* 7. 8. 9. & 10.
40 *Barbos d. cap.* 40. *numer.* 86. & 87. nec non † pro
41 amicis *Cepoll cautel.* 186. prout & † poterunt vno negocio expedito alterum assumere *Bellett. d. §.* 27. *num.* 7 *vers sexto. Barbos. d cap.* 40. *num.* 88. *versic sextus in vno tantum.*
42 Nec † sunt Clerici prohibiti domi consulere, & in scriptis allegationes dare *Genuen. practicabil. Eccles quaest.* 620 *num.* 1. 3 & 4. *Sanchez in praecept. decalog. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 32. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *in apparat. num.* 159. *& seqq. Barbos. d.*
43 *cap.* 40 *num.* 89. & † ratio est, quia cum hoc priuatim, extraiudicialiter, ac cessante prorsùs omni strepitu iudiciali exerceatur, non est contra edictum, de quo *in cap.* 1. *& rub. ne Cleric. vel Monac.* vt ratiocinantur *Sanchez. d. cap.* 13. *numer.* 28. *&*
44 *seqq. Lotter. in d. apparat. num.* 158. & quod † scribere, ac informare sint actus extraiudiciales,
45 voluit *Rot. decis.* 104. *par.* 6. *recent.* quinimò † potest Iudicem alloqui priuatim, & pandere petitionem partis iura allegando *Sanchez. d cap.* 13.
46 *num.* 18. & in † omnibus istis casibus poterit recipere mercedem, siue salarium *Sanchez d. cap.* 13. *num.* 32. *Redoan. de spol. cleric. quaest.* 2. *numer.* 22. *versic derogatum tamen est. Guazzin. Iun. d. cap.* 1. *num.* 13. *versic nec placet.*
47 Si verò † beneficium Ecclesiasticum non habent, ex quo ali possint, possunt generalitèr officium aduocationis exercere ad propriam sustentationem *Redoan. d. quaest.* 2. *num.* 23. *Farin fragm. crimin. par.* 1. *verb. Clericus num.* 202. *Gratian. disceptat.* 57. *num* 22. *& seqq. Barbos d. cap.* 40. *num.* 132. *& seqq. Guazzin. Iun. d. cap.* 1. *num.* 12.
48 nec tantum pro sua, sed & † suorum sustentatione, vt de Clerico negociatore tradit *Farin. loc.*
49 *cit. num.* 169. idemq; † esset dicendum, si haberet beneficium, quod non esset sufficiens ad se, suosq; alendos *Redoan. d. quaest.* 2. *num.* 24. *Farin. d.*
50 *verb. Clericus num.* 202. & ratio est, † quià debet habere redditus beneficij sufficientes, nedum suis, sed & suorũ necessitatibus *Firman in repert. verb. Clericus colum.* 3. *versic. Clericus redditus be-*
51 *neficij fol. mihi* 349. & pari pacto † licitè Clericus aduocabit cum licentia Episcopi, qui de iure potest illam concedere *Firman. in repertor. verb. Clericus potest esse procurator versic. sed cum licentia Episcopi col.* 3. *& 4 fol. mihi* 347. *Sanchez. in praecept. decalog lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 9.
52 Quoniam nomine † spoliorum veniunt etiam bona meretricum ex turpi quaestu acquisita, quę
53 illis ab intestato, vel cum testamento, in quo † quarta pars suorum bonorum non sit relicta Monasterio Conuertitarum de Vrbe decedentibus, applicantur eidem Monasterio *Leo X. const.* 39. *§.* 7. *Clemens VII. constit.* 14. *tom.* 1. *nou. bullar. quarum meminit Guazzin. de confiscat conclus.*
54 13. *limit* 42. poterit etiam videri in quibus † casibus cesset dispositio earundem bullarum, quę poterunt deseruire etiam Perusiae, & hic Maceratae, vbi similes constitutiones vigent, & quatuor limitationibus adductis *per Githan. ad Statut. Perus. §. meretrix in adnotat. numero* 5. 6. 7. 8. & 9. nempè in meretrice filiafamilias, habente filios, decedente extra locum, in quo viget constitutio, & in illa, quę fit ad meliorem frugem reuersa, addo quintam limitationem, quod sancita in eisdem constitutionibus non procedant in bonis patrimonialibus meretricum, sed in solitis quęsitis ex turpi lucro, & moueor ex ijs, quae in simili causa scripsit eximius quidam in Vrbe Aduocatus, quę ità se habent.
55 Bullę summorum Pontificum Leonis X, & Clementis VIII. prohibentes Cortesanas, aliasque mulieres inhonestè viuentes in Vrbe testari, vel alitèr de earum bonis disponere tam causa mortis, quam per contractum inter viuos, nisi quartam d. d. bonorum partem reliquerint Mo-

 nasterio

nasterio Conuertitarum, non comprehendunt bona propria patrimonialia, vel alitèr obuenta ex causa honesta, sed restringuntur ad sola bona ex meretricio lucro quæsita, cum enim illa pleno iure spectent ad ipsas mulieres, nec per vitam meretriciam, vèl inhonestam priuentur illorum dominio, & Princeps super d. d bonis illarum proprijs nullum ius habeat, sequitur, quod constitutiones supradictę nō intelligātur de bonis honestè, & iusto titulo quęsitis, & possessis, quia 56 non † præsumitur Principem voluisse quod non 57 potest, & clarum est, non † valere etiam ex causa publicæ vtilitatis priuare subditos dominio rerum suarum allodialium, vt ea alteri donet, & applicet, nisi pretium soluatur, *post Bart. Bald. & alios Ias in l. barbarius num 36. versic. secunda conclusio Afflict. ad constit. Regn. in præaud. quæst. 4. num. 6 & 7. Surd cons 203. num. 17. versic. dicit Castrensis, & cons. 313. num. 97. Ciriac. controuers. 75. num. 5.*

Hæc autèm certiora videntur in casu isto. Pri-58 mò quia verba † constitutionū & si generalia, & ampla ità debent intelligi, ne sint iniqua, & prorsus iniusta, vt in terminis pragmaticæ contra Meretrices tradit alijs relatis *Nouar. pragm. 4. de meretric. num. 1. cum seqq.* & generalitèr tradunt congesti *per Mascard. de statut conclus. 2. num. 168. & conclus. 4. num. 201. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 2. glos. 1. numer. 2. & seqq. Seraphin. decis 678. num. 5.*

Essent autem prorsus iniquæ dd constitutiones prohibentes tàm in vita, quàm in morte de ipsarum bonis ex parentum successione sibi obuentis, vel aliàs honestè comparatis disponere, 59 cum non † possit Princeps tollere Vassallis liberam suorum bonorum dispositionem tàm in vita, quam in morte *Bald. in l humanitatis num. 25. C. de impuber. l. ex facto §. nàm si furioso, & ibi Castren. num. 6. ff. de vulgar. cum alijs adductis per Surd cons. 462. num. 12. & 25.*

60 Secundo constitutiones, † & Statuta prohibentia liberis hominibus de proprijs bonis testari, & inter viuos disponere, nisi hoc, vel illo modo sunt odiosa, pœnalia, & strictè intelligenda *Ancharan. cōs. 350. incipien. antè determinationem num. 1. & per tot Dec. in l. g. 1. num. 5. C. de secund. nupt. Rol. de lucr. dot. quæst. 105 num. 2. Menoch. cons 1020. numer. 6. & cons 1060. numer 96. Giurb. ad consuetud. Mess. ni. cap. 6. glos. 6. num. 6. versic. quia odiosum*, vndè d.d. constitutiones non possunt intelligi, nisi de bonis inhonestè quęsitis, nàm si caperent bona ex alio capite iusto, & honesto habita essent patentèr iniquæ, quia nedum punirentur ipsę Mulieres in eo, in quo non deliquerunt, sed pœna progrederetur contra innocentes, quia monasterium excluderet in bonis proprijs Parentes, fratres, aliosq; ab intestato successuros, quod non debet admitti, cum 61 certum sit omnia † banimenta non debere extendi vt puniantur illi, qui in nihilo deliquerunt *l sancimus C. de pœn. Farinac. quæst. 84. num. 1. & seqq. Giurb. cons 41. num. 2. Ciriac. controuers. 310. num. 43.*

62 Tertio quia constitutiones † Pontificię disponentes de successionibus aduersus iura communia semper intelliguntur de bonis, vel quęsitis ex redditibus Ecclesiæ, vèl ex aliquo iniusto, & legibus odioso titulo, non autèm de alijs ex patrimonio, vèl alitèr honestè acquisitis, vt potest exemplifi-63 cari † in illis, quę iubentes Cameram, vel Ecclesiam succedere Clericis habent locū solùm in bonis quæsitis ab Ecclesia, vèl ex illicita negociatione, & nunquàm extenduntur ad bona patrimonialia, vel habita ex honesto labore *post Abb. in cap. cum esses num. 24. versic. quoad primum de testam. Clar. §. testamentum quæst. 27. versic. sed quid Ricc. resol. 427 num. 13 par. 4. Rot. decis. 560. num. 4. par. 4. tom. 3. recent. & in Meleuitana hæreditatis 19. Februarij 1646. coram Reuerendissimo Domino Royas.*

64 Hinc constitutio † *Gregor. XIII.* applicans Cameræ Apostolicæ omnia, & singula bona Regularium vagantium, & decedentium extra claustra capit sola bona acquisita per Regulares, post quam cęperunt vagari, & viuere extra claustra *Roderiquez quæst Regularium tom. 1. quæst. 30. artic. 12 Nouar. in collectan. bullar. tit. de Apostatis numer. 8. & seqq. Marant respons 42. per tot. lib. 2.* 65 hinc † dispositio *cap. quanquàm. de vsuris in 6.* per quam ipso iure irritantur testamenta vsurarij intelliguntur de acquisitis per vsurariam praui-66 tatem dumtaxàt, adeout † valeat quoad alia bona, si caueat hæres de restituendis vsuris *Couar. var resolut. lib. 3. cap. 3. numer 9. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 4. numer. 20 Ricc. collectan 365. Gratian. disceptat. 79. num. 13. Barbos in d. cap. quanquàm num. 12.*

Igitùr eodem modo dd. Constitutiones loquentes de bonis meretricum debent restringi ad ea sola, quę per illicitas vti tales fuerunt quæsita, hoc est ex turpi, & meretricio lucro, maximè 67 quia † eædem constitutiones vtuntur illis verbis *spolia meretricum*, & propterea debent in-68 telligi de solis quæsitis ex meretricatu, sicuti † spolia clericorum non comprehendunt nisi bona comparata ex illicito negocio, vel intuitu Ecclesię, & non alia *Redoan. de spol quæstione prima numer. 7. Nauarr. eod. tract. §. primo numer. secundo Azor. d. tract. cap. primo versic. secunda quæritur. Leon. Thes. for. Eccles cap. 34. numer. 6.*

Quarto corroboratur, quod ex mente d.d. Pontificum elicita ex claris verbis d. d constitu-69 tionum † fuit prouidere de aliquibus subsidiis illis mulieribus, quæ proiectis Mundi, & Veneris illecebris ad meliorem frugem reuersę ingrediuntur monasterium, illis propterea applicando spolia Curialium impenitentium; vndè non est præsumendum, illos Summos Pontifices voluisse facere eleemosynā de bonis alterius super quibus 70 nullum ius habet; est enim † iure prohibitum facere eleemosynam de bonis aliorum, vt pluribus probat

probat *Ricciul. de iur. personar. tom. 2. lib. 2. cap 33. num. 2. & 3.* sed bene voluisse applicare habita ex quęstu meretricio, super quibus fiscus ius habet,
71 cum † etiam de iure ciuili spectent ad fiscum omnia acquisita per mulieres ex copula cornali, si non sint matriculatę, & in publico lupanari degant, imò quamuis sint tales, si aliquid acquirant per dolum, & fraudem meretriciam pariter quęritur fisco, vt per text *in l. Claudius, & l. mulierum ff de his quib. vt indign.* & probant *Scapp. de iur. non script. lib. 1. cap. 54. num. 11. versic. secus si. Natt. cons. 560. num. 5. Surd. cons. 469. num 30. Gab. cons. 17. num. 14. lib. 2. Ludouic. conclus. 64. in princ. versic. secus alia mulier, quæ non sit publica. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 472. num. 35.*
72 *vol.* & sic dd. Pontifices, † ampliando dispositionem iuris ad publicas meretrices in lupanari degētes ferè in nihilo grauarunt adstringendo illas ad relinquendam quartam partem, imò non publicis mulieribus plurimum fauère, dum pro toto de iure ad Cameram spectante contentantur solùm de quarta parte, & hanc interpretationem esse sumendam, vt dd. constitutiones reducantur ad iustitiam, & æquitatem aduertit *in puncto Gab. cons. 17 numer. 5. lib. 2.* & generaliter *Farin. cons. 65. num. 13. & seqq.*

73 Quinto ficit, quod huiusmodi † constitutiones, quę in pluribus Italię locis vigent, solùm intelliguntur de quęsitis ex turpi quęstu, & ita loquuntur omnes DD. *Scapp. de iur. non script. d. cap. 54. num. 16. versic. aduerte tamen. Pastell. annotat. 89. numer. 37. & 38. Ludouic. d. conclus. 64. §. 8.*

Non obstant ex aduerso ponderata in verbis d. d. constitutionum, & præsertim Leonis *§. 7. ibi omnia, & singula bona, & spolia Curialium meretricum*, quia illa prima verba generalia restrin-
74 guntur per subsequens † speciale, & *spolia*, quod appositum post genus, & verba vniuersalia exponitur pro idest, cum hoc de sui natura importet dictio, & apposita inter genus, & speciem *Rot. decis. 38. num. 13. par. 6. & decis. 173. numer. 35. par. 7. recent.* & sensus est, quod applicat omnia, & singula bona, idest spolia Curialium, vt in terminis constitutionis Gregor. XIII. contra Regu-
75 lares Apostatas, per quam applicantur Cameræ Apostolicę omnia, & singula bona, & cuius verba sunt magis ampla, & vniuersalia expendit *Leon. Thes. for. Eccles. cap. 38. numer. 51.* quod nihilominus solum capit bona, quęsita tempore Apostasię, vt supra probaui.

76 Præterea cum, vt dixi, non † possit Papa dominium suorum bonorum alteri auferre etiam ex causa publicæ vtilitatis, quando nullum adest de-
77 lictum, præfata † verba *omnia, & singula bona* non capiunt patrimonialia super quibus Princeps nullum ius, nullumq; dominium habet, vt de simili Statuto per plura iura, & DD. considerat *Giurb. ad consuetud. Messanæ capit. primo glos. secunda numero 120. versic. non obstat dictio omnia.*

Tandem non obstat motiuum assertę obseruantiæ ipsarum constitutionum circa comprehensio-
78 nem bonorum patrimonii; quoniàm cum † illę constitutiones hoc modo intellectæ sint contra ius commune, debet afferri obseruantia præscripta per tempus quadraginta annorum, & obtenta in contradictorio iudicio, aliàs non releuat *Surd cons. 426. num. 46. versic. nec dicatur Ciriac. controuers. 460. num. 27. Rot. decis. 518. num. 3. & seqq. par. 4. diuers. & in recent. par. 1. decis. 138. nu. 10. & decis. 196. numer. 7. versic. obseruantia, &*
79 *par. 3. decis. 712. num. 3.* Vltra quod, cum † ex superius adductis apertè constet, verba dd. constitutionum non includere bona patrimonialia, excluditur omnis prætensa obseruantia interpretatiua *Surd dict. cons. 426. num. 43. Gratian. disceptat. 560 num 15. Gregor. XV. decis 184. num. 4 versic. nec facit Coccin. decis. 203. numer. 15. Caualer. decis. 136 num. 9. Rot. decis 196. num. 7. versic. vnde non potest. par. 1. recent. & par. 6. decis. 219. num 2.*

De Monopolio.

SVMMARIVM.

Monopolium, sicut ad maximam Reipublicæ perniciem, ità ad immodicam priuatorum vtilitatem fuit introductum num 1.

Thales Milesius Philosophus magnam pecuniarum quantitatem Monopolio vnico anno cumulauit. num. 2.

Monopolantes perpetuo exilio, & confiscatione bonorum mulctantur num 3.

Limita hanc conclusionem non habere locum, si Monopolium de re tenui, & vili commissum sit. num. 4.

Carolus V. & Franciscus I. Galliarum Rex vetuerunt monopolium sub pœna confiscationis corporis, & bonorum. num. 5.

Iudices scientes, & dissimulantes facinus monopolij in quinquaginta auri libris fisco inferendis puniuntur. num. 6.

Notarij conficientes instrumenta super monopolio pœna confiscationis bonorum puniuntur, numero 7.

Et simili pœna plectuntur Notarij conficientes instrumentum fictæ alienationis factæ per rusticum ad publicam functionem effugiendam. num 8.

Monopolium multis modis committitur remissiuè, num. 9.

Monopolium generaliter committitur, cum penès vnum, aut paucos alios tota alicuius rei vendendæ potestas redigitur. num. 10.

Princeps licèt non ligetur legibus de Monopolio disponentibus, tamen quantum potest debet ab illo se abstinere. num. 11.

Princeps non potest facere legem, quod Monopolium exerceatur, quia repugnat charitati Christianæ, & si lex esset facta non valeret. num. 12.

Princeps, an possit concedere priuilegium exercendi Monopolium, & quæ debeat considerare remissiue, num. 13.

QVÆSTIO XVII.

1 Omnes agentes de monopolio determinant, quod † sicuti illud in maximam Reipublicæ perniciem, ità ad immodicã priuatorum vtilitatem fuit introductum, 2 referentes † *Thaletem Milesium* exprobratum, quod philosophiam profiteretur, quę semper paupertatem comitem haberet, voluisse ostendere facile esse philosopho, si vellet, diuitias assequi; pręuisa ergo vbertate olei in anno tunc instanti, & penuria adfutura in sequenti, omnem oleam agri Milesii, antequàm florere cępisset, mercatus est; & exindè magna copia olei collecta tempore subsecuto penurię ingentem pecuniarum quantitatem cumulauit, vt meminit etiam *Plutarc.* apophthegmata eiusdem *Thaletis* recẽsens. Id ani-
3 maduertens † *Cæsar Zeno* monopolantes perpetuo exilio, & confiscatione bonorum mulctauit *l. unic. ibi, si quis autem Monopolium ausus fuerit exercere bonis propriis expoliatus perpetuitate damnetur exilij, C de monopol. Iodoc. in pract. criminal. cap. 132. num 6. Gregor. Tolosan syntagm iur. lib. 3. cap. 14. num. 1 versic. 3. & lib 25. cap. 14. n. 6. Decian. tract. crimin lib. 7. cap. 21. num. 33 Menoc.*
4 *de arbitrar. cas. 169 num 23.* vbi, quod hęc † pęna non est imponenda, si de re tenui, & vili commissum sit, quem sequitur *Caball resol 215. num. 28, 29. 30. & 31. Cassan. ad consuetud Burgund. rub. 2. §. 1. num. 21. versic. decimus quintus casus est, Sola ad constit. Sabaud de processib. inquisitional. glos 1. par. 1 num. 11. Guazzin. de confiscat. concl. 13. ampliat. 16 num. 1.*
5 Hoc sequentes † exemplum, & ad Prouincias hoc scelere purgandas *Carolus V.* in Germaniæ comitiis habitis Augustæ Vindelicorum de anno 1548. similem protulit legem, & *Franciscus I.* Galliarum Rex vetuit monopolia sub pęna confiscationis corporis, & bonorum teste *Tol san. d. lib. 25. cap 14. num. 6* & constitutionis *Caroli V.* fecit mentionem *Iodoc d cap. 132. num. 14.*
6 Debent ergo † Iudices omninò inuigilare, vt hoc facinus è Republica euellant, non tam quia ratio officii expostulat, quàm quià scientes, & dissimulantes in quinquaginta auri libris fisco inferendis puniuntur *d. l unic. Iodoc. d cap 132. nu. 15. Decian. tract. criminal. lib. 7 cap 21. num. 33. Me-*
7 *noch. d. cas 169. num. 24.* cauentq; notarij † conficere instrumenta, quę has illicitas pactiones cõtineant, nàm ipsis simul cum eo confectio prohibetur sub pęna confiscationis bonorum *Decian. d. lib. 7. cap. 21 num. 35.* expendens *textum in l. 1. C.*
8 *vt nemo ad suum patrocin. lib. 11.* vbi † tabelliones scienter conficientes instrumentum fictæ alienationis factę per rusticum ad publicam functionem effugiendam confiscatione bonorum puniuntur *Menoch. d. cas. 169. num. 25.*
9 Monopolium † committitur multis modis, quos adducunt *Iodoc. d. cap. 132. Decian. dict cap. 21. Menoch. d cas. 169. & Caball resol. 215.* quibus addo *Eminentiss. Cardin. de Lugo de iustit. & iur. tom. 2. disput. 26 sect. 13. per tot. Bonacin. de contract. disp. 3. quæst. 2. punct. 5. Fillinec. moral. tract. 35. cap. 8. num 211. tom. 2. Petr de Aragon. de iustit. & iur quæst. 77. artic. 4. versic. circa modum ergo cumplurib seqq fol. mibi 485. Reginald. in prax for pænitent. lib. 25. cap. 22. num. 328. & seqq.*
10 generalitèr autem † dicitur committi, cum penes vnum, aùt paucos alios tota alicuius rei vendendæ potestas redigitur *Iodoc. dict. cap. 132. num. 1. Decian. dict cap. 21. num 1. Rebell. de oblig. instit. part. 2. lib. 9 quæst 7 num. 1. Molin. de contract. disput. 345. num. 2. Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 21. num. 144. & infra Reginald. d. lib. 25. cap. 23. num. 327.*

Et adeò monopolium exosum redditur, vt li-
11 ceat † Princeps non ligetur legibus de illo disponentibus *Menoch. d. cas 169. nu. 26.* tamèn quantum potest debet abstinere *Cabed. decis Lusitan.*
12 *81. num. 2. in fin. par. 2.* nec † possit facere legem, quod illud exerceatur, quià repugnaret charitati Christianæ, & non valeret *Menoch. d. cas. 169. n. 27.*
13 sed pro † veritate conclusionis, an Princeps possit concedere priuilegium exercendi monopoliũ, & quę debeat considerare, vid *Less. d cap 21. nu. 148. & 149. Reginald. d cap. 25. num. 327. Bonacin. de contract. disput. 3. quæst. 2. punct. 5. numer. 9. Busembaum in medull theolog moral. lib. 3. tract. 5. cap 3 dubitat 8. artic. 1. num. 9. Petr de Aragon. d quæst 77. artic. 4. versic. circa modum fol. mibi 485. Molin. de contract. disput 345. num. 2. Cardin. de Lug. disput. 26. sect. 12. num. 171.*

De Annona.

SVMMARIVM.

Annona cura omnium aliarum rerum maxima debet esse. num 1.

Saturo Populo nihil latius est, ieiuno nihil seditiosius. num. 2.

Annona ex cura augetur vbertas, ex spretu illius inopia. num. 3.

Et ideò ne rustici distrabantur à cultura agrorum, in ipsorum causis summatim, & celeritèr procedendum est. num. 4.

Quinimò antiquitùs Iudices manebant in Portis Ciuitatum, vt Agricolis ius redderent, nè illis daretur occasio per Ciuitates à cultura agrorum vagandi, num. 5.

Rusti-

Rustici propter culturam agrorum res ad Ciuitatem asportantes statim expediri debent, res consignando, & pretium recipiendo. num.6.

Regio Eliensium erat omnibus alijs Peloponnesi copiosissima, quia magna pars gentis ità agros colebat, vt primam, & tertiam ætatem ruri agens, nunquam Ciuitatem ingrederetur. numero 7.

Nec homines, neque animalia aratri, neque alia instrumenta ad agrorum culturam necessaria possunt capi in executionem iudicati. num.8.

Ad fertilitatem Annonæ conseruandam necesse est imponere pretium rebus vendendis, & non debet relinqui arbitrio vendentium pretiorum impositio num.9.

Et taxatio pretij spectat ad Principem, vel officiales ab eo deputatos num 10.

Eaque taxatione etiam Clerici astringuntur non vi coactiua sed quatenus eædem ordinationes sunt iuri conformes. num.11.

Taxationemque prædictam excedentes Clerici in vendendo peccant in Canones num.12.

Ius statuendi pretium in Annonis spectat etiam ad Communitates, non tamen tempore penuriæ. num.13.

Neque in taxatione possunt imponere pœnam, nisi habeant præscriptam facultatem illam imponendi. num.14.

Ius statuendi pretium videtur ademptum Communitatibus in Constitution. Clement. VIII. numero 15.

Dicta tamen Constitut videtur particularis, & sic non extendenda, vt videatur corrigi ius commune minùs quàm possibile sit num. 16.

In taxatione facienda victualibus debet haberi consideratio ad abundantiam, vel deficientiam pecuniarum, quantitatem emptorum, rerum, locorum, ac temporum qualitatem. num.17.

In taxatione pretij panis consideratur valor frumenti, gabella, labores, & impensæ furnariorum. num.18.

Annonæ appellatione veniunt primario frumentum, vinum. & oleum, secundariò carnes, acetum, & similia. num.19.

Annona inter curas pertinet facere tenere palàm bona comestibilia, quæ venduntur, ne emptores fraudentur. num 20.

Et quod frumentum, & alia non emantur ante tempus. num.21.

Tempore penuria possunt Ciues cogi ad vendendum frumentum iusto pretio pro substentatione Ciuium. num.22.

Plura pulchra, & notabilia circà annonam remissiuè. num. 23.

Annona vt prouideatur, debet Iudex Ecclesiasticus facere extrahi frumentum in Ecclesijs repositũ, & illud Iudici laico consignare. num.24.

Debitores fraudulenti ad Ecclesiam confugientes cum bonis non debent per multum temporis tolerari, sed ab ea eijciendi. num.25.

Debitores in Creditorum præiudicium non possunt asportare bona ad Ecclesias, & si asportentur, debent de mandato Episcopi consignari Iudici laico, vt adiudicentur cui de iure. num.26.

Frumentum corruptum cum incorrupto ne vendatur spectat ad Annonam, & vendentes puniri. num.27.

Declaratur text. in l.1. C. de condit. in pub. horreis lib.10. num.28.

Ponentes frumentum pulcrum in ore sacci, & corruptum in parte inferiori quando possint puniri. num.29.

Opprimentes frumentum, & alia victualia, vt carius vendant, debent puniri. num. 30.

Ampliis hoc etiam procedere ex Constitut. Clementis VIII. puniente Barones priuatione feudorum, & confiscatione bonorum, & alios confiscatione frumenti, & scutis quinque pro qualibet salma num 31.

Bannimentorum generalium Gubernij Prouinciæ Marchiæ super Annona incipit declaratio super tribus capitibus, scilicèt super assignatione, extractione, & emptione frumenti. num.32.

Bannimentum generale Prouinciæ Marchiæ super Annona est valdè rationabile, vt sciatur quantitas frumentorum. num.33.

Dictum tamen Bannimentum non potest promulgare Iudex inferior, Principe inconsulto. numero 34.

Fallit tamen dicta conclusio in Gubernatore Prouinciæ ex inueterata consuetudine, ob quam attribuitur iurisdictio cuiuscunque generis illam non habenti. num 45.

Et etiam, quia quotannis in mandatis à Sac. Congregatione Vrbis, & Status Ecclesiastici, quæ vice Principis vtitur, habet Præses Prouinciæ dictum Bannimentum promulgare. numero 46.

Verba cuiuscunque status, gradus, & conditionis in dictis Bannimentis generalibus expressa comprehendunt etiam minores. num. 47.

Non tamen per hoc res minoris cadet in commissum, quia illi indulgetur restitutio in integrum. numero 48.

Habet nihilominus fiscus actionem contrà Tutorem, vel Curatorem, cuius culpa assignatio fuit omissa. num.49.

Bannimenta generalia Annonæ super assignatione frumenti non comprehendunt illa habita ex molituris à Molendinario, & quare num.50.

Bannimenta generalia Annonæ super assignatione frumentorum non ligant forenses absentes, neque infirmos. num.51.

Circa forenses vide remissiuè. num. 53.

Et ratio est, quia prædicti præsumuntur ignorare Bannimenta num.52.

Quinimò potest purgari mora modici temporis data scientia. num.53.

Licentia extrahendi frumentum non conceditur, nisi præcedente cognitione quantitatis assignatione mediante. num.54.

Et Ius extrahendi est de regalibus. num. 55.

Bannimenta generalia Annonæ prohibent nedùm extrahere frumentum extra Statum Ecclesiæ, sed etiam à locis immediatè subiectis ad loca mediatè subiecta num. 56.

Quinimò prohibetur extractio frumenti etiam pro vsu proprio de loco ad locum in Prouincia existentem. num. 57.

Non tamèn prohibetur extractio frumenti ad Vrbem, & priuilegia in contrarium concessa reuocauit Vrbanus VIII. num. 58.

Prohibitiones generales extrahendi frumentum an fieri possint extrà tempus penuriæ. num. 59.

Gubernatores Prouinciæ non possunt facere edicta repugnantia iuri communi. num. 60.

Extractio frumenti de loco ad locum potest fieri de iure communi, & Statuta hoc non exprimentia non ligant extrahentem de loco ad locum in eodem Territorio. num. 61.

Et dicta Statuta nō comprehendunt forenses pro fructibus in proprijs bonis recollectis, saltem pro eorum necessario vsu. num. 62.

In Statu verò Ecclesiastico contrarium seruatur ob Constitutiones Pontificias num. 63.

Messores, vel alij operarij possunt frumentum, quod lucrati sunt ipsorum laboribus extrahere. num. 64.

Istud tamen priuilegium non extenditur ad emptores. ibid.

Non incurrunt pœnam extractionis pauperes extrahentes fasciculum spicarum vno aut collectarum, & alij de quibus. num. 65.

Et constitutio Vrbani indicens pœnam criminis læsæ Maiestatis contrà extrahentes frumentum extrà Statum, non extenditur contra supradictas personas. num. 66.

Bannimenta generalia non comprehendunt extrahentes ab alieno Territorio victualia, & transeuntes per locum Bannimentorum. num. 67.

Quinimò si extaret Statutum, quod vellet comprehendere asportantes per solum transitum, dubitatur de illius validitate. num. 68.

Extractionis priuilegium cōcessum ex pecunia alicui Ciuitati non censetur derogatum ex edicto generali prohibitorio num. 69.

Priuilegia extractionis intelliguntur semper concessa, quatenus non indigeat locus, à quo fit extractio num. 70.

Et si in priuilegio extractionis fuisset illa concessa etiam tempore penuriæ, non haberet locum concessio in penuria immoderata. num. 71.

Bulla Cœnæ Domini excommunicans prohibentes deferri victualia ad Vrbem non habet locum neq; incurritur excommunicatio dicta Bulla, si prohibitio emanauit ob veram indigentiam loci, vndè debent extrahi. num. 72.

In casu penuriæ personæ Ecclesiasticæ tenentur petere licentiam à Iudice Seculari. num. 73.

Personæ ecclesiasticæ an, & in quibus casibus ligentur a Bannimentis extractionem Victualium prohibentibus remissiuè. num. 74.

Iudex ecclesiasticus an possit committere laico exercitium concedendi, vel negandi Clericis licentias extractionum annonæ remissiuè. num. 75.

Farina venit sub nomine extractionis frumenti, ac etiam panis ex sententia Farin. num. 76.

Minores an ligentur a Bannimentis Annonæ remissiuè. num. 77.

Extrahentes frumentum non incurrunt pœnam Bannimentorum ordinariam, si terr torium adhuc non exiuerunt, sed mitiori pœna plectuntur, vtpute amissionis frumenti. num. 78.

Malitia fraudantium si aliquo modo conaretur euitare dispositionem Bannimentorum generalium circà extractionem, quid seruandum. n. 79.

Extrahentes si reperiantur in limite Territorij, vel in Portu, vbi starent Naues discessuræ, præsumitur animus fraudandi, nisi esset homo bonæ famæ, & haberet aliquam præsumptionem pro non extractione. num. 80.

Contra extrahentem potest procedi post extractionem per inquisitionem, nisi statutum loqueretur de inuento. num. 81

Annona fraudatur multis modis. num. 82.

Annona ne fraudetur, Bannimenta generalia prohibent emere, & incettare vltra vsum proprium, & accipere etiam in solutum à Colono. num. 83.

Et Edictum circà dationem in solutum valet, numero 84.

Et comprehendit etiam Colonos Ecclesiasticorum, ibidem.

Ementes frumentum, & alia blada vltrà proprium vsum, vt carius vendant, puniuntur pœna amissionis illorum ex Constitutionibus Pontificijs. num. 85.

Et in dictis Constitutionibus comprehenduntur Barones, Cardinales, & Episcopi. num. 86.

Pistores ementes frumentum, & incettantes eximuntur à pœnis Constitut. & Bannimentorum, & quare. num. 87.

Quod tamèn non procederet in Pistore emente vltrà vsum furni, & reuendente. num. 88.

Statur iuramento ementis, quod emerit pro vsibus suis. num. 89.

Emens vltrà vsum proprium, si mutato consilio, frumentum reuendat, an, & quomodo puniatur remissiuè num. 90.

Emens paucam quantitatem, quæ tenderet ad vsum lautiorem, non punitur. num. 91.

Ementes Annonam, seù Dardanarij, qui postmodum annonam supprimunt, vt carius vendant, quibus mulctentur pœnis num. 92.

Dardanarij, seu fraudatores Annonæ dicuntur illi, qui Agricolas impediunt, ne deferant victualia ad forum, vt ipsi emant, & carius vendant. num. 93.

Et qui rem frumentariam, & alia victualia à Ciuitate auferunt ad eundem effectum. ibidem

Et contrà præfatos imponi pœnam confiscationis bonorum. num 94.

Frumentarij Curatores appellantur etiam Sitonæ de iure. num 95.

Frumentarij Curatores, seù Sitonæ ex debito officij

eÿ tenentur exigere à Pistore frumentum recipiente illius precium, ipsumq; soluere annona venditoribus. num.96.

Curatores frumentarij, si faciunt dilationem furnario pro pretio frumenti, quod furnarius debebat soluere anticipatè, censentur esse in dolo. num.97.

Curatores frumentarij non possunt vendere annonam, habita fide de pretio. num 98.

Et hoc operatur mandatum concessum à lege, secùs autem in facultate prouentente ab homine, & quare. num 99.

Curator frumentarius non potest vendere habita fide de pretio, quando cum pecunijs ex frumento redigendis fuit ipsi demandata solutio debiti contracti pro frumenti emptione. num. 100.

Et propterea habita fide de pretio, nomen debitoris contractum succedit ipsius periculo. ibid.

Curatores frumentarij ob solam negligentiam in exigendo, tenentur de proprio num.101.

Curatores frumentarij non solum tenentur de dolo, lata, & leui culpa, sed tenentur diligentiam adhibere. num 102.

Negligentia in Curatore frumentario dicitur probata eo ipso, quod potuit curare exactionem, & illam omisit. num 103.

Et dicta omissio in dicto Curatore dicitur lata culpa ordinata ad casum ex sola possibilitate, quod nomen debitoris possit effici deterius. num.104.

Dictaque omissio adeò operatur, vt imputetur etiam casus fortuitus contra dictum Curatorem. ibid.

Debitorem, seù Pistorem esse non soluendo, non tenetur Ciuitas docere antequam agat contrà Sitonam, qui frumentum Pistori credidit, sed diuitia illius per Sitonam debent probari. numero 105.

Probatio non idoneitatis dicitur facta, si positis bonis debitoris sub hasta, oblator non inueniatur, num.106.

Creditor pecunia non tenetur accipere bona in solutum. num.107.

Sitona quod debeant conseruari indemnes, procedit, quando non adest aliqua segnitia in ipsorum officio. num 108.

Negligentia in Sitona dicitur maxima interuenisse, si vendit habita fide de precio annonam Pistori, & illius exactionem non curat. num 109.

Quinimò dicitur etiam in dolo, si non vtitur opportunis remedijs pro expeditione actus, quem gerit. num.110

Sitona quod non teneatur de summa residuali, si partem maiorem crediti exegerit, non militat, quando tenetur ad actum certum, & limitatum loco, & tempore num.111.

Quinimò ex dicta incepta exactione magis illius negligentia resultat, dùm illam non fuit prosecutus. ibidem.

Negligentia Sitonæ obest, nedum ipsi viuenti, sed etiam ipsius hæredibus, qui de lata culpa tenentur. num. 112.

Ciuitas, & si agnoscat furnarium in debitorem, qui non sit soluendo Sitona culpa, potest retorquere actiones contrà ipsum frumentatorem. numero 113.

Et ab actione proposita contrà Pistorem per Procuratorem Ciuitatis, ipsa insesa, datur restitutio in integrum, cum Ciuitas vtatur iure minoris. num. 114.

De neglectis quilibet tenetur pro virili. num.115.

Debet tamen priùs condemnari, qui administrauit, & est soluendo. num. 116.

Excussio non est necessaria, stante decoctione. numero 117.

Administrator Annonæ non tenetur ad aliquod augumentum frumenti, & ità debet seruari. numero 118.

Conductores bonorum Ecclesiasticorum gaudent exemptione pro eorum portione omnium collectarum, tàm ordinariarum, quam extraordinariarum. num.119.

Et propterea coactis dictis conductoribus ad contribuendum in Annona frumentum, debet illis quanti plurimi solui, non autem pretio alijs Statuto. ibidem.

Et quod conductores bonorum ecclesiasticorum possint cogi ad vendendum mutti, debet intelligi in subsidium, & quando soluitur idem pretium, quod ab alijs emptoribus consequerentur. n.120.

Ob publicam vtilitatem, licèt possit accipi res priuatorum, intelligitur tamen iusto pretio soluto. num.121.

Et iustum pretium dicitur, quod Dominus ab alio habere potest, cum res tanti valeat, quanti vendi potest. num.122.

Qui in vno grauatur, in altero debet releuari. numero 123.

Nemo cogi debet ad vendendum rem suam. num.124.

Princeps sua ordinaria potestate bona alicuius auferre non potest, quia super ijs, quæ iuris naturalis sunt, vel gentium, dispensare nequit. num. 125. & 126.

Limita tamen dictam conclusionem, quando vtilitas publica aliud requirit. num.127.

Respublica si penuria Annonæ, & inopia prematur, quilibet à Principe, vel à Ministratoribus Reipublicæ vendere cogitur. num.128.

Et tempore dictæ inopiæ, & penuriæ nemo est immunis, licèt sit de domo Principis. num.129.

Et priuilegium duodecim filiorum non excusat. numero 130.

Immunitas tempore necessitatis locum non habet. num. 131.

Priuilegium quantumcunque generale concessum alicui ad eius priuatam vtilitatem nunquam includit illud, quod est damnosum Reipublicæ. num.132.

Ecclesiastici tempore penuriæ tenentur contribuere, & vendere frumentum. num. 133.

Quinimò tenentur magis Ecclesiastici, quàm laici contribuere, & si recusent, peccant. ibidem.

Clerici, & Ecclesiastica persona, nedùm possunt in dicto casu compelli per Episcopum ad contribuendum

buendum frumentum, sed etiam laici ex negligentia Iudicis secularis. dicto num. 133.

Et possunt etiam cogi dicti Ecclesiastici per alios, quibus essent delegata facultates necessaria. ibidem.

Iudices Ecclesiastici quoad materiam Annona debent se omninò conformare eum ordinationibus Rectorum secularium. num. 134.

Et obseruare facere debent Iudices Ecclesiastici à Clericis ordinationes Rectorum secularium. num. 135.

Et Clerici contrauenientes ordinationibus Edicti Iudicis laici super contributione in Annona peccarent non quoad legem Principis laici, sed quoad charitatem. num. 136.

Ecclesiastici tenentur obseruare ea, quæ ad existentiam, & vtilitatem Reipublica sunt necessaria ibidem.

Personæ Ecclesiasticæ tenentur ad collectas publica vrgente necessitate, non vi legis, sed rationis, & æquitatis. num. 137

Tempore penuria, & necessitatis omnia priuilegia silent, & multa permittuntur, quæ non permitterentur. num. 138.

Rex, inconsulto Papa, tempore penuria, & belli, potest capere Calices, & alia bona Ecclesiæ pro subuentione subditorum, dummodo tempore pacis faciat resarciri. num. 139.

Commercium habere non possumus cum Hæreticis, & Saracenis. num. 140.

Fallit vrgente necessitate, & penuria. ibidem.

Necessitas legi non subiacet. num. 141.

Fames est gladius acutissimus, qui cogit ad turpia, & crudelia, & ob famem permittitur Patri vendere filium. num. 142.

Quinimò ob famem permittitur vesci carnibus filiorum, hominum stercoribus, & brutorum corijs. num. 143.

Alia exempla de fame non minus admiratione, quàm commiseratione digna remissiuè. ibidem.

Omnia priuilegia ob tot famis absurda cessare debent. num. 144.

Ex causa necessitatis, & publicæ vtilitatis potest Superior statuere, vt immunes, & exempti contribuant. num. 145.

Omne priuilegium habet tacitam conditionem, nisi aliud necessitas, vel publica vtilitas suadeat. num. 146.

Omne priuilegium cessat, si aliquod præiudicium inferat Reipublicæ. ibidem.

Frumentum debet communicari soluto pretio ad publicam alimoniam, & vtilitatem. num. 147.

Immunes ad contribuendum frumentum tantum in subsidium tenentur. num. 148.

Prouisio necessaria fieri debet tempore imminentis penuriæ. num. 149.

Paria sunt non esse, & esse, & non apparere. n. 150.

Et paria sunt aliquid non esse, vel esse, & ignorari. num. 151.

Paria sunt rem non extare, & rem non reperiri. num. 152.

Paria sunt luminaria abesse, vel adesse, & lumen non præbere num. 153.

Idem est, quod quid non sit, vel quod sit, & demonstrari non possit. num. 154.

Conductores rerum ecclesiasticarum ad longum tempus non sunt immunes ad contribuendum. num. 155.

Ciuitas quando vult præferri in emptione frumenti recollecti in suo Territorio debet emere pro eodem pretio, quo alter emeret. num. 156.

Procedit tamen dicta conclusio, quando aliquis priuatus prætendit ius prælationis, secus verò quando agitur de publica vtilitate, & commodo Reipublicæ. num 157.

Respublica tempore necessitatis potest taxare pretium frumenti, quod & debet attendi, nec est licitum illud excedere. num. 158

Tempore penuriæ possunt cogi Ciues ad vendendum frumentum iuxtà taxam per Magistratum, aut alium Superiorem constitutam. num. 159.

Amplia etiam in Episcopo coactio ad vendendum. num. 160.

Et non solum in Episcopo procedit dicta conclusio sed in omnibus. num. 161.

Et non solum pro iusto precio, sed viliori. ibid.

Vtilitas publica semper præfertur priuatæ. & bonum vniuersale de necessitate debet præferri bono cuiusuis particularis. num. 162.

Pretium in dubio semper præsumitur iustum; & signanter legitimum, & legale illud. quod constituitur a Magistratu, vel Superiore, & quare. num. 163.

Pretium iustum dignoscitur ex communi hominum consensu. num. 164.

Pretium in foro externo, tàm Ciuili, quàm Canonico non dicitur iniustum, nisi differentia sit vltrà dimidium iusti pretij. num. 165.

Pretij iustitia, vel iniustitia non potest considerari, nisi respectu loci, quo venditur res. n. 166.

Et res plus valet in vno loco, quàm in alio. ibidem.

Regula, quod res tanti valet, quanti vendi potest, intelligitur de pretio, quo vendi potest, in loco venditoris. num. 167.

Fructus debent appretiari secundum valorem loci, in quo fuerant recollecti. num. 168.

Frumenti pretium tempore penuria est secundum valorem quam venditor domi inuenit non quod valet, si è Ciuitate extraheretur. num. 169.

Et nemo, licet immunis potest accipere in loco, in quo vendit plus pretij pro suo tritico, quàm commune loci. ibidem.

Prohibitio extrahendi facta vbertatis gratia valida est. num. 170.

Pretium an sit iustum, vel iniustum attendi debet tempus accepti frumenti. num. 171.

Taxa constituta iuxtà limites iusti pretij, etiam secundum Theologos dicitur iusta. num. 172.

Pretia si plura sint in vno loco, summum, medium, & minimum dicitur iustum pretium. num. 173.

Pretium iustum, æquum, & legale non licet venditoribus excedere. num. 174.

Et

*Et vendentes ultrà pretium taxatum peccant mortaliter. num.*175.

Taxa pretij frumenti comprehendit mercatores Clericos, & Religiosos tempore penuriæ, non vi coactiua, sed directiua. num. 176.

*Ecclesiastici ex iussu ordinarij quoad Annonam tenentur obseruare taxam constitutam per Rectores, seù Gubernatores laicos. num.*177.

QVÆSTIO XVIII.

1 Omnium † aliarum maxima debet esse Annonę cura *Tap. de abundant. in proem. per tot. & signantèr nu.* 12. *Nouar. ad pragm. Neapol. rub. de annon. collectan.* 1. *num.* 4. referens illud 2 † Aureliani Imperatoris, nihil lętius esse Saturo Populo, & nihil seditiosius ieiuno, & famelico, 3 † ex hac enim cura augetur vbertas, & ea spreta patet inopia *l.* 1. *C. de frumen. Vrb. Constantinopol. lib.* 11. *Mat. ad consuetud. Panorm. c. ap.* 61. *num.* 1. 4 *& seqq.* quapropter † iura inuigilarunt, vt agri benè colerentur, & ne rustici ab illorum cultura distraherentur, in quorum ideò causis summatim, & celeritèr procedendum esse sanciuerunt *§. si verò auth. de quæstor. Renat. Coppin. de priuileg. rusticor. lib.* 3 *par.* 1 *cap.* 1. *in princ. Sola ad constit. Sabaud. rub. de caus. miserabil. person. glos. rubrice. num.* 1. *&* 5. *Collant. de re frument. lib.* 3. *cap.* 5 6. *nu.* 1. & antiquitus † Iudices manebant in Portis Ciuitatum, vt citiùs redderent ius Agricolis, ne illis daretur occasio per Ciuitates à cultura agrorum longè vagandi *Tap. de abundant. par.* 2. *remed.* 3. referens dictum Diui Hieronymi, olim propter Agricolas, nè haberent necesse Vrbes intrare, Iudices stabant in Portis,

6 Hincq; manauit, quod deferentes rustici vtensilia ad Ciuitatem statim expediri deberent, res consignando, & pretium recipiendo *l.* 2. *ff. de nundin. Tap. d. remed* 3. *num.* 10. & celebris illa insti-7 tutio † Eliensium, quorum propterea regio omnibus alijs Peloponnesi erat copiosissima, quod magna pars gentis ita agri colendi studiosa reddebatur, vt secundam, & tertiam ætatem ruri agens, magnis alioquin diuitijs prędita, nunquã Ciuitatem ingrederetur vt refert *Gallef. de re frument. n.* 8. *versic. Eliensium regionem*,

8 Nec † tantùm personæ, sèd nèc etiàm animalia aratri, ac alia instrumenta ad agrorum culturam necessaria debent exinde auelli; vndè iura prohibuerunt, illa posse capi in executionem iudicati iuxta regulam, quam ponit cum suis ampliationibus, & limitationibus *Ciarlin. controuers.* 112 *per tot. & Post. de subhastat. inspect.* 14. *num* 9. *& infrà, iunctis ijs, quæ dixit in addit.*

9 Et ad fertilitatem † annonæ conseruandam existimat necessarium esse imponere pretium rebus vendendis *Rouit pragm.* 1 *de annon. num.* 4. non enim debet reliqui arbitrio vendentium pretiorum impositio, & alteratio *Cabed. decis. Lusitan.* 92. *lib.* 2. *Nouar. pragm. de annon. collectan.* 3. *num.* 10 2. *&* 3. apud † quos habetur hanc taxationem spectare ad Principem, vel officiales ab eo deputatos, quo pretio taxato omnes vendere tenentur *Cabed. d. decis.* 92. *num.* 3 *Nouar. d. collectan.* 3. *num.* 4. *& infra*; & adstringuntur etiam Clerici *Rouit ibid. d. num.* 4. *Sperell. decis.* 13 *num.* 9. *& in-*11 *fra* vbi † explicat, Clericos teneri non vi coactiua, sed quatenus eędem ordinationes sunt iuri con-12 formes, & transgredientes † in vendendo vltra pretium taxatum non peccare in eas, sed in canones, & fuit secutus *Excellentiss. D. Hyacintus Gratianus*, cuius memini *quæst.* 36. *num.* 4. *in Reetneten. solutionis frumenti.* 29. *Nouembris* 1651. *§. quapropter*, quam resolutionem apposui in fine huius quæstionis, quia plura notabilia continet circa annonam, quæ iterùm scribendi euito labo-13 rem; ad quos † spectet facere huiusmodi taxas scribit etiam *Sola ad constit. Sabaud. rub. de edict. annon. glos.* 6. *num.* 13. 14. *&* 15. vbi firmat hoc ius competere, & communitatibus, non tamen 14 tempore penuriæ, & absque pęna † nisi habeant præscriptam tempore facultatem imponendi pę-15 nam; hoc ius taxandi pretium victualium † videtur adeptum Communitatibus *à Clemen VIII. constit.* 26. *§.* 7 *tom* 3, *nou. bullar.* prohibente (omni Anconæ imponere pretium tritico ad illum 16 portum aduecto, nisi velimus † dicere, illam prohibitionem esse particularem in illo solo casu frumenti exterorum conf uentis ad eius portum, vt tanto facilius pateat commercium, & ex commercio vbertas; nec erit forsàn mala interpretatio, dum per eam videtur corrigi ius commune 17 minus, quam possibile est. In qua † taxatione facienda est habenda consideratio ad abundantiam, vel deficientiam pecuniarum, quantitatem emptorum, ac rerum, locorum; & temporum qualitatem *Nouar. d. collectan.* 3. *num.* 6. *& facit Rouit. in rub pragm. de annon. num.* 3. *Vermigliol. cons* 129. *num.* 2. *& Adrian. Negusant. in sylu.* 18 *quæst.* 115, *num.* 7. vbi † quod in taxa pretii panis consideratur valor frumenti, & habetur ratio ad gabellas, labores, & impensas furnariorum.

19 Appellatione † annonæ venire primariò frumentum, vinum, & oleum, ac secundario carnes, lardum, acetum, & similia ex mente *Rot. in Compostellana catapania coram Orano tenet Nouar. pragm. de annon collectan.* 1. *num* 2. *&* 3.

20 Pertinent † inter curas annonę facere tenere palàm bona comestibilia, quæ venduntur, ne emptores fraudentur, vt esse sancitum Neapoli ex speciali pragmatica testatur *Nouar. d. collectan.* 21 3. *num.* 7 *&* 8. & † quod frumentum, ac alia victualia non emantur ante tempus *Petr. Foller. in pragm. de administrat. Vniuersitat. num.* 27. ac 22 etiam † tempore penuriæ prò necessaria Ciuium substentatione cogere ad vendendum frumentum iusto pretio *Nouar. d. pragm. de annon. collectan.* 1. *n.* 6. *Mastrill de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *à n.* 76. *per* 23 *tot. n.* 97. quem † moneo videndum, quià affert plura pulchra, & notabilia, cum alijs allegatis infra 24 *n.* 128. *& seq.* & in hoc debet aduerti † quod si laici no-

ici nolentes dare frumentum abscondunt, & reponunt illud in Ecclesiis, debebit Iudex Ecclesiasticus facere extrahi, & consignari Iudici laico, vt annonæ prouideatur *Nouar. d. pragm de annon.* 25 *collectan. 7 num. 2. & seqq.* adducens † debitores fraudulentos ad Ecclesiam confugientes cum bonis non debere per multum tempus tolerari, sed esse ab ea eiiciendos ex rescripto *Sac. Congregat. in* 26 *vna Baren 12 Maij* 1600. & † debitores in creditorum præiudicium non posse asportare bona ad Ecclesias, & asportata esse de mandato Episcopi consignanda Iudici laico, vt adiudicentur cui de iure, referens ita tenere *Bonfadin. in pract. Eccles. cap. 20. num. 10.* vbi testatur tenuisse *Sac. Congregat. 1. Decembris 1517.*

27 Specitat † paritèr ad annonam, ne frumentum corruptum vendatur cum incorrupto, & vendentes punire *Menoch. de arbitrar. cas. 382. per tot. Rouit. de annon pragm 1. n. 3. Nouar. ead. pragm.* 28 *collectan. 4 num. 2. & 3.* & licet † per *text. in l. 1. C. de condit. in publ. horreis lib. 10.* videatur permissa similis commixtio, tamèn ille textus loquitur de frumento publico, non autem de priuato *Francisc. Marc. decis. 340. num. 4. par. 1.* vbi notat 29 † contra eos, qui in parte superiori sacci ponunt frumentum pulchrum, & in parte inferiori corruptum *Caball. resol. 80 num. 3. & 4. Sola ad constit. Sabaud tit de edict. annon. glos. 8. numer. 6.* credo tamen hanc commixtionem debere esse talem, vt non possit dari separatio corrupti ab incorrupto, & esse factam cum dolo, aliàs non intraret pœna *Vermigliol. cons 355. numer. 13. & 14.* de pluribus aliis ad hoc propositum consule *Solam d. glos. 8. num. 9. & 10.*

30 Prout debent † etiam puniri frumentum, vel alia victualia supprimentes, vt cariùs vendant *Menoch de arbitrar. cas. 384. Rouit. pragm. 1. de* 31 *annon num. 2.* & adest *constit.* † *49. Clem. VIII. non. bullar. tom. 3.* vbi recondentes frumenta, & supprimentes puniuntur, si fuerint Barones priuatione feudorum, & confiscatione bonorum, alij verò amissione frumenti, & bladorum, ac solutione scutorum quinque pro qualibet salma frumẽti.

32 His præmissis † volo accedere ad interpretationem bannimẽtorum Gubernij Prouinciæ Marchiæ super annona in tribus capitibus, nempè assignationis, extractionis, & emptionis frumentorum; ac initium capiendo ab assignatione, quæ an sit facta secundum formam præscriptam in istis bannimentis consuluit indiuiduaitèr *Vermigliol. cons 462. sub num. 4. & infra*, animaduerto 33 † hoc bannimentum esse valdè rationabile, vt sciatur quantitas frumentorum, & possit Respublica suis indigentiis prouidere *Sola ad constit. Sabaud. rub. de edict. annon glos. 2. & glos. 3.* vbi latè *Mastrill. de Magistrat. lib 5. cap 9 num. 40. & 41.* 34 sed † non potest illud promulgare Iudex inferior Principe inconsulto *Bertazzol cons. crim 263. num. 1. & cons 340. per tot. Rouit. de annon. pragm.* 45 *9. num. 2.* quæ tamèn † consideratio cessat in Gubernatore Marchiæ, vel quia adest inueterata consuetudo faciendi similia edicta, ob quam potest attribui iurisdictio cuiuscunque generis illam non habenti *Ambrosin. de immunit. cap. 14. num. 1. Manson. de caus. exeept. quæst. 3. num. 33. prope fin. Donat. Anton. de Marin. resol. 147. num. 3. Mer-* 46 *lin. Pignatell. controuers. 33. num. 17. lib. 2.* vel † quia quotannis habet in mandatis à S. Congregatione annonæ Vrbis, & status Ecclesiastici, quæ vtitur vice Principis.

47 Hæc bannimenta † in illis verbis, *cuiuscunque Status, gradus, & conditionis* comprehendunt, etiam minores *Seraphin. decis. 674. num. 4. & 5.* non tamèn extenditur ad pupillos tanquam inhabiles ad hoc ministerium assignationis explendum *Seraphin. ibid num. 5. & 6 Mart. claus. 23. num. 1.* 48 *par. 1.* sed † non ideò res minoris cadet in commissum, cum illi indulgeatur restitutio in integrum *Odd de restit quæst 82. artic. 4. per tot. & signanter num. 38. Ciriac. controuers. 370. num. 42.* 49 si verò † culpa tutoris, vel curatoris omittatur assignatio, res minoris saluæ remanent, & contra tutorem, vèl curatorem competit fisco actio *l. patrimonialis C. de fund patrimonial lib. 11. cum alijs ad idem allegat in quæst. de gabellis.*

50 Eadem † bannimenta non comprehendunt frumenta molendinorum habita pro molituris ex rationibus adductis per *Bertazzol. cons. crimin. 166. per tot.* quem sequitur *Rouit. de annon. pragm. 9. num. 3.* quibus ego adderem, quod, cum dictæ assignationes fiant, vt sciatur quantitas frumenti extantis in Ciuitate, vel Prouincia pro facienda prouisione indigentijs accolarum, & hoc idem frumentum fuerit à Dominis assignatum, iam Princeps fuit informatus de Statu frumentorum de quibus necessariò ad molendinum deferendis debet solui certa portio pro molitura, vtiquè in frumentis moliturarum deficit ratio finalis edicti, qua deficiente, & ipsum edictum cessare debet *Rouit. pragm. de extract animal. in rub. num. 14. Ciriac. controuers 273. num. 69. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 19 num. 10.*

51 Nec minùs † ligat forenses absentes, nec infirmos *Bertazzol. cons. crimin. 141. & 263. num. 9. & infra Rouit. de annon pragm. 9. num. 2.* & ratio 52 † est, quia, cum isti præsumantur ignorare bannimenta, excusantur ob ignorantiam à pœna bannimentorum *Osasc. decis 71. n. 23.* vbi quod ignorantia probatur iuramento *Sola ad constitut. Sabaud. rub. de edict, annon. glos 2, num 6. 7. & 8.* vo- 53 lens † data scientia posse etiam purgari moram modici temporis, sed circa forenses erunt videndi *Farinac. fragm. crimin par. 1 litt. B. num. 14. 15. & 16. Manson. de contraband. quæst. 9. per tot Nouar. pragm. de extraction. collectan. 7. num. 2. & 3.*

Post assignationem frumentorum succedit ma- 54 teria extractionis, quæ non † conceditur, nisi præcedat cognitio mediante assignatione, quantum frumentum adsit in Ciuitate *Mastrill. de Magistratib lib. 5. cap. 9. num 36. & seqq.* vbi profite- 55 tur † hoc ius extrahendi esse de regalibus, & non venire in illorum concessione, nisi fiat expressa

mentio,

mentio; & quia nimia facilitas extractionum po-
56 test inducere penuriam annonæ, ideo nostra † bānimenta illam prohibuere inhęrendo constitutionibus Summorum Pontificum, per quos fuit prohibita nedum extra statum Ecclesię, sed & à locis immediatè subiectis ad loca mediatè subiecta *Paulus V. in constit. 12. & in altera immediatè sequenti incipien. pro peculiari tom 3. nou. bullar.*
57 quinimo † prohibetur extractio de loco ad locum in eadem Prouincia existentem etiam pro vsu pro-
58 prio, pręterquam † ad Vrbem; & priuilegia in contrarium concessa reuocauit *Vrban. VIII. constit. 28. §. 15 tom. 4.*

Si hæc constitutio defecisset, ego dubitassem de validitate bannimentorum Gubernatoris Mar-
59 chię, quia † omisso, an possint fieri prohibitiones generales extrahendi, de quo articulo dubitauit *Hieronym Laurent cum tota Rot Auenionen. decis. 40 per tot.* vbi adductis rationibus pro vtraque parte nihil resoluit, ad quem se remittit *Rouit. de annon. pragm. 1. num 5.* illas autem valere præsertim tempore penuriæ firmat *Farin. par. 1. fragm. crimin. litt B. num. 44. & 45* vbi commemorat remissiuè alios DD. quæstionem tractantes, certum
60 † est, quod Gubernatores non possunt facere edicta repugnantia iuri communi *l. formam, vbi scribentes C de offic Præfect. Prætor. Farin. quæst. 25.*
61 *num. 20.* de iure autem cōmuni potest fieri asportatio de loco ad locum, adeout Statuta hoc non exprimentia non ligent extrahentem de loco ad locum in eodem territorio *Sola de edict. annon.*
62 *glos 3. num. 5. & glos 7. per tot* nec † comprehendisse forenses pro fructibus in proprijs bonis recollectis saltèm pro eorum necessario vsu *Francisc. Marc. decis. 155. num 2. par. 1.* qui tamèn addit velle deliberare *Farin. par. 1. fragm. litt. B. num. 55 Ioseph. Ludouic. decis Perusin. 80. num.*
63 *20. & infra*, vbi dicit † seruari contrarium in Stato Ecclesię ob constitutiones Pontificias *Rouit. de extract. animal. in rub. num. 12.* & dicit esse opinionem communem *Sola de edict. annon. d glos.*
64 *3. num. 7.* adducens plures, & addens messores † vel alios operarios posse extrahere illam partem, quam lucrati fuerunt eorum laboribus, quod priuileg um ait tamèn non extendi ad ementem ab illis

65 Sed *Greg. XV. constit. 30. §. 3. tom. 3. nou. bullar.* sustulit multas dubitationes declarando, pęnam extractionis non incurrere pauperes, qui fasciculos spicarum in agris vno die collectarum pro victu, & necessitate sua tantum asportant, religiosos pro grano, & similibus habitis causa eleemosynæ pro victu communi conuentus, & rusticos, qui mercedem diurnam non nisi in grano as-
66 sequi potuerunt, & licet † *Vrban. VIII. d. constit. 28. §. 16.* prohibuerit extractiones extra Statum sub pænis læsæ Maiestatis, & confiscationis bonorum reuocando omnia in contrarium facientia, non tamèn credo voluisse reuocare eandem *constit. Gregorij* in dd. casibus, vt aduertit *apostill. impressa apud ipsam constit. Vrbanam.*

67 Multò minus † eadem bannimenta comprehendunt illos, qui portantes ab alieno territorio victualia transeunt per locum bannimentorum *Sola ad constit. Sabaud. rub. de edict. annon. glos. 3.*
68 *num. 10. & 11.* vbi subdit †, quod si Statutum in verbis vellet comprehendere asportantem per solum transitum, ipse dubitaret de illius validitate, & reddit bonas rationes *Gilian ad Statut. Perus. §. annona num 18. Rouit. pragm. de extraction. animal. in rub. num. 4 & 11.*

69 Et, si aliqua † Communitas haberet priuilegiū extrahendi ex pecunia concessum non censeretur illi derogatum ab edicto prohibitorio generali *So-*
70 *la d glos. 3 num 15.* sed † huiusmodi priuilegia concedentia extractionem intelliguntur semper, quatenùs non indigeat locus, à quo debet fieri extractio, & quantitas extrahenda superfit vsui habitantium *Rip. de pest. in rub. de remed. præseruatiu. num. 28. & 29. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 9. num. 56 & seq. Io Francisc. de Pont. de potest. Proreg. tit de tract. & ibi Thor. in addit. vtrobique*
71 *num 5. Vermiglol. cons. 10. num 12. & 14* & † quādo in simili priuilegio fuisset dictum extractionem permitti etiàm tempore penurię, non haberet locum in penuria immoderata, quę esset talis, vt extractione secuta locus omninò indigeret *Fon-*
72 *tanell decis. 154. num. 12. & seqq.* & † in fortioribus terminis, quod licet à bulla Cęnę Domini excommunicentur prohibentes deferri granum, & alia victualia ad Vrbem, tamèn hęc excommunicatio non incurritur, si prohibitio emanauit ob veram indigentiam victualium loci, vndè debent extrahi *Nauarr. in explicat d bulla tit. de censur. Ecclesiast. cap. 27. num. 64. de Ponte d. tit de tract. num. 8. Io. Laganar. ad Rouit in rub. pragm. de extract. versic hinc idem de Ponte Vermigliol. d. cons.*
73 *10. num. 13.* & † propterea omnes personæ etiam Ecclesiasticę volētes extrahere tenentur petere licētiam à Iudice Seculari post *Alberic. Dec. & Bertazzol. Anton. de Ball. var. tract. lib. 5. de pragm. Regn Sicil. in proem n. 58.* cuius opinio inconcusse obseruatur in hoc Gubernio, in quo omnibus Ecclesiasticis permittitur facultas extrahēdi à Gu-
74 bernatore Prouincię; generalitèr † autèm ad materiam an, & quandò personę Ecclesiasticę ligentur similibus bannimentis vide *Rouit. de annon. pragm. 1. num. 5. versic. sed an comprehendant, & de extract. animal. in rub. num 16 vbi loquitur remissiuè. Sperell. decis. 12. & decis. 13 vtrobique per tot. Bellett. disquisit. cleric al par. 1. tit. de exempt.*
75 *cleric. à Statut. secular. §. 3.* & † an Iudex Ecclesiasticus possit committere laico exercitium concedendi, vel negandi Clericis licentias extrahendi annonam tradit latè. *Sperell. decis. 14 per. tot.*

76 Sub † nomine extractionis frumenti venit etiā farina *Rouit. de annon. pragm. 1. num. 5. Farin. par. 1. fragm. litt. B. num. 47. Gilian. ad Statut. Perus. §. annona num. 12.* vbi addit ex sententia cuiusdam insignis Theologi, non comprehendi extrahentem panem ob rationes, quas ibi videre poteris; sed extendi etiàm ad panem ob identitatem ratio-
nis

nis firmant *Farin.d.litt.B. num* 48. *Sola* loquens de pane, & farina *d.tit.ae edict annon.glos* 8.*num* 5.*Nouar pragm.de extract. collectan.7.num* 4 & 5

77 an † huiusmodi bannimentis ligentur minores proposuit quęstionem *Gilian.d.§.annona num.*14. & dicit *Bonacoss.* negare, & se remittit *ad Ioseph. Ludouic.d.decis* 80. qui in facti contingentia temuit minorem ligari, sed in hoc poterit recurri ad tradita *per Oad. de restitut. quaest.* 82.*artic.*4.& *ad Mauson.de contraband.quaest.*7.*per tot.* vbi clarè, & distinctè explicat materiam.

78 An verò † illorum pœna puniatur, qui adhùc territorium non exiuit ardua est quæstio, & talem appellat *Farin par.*1.*fragm.litt.B num.*59 & *infra*, sed vide *Ioseph Ludouic d. decis* 80.*num.*17. qui dicit esse veram, & realem conclusionem, quod non puniatur pœna ordinaria, sed alia minori, vt puta amissionis rerum, & subdit *num* 18. quod si quis se excusaret dicendo, deferre frumentum ad molendinum, Iudex debet considerare qualitatem loci, & personarum, ac transmittere birruarios ad videndam omum asportantis, an habeat farinam, vel potiùs illa egeat; nec tamen quęstio posset cessare in terminis nostrorum bannimentorum, quia disponunt adeò benè, vt omnem fraudem adimere

79 videantur; si verò † malitia fraudantium aliquo modo conaretur euitare illorum dispositionem erit semper laudanda d.cautela tradita per *Ludouic* & poterit consuli *Mauson.de contraban.quaest.* 3 *per tot.necnon Gturb cons* 16. *a num.*16. *vsque*

80 *in fin.* sed † tolleretur omnis dubitatio, si extrahens reperiretur prope limites territorij, vel in portu, vbi starent naues discessurę, nisi hic repertus esset homo bonæ famę, & haberet aliquam præsumptionem pro non extractione, nam aliàs ex hac circumstantia repertitionis propè fines, vel in portu vt suprà, diceretur probatus animus extrahendi, & intraret pœna extractionis, ac si re vera fuisset secuta, vt post *Francisc. Marc. decis.* 162.*num.*13.& *decis.*239.*pe tot.par.*2 *Gruell. decis.*81. considerat *Nouar. de extract. collectan.* 7.

81 *num.*12. si quis † autem extraxerit, & non fuerit in fragranti deprehensus fuit dubitatum, an possit contrà ipsum per inquisitionem procedi, & pro soluenda dubitatione adeas eundē *Mauson.quaest.* 2.*per tot.*& *Nouar.d.collectan.* 7. *num.* 14.& 15. qui dicit posse procedi, nisi tamen statutum loqueretur de inuento.

Vltima pars bannimentorum, quam assumpsi declarandam, versatur circa prohibitionem emendi, & incettandi, in qua videtur præmitten-

82 dum, quod sicuti † multis modis fraudatur annona *Sola d.glos* 8.*num* 4.5.& *seqq. Decian.tract.crimin.lib.*7. *cap.*22.*num.*2. & *infra*, ita etiam fuit necessarium prouidere multis cautelis contra ip-

83 sos fraudantes, vt fecerunt † nostra bannimenta prohibendo emere, & incettare vltrà vsum proprium, ac recipere in solutum etiam à colono,

84 quod † edictum in hac parte dationis in solutum valere dixit *Bertazzol cons.crimin.*87.*sub num.*2. *versic.*& *non tantum*, & *n.n.seqq.* vbi quod comprehendit, & colonos Ecclesiasticorum; reci-

85 piuntque vires † hęc bannimenta à constitutionibus Pontificijs; nam ementes frumentum, vel alia blada vltra proprium vsum, vt cariùs vendant, puniuntur pœna amissionis illorum, & alijs

86 arbitrarijs; Barones verò † quacunque dignitate, & Cardinalatus, vel Episcopatus fungentes, qui subditorum suorum frumenta, aliasque blada emunt vltra vsum, & necessitatem suam, & familię, priuatione feudorum, alijsque pœnis recensitis à *Pio V. constit.*19.§.3 *tom.*2. *nou.bullar.* eandem prohibitionem emendi frumenta, & fruges vltra vsum vnius anni sub pœna confiscationis bonorum, & alijs innouauit *Greg XIII. constit.* 50. *la* 2.*incipien.inter multiplices* §. 1. & 3.*d.tom.* 2.& *Clemens VIII. constit.*49.*tom.*3. indixit cōfiscationem bonorum, & priuationis feudorum Baronibus, alijs verò personis pœnam amissionis frumēti, & scutorum quinque pro qualibet salma.

87 Ab istis pęnis contra ementes, & incettantes frumenta ego crederem, posse eximi Pistores publicos, qui ex instrumentis conductionis furnorum Communitatum tenentur conficere panes, quia, cum similes prohibitiones emanauerint ad effectum euitandi mercaturam, & ob id non extendantur ad ementes pro vsibus proprijs, Pistores ementes pro vsu furni non dicuntur exercere mercaturam *Surd. decis.* 313. *Nouar.pragm. de*

88 *mercatur Official. prohibit.num.* 3. nisi † emeret vltra vsum furni, & reuenderet, vt ratiocinatur *Francisc. Marc. decis* 162.*per. tot.par.* 2. quod

89 quis emerit † pro vsibus suis statur eius iuramento *Mut. ad consuetud. Panorm. cap.* 53. *num.* 28. *Farin frag n.crimin.par.*1. *litt, B. num.* 57.& 58. vbi habetur, quid sit resoluendum, si mutato

90 proposito frumentum reuendatur; probaretur tamen frumentum esse emptum ad effectum reuendendi ex ipsa quantitate empta vltra usum emen-

91 tis, nisi † esset pauca quantitas, quæ tenderet ad vsum lautiorem *Rouit.de annon.pragm* 16.*num.*2. consulens omninò videndum *Auendan. respons.* 33.*num.*2.& *seqq.*

Quorum frumentorum, & bladorum emptio, & incettatio non fuit ab re interdicta, debuit enim occurri fraudibus Dardanariorum, qui Rempublicam subuertunt, annonam emendo, & posteà

92 supprimendo, vt cariùs vendant, de † quibus, & pœna eorum tradit *Vlpian.in l annonam ff.de extraordin.crimin.* vbi *glos. litt.* B. dicit sic vocari à Dardano, qui omne studium posuit in eo, vt annona carior fieret, emendo omnem, quam inuenisset ad effectum posteà reuendendi *Decian.tract. crimin.lib.*7 *cap.*22.*num.*7. *Menoch. de arbitrar. cas.*384.*Rouit decis.*17. & isti dicuntur committere monopolium *Iodoc.in pract.crimin.cap.*132.

93 *num.*2. prout etiam † committunt illi, qui efficiunt, vt agricolę victualia ad forum non deferāt, vt ipsi emant, & cariùs reuendant *Iodoc.dict.cap.* 132. *num.*4. & 5. & qui in annonę caritate frumentariam, vel alia victualia à Ciuitate auferunt vt cariùs vendant in alio loco *Iodoc. d.cap.* 132. *num.*9.

num. 9. qui omnes casus comprobantur à *l. unic. C. de Monopol. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 22. num. 2. cum seqq. Menoch de arbitrar. cas. 569. nu.* 94 *1.* ideoque † contra illos posse imponi confiscationem bonorum sentirem per tradita *in quall. de monopol.*

Quomodò in curatione annonę, & præsertim exactione nominum debitorum ad ipsam annonam spectantium debeant se gerere Publici frumentatores, ego aliàs adnotaui in terminatione cuiusdam causæ, sic comprobando resolutionem per regulas iuris. Insuetata annonę penuria anno 1648. preterlabente Ciuitas vrgebatur, quę 95 ideò in frumentarios † Curatores, quos etiàm Sitonas de iure appellamus *l. Imperatores §. item rescripserunt Sitonas*, & ibi *glos. magn. in verb. rescripserunt, & glos. paru. in verb. frumentatores ff de administrat. rer. ad Ciuitat. pertinent.* elegit D.D. F. A. I. & C. adiecta conditione, quod omnes expensę retraherentur ex pretio frumenti, adeout Ciuitas, & annona nullum damnum pateretur. Et quià vltra frumenta à Ciuibus contributa, fuerunt etiàm empta multa alia, pro quorum solutione cum creditores instarent contra Ciuitatem, quæ solutionem hanc ad Sitonas spectare contendebat, fuit à me resolutum vtraque 96 parte pluries audita, Curatores † istos frumentarios debere soluere omnes pecunias debitas à furnario, & per ipsos inexactas, motus, quià ex debito eorum officij tenebantur exigere pecuniam à Pistore, qui frumentum receperat *l final. §. item rescripserunt ff de administrat. rer. ad Ciuitat. pertinent. Gratian. discept. 626. numer. 1. & seqq.* 97 *Ciriac. controuers. 433. num. 1.* & quidèm † anticipatè, si attendatur mandatum ipsis iniunctum, quod consignarent frumentum à Pistore anticipatè soluendum, vel in pecunia numerata, si respiciatur obligatio furnarij contenta in capitulo quarto appaltus furni; sicuti enim furnarius tenebatur soluere in contanti, ita & isti Curatores exigere debuerunt, aliàs enim dicuntur fecisse dilationem, quam non poterant, & versati fuerunt in dolo ad tradita per *Socin. cons. 273. num. 7. vol.* 98 *2.* maxime, † quià huiusmodi munus exercentes non poterant vendere habita fide de pretio *Gratian. discept. 329. num. 33. & seqq. Caualer. de-* 99 *cis. 18. & decis. 24. vtrobique per tot.* hoc † enim operatur mandatum concessum à lege, quicquid aliàs dicendum esset in facultate prouenente ab homine, qui sibi imputare deberet, quod tam latas habenas suo administratori dedisset; nisi ta-100 mèn † fuisset data licentia vendendi in causam limitatam, nempè si fuisset iussum, vt hic, vendi frumentum, & ex pecunijs indè redigendis solui debitum contractum pro illius emptione, nam hoc casu habita fide de precio non diceretur satisfactum voluntati mandantis, & ideò venditio debuisset sequi in pecunia numerata *Gratian. d. discept. 319. num. 40. 41. & seqq. Caualer. decis. 18. numer. 4. & 5. Merlin. de pignor. quæst. 99. numer. 19. lib. 4. Rot. post ipsum decis. 117. numer. 5.* Et propterea nomen debitoris contractum successit eorum periculo, vt videtur pertransire *Rot. in allegatis decisionibus coram Caualer.*, & fortiùs 101 † quià isti Curatores ob solam negligentiam in exigendo tenentur de proprio *d. l. final §. item rescripserunt nominum, quæ deteriora Gratian. discept. 626. num. 1. & 2. Ciriac. d. controuers. 433. num. 6. Fontanell. decis. 548. num. 6. & 7. Addit. ad decis. 6. numero 129. par. 3. recent.*

102 Etenim † huiusmodi administratores non solùm tenentur de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui, quinimò & diligentiam debent *l. Magistratus ff. de administrat. rer. ad Ciuitat. pertinent. Ciriac. controuers. 433. num. 10. 11. & 12.* ac 103 † eo ipso, quod exactio potuit curari, & fuit omissa, dicitur probata negligentia *Mascard. de probat. conclus. 1093. num. 5. & seq. Ciriac. d. con-*104 *trouers. 433. num. 9.* quæ in † administratore dicitur lata culpa *glos. in l. nomina verb. negligentia C. arbitr. tutel Socin. cons. 2. num. 10. vol. 1. Guttierez. de tutel par 2. cap. 16. num. 11.* ordinata quidèm ad casum ex sola possibilitate, quod nomen debitoris possit effici deterius ob exactionem dilatam *Ciriac. controuers. 166 num. 39 & 40.* & operatur, quod imputetur etiam casus fortuitus *cap. fin. & ibi glos. in verb de culpa prope fin. de deposit. l. si vt certo loco §. quod verò ff commodat §. item si. instit. quib. mod. re contrah. oblig. glos. in l si res pupillares verb. cogitur ff de administr. & pericul. tutor.*, & *in l. contractus verb. contractus ff de reg. iur. Ciriac. dict. controuers. 166. numer. trigesimoquinto.*

105 Non obstat † quod ad effectum retorquendi actionem contra Sitonas debuisset Ciuitas docere nomen debitoris non esse soluendo; tum quia cum isti Curatores non debuissent credere frumentum Pistori, eo ipso quod crediderunt, voluntariè contraxerunt nomen debitoris; & ideo potius incumbit ipsis probare debitorem esse soluendo, quam Ciuitati illum esse decoctum *l. 1. §. si Magistratus ff. de Magistrat. conuenien. l. non est necesse ff. de probat.* tùm quia cum tenerentur præstare diligentiam in exigendo, & neglexerint, debent sibi imputare nomen debitoris, ac si illud exegissent *Socin. d. cons. 273. numer. 3. versic. nam si ad aliquem pertineret vol. 2.* tum 106 etiam, quia † satis dicitur doctum de non idoneitate furnarij, dum bonis illius positis sub hasta non fuit inuentus oblator, oàm cum bona commodè vendi non possunt, haben-107 tur acsi non essent, nèc † Ciuitas creditrix in pecunia tenetur illa accipere in solutum *Rot. Genuen. decis. 156. n. 8. in fin. & n. 9. Seaee. de commercijs §. 2. glos. 5. num. 268.*

108 Et licet † Sitonæ, eo quia officium subeunt inuiti, & plurimos substinent labores, debeant seruari indemnes, attamen obiectum procedit, quando nulla segnitia in exercitio eorũ muneris interuenit

uenit *d. l. fin. § item rescripserunt Sitonas*, ibi *qui non segniter officio suo functi sunt. ff. de administrat. rer. ad Ciuitat. pertinent.* hic au-
109 tem † adest nedum dissolutissima negligentia, dùm non debebat sequi venditio cum fide pretij, & non fuit postea curata exactio dictim, prout frumentum explanabatur *Gratian. discept. 6:6 numer. 9 & 10.* sed † etiam dolus,
110 in quem incidit non vtens opportunis remedijs pro expedit one actus, quem gerit *l. si procuratorem §. si ignorantes ff mandat. Farin. quæst. 89. numer. 96.* & qui omittit facere, quod ratione officij tenebatur *Menoch præsumpt. 3. numer. 66. & seqq lib. 5. Mascard. de probat. conclus. 531. numero 80. Farinac. d. quæst. 89. numer. 95.*

Obiectum, quod furnarius, & fideiussor fuerint à Ciuitate approbati quoad diuitias, corruit in facto, dùm approbatio successit dumtaxat prò solutione affictus, & obseruantia capitulorum ap-
111 paltos; prout † etiam deficit alterum, quod cum fuerit exacta maior pars crediti, Curatores non teneantur de hac summa residuali, quià non procedit, quando quis tenetur ad actum certum, & limitatum loco, & tempore, vt declarat *Cavtaquen. decis. 266. n 3. & 4. par. 1.* quinimò validius retorquetur, cum enim inceperint exigere, & non fuerint prosecuti, eorum negligentia magis arguitur *Bald. in l. tutori sub nume. 4. versic si incipit, & non perfecit C. de neg. gest. cum alijs allegatis in quæst. 44. num.* ..

112 Nec solùm † de hac negligentia tenentur Curatores viuentes, sed etiàm eorum hæredes *l. 3. & 4. vbi gloss. & Salic. C. de hered. tut. Tomas. de tutor. tit. 38. num. 27.* nam licèt hæredes non teneantur de leui, debent tamèn latam culpam, quæ in administratore nihil aliud est, quam ipsa negligentia, vt fuit dictum supra n.

Quod autèm Ciuitas agnouerit furnarium in
113 debitorem † parum obest, vel quià inuento non soluendo potuit retorquere actiones aduersus fru-
114 mentatores, vel quià † aduersus f. ctum procuratoris, qui inscia Ciuitate processit datur restitutio ipsi Ciuitati, quæ vtitur iure minoris *Odd.* qui sufficiat pro omnibus *de restit in integr. quæst. 3. num. 61. versic. in contrarium, & numer. 62. cum seqq.* ideoque D. A. condemnari ad soluendas integraliter pecunias, quarum fuit exactio ne-
115 glecta, nam † licèt de neglectis qui libet teneatur pro virili *l. tutores qui post finem §. in eum ff. de administrat. tutor. Bartol ibid Montan. de tutel.*
116 *cap. 39 num. 200. & seq.* † tamen debuit prius damnari, qui administrauit, & est soluendo *l. Imperator Titus & l. quid ergo ff. ad municipal.* I autem non se immiscuit administrationi; F sem-
117 per fuit absens, & C. fuit † decoctus, & cessit bonis. ob quod nulla excussio est necesse *Salgad. Labyrint creditor par. 1. cap. 23. num. 5. 10. & seq. Rot. penès Post de subbastat. decis. 18. num. 3.*

Est vlterius notandum, in materia administratorum annonæ, quod non tenentur ad aliquod augmentum frumenti. sed ad solam quantitatem habitam ob solidissimas rationes consideratas à *Giouagnon. cons. 43. numer. 57. vers. nono* quem sequitur *Andreol. controuers. 311. per tot*
118 apud quos † concluditur ità debere seruari, & si aliquandò iidem administratores dedissent augmentum, quià potuit succedere ex aliqua causa extrinseca madefactionis grani in horreis, vel alicuius mensuræ, quæ illud tulisset, quæ vti quid accidentale non debet attendi.

Sequitur resolutio Excellentiss. Domini Hyacinti Gratiani in Recineten. solutionis frumenti 29 Nouembris 1651.

De Anno 1648. post angustissimas frumentarias messes, cum omnibus locis huius Prouinciæ magna penuria immineret, beneficio publicæ alimoniæ. & ad consulendum futuræ egestati, fuerunt coacti omnes exuberantes contribuere frumentum. Et cum pro abundantia Ciuitatis Recineti fuerit sublata summa salmarum 250. de horreis D. D. de Bartulinis Conductorum bonorum Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Poteotia, quas priùs vendiderunt Abundantiæ Ciuitatis Camerini. Dubitatur an dd. de Bartulinis sit soluendum pretium ad rationem quanti plurimi, & iuxta pactitatum cum Abundanzerijs Camerini, vel potius iuxta taxam constitutam per Præsidem Prouinciæ.

Pro Affictuarijs nonnulla fuerunt deducta. Et primo Immunitas, qua, vt ipsi dicunt, nullo modo poterant cogi ad frumentum contribuendum,
119 quia vti † Conductores bonorum dictæ Abbatiæ gaudent exemptione pro eorum portione omnium collectarum, tam ordinariarum, quam extraordinariarum, vt plures resoluit S. Congregatio, secundum relationem *Barbosæ in Coll. lect. ad Bullarii in vers. Affictuarij. & Diana var. resol. tract. 1. de Immunit. Eccl resol. 19 fo. 6.* Et ob id, eum illicita fuerit coactio circa contributionem frumeati, dubio procul deberet solui pretium ad rationem quantiplurimi.

120 Secundò, † quod & si præfati de Bartulinis potuissent cogi ad vendendum, & licuisset susceptoribus Annonæ Recineti accipere frumentum venditum Abundantiæ Camerini inuitis emptoribus, & venditoribus; hoc tamen esset intelligendum in subsidium, & quando solueretur idem pretium, quod ab alijs Emptoribus consequeretur, vt firmat *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 14 à*
121 *num. 6.* & ratio est, quia † licet ob publicam vtilitatem possit accipi res priuatorum, hoc tamen intelligitur iusto pretio soluto, vt post *Bart. Bald & alios dixit Ias in l Barbarius nu. 36 ff de offic. Præt.* & latè *Menoch. cons. 103 num. 29. Ro-*
122 *land. cons. 69. num. 25. & seq vol. 2.* & † iustum pretium dicitur, quod Dominus rei ab alio habere potest, cum res tanti valeat, quanti vendi potest, *l. † §. si hæres ff ad Trebel. l. si quis Vxori*
123 *52. §. fin. ff de furtis.* Cui † adstipulatur etiam regula, quod qui in vno grauatur, in altero meretur releuari, *l. eum qui 30. in princ. ff. de iure iur.*

Verum

Verum istis, aliisque non obstantibus, censerem, præfatos Affictuarios potuisse compelli cõtribuere frumentum pretio taxato per Præsidem
124 Prouinciæ. Quoniam † licet regula sit, quod nemo sit cogendus rem suam vendere, *l. inuitum 11. l. dudum 14. C de contrahend. empt. l. nec emere 16.*
125 *C de iure deliber* ità † vt nec Princeps de sua ordinaria potestate bona alicuius auferre possit *Ceual. com. contrà com. quæst. 577. cum seq.* & latius *quæst. 906. Bobadil. in sua Polit. legal. lib. 5. cap. 5.*
126 *numer. 11. tom. 2.* cum super iis † quę iuris naturalis sunt, vel gentium dispensare nequeat *Ant. Faber in suo Cod. tit. si contrà ius, vel vtil. publ. Castill. in suis controuers. lib. tertio capit. sexto.*
127 Nihilominus † hęc regula multas habet fallentias, & prima est, vt non habeat locum fauore Reipublicæ, & quotiescunque vtilitas publica aliud requirat, *l. item si verberatum 15. ff de rei vendic Alberic in l. si quis sepulchrum num. 5. ff de religios. Cepol de seruit. Vrb. tit. de sepulchr. lib. 5.*
128 *Natta cons. 554. num. 2.* Vt † si Respublica inopia, & penuria Annonæ prematur, quia tunc quilibet victualia à Principe, vel Administratoribus Reipublicæ vendere cogitur *Bart. & communiter D.D. in l 1. C. de Episcop. audien. idem Bart. in l. Annonam ff de extraord. crimin. & in l. 1. §. cura carnis ff de officio Præfecti Vrbis, Abbas, & alij in cap. 1. de empt. & vendit. Couar. variar. resol lib. 3. cap. 14. num. 1. Vinc. de Franch. decis. 9. vbi Amendol. Surd. decis. 275. num. 4. & in tract. de alim. quæst. 77. num. 6. tit. 1. Capiblanc. de Baron pragm. 3. cap. 9 n. 7. tom. 2. fol 37 Ludouic. Messia de prag.*
129 *tax pan concl. 1. n. 5.* † adeò quod nullus, licèt immunis, excusetur, quamuis de domo Princi-
130 pis, *Gratian. discept. 149. num. 43.* Et † tenetur subire huiusmodi onus, etiam qui habet immunitatem duodecim liberorum, qui, & si excusetur à muneribus realibus, vt latè per *Viu. comm opin. conclus 603. Thesaur. decis. 267. Ric. collect. 42. Nouar. quæst foren. 17. & 75 & per Iurisconsultissimum D. meum Antonellum cons 36 num. 1. & seq.* Attamen tempore penuriæ, quo ad contributionem frumenti, huiusmodi priuilegio non gaudet, *Io. Maria Nouar. d. quæst. foren. 17. par. prima*
131 *num. 3 in fine.* Immunitas † enim tempore necessitatis locum non habet, *Cancer. var. resol.*
132 *par. 3 tit. 13. de iure Castr. num. 49.* vbi, † priuilegium, quantumcunque generale concessum alicui ad eius priuatam vtilitatem, nunquam includit illud, quod est publicæ vtilitati damnosum; de qua re vide plenè *Roland. à Valle cons. 5. vol. 1. num 26. cum seqq.*
133 Quod † extenditur quoq; ad Ecclesiasticos, qui etiam ipsi tenentur contribuere, & vendere frumentum, post *Bart in l vnic. in fine num. 6 C. vt nemini liceat in emp spec. se excus lib. 10. Luc. de Pen in l. 2. vers Ecclesias col 1. C. quib muner. vel præst. nemini liceat se excus. lib. 10.* dixit *Gratian. d. discept. 149 num. 43. Menoch. cons. 137. per tot. Petrus Cabal. resol. criminal. cas. 9. n. 7. 8.* vbi dicit, quod Ecclesiastici magis, quàm Laici debent esse prompti ad contribuendum frumentum, quia magis tenentur ad exercendam charitatem, & aliter facientes peccant, præsertim quia beneficia ad vsum pietatis sunt instituta, quod etiam ostendit *Iacob. Menoch. d. cons. 137. num. 11. lib. 2.* Et bona Ecclesiastica secundum *Diuum Bernard. de contemp.* sunt pauperum patrimonia; debent tamen compelli per Iudices Ecclesiasticos, vel per alios, quibus essent delegatę facultates opportunæ, vt in casu nostro, *Gratian. d. discept. 149. nu. 44.* & ante ipsum dixerunt *Cyn. & Bal. in l infinuctiones C. de Sac Sanct Eccles. per text. in cap. 1. de Immunit Ecclesiast Ludouic. Messia de pragm. tax pan. concl 1. num. 60.* vbi subdit, non solum Clericos, & Ecclesiasticas personas ad id per Episcopum posse compelli; sed etiam Laicos *per leg. finalem. §. item Episcopi ff. de muner. & honor.* ex negligentia tamen Iudicis Secularis, vt colligitur ex *Panormit. in cap. 1. de empt & vendit.* Qui
134 Iudices † Ecclesiastici, quo ad materiã Annonę, de mente Sac. Congregationis debent se omnino conformare cum ordinationibus Rectorum Se-
135 cularium, facientes † ordinationes, quas curent à Clericis inuiolabiliter seruari, prout ostendit *Sperell. decis. fori Eccles 13. num 14. circà finem,* vbi refert Sacram Congregationem ità scripsisse Nuncio Neapolitano die 3. Septembris 1591. & 23. Augusti 1593. nec non & Episcopo Parmen. Anno 1599.
136 Et quamuis † Clerici non teneantur vigore Edicti Iudicis Laici ob defectum iurisdictionis, peccarent tamen contrauenendo, non quo ad legem Principis Laici, sed quo ad charitatem, & iustitiam, quia iure diuino, & naturali tenentur ad obseruandum ea, quæ ad existentiam, & vtilitatem Reipublicæ sunt necessaria *Sperel. d. decis. 13. num. 13.* latè *Gutierez pract. quæst. lib. 1. quæst. 3. num. 3. cum multis seqq Io. Baptista Hodiern.*
137 *ad decis. Surd. 275. num. 4* vbi dicit, † quod Ecclesiasticę personę teneantur ad collectas, publica vrgente necessitate, non vi legis, sed rationis,
138 & æquitatis; Et † hoc verum est, quia tempore penuriæ, & necessitatis omnia priuilegia silent *Menoch. d. cons. 137. numer. 9.* & multa permittuntur, quę non permitterentur, *Roland. à Valle cons. 1. vol. 2. numer. 69. cum seqq.* Vndè dicitur
139 † quod Rex, inconsulto Papa, tempore penurię, & belli possit capere Calices, & alia bona Ecclesiæ pro subuentione subditorum, dum; postea tempore pacis faciat resarciri, ex doctrina *Afflict. in cap. 1. nu. 32. de nat feud.* dixit *Roland in d cons. 1. num. 74. lib. 1.*
140 Et quamuis † habere commercium cum Hereticis, & Saracenis prohibeatur, per *Text. in cap. quod olim 12. de Iudæis,* attamen cessat prohibitio vrgente necessitate penurię, quo casu possumus contrahere, emendo victualia, & cum eis alia commutando, *Suarez. de fide. disput. 18. sect. 6. num. 8. Filiuc. in quæst. moral tom. 1. tit. 16. cap. 6. numer. 147. P. Diana resol. moral. tract. 16. & 2.*

Miscel. resol. 36. vers. adde quod commercium fol. 141 257 *part.* 1. Necessitas † enim legi non subiacet, *Text. in cap.* 3 *de obseruatione ieiun. Roland. à Valle d. cons* 1. *vol.* 2 *num.* 69. *cum seqq.* & fames secundum *Bald. in l pactum in fine C. de collat.* acu-
142 tissimus † est gladius, qui cogit ad turpia, & erudelia, scilicet, non tantum ad vendendum filium, Vnde in sacra pagina *Nehemiæ cap.* 5. populus fame oppressus in hæc verba prorupit, filij nostri, & filię nostræ multę sunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & bibamus. quod tempore necessitatis, quasi contra humanitatem, permittitur Patri, *l.* 1. *&* 2. *C. de Patr qui fil. distr. l. fin. C. de Patr. potest Menoch. de arbitr. casu* 180. *numer.* 3. *Carol. de Graff de effect. Cleric. effect.* 43. & la-
143 tè *Pasch. de Patr potest par.* 1 *cap.* 1. Sed † etiam ad vescendum proprijs filius carnibus, imo & hominum stercoribus, & brutorum corijs, *Ioseph. lib.* 6. *de bello Iudaico*. Et multa exempla, non minus admiratione, quam commiseratione digna, refert *Ant. Sola ad Constit. Saband. tit. de edict Ann gl.* 1. *num.* 7. *&* 8.

144 Et propterea † ad curanda tot absurda, & inconuenientia, nil mirum si tempore penuriæ debeant cessare omnia priuilegia, vt per *Marc. quæst.* 542 *& Ant. Solam vt suprà glos.*
145 9. *numer.* 5. & † ex causa necessitatis, & publicæ vtilitatis possit superior statuere, vt immunes, & exempti contribuant, & vendant victualia, vltrà suprà citatos, dixerunt quoque *Mysing. obs r.* 70. *Valasc. conclus* 21. *Mastril. decis.* 17. *Mantic. de tacit. & ambig tit.* 4. *numer.* 11. *&*, 12. *relat. per Gilian. ad Stat. Perusiæ vers. Annona numer.* 6. *sol.* 14. Omne-
146 † enim priuilegium concessum tacitam habet conditionem, nisi aliud necessitas, vel publica vtilitas suadeat, *l. iubemus nullam* 10. *C. de sacros. Eccles* & cessat, si aliquod præiudicium inferat Reipublicæ *Capiblanc. de Baron. lib.* 2. *pragm.* 8. *cap.* 42. *num.* 10.

Vndè legitimè poterant Præfecti, seu Susceptores Annonæ, vigore bannimentorum Præsidis Prouinciæ auferre frumentum DD. de Bartuli-
147 nis, quia † ad alendum Populum facienda est prouisio frumentaria, & particularium frumenta, soluto pretio, sunt communicanda ad publicam alimoniam, & vtilitatem. *D. D. in l.* 2 *ff ad l. Rhodiam de iact. & Ant. Sola ad Constit Saband. tit. de edict. Anno. gl* 4 *sub num.* 13.

Non obstat, quod multi Ciues Recanatenses de Anno 1649 quo vrgebat penuria, extraxerint, & vendiderint ad rationem quanti plurimi frumentum, ex quo apparet, Ciuitatem potuisse consulere necessitati publicę, absque eo, quod cogerentur contribuere dicti Affictuarij, qui
148 † vti immunes tantummodo tenebantur in subsidium *Soc in l si ex toto n.* 6. *vers. tertia conclusio ff de legat* 1. *Rolād cons.* 80. *n.* 28. *&* 29 *vol.* 3. *Graf. de effect. Cleric. effect.* 3. *nu.* 219. *& seq & numer.* 227. *&* 244. *Lot. Rom apud Burat. decis* 391 *n.* 9.

Quoniam respondetur, quod cum Pręses Prouincię ab omnibus locis totius Gubernij receperit notulas omnium victualium recollectorum ad effectum faciendi scrutinium de quantitate Annonæ, & singulorum capitum, & cum cognouerit necessariam quantitatem deficere vsibus Prouincialium, publicauit Edictum sub grauissimis pœnis in casu contrauentionis, prohibendo extractionem frumenti, emptiones, & venditiones, & ad beneficium publicæ Annonæ, pro subditorum alimonia, mandauit fieri
149 necessarias prouisiones, pro vt tempore imminentis penuriæ fieri debet. *Ant. Sola ad Constit. Saband. tit. de edict. Ann.* cogendo, vti Delegatus Apostolicus, ad contributionem frumenti omnes Ciues ex uberaates cuiusuis status, & conditionis, priuilegiatos, immunes, & etiam Ecclesiasticos, & Religiosos.

Vndè si postea, facta necessaria prouisione, fuerit reperta aliqua quantitas frumenti apud nonnullos, qui illud vendiderunt, non per hoc dici potest, Ciuitatem hoc eodem frumento potuisse consulere necessitati publicę; Quia si huiusmodi frumentum erat occultatum, nulla pote-
150 rat illius haberi ratio, cum † paria sint non esse, & esse, & non apparere. *Menoch. cons.* 15. *num.* 13. *lib. Surd. decis.* 306. *numer* 13. *post Tiraquell. de retract. consanguin §.* 1. *glos.* 10. *numer.* 9. *& de retract. conuent. in fine numer.* 140 *Vincent.*
151 *de Franch decis* 113 *n.* 6. vbi † dicit paria esse, aliquid non esse, vel esse, & ignorari, *Bart. in l.*
152 *cum res n.* 8 *ff de legat.* 1. vbi † paria sunt rem non extare, & rem non reperiri, hoc idem dicit *Cephal. cons.* 294. *n.* 29. *lib.* 2. *Neguf. in Sylua quæst.*
153 302. *nu.* 46. *& quæst.* 180. *n.* 50 vbi † paria sunt luminaria abesse, vel adesse, & lumen non præbere, *Roland. cons.* 59. *num.* 6. *& cons* 98. *num.* 23. *&*
154 *cons.* 8. *num.* 17. *lib* 3. vbi ait †, idem esse, quod quid non sit, vel quod sit, & demonstrari non possit.

Et si Ciues occultarunt Annonam, occultarunt eorum risico, & fortuna, quia poterant puniri, non solum vigore bannimentorum, sed etiam iuris communis. *Text. in leg. Annonam* 6. *ff de extraord. crimin. Boss. de extraord. crimin. num.* 4. *Menoch. de arbitr. casu* 384. *Franc. Marc. decis Delph.* 540. *part.* 1. *& decis.* 395. *par.* 2.

155 Vltra † quod prædictum axioma, videlicet præfatos de Bartulinis, vti Conductores bonorum Ecclesiasticorum esse immunes, non est absolutè verum, quia hac immunitate gaudent Coloni partiarij mensę Episcopalis, non autem conductores ad longum tempus. *Alex. Sperell. decis. Fori Eccles.* 42. *num* 1.

156 Nec † est dicendum, quod Ciuitas Recineti, dum volebat preferri in emptione frumenti in eius territorio collecti, debebat soluere idem pretium, quod promiserunt Abundanzerii Ciuitatis Camerini. *Capiblanc. de Baronib pragm.* 1. *cap.* 3. *sub n.* 10. *vers. hanc contrarietatem lib.* 2. *post Cuman. Ias. & Ti-*

& Tiraq. dixit *Gratian.disc ept.*149.*num.*29. vbi dicit, quod quando quis tenetur vendere frumentum, potius vni, quam alteri, tunc dandum sit ei pretium ab alijs oblatum.

157 Quoniam Conclusio procedit, † quotiescunque in venditione datur ius prelationis alicui priuato, vt in venditione frumenti, facienda per Colonum, Vassallum, Emphyteutam; tunc enim omnibus alijs est preferendus eorum Dominus, *post Rip. de remed. contra pest. post numer.* 260. *Boer.decis* 107.*num.*2.*intelligit Gratian.d.discept.* 149 *numer.* 1. 5. 7. *&* 8. quemadmodum procedit in vsufructuario, qui debet preferri, si vendatur proprietas *Caualc.de vsufr. num.* 173. pariter socius in concursu cum alijs, habet ius Prelationis *Bald in l.* 2. *num.*2. *vers. aequum tamen puto C.commun.rer. alienat.* Isti enim, & similes priuilegiati, vtentes iure prelationis, tenentur soluere pretium ab alijs oblatum, *Gratian. per tot. d. discept.*149.*& signanter num.*29.*& seqq.* Secus verò procedit, quando agitur de publica vtilitate, & commodo Reipublicę, quę tempore necessitatis non solum debet preferri in emptione frumenti, vt suprà, & potest cogi vnusquisque ad venden-

158 dum victualia, sed † tali casu potest taxare pretium, quod omninò est attendendum, nec est licitum illud excedere, *Rip. de remed. contra pest. sub num.*198. *Gratian.d discept.*149. *num.* 36. vbi refert *Bald in l. pendentes §. si quid Cloacarij ff. de vsufr & quemadmodum quis vtatur Aufr. ad decis Capel Tolos* 447 *num* 3.*vers. si verò non exposuit, Surd.de alim.tit.*8.*priuil.*94.*num.*5.

159 Cui † opinioni, quod scilicet tempore penuriç possint cogi Ciues ad vendendum frumentum iuxtà taxam per Magistratum, aut alium superiorem constitutam, inherent *Marcus quaest.* 540.*num.*20.*Natt.cons.* 11. *num.*12.*lib.* 1.*Couar. var.resol.cap.*14 *num.*3.*& seqq. Vinc. de Franch. decis.*9. *num.* 1. *& ibi Amend. Gomez. tom.*2. *var. resol.de empt.& vendit. Surd. decis.*275 *numer* 4. *Bobadil.in polit.legal.lib.*3.*cap.*3.*num.*2. *& plenius in cap* 44 *num.*66.*cum seqq Viu. decis.* 28. *Capiblanc.de Baron.pragm.*1 *cap.*3 *num.*2.*lib.*2. *Montanar.super pragm.*2.*num.*59 *Nouar. in l. vtilitas C.de primipil.Gutier.quaest.*17.*lib.*1.*vbi plenè Paschal de patr.potest par.*2 *cap.*3.*Menoch.cons.*137.

160 *num.*18. vbi † loquitur de quodam Episcopo, cui consuluit soli debere frumentum eodem pretio, quod de publico erat communiter ordinatum, & non, quod ipse consequeretur ab exteris, si frumentum extraheretur, & ibi vltra nonnullos D.D. supra relatos recenset *Bart. in l.* 1. *§. cura carnis ff. de officio Praefecti Vrbis, & in l fin. ff. ad leg. Iul.de Ann.Couar.var.res lib.*2.*c.*3.*n.*5.*Alber. de stat.par.*1 *quaest.*69 *Soccin.in tract fallen.reg.* 456.*in vers.vendere.fallen.*15.*Ias.in l.nec emere n.* 3 *vers adde quod C.de iure deliber. Fab. à Monte in tract.de empt.& vendit.*3 *par.principal. quaest.* 19 *nu.*39.*Ant.Burg de empt. & vendit. cap.*1.*nu,* 17.*Afin.in l si quis sepulchrum num.*10 *ff. de relig. & sumpt.fun.* Hoc etiam confirmat *Gratian. d.*

161 *discept.*149.*num.*40. dicendo, † tempore penuriæ, omnes teneri ad contribuendum victualia, vt populus alatur, etiam viliori, & non iusto pretio, quod tenuerunt etiam multi ex suprà citatis, cui sententię adstipulatur quoquè *Tiraq. in tract. de retract.consanguin.in praefat.num.*28. vbi cum alijs ibi cumulatis dicit, quod vendere minori, quam iusto pretio leges non admittunt, etiam si quis cogatur vendere, preterquam in casu necessitatis publicę, vt est casus noster, ratio est, quia in concursu publicę vtilitatis non attenditur praeiudicium tertij, *Capiblanc.de Baron pragm.*1.*c.*2,

162 *num.*32.*lib* 2. Et † vtilitas publica semper prefertur vtilitati priuatę. *l. vtilitas* 4. *C. de primipil. lib.*12.*l.sancimus* 21.*C.de sacros Eccles.Surd. decis* 62. *num.* 9. *Menoch. de arbitrar. casu* 48. Et bonum vniuersale de necessitate debet praeferri bono cuiusuis particularis, *l praecipimus* 32. *C. de appellat. Anchar cons* 298.*Menoch.cons*244.*n.*33.

Vltrà quod, pretium taxatum à Preside Prouincię, quod est scutorum nouem cum dimidio,

163 non potest dici iniustum, tum quia † in dubio semper praesumitur iustum, *Greg. decis* 194. *num.* 21.*decis.*321. *num.*10 *& decis* 524.*num.*5. & signanter pretium legitimum, seu legale, quod est illud, quod constituitur à Magistratu, vel alio Superiore *Leon Less. de iust. & iure lib.*2. *capit. vigesimoprimo de emption. & vendit. dub.* 2. *numero* 7. *vers. dupliciter*, vbi dicit, quod Superiores possunt melius cognoscere circumstantias concurrentes circa aestimationem rerum, & propterea illud pretium, quod ex officio statuit potestas publica, non potest à subditis in dubium

164 vocari. Tum † etiam quia illud esse tale dignoscitur ex communi caeterorum hominum consentione, vt animaduertit *Alex. Sperell. decis. for. Eccles.*13.*num* 10.*circa medium*. Fuit enim solutum frumentum omnibus alijs indifferenter, tam Laicis, quàm Clericis, Religiosis, Equitibus Hyerosolimitanis, & etiam Colonis Eminentissimorum Cardinalium, & nullus reclamauit.

Et quamuis respectu pretii conuenti cum Abûdanzerijs Camerini, quod fuit scutorum sexdecim, dicatur vilius, non per hoc dicitur iniustum;

165 Primò, † quia in foro externo, tam Ciuili, quàm Canonico, pretium non dicitur iniustum, nisi differentia sit vltra dimidium iusti pretij, *D.D. communiter in l.* 2. *C. de rescind. vendit. & Layman Moral lib.*3.*tract.*4 *cap.*7. *de pactis, & contract.§.*1.*num.*6. quicquid esset dicendum in foro interno secundum Theologos, & Summistas.

166 Secundò † quia iustitia, vel iniustitia pretij non potest considerari, nisi respectu loci, quo res venditur, *Nauar.in manual. confess de superb. & sept. peccat.capit. cap.*23.*numer.*78.*fol. mihi* 221. quia eadem res pluris valet in vno, quam in alio loco, vt toto titulo *ff de eo, quod certo loco.* Erre-

167 gula † quod res tanti valet, quanti vendi potest, *L.*1.*§. si haeres ff ad trebell.* intelligenda est de pretio, quo vendi potest in loco venditoris *Nauar.*

168 *loc.cit. n.*80. Et † quod fructus appretiari debeât

G 3 secun-

secundum valorem, & æstimationem loci, in quo fuerunt collecti, post *Cyn Bald. Barbat. Ang. & Salic. dixit Gratian. discept. 706 num 62.*

169 Et in † puncto de pretio frumenti soluen. tempore penuriç, quod sit soluendum secundum valorem, quem venditor domi inuenit, non quod valet, si è Ciuitate extraheretur, dixit *Ant. Sola ad Constit. Sabaud. de censuum solut 2. par. glos 1. num 3 & doctissimus Molin. de contract. disput. 364. numer. 14 circa med.* vbi dicit, quod nemo licet immunis, vt Clericus, possit accipere in loco, in quo vendit, plus pretij pro suo tritico, quàm commune eius loci.

Moltò magis in casu nostro non est habendum in consideratione pretium Ciuitatis Camerini, & pactitatum cum eius Deputatis, quia aderat prohibitio de vendendo, & extrahendo frumentum

170 extrà territorium; quç † prohibitio facta causa vbertatis conseruandç valida est, *glos in l. si quis post C. de ædif. priuat. Hyeron. de Laur. decis. Auenionen. 40. per tot. Pasch. de patr. potest. par. 2. cap. 3. num. 85.* imò prudenter, & necessariò fit. *Ant. Sola ad Constit. Sabaud. tit de edict. Annon. gl. 4. num. 1.*

Propterea si est attendendum pretium loci, vt est indubitatum, non potest hesitari de iustitia pretij taxati, quia taxa fuit constituta, habito re-

171 spectu ad tempus accepti frumenti, † prout de iure illud tempus attendi debet, vt possit cognosci iustitia, vel iniustitia pretij. *Text. in l si voluntate 6. C. de rescind vendit. Paul. de Castr. in l. ad rescindendam C. eod tit. Surd. cons. 151. nu. 71. lib. 2.* & eo tempore in Ciuitate Recineti, & in alijs locis Prouinciæ valor frumenti non excedebat nouem, decem, vel ad summum vndecim scu-

172 ta; Vndè † cum taxa fuerit constituta circa limites iusti pretij, etiam secundum strictam scholam Theologorum dicitur iusta, *Less de iust. & iure lib 2. cap. 21. dub. 2. num. 11. & 12 Molin. de contract. disput. 365. num. 6. Tolet. de sept. peccat. mortal cap. 47. vers. alterum est. Armill. in summa de empt num. 2.* Quando † enim sunt in lo-

173 co plura pretia, videlicet summum, medium, & infimum, quodlibet istorum dicitur pretium iustū, *Sotus de iust. & iure lib. 6. quæst. 2. art. 3. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 3. num 1. Nauar. in manual. confessor. cap. 17. de peccat. vsura numer. 228. vers idem de eo, & num. 241. vers. centesimosextò.*

174 Quapropter, † cum pretium taxatum sit iustum, æquum, & legale, est à D. D. de Bartulinis attendendum, nec licet eis vllo modo illud excedere; vltrà supra cit. *Less & Tolet. dixit Layman. Mo-*

175 *ral lib. 3. tract 4. 8 1 nu. 1* qui † omnes asserunt, lethaliter peccare vendentes vltra pretium taxatum, vt testatur etiam *Sayr. decis. 3. de empt. & vendit relat. per Ric. 1. collect 1473. par. 4.* Hoc quoque dixerunt apud Legistas *Surd. Menoch. Rip. Couar Bobadil Pasch. & quamplurimi alij supra cit. vnà cum Gratian. d. discept. 149 num. 36. & Sigismund. Scacc. de commerc. §. 1 quæst. 7. par. 2. ampliat. 10. num. 55. Ludouic. Messia de pragm. tax. pan concl. 2. num. 6.* vbi dicit, quod qui ex cōtemptu maiori pretio, quàm a Prçside Prouinciç taxato venderet, sine dubio in conscientiç foro, vltrà pœnam in eo contentam, reus esset peccati, cum authoritati legis directè obuiet, *& Calderin in cap. 1 de constitut.* contemptum propriè esse dicit, quando ex sola voluntate quis non vult se subiicere Superioris edicto, seu Statuto.

176 Quç taxa † comprehendit etiam Mercatores tempore penuriç, quamuis secus esset alio tempore, *Gratian vbi supra num. 37. ex doctr. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 94. num. 7. & 8.* Nec non & Clericos, & Religiosos, *Vincen de Franch. decis. 9. num. 7. Cabal. resol. crimin. cas 9. num. 8. & seq. Pasch. de patr. potest. par. 2 cap. 3. num. 37. Surd. cons 301 num. 34. cum seqq.* non vi coactiua ex defectu iurisdictionis, sed vi directiua, qua tenentur ad seruandas ordinationes politicas conformes iuri Diuino, Naturali, & Canonico *Sperell decis. 13 num. 9.* & tenentur etiam ex mente S. Con-

177 gregationis, quæ vult † Ecclesiasticos ex iussu Ordinarij, quo ad Annonam, obseruare taxam constitutam per Rectores, seu Gubernatores Laicos, *Sperell loco cit. num. 14.*

Quapropter non solum ex suprà deductis, sed etiam ne ex innouatione, & mutatione pretii vlla confusio, & perturbatio Reipublicæ sequatur, credidi, frumentum esse soluendum dictis Assictuarijs iuxta pretium taxatum, & iuxta illud, quod alijs priuilegiatis fuit solutum.

De Peste.

S V M M A R I V M.

Post quæstionem Annonæ, quare subsequenter addatur quæstio de peste. num. 1.

Vnde sæpissimè pestis exoriatur, quanta sint eius damna, & quomodo de ea medici loquantur. ibidem.

Pestem ad arcendam debent deputari ad Custodiam Portarum Ciuitatum duo, vel tres de grauioribus, & nobilioribus Patria, qui aduenis, & peregrinis ingressus prohibeant num. 2.

A custodia Ciuitatis tempore pestis sunt exempti Clerici, Doctores, & Scholares, nisi tamèn magna, & vrgens necessitas immineat, vel nisi in contrarium vigeat consuetudo. num. 3.

Qui tenentur assistere in Custodia Portarum Ciuitatum tempore pestis, si munus iniunctum non expleant, quibus pœnis puniantur à Banimentis num. 4.

Exteri arceri debent ab ingressu, si non habent bullettenum Sanitatis, & si habent, debent admitti, quia per illud Sanitas probatur. num. 5.

Limita tamen dictam conclusionem non procedere, si bullettenum esset factum in loco contagio affecto, quia tunc non sunt recipienda personæ ab illo venientes. num. 6.

Et

diebus abeletur. numero 45.

Contrarium, quod venenum pestilentiale possit ulterius latere tenet Mascard. de probat. In hoc tamen Medicorum consilium est quaerendum, & melius est peccare in tempore, quam in celeritate num. 46.

Magistratus Secularis debet facere fidem, quod Clericus quarantenam expleverit, & Episcopus debet concedere licentiam exeundi num 47.

Clerici non tenentur soluere collectas impositas causa pestis. num. 48.

Edicta Principum Secularium facta tempore pestis, vel eius suspicionis circa aliquid faciendum, ligant Colonos Ecclesiasticorum. num. 49.

Intellige dictam conclusionem procedere, dum modo per indirectum nulla resultaret laesio dominorum ecclesiasticorum, qui ab edictis praedictis minimè ligantur. num. 50.

QVÆSTIO XIX.

1 Non incongruum † existimaui quaestioni de annona subsequenter addere aliam de peste, cum ex annonę sterilitate quam sępissime hanc funestissimam luem exoriri *post Rip. & Tiraquell.* dixerit *Collant de re frumentar cap.* 1. *nu.* 7. *lib.* 2. & audiuimus malo fato in omnibus locis fuisse magis grassatam ob alimentorum penuriam; nec perperam (in hoc tractatu de confiscatione apponitur; nàm cum *ex bannimentis de mandato S. D. N. emanatis* 22. *Maij* 1656. super arcenda peste fuerit in pluribus casibus indicta bonorum publicatio, aliqua super ea referre vtpotè ad materiam assumptam spectante, non erit absurdum, nec ab re fuit in illis casibus indicta bonorum confiscatio, cum debuerint coerceri omni pęnarum genere illi delinquentes, qui peccant in ius Naturę, quae semper ad conseruationem tendit, & pestis ad humanitatis destructionem immane caput extollit, adeout Medici volentes exprimere illam omnia alia mala superare, dicere consueuerint, fuge, fuge citò, & longè, & meritò, quia in aliis morbis amittitur solum corpus, at in peste sępè etiàm anima, dum raro, vel nunquam possunt ex illa morientibus subministrari Ecclesiastica Sacramenta *Mascard. de probat, conclus.* 20. *numer.* 3. 4. & 5. *Intrigliol. singul.* 94. *num.* 43. *lib.* 3.

2 Vt illa igitur † arceatur debent deputari ad custodiam portarum Ciuitatis duo, vèl tres personę, quas debere esse de grauioribus, & nobilioribus non sordido quaestui, sed solis gloriae stimulis, & zelo Patrię intentis, consulit *Marchin. de bell. diuin. par.* 7. *cap.* 4. *num.* 12. a quibus prohibeatur aduenis, & peregrinis ingressus, ne ex eorum infectione tota Ciuitas commaculetur *Praeuidell. de pest. in rub. de his, quae ad salubrit. Ciuitat. pertin. §.* 1. *num.* 1. *Intrigliol d singular.* 94 *num.* 2. *lib.* 3.

3 à qua † custodia regulariter sunt exempti Clerici, Doctores, & Scholares, nec possunt cogi, nisi magna, & vrgens necessitas immineat *Praeuidell d §.* 1. *num.* 8. & 9. *Intrigliol. d. singular.* 94. *num.* 4. & 5. vèl nisi in contrarium vigeat consuetudo, quae potest exemptos obligare *Praeuidell.*

4 *ibid Intrigliol. d singular.* 94. *num.* 6. qui autem † tenentur assistere in custodia debent ex forma *bannimentorum superius enunciatorum §.* 7. munus iniunctum explere, Nobiles sub pœna scutorum tercentum, & alij inferioris gradus trium, ictuum funis publicè infligendorum.

5 Arceantur † tamèn exteri ab ingressu, si non habeant bullettenum sanitatis, nam si habent debent admitti, cum per illud probetur sanitas *Rip de pest rub. de remed. ad conseruand. vbert numer.* 268. *Mascard. de probat. conclus.* 248. *num.* 1. & *conclus* 1295 *num.* 7. & licèt *Mascard. d. conclus.* 248 *num.* 2 & 3 quem sequitur *Intrigliol. d. singular.* 94. *num.* 42. asserat bullettenum, & si omnibus requisitis munitum non esse probationē certam sanitatis, cum tempore confectionis possit quis apparere sanus, & posteà succumbere, & plures casus euenisse, dum pestis Mediolani vigebat; tamen fert secum suam responsionem, quià bullettena erant confecta Mediolani, quae Ciuitas tunc erat infecta, & sic nihil mirum, si illa fuerunt fallacia, imò falsa, quia non potest fieri fides sanitatis illius, qui in loco contagio affecto

6 versatur, ideoq; personę † a locis infectis venientes non sunt recipiendę, quamuis habeant bullettenum, vt in simili tradit *Rip. de pest. rub. de remed. ad conseruand. vbert num.* 273. & ad hunc †

7 effectum prouidè in prænominatis *bannimentis §.* 1. 2. & *seqq.* fuit ordinatum, quod venientes ab eisdem locis, & si habeant bullettenum, non ingrediantur Statum Ecclesię sub pęna capitis, & confiscationis bonorum, quae pęna fuit imposita omnibus alijs, qui illos admitterent, vel auxilium

8 prębenent; hęcq; † dispositio circa expulsionem venientium à locis infectis fulcitur a traditis *per Cost. Sicul. conf* 83. quem refert, & sequitur *Nouar. pragm. de salubrit. aer. collectan.* 4. *num.* 4. & *per Andream Cesalpin. artis medic. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 52 *versic. neminem admittere cum seqq.*

9 Si bullettenum † esset suspectum de falso, deberet denegari ingressus, cum semper debeat eligi tutior pars *Cancer. var. resol par.* 2 *cap.* 10. *num.* 59. & 60. vbi adducit *Rip. de priuileg. contract.*

10 *caus pest. num.* 132. dicentem †, quod si dubitatur, an vigeat pestis, vel sanitas debet præsumi pro peste, vt eligatur tutior pars; à dicta autèm non admissione non datur appellatio suspensiua.

11 *Cancer. d. cap.* 10. *num.* 59. & adeo † hoc bullettenum est necessarium, vt sine eo interdicatur ingressus etiàm Ordinario loci *Cancer. d. cap.* 10. *num.* 61. *Marchin. de bell diuin. par.* 7. *cap* 4. *num.*

12 6 & 7. vbi dicit † Dominum loci infectum posse à subditis repelli, ne Vrbem sanam ingrediatur.

13 Formam † conficiendi similia bullettana ponit *Rip. de remed. ad conseruand. vbert. num.* 268. & *seqq. Marchin. d. cap.* 4. *num.* 1. 2. 3. 4. & 5. vbi dissentit a *Ripa* circa appositionem horę, sed male iudicio

iudicio meo, si potest dari casus, quod loca contaminata sint tam vicina, vt possit ad illa infra horam paucas accedi, plura specialia circa formã in illis seruandã fuerunt adducta *in eisdem bannimentis §.20. cum seqq.* & illa falsificantibus vltra 15 iam capitis fuit indicta cõfiscatio bonorũ §.30.

14 Tempore pestis † potest fieri edictum, ne peregrini, vel forenses hospitentur in Ciuitate, & comitatu *Intrigliol.d singular.94. num.7. Marchin. de bell.diuin.par 7.cap 5.num.1.& 2.*& hęc opinio est tenenda quamuis *Prauidell.de pest.d.rub. de his, quæ ad salubrit. Ciuit. pertin. §. ex prædictis* allatis hinc inde rationibus relinquat cogitãdum;

15 quinimo † si pestis per loca vicina grassetur poterit interdici egressus à Ciuitate, nisi ad certas horas, & cum bulletteno, *post Rip. de remed. ad conseruand. V tert. num. 300. Marchin. d. cap. 5. num.4 5.& seqq.* vbi resoluit posse reddi iniustum, si pestis per dies à Ciuitate distaret, vel si pro solis personis religiosis promulgaretur.

16 Et proui... † Ciuitatum Rectores debebunt hac lue infectos statim à Ciuitate expellere *Prauidell. d.rub.de his, quæ ad salubrit Ciuitat.pert §. illud autem num.1.Intrigliol.d singul.94. num. 8. 9. & seqq Mut ad consuetud Panorm cap.81.num.1.& infra Peguer decis.6.num. 3. & seqq. Marchin. de bell.diuin par.7 cap.1.* vbi late, & ponit plures limitationes, & nedum expellere personas infectas, sed etiam suspectas *Prauidell.d.rub. §.quotiescunque num.1.& 2.Peguer.d.decis 8. num.6. Nouar. pragm.de salubrit.aer. collectan. 4. num.3. Cabed.*

17 *decis 93.num.5 par. 1.* qui addit † quod si inuitis custodibus intrauerunt Ciuitatem possunt puniri, cum quo dicto videntur concordare *bannimenta §.9.* nec tantum à ciuitate, sed & à Suburbijs *Prauidell d.§ quotiescunque num.3. & ibid num.* 8.admonet Gubernatores Ciuitatum, vt festinent amputare quã primum aliquid pestilentiale emergere cognitum fuerit.

Sed expulsionem hanc à Ciuitate vt supra traditã per DD non ita indistinctè admittit practica; nam si homines expulsi possent vagari, quo vellent, non solum forsan omni remanerent auxilio destituti, sed alios sanos non præcauentes eadem labe polluerent, vnde malum semper excrescens nunquam sui finem reciperet, & ideo debet construi duplex lazaretum pro infectis, & pro suspectis, ad quorum alterum quilibet aduehi pro sui mali contingentia debet, hæcq; Lazaretorum constructio potest etiam intra Ciuitatem expleri, si adsit locus ab aliorum habitantium vsu segregatus; sin vero debebit ædificari extra, aduertendo quod non valdè distet à Ciuitate, vt possit quam cito de omnibus necessariis prouideri, & ne miseri ægrotantes nimis longi itineris cruciatus animam agant; quando autem de lazaretis ob inopinatum, & celerem contagionis aduentum citò, & opportunè prouideri nequiret, tunc in propriis domibus clauditur, adeo vt singulis sit ingressus, & exitus interdictus, apposita etiam militum custodia, si necessitas ipsa expostulare videatur, & vtens huiusmodi, pluribusq; aliis modis, quos referre mei calami obscuritas prorsus ignorat. plura loca seruauit Illustris D. meus Claudius Marazzanus, qui ob amplissimam omnium rerum intelligentiam post plurium, & quidem insigniũ Status Ecclesię Vrbium habitas moderationes, fuit a Sanctissimo Principe Alexandro VII. prius ad Patrimonii Prouinciam Commissarius renunciatus, vt illam a teterrima lue purgaret, prout sua sapienti solertia incolumem reddidit, Centũq; cellas morbo exitiali languentes ad integram sanitatem reduxit, & postea transmissus ad Vmbrorum Prouinciam, cuius paulo ante maximo omnium plausu regimen impleuerat, licet pestilentia in dies acerbiores comminaretur progressus, tamen irã sagaciter, pieq; se gessit, vt totus in tota ditione ipsi cõmissi consisteret, & omnibus periculis, ac incommodis se exponens, etiam loca infecta pluries ingrediendo, & plures prouisiones adaptando, salutem aliorum propriæ anteponens, ac quotidiè luctans cum morbo, iat paucis hominibus desideratis, tandem illum suppresserit, ac extinxerit, profligateq; mortis exuuias vero Ioui seruatori sacrauerit.

18 Debet curari †, ne per vias stercora proiciantur *Prauidell.d rub.§ sciendum est num. 1. 2. & 3. & in rub de cæter.ad salubrit.Ciuitat pertinẽt.§. septimum in fin.Intrigliol d. singular 94. num.14. Nouar.de salubrit aer. collectan.1 num.4. Sennert. de febrib.lib.4.cap.5.col 8.versic & proinde primo* vbi, quod præsertim non debet proici stercus suillum, & Anserinum, quod propter fętorem ce-

19 rebro, & spiritibus infensum, prę † cęteris ad contagium propagandum multum facit, vrina infectorum, & al ę sordes; reddens rationem, quia licet pestilentis veneni natura in putredine non consistat, attamen huiusmodi sordida facile contagium excipiunt, ac fouent: quæ prohibitio proiciendi sordes extenditur ad omnes immundi-

20 tias, & † vicini locorum, vbi immunditię reperiuntur, tenentur ad pęnam *Nouar.pragm. de sa-*

21 *lubrit. aer. collectan. 2. num. 2 & 3.* huiusmodi † proiectiones stercorum, vtinę, ac similium debent interdici, etiam si quis haberet seruitutem proiciendi *Caput. de regim. Reipub. cap.7. §.16.*

22 *num.* 23 prout † non debet permitti quodlibet genus exercitii pestiferi, vt sulphurarię, extractionis serici, & similium, ex quorum odore locus publicus, vel priuatus inficeretur *Prauidell. d. rub.§. item notandum est num. 1. Rouit. in rub. pragm.de salubrit aer. num.6,versi.hec aeris salu-*

23 *britas*, fossæ † Ciuitatum circa męnia sunt penitus exiccandę, aut sępius aqua recenti, & salubri replendę, & in eis debet prohiberi lotio pannorum, & detersio sudoris equorum *Prauidell d. rub. §. potest etiam num. 1. & 2. Intrigliol. d. singul 94. num.19.lib. 3* & conferunt tradita *per Rip. de remed.preseruatiu.contr.pest.num.31.32. 33. 34.& 35.* quod aquę tam publicę, quam priuatę debent manuteneri mundę, & limpidę, adeo vt in eas nihil sordidi immittatur, nec panni, nec animalia lauent ut

24 nentur. *Minus* † debet permitti purgatio lini, canapis, & similium prope loca habitata, quia generatur corruptio aeris, ex qua morbi, & pestes descendunt *Rouit. d. rub. de salubrit. aer. nu* 6. volens comprehendi etiam canapa clericorum *In-*
25 *trigliol. d. singul.* 94. *num.* 10. nec † debet plantari linum, vel canapum penès Ciuitatem *Mut. ad consuetud. Panorm. cap.* 79 *num.* 29

Nec deber deesse deputatio officialium, qui procurent amouere omnia, quæ possunt pestem inducere *Prauidell.* qui distinctè omnia refert *d. rub. § optimum per tot.* & præsertim curare cloacarum refectionem, & purgationem, cum vtraque ad aeris salubritatem spectet, nàm cloacę immundæ, vel non refectę Cęlum pestilens comminantur *Intrigliol d singul.* 94. *nu.* 16. *Nouar. pragm. de salubrit. aer. collect.* 3. *n.* 3. quæ tamèn purgatio debet fieri de nocte *Mut. ad consuetud Panorm. cap.* 79. *num.* 29. *Nouar. d. collect.* 3. *num.* 4. & 5.

26 Debent † etiàm prohiberi conuentus hominum, omnesq; aliç celebritates, quę fiunt voluptatis causa, sed non nundinę, & emporia *Prauidell. d. rub. § conuentus hominum num.* 1. & 2. at melius secundum me dixit *Sennert. de febrib. lib.* 4. *cap.* 5. *versic. priuatim verò quisque*, qui voluit debere prohiberi etiàm nundinas, & ratio est, quia & per illas potest diffundi cōtagiū ad cōuersātes.

27 Possunt hoc † tempore eligi terræ priuatorum pro deputanda mansione afflictorum *Prauidell. de pest. rub. de cæter. ad salubrit. Ciuitat. pertinent. § quemadmodum igitur num.* 2. & 3. volens hoc procedere, si alibi locus commodus inueniri non valet, & tempore pestilentię exacto Dominum illas recuperare *Intrigliol d. singul.* 94. *num.* 18. vel
28 † Ciuitas poterit conducere, & emere terras ab inuitis ad hunc effectum *Rip. de remed. ad curand.*
29 *pest. nu.* 12. & *seqq.* vbi plura † edocet circa constructionem huiusmodi mansionum *Mut. ad con-*
30 *suetud. Panorm. cap.* 81 *num.* 7. vbi † quod precio soluto locus efficitur publicus *Marchin. de bell. di-*
31 *uin. par.* 7. *cap.* 2. *num* 6. & hæc † mansio hospitalis debet construi extra Ciuitatem *Rip. d. rub. de remed. ad curand. pest. num.* 11. *Prauidell d. rub. § modo sciendum est num.* 1. & *per tot. Marchin. d. cap.* 2. *nu.* 3. vbi & *n. n seqq.* plura notabilia affert.

32 Corpora † defunctorum peste debent tumulari, & cemeteria claudi tam bene, vt nullus odor euadat. & facinorosi debent extra Ciuitatem obtruncari, non autèm in foro, & posteà sepulturę tradi, & si aliàs illa priuari deberent *Prauidell. d. rub. § causas pestilentiæ per tot. Intrigliol. d. singul.*
33 94 *num* 15. quinimo † cadauera decedentium ex peste debere quam primum sepelliri, & altius effodi, ne illi pestilentes afflatus alios contaminent, & terram inficiant, voluit *Sennert. de febrib. lib.* 4. *cap.* 3. *versic. verum vbi cadauer.* & faciunt plenè *tradit. per Marchin. de bell diuin par.* 4 *cap.* 6. &
34 ad hunc † effectum traditionis cadauerum sepulcris debent *ex Prauidell. de pest. d. rub de cæter. ad salubrit. Ciuitat. pertinent § conuentus hominum, n.* 5. & 6. eligi personæ, quę curam hanc habeant, nec non Medici, & Periti, qui ęgrotorum sanitati diligentèr incumbant, & sint valdè diligentes, ne viui inter mortuos sepeliantur, & ne ægrotantes potius ex non curatione, quam ex morbo claudant diem.

35 Bona † infectorum comburuntur expensis ipsorum, nec vllum pretium debet reddi à Principe, qui illarum combustionem mandat *Marchin. de bell.*
36 *diuin. par.* 7. *cap.* 3. *per tot.* vbi † agit de pœnis furripientium huiusmodi bona *Peguer. decis.* 8. *nu.* 7.
37 & 8. tradens *per tot.* quid in istis † casibus possit facere Princeps; & quod expediuntur prouisiones in domibus infectorum incendi vestes, & alia mobilia, in quibus de facili morbus conseruatur, & interfici animalia, vt canes, & similia, domos concremari, & loca claudi ità, vt exitus, & introi-
38 tus sit omnibus interdictus. Debet † etiàm prohiberi, ne sani alloquantur pestilentes, vèl à propinquo, vel à vento *Prauidell. d. rub. de cæter. ad salubrit. Ciuitat. pertinent. § conuentus hominum n.* 9. addens, quod debet interdici hominibus peste vexatis extendere in fenestris ad aerem, vel ad solem pannos cuiuscunque generis sint.

39 Peste laborantem, † si per Ciuitatem vagatur alios inficiendo, capite puniri firmat *Prauidell. d. rub. de cæter. ad salubrit. § licètne fas sit per tot.*,
40 sed † an quis possit peste vexatum, & volentem se amplexari occidere, si alio modo non possit euitare positis hinc inde rationibus relinquit cogitandum *Prauidell. d. rub. § denuò quæritur*; at ego dicerem, quod cum per amplexum contagio vexati quis ponatur in discrimine vitę ob rationes adductas à *Sennert. de febrib. lib.* 4. *cap.* 3. *versic. quæcunque autèm*, & *versic. alij quidem* possit ad iustam sui defensionem occidi *Guazzin.* qui sufficiat pro omnibus *defens. reor.* 29. *cap.* 4. *num.* 15. & *infra.*

41 Ad intellectum † § 34. *bannimentorum* circa naues est aduertendum, quod naui aduenienle debet mandari, vt in mari detineatur, & nullus descendat in terram ad effectum videndi, si Nautę, vel Passageri sint aliquo morbo affecti, & ideò mittitur Medicus, qui eorum sanitati statim exploret, & si ab ipso Medico habetur fides de sanitate expeditur ordo, vt liceat habere commercium, & merces exonerare, & ità practicatum pluries fuisse testatur *Nouar. d. rub. de salubrit. aer. collect. an.* 4. *nu.* 2. quam practicam ego non omitterem, licet adessent bullettena sanitatis cum omnibus requisitis confecta.

42 Pro intelligentia † *eorumdem bannimentorum* § 37. aduerto, quod vagabundus dicitur ille, qui non habet domicilium certum, vel habitationem, quotidièq; per varias Ciuitates vagus oberrat *Iodoc. pract. crimin. cap.* 33. *num.* 15 *Boss. de for. competen. num.* 70. *Peguer. decis* 3 *per tot.* & *signantèr num.* 9. *Baron. de citat. in addit. ad quæst.* 8. *nu.* 44.
43 & validi † mendicantes appellantur illi, qui habentes vndè viuant, vel valentes labore quęrere, volunt tamèn sine labore, ac otiosè viuere, & se gerunt, quasi nullam habeant artem, qua victum quærant

querant, & se fingunt debiles, cum sint fortes, quia nolunt laborare, sed ex alieno viuere mendicando *l. 1. iuncta glos. verb. inertibus C. de mendicant. valid. lib. 11. Menoch. de arbitrar. cas. 532. num. 6. & per tot. Peguer. decis. 4. num. 5. & infra.*

44 Nolo omittere † institutionem quarantenæ, siuè vt alii vocant quadragenarii sequestri, quę fuit instituta, vt infra illos quadraginta dies pateat, an detentus sub sequestro morbo pestis laboret; & adinuenio *Octau. Roboret. de febr. peticul. cap. 19* asserere, venenum pestilentiale per multos sępè dies latere, & propterea in benè regulatis Ciuitatibus constitutum esse, quod non recipianrur venienes à locis infectis, nisi omni suspicione con-
45 tagij abolera, quam† quadraginta diebus ad summum aboleri existimat *Roboreti* opinioni se subscribit *Sennert. de febrib. lib. 4. cap. 3. versic. maioris vero difficultatis est quæstio. cum versic. seqq.* vbi contra *Sarracen & Mercurial.* probat venenum pestiferum per plures hebdomadas latere posse, & consentit *Andr. Cesalpin. de art medic. tom. 1. lib. 3 cap. 52.* ibi *qui autem per quadraginta dies immunis à peste fuerit reuocari posse.*

46 Et quia † *Mastard de probat conclus. 148 num. 3.* affirmat, malum hoc posse abscondi etiam vltra quadraginta dies, quod potest colligi ex dictis per *Sennert. loco proximè allegato*, ego iuxtà personarum, & locorum, è quibus discedunt, qualitatem, adhibito semper consilio medicorum, etiam vltrà quadraginta dies sub sequestro detinerem, prout Medici existimarent posse in illo corpore magis tardè apparere signa veneni, non tamen ex eisdem diebus vnum solum detraherem, quia cum agatur de salute Reipublicę, melius est peccare in tempore contra detentum, quam vri celeritate in prędiudicium tot innocentium, qui
47 possent infici; si † Ecclesiastici essent in quarantena, fuit dubitatum Florentię, ad quem, spectaret concessio facultatis exeundi, ad Episcopum ne, vel ad Magistratum secularem, & post multa hinc inde deducta fuit resolutum, secularem debere facere fidem de perfecta illorum sanitate, & Episcopum post visam sanitatis fidem concedere licentiam exeundi *Marchin. de bell. diuin. par. 4 cap. 5.*

Vt tandem finem imponam referam duas dubitationes mihi propositas, quarum prima fuit, an
48 Clerici † teneantur soluere collectas causa pestis impositas, & proponēti respondi *Prauidell. de pest. in rub. de cater. ad salubrit. Ciuitat pertinent. §. per dictam legem num. 1. & infra* affirmare; sed melius fuisse itum in contrariam sententiam ad fauorem Clerici à *Marchin. de bell. diuin. par. 4. cap. 4. & Sperell. decis. 12. num 50.*

49 Alteram conriuentem, an edicta † Principum secularium tempore pestis, vel eius suspicionis circa aliquid faciendum ligarent colonos Ecclesiarum, dixi fuisse determinatam à *Caball. resol. 12. Rouit. in rub. pragm. de salubrit. aer. nu. 6 & Mut. ad consuetud. Panorm. cap. 79. in addit. litt. O.* qui
50 tenuerunt illos ligari; sed add. di prædicta † procedere, quando nulla per indirectum resultat Dominorum Ecclesiasticorum lęsio *ex Sperell. decis. 41. num 36. cum plurib. seqq.* quouerò ad ipsas personas Ecclesiasticas res versatur extra omnem difficultatem, quia nullatenus edictis secularibus subiacent per rationes abundè politas *à Sperell. decis. 12. & decis. 13. vtrobique per tot.* quicquid conatus fuerit probare contrarium *Rouit. d. rub. de salubritat. aer. num. 6.* qui non figit pedes.

De Rebus Litigiosis.

SVMMARIVM.

Alienans rem litigiosam scienter punitur pœna applicationis pretij ad fauorem fisci. num. 1.

Domini Hyacinti Gratiani Votum in Maceraten. nullitatis executionis, litigiosi materiam discutiens. num 2.

Ex clausula constituti transfertur omnis possessio considerabilis ad quemcunque effectum cuiuslibet Iudicij possessorij, & rei litigiosæ. num. 3.

Possessio actualis probatur per fidem plurium Testium iuratam, etiam extraiudicialem, & non recognitam, quando est suffulta adminiculis Instrumenti venditionis, in quo adest clausula Constituti num. 4.

Possessio probatur ex notorietate possessionis adeptæ, & in processu causæ deducta num. 5.

Probatur quoque ex verisimilitudine acquisitionis illius, quando res titulo verè oneroso fuit quæsita num 6.

Decretum immissionis non potest ferri contra possessorem in Iudicio non vocatum. num. 7.

Et ignorantia possessoris non excusat, quia antè executionem debet perquiri possessor, vt pro sententia exequenda citetur. num. 8.

Vitij litigiosi vltrà alias pœnas, illa est admodum peculiaris, vt alienatio facta litependente sit nulla: siuè acquirens sciat, siuè ignoret pendentiam litis. num 9.

Possessio rei litigiosæ per precarium in instrumento alienationis, & acquisitionis appositum non transfertur. num. 10.

Res litigiosa an dicatur, vbi tantum agitur de dominio, aut etiam in alijs casibus remissiuè. n 11.

Iudicium possessorium reddit obnoxiam vitio litigiosi ipsam possessionem, proprietas tamen remanet illæsa. num. 12.

Executio absque nouo processu causæ principalis, in qua licet acquirens rem litigiosam non fuit citatus, potest recta via contra ipsum committi. num. 13.

Contra Clericum acquirentem rem litigiosam an Iudex Clericus, vel Laicus exequi debeat remissiuè. num. 14.

Contra possessorem rei litigiosæ, an priùs agi debeat reuocatoria in actione reali, & quid in actione personali remissiuè. numero 15.

Citatio

Citatio debet omninò interuenire contra possessorem rei litigiosæ, antequam executio consumetur, maximè si acquirens nullam habuit litis scientiam, num 16

Limita tamen nisi euidenter constet ex actis, quem fuisse intrusum pendente iudicio, & nisi nulla competeret defensio num. 17.

Limita secundò, nisi alienatio esset dolosè facta in fraudem parata executionis, ac titulo lucratiuo. num. 18.

Vitium lingiosi sicuti variè committitur, ità multifariam euitatur n. 19.

Sola potentia docendi de iure proprio, quod est ad manutentionem impetrandam possidenti rem litigiosam num. 20.

Vitium litigiosi defertur, si datio in solutum fundi, super quo fuit intentatũ Saluianum, facta sit ob debitum contractum ante dictum Iudicium num 21.

Et si aliqua fraus ex dicta datione in solutum sequeretur, non esset attendenda num. 22.

Omne incommodum proueniens ex saluiano aufertur per oblationem num. 23.

Limita, nisi pecunia oblata essent obstrictæ vinculo de restituendo alijs creditoribus antevioribus, quia creditor non tenetur illas recipere num. 24.

Cognitio Causæ, Saltem summaria requiritur contrà acquirentem lite pendente, & citatio debet omninò interuenire ad effectum committendi executionem num. 25.

Et Summaria cognitio debet versari, an alienatio successerit ex causa necessaria, vel voluntaria, & an aliâ possidenti possit competere defensio numer. 26. *ubi quod debet etiam versari super nullitate ipsa contractus.*

Rota diuers. Bononien. decepta, dum firmauit, quod DD. de citatione requisita in Vitio litigiosi loquantur in actione personali, non in actione reali litigiosi num 27.

Alienatio rei litigiosæ, licèt sit nulla, adhùc possessio dicitur translata ob traditionem fundi, & acquisitionem illius possessionis, num. 28.

Ex contractu nullo etiam transfertur possessio, quando fuit deuentum ad actum facti nu. 29.

Rei litigiosæ alienatio de iure Digestiorum impediebatur, de iure autem Codicis addita fuit nullitas, quæ leges nouissimæ vti pœnales, strictè sunt intelligendæ. nu 30.

Et propterea leges disponentes dumtaxat de re, vel actione litigiosa, nullo pacto sunt trahedæ ad possessionem dicto morbo laborantem, sed seruari debet ius Digestorum ibidem.

Sicque regula, quod possessio litigiosa in alium transire non possit, procedit, quando ipsa possessio sola principaliter transfertur, non autem quando alienatur proprietas, quæ litigiosa non est. ibidem.

Possessio ablata absque citatione, statim est restituenda num. 31.

Datio in solutum, & possessio capta, impedit executionem relaxatam aduersus eum, cuius bona tradita fuerunt in solutum. nu. 32.

Via executiua contrà tertium non datur nu. 33.

Etiàm si extaret statutum dans executionem paratam instrumento, & si instrumentum contineat guarantigiam. num. 34.

Adiudicatio sequuta tertio existente in possessione, & reluctante, est ipso iure nulla nu 35.

Sententia lata contrà Principalem potest absque nouo processu, & recta via demandari executioni contrà illum, in quem fuit facta alienatio post litem motam. nu. 36.

Et ratio est, quia alienatio rei litigiosæ est nulla, siuè sciat, siuè ignoret litem is, qui rem emit. numer. 37.

Via executiua, & absque Iudicio reuocatorio procedi tur contra tertium acquirentem in fraudem paratæ, ac captæ executionis, & alienatio habetur perinde, ac si facta non fuisset. numer. 38.

Mandatum relaxatum, non solum dicit paratam esse executionem, sed illam captam. nu. 39.

Via executiua datur contra citatum pro omni suo iure, & interesse. n 40. *& n.* 84.

Vitio litigiosi non subiacet res alienata post motam litem, si actio personalis fuit intentata. numer. 41.

Et quamuis maxima sit controuersia inter DD. an res efficiatur litigiosa per actionem personalem; nihilominus communissima opinio est, quod actio personalis non reddat rem litigiosam. numer. 42.

Redditur tamen huiusmodi vitio obnoxia ipsa actio personalis alienata lite pendente. numer. 43.

Litigiosa res non efficitur, quando controuersia est super possessione. n. 44. *& n.* 49.

Vitium litigiosi non inducitur per actionem personalem pro consecutione rei intentatam, licèt a contraria opinione recedere temerarium firment relati. num. 45.

Contrarium tamen firmatur, num. 46.

Vitium litigiosi non inducitur, nec alienatio prohibetur lite pendente, quando fuit actum pro credito pecuniario num. 47.

Res non dicitur amplius litigiosa lite, & instantia perempta. num. 48.

Vitium litigiosi cessat, quando alienatio fit ex causa necessaria. num. 50.

Lis minuta, litigiosi vitium non admittit. num. 51. *& nu.* 56. *vbi redditur etiam ratio.*

Litigiosi vitium ideò fuit introductum, vt occurratur occultis fraudibus, & machinationibus collitigantium num. 52.

Et propterea prohibitio non afficit rem ipsam, nec vitium constituit in re, sed inducit impotentiam alienandi in personam n 53.

Vitio litigiosi non subiacet alienatio facta à tertio, qui non est in litigio, & ratio est, quia in eo non potest præsumi fraus. numer. 54.

Prout

Et ut nec dicto vitio est obnoxia alienatio bonorum facta lite pendente, si illa, cessa fuerint in donatione vniuersali num. 55.

Dos non potest Mulieri retineri ab haeredibus Mariti, vel si ipsa mulier fuerit effecta debitrix, vel per malam administrationem, vel per aliquod aliud num. 56.

Actus necessarius non dicitur fieri in fraudem, & huiusmodi actus potest fieri etiam lite pendente num. 57.

Alienationes factae post captum Iudicium, quod censeantur factae in fraudem, intelligitur de alienationibus voluntarijs, non de necessariis numero 58.

Alienationis prohibitio, quod non comprehendat alienationem necessariam, ad quam quis potest compelli. Axioma generale firmatur n. 59.

Et ex dicto Axiomate oritur alia cõclusio, quod lite pendente permittitur diuisio rei litigiosae, ac eiusdem restitutio ex causa dotis, legati, vel fideicommissi n. 60.

Fraudis coniectura ad inducendum vitium litigiosi, ex eo desumitur, quod res sit tradita in solutum coniunctae personae, & quod nihil aliud habeat in bonis illam dans in solutum nu. 61.

Omnis fraudis suspicio cessat, quando alienatio fit ex causa necessaria, & ad quam quis cogi poterat numer. 62.

Fraus ad hoc, vt dicatur facta, duo copulatiue requiruntur, consilium scilicet facientis actum, & fraus re ipsa n. 63.

Fraus non iudicatur ab euentu, sed a Causa iudicari debet num. 64.

Actus quando potest fieri licito modo, non praesumitur factus modo illicito num. 65.

Fraudis praesumptio exclusiua semper est potentior inclusiua numer. 66.

Et stante praesumptione fraudis exclusiua, illi semper standum est, donec fraudem allegans probationibus concludentibus illam probet num. 67.

Datio in solutum facta de re, quae est maioris valoris ipso debito, est nulla, & res est restituenda vna cum fructibus num. 68.

Amplia licet datio in solutum sit facta à parte, & non à Iudice num. 69.

Decretum Iudicis iustum, & rectum praesumitur, numer. 70.

Et facit praesumere contractum vtilem pro illo, ad cuius fauorem dictum decretum fuit interpositum num. 71.

Et stante dicto decreto, nec laesio, nec dolus, nec metus in contractu praesumitur numer. 72.

Sed veritas praesumitur ex sola eius expressione, & enunciatione, quando contractus celebratur cum omnibus solemnitatibus. numer. 73.

Eoq; magis, si fuerit celebratus cum interuentu Consanguineorum, & Iudex, qui decretum interposuit, non sit ignarus. ibid.

Datio in solutum rei, quae creditum excedit in valore, non est nulla in totum, sed reuocaretur solum pro summa transcendente debitum. num. 74.

Secus vero esset, si fuisset erratum in quantitate debiti, quia tunc in totum reuocaretur ibidem, vbi tamen declaratur hoc procedere, quando Iudex dat in solutum, secus si de partium conuentione. numer. 76. & 77.

Et ratio est, quia decretum est indiuiduum, & ratione indiuiduitatis, non potest pro vna parte valere, sed in totum reuocatur. num. 75.

Contrarium tamen firmatur numer. 78. vbi quod competit retentio, donec debita pecunia soluatur.

Et d. retentio datur etiam aduersus obligationem Cameralem num 79.

Maximè quando adesset hypotheca constituta, quo casu nullitas praedicta non obstat numer. 80.

Retentio non potest denegari, quando de credito constat per publicum, liquidum, & clarum instrumentum num. 81.

Secus vero esset, quando creditum esset dubium, illiquidum, & turbidum num. 82.

Creditum cum hypotheca dat retentionem omnium bonorum, quamuis essent magni valoris, quia tunc efficerentur minoris ad effectum retentionis num. 83.

Via executiua non datur contrà tertium citatum pro omni suo iure, & interesse, quando fuit intentata actio personalis, & ità procedit conclusio relata numer. 40. & 84. numer. 85.

Et quod supradicta citatio det viam executiuam, intelligitur, si ius pertinens ad tertium, fuisset in iudicio deductum numer. 86. & n. 87. vbi redditur ratio huius distinctionis.

Actio, & obligatio personalis non sequitur tertium, aut singularem successorem num. 88.

Citatio est praeambulum, à quo incipit Iudicium, sed non gignit per se actionem nu. 89.

Tertius citatus pro omni suo iure, & interesse non tenetur comparere, quando non fuit intentata actio realis, vel deductum Ius in Iudicio super re, aut eius possessione numero 90.

Citatio, si sua putauerit interesse, potest fieri à quolibet num. 91.

Si tamen citatus vt supra, sciat nulla obligatione teneri, non comparendo, non redditur contumax, & sententia contra ipsum lata, non potest executioni demandari num. 92.

Secus vero esset, si fuisset intentata actio realis, quia tunc Sententia, & acta nocerent numer. 93.

Tertius sciens litem super re ab ipso possessa, tenetur comparere absq; citatione, & non potest impedire executionem sententiae, & quare numer. 94. 95. & 96.

Datio in solutum transfert dominium in accipientem nu. 97.

QVÆSTIO XX.

1 INdubitati † iuris est, quod sciemèr vendens, vel aliter alienans rem litigiosam punitur pœna applicationis pretii ad fauorem fisci *l. fin. C. de litigios. Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6 Guazzin. de confiscat concl. 13. ampliat. 26. & seqq. num. 2. ac ampliatione 63. nu. 2.* Quando autè m res efficiatur litigiosa ego dixi compilando decisionem *in Auximana prædij 4. Ottobris* 1656. quam hic iterum do typis, & plura, ac † valdè doctiora scripsit *Dominus Hyacintus Gratianus*, cuius mentionem feci *quæst. 18. num. 12. & quæst. 36. nu. 4.* in quodam suo voto decisiuo edito *in Maceraten. nullitatis executionis*, quod pariter imprimitur.

Decisio Authoris in Auximana prædij proximè enunciata ità se habet.

Quod in D. Angelam Claudiam, cui pro fructibus census impositi de anno 1636. fuit 24. Martij 1651. datum in solutum Prædium, ad cuius possessionem vsque de anno 1648. in Saluiano expetebant immitti illi de Patrignanis, amotis Angelo, & Fratribus de Capponis, cum quibus iudi-3 cium agebatur, fuerit † ex vi clausulæ constituti translata omnis possessio considerabilis ad quemcumquè effectum cuiusis iudicii possessorij, testantur *Barbos. clausula 31. num. 2. & seqq. Posth. de manutent. obseruat. 120. nu. 4. & seqq.* & in terminis rei litigiosæ *Duran. decis. 364. num. 71.*

Concurrente maximè fructuum perceptione, 4 ex qua resultat actualis possessio, de qua † constat per fidem plurium restium iuratam, quæ, & si extraiudicialis, ac non recognita, nihilominùs suffulta adminiculis Instrumenti Venditionis, & clausulæ constituti ibidem appositæ fidem omnimodam facit *Rot. apud Post. de manutent. decis. 97. num. 3. Add. ad Buratt. decis. 113 num. 38. vers. limitatur tertio. Buratt. decis. 306. num. 6.*

5 ac † etiam notorietatis huius possessionis adeptæ, & in processu causæ deductæ, *Thomat. decis. 228.* 6 *nu. 23.* & verisimilitudinis † acquisitionis illius; quid namquè magis verisimile est, quàm nancisci possessionem rei, quæ fuit quæsita titulo verè oneroso? & solam verisimilitudinem huiusmodi fidei probationem tribuere, decidit *Rot recent. decis. 122. n. 7. par. 1. & Thomat decis. 258. n. 12 par. 2.*

7 Et proindè secutum decretum † Immissionis sub die 18. Aprilis exacti non poterat exequi in eodem Prædio, nisi ipsa D. Angela ad Iudicium vocata *Natt. cons. 350. num. 4 Menoch. consil. 319. num. 12. in fin. Gabriel consil. 52 n. 10. & seqq vol. 1.* quod fuit duplicatum *vol. 2. consil 31. Honded. consil. 20. n. 43. & 48 vol 1. Gratian. disceptat. Forens. 502. num. 33. & seqq. Cancer. var resol. par 2. cap. 12. num. 21. 22. & 23.* vbi quod ità semper practicauit, & practicari vidit *Amat. resol. 45. n. 17. Andreol controuers. 207. nu. 4. Gabriel de citat. conclus. 1. nu. 328. Mandos. commiss. executorial. 29. vers. vigesimo tertio quæro. Lancellot. de attentat. in præfat. sec. partis num. 534 Farinacc. in repertor. iudicial. quæst. 46. num. 17. vers. ad uerte. Mangil de euictionib. quæst. 177. nu. 22. & seqq. Gait. de credit. cap. 2. tit 3. num 643. Salgad. de reg. protect. cap. 8 nu. 222 & seqq part. 4. Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 18 numer. 33 Baron. de citat quæst. 16. numer. 278 & 279 & quæst. 23. num. 33. Capyc. decis. 128. n. 12. & 13. Cartar. decis. 55. num. 7. addit ad Guid. Pap. decis 81 littera D. Benintend. decis 93. num. 12. Ricc. collectan. 4067. vers. intellige quarto. Sperell decis 7. n. 17. Rot. in nou decis. 3. vt lit. penden. & decis. 25. de re iudicat. Mantic. decis 7 num. 4 Buratt. decis. 166. num. 2. & ibi Add. num. 10. & 11. Duran. dec. 88. num. 11. & decis. 364 numer. 71. Merlin decis 96. num 4. & 9. & decis 119. numer. 2. Rot. post addit. Post. ad tractat. de subhastat. decis. 154 numer. 1.* apud quos nedum solidissimæ rationes, sed, & alii plures enumerantur concordantes.

8 Et quidem nulla admissa excusatione ignorantiæ, cum ante committendam executionem debuissent perquirere, quis possideret, ad hoc, vt illum pro sententia exequenda citarent *Benintend. dicta decis 93. n. 10 & seqq. Gratian. dicta discept. forens. 502. num. 20. & 21.* quicquid videatur se tulisse in aduersum *Rot. diuers. Bonon. decis. 55. num. 16. vers. & quatenus etiam*, cum nullam legem, vel solidam rationem adducat.

9 Et licèt me † non latuerit, quod, vltrà alias pœnas vitij litigiosi relatas *per Lancellot. de attentat. in præfat. par. 2. num 524. & seqq. Peregrin. de iur. Fisci lib. 4. tit. 6. num. 19. & seqq. Cost. de scient. & ignorant. centur. 1. dictum 93. nu 1. & seqq. Capyc. Galeot. controuers. 2 per tot. lib. 1.* illa sit admodum peculiaris, alienationem lite pendente factam, esse nullam *l. final. C. de litigios.* aut is, qui acquisiuit, fuerit ignorans, vel sciens pendentiæ litis *dicta l. fin. Gratian. dicta disceptat 501. num. 25. & seqq. Salgad. de reg. protect. dicto cap. 8. num. 169.*

10 *Duran. dicta decis. 88 num. 5. & 6.* Adeo, † vt nec per precarium Instrumento adiectum dicatur possessio in acquirentem translata *Lancellott. de attentat. in præfat par. 2. nu. 521. & 522. & ampliat. 8. num. 2. Salgad. dicto cap. 8 num. 198. Afflict. dec. 331. num. 2. & 3. Rot. diuers. Bonon. dicta decis 55. num. 1. propè fin.*

11 Quodque omissa † disputatione, an res dicatur litigiosa, vbi tantum agitur de dominio, aut etiã in alijs casibus, quam plenè pertractant *Giouagn. consil. 68. n. 10. vol. 1. Scaglion. ad pragm. Neapol. aspendia litium nu 19. Caren. resol. 250. n. 1. & 2. Montan. contr. 49 n. 1 2. & 3 Gallup. in pract. p. 2. cap. 3. num 3 Salgad. d. c. 8. num. 173. & seqq. Post. in addit. ad tract. de subhast inspect. 18. n. 89. Rot. post ipsũ dec. 154. n. 6. & 7. & dec. 246. n. 2. & seqq. post Merlin. de Pign. dec. 113. n. 7. & seqq. & p. 7 rec.*

12 *dec. 172 per tot.* existimetur indubitatum, † quod iudicium possessorium reddat huic vitio obnoxiã ipsam

ipsam possessionem, illęsa ab hac labe remanente proprietate fundi, cuius possessio fuit in litem adducta, quę ob hoc prohibeatur in alium transferri. *Cancer. variar. resol par. 2. dicto cap. 12. nu. 12. Gratian. disceptat. Forens. 781. num. 21. Rot. in Romana hereditatis de Gratianis 29. Maij 1643. coram R. P. D. Roias post addition. Post. ad tract. de subbastat. decis. 165. num. 6. coram R. P. D. Meltio 11. Decembris 1648. post labyrint credit. Salgad decis 70. n. 9 & coram R. P. D. Bichio 28. Iunij 1649. post. eundem labyrint. decis. 71. nu. 1. 2. & seqq. & apud allegatas additiones Post decis 240.*

13 *n. 1. cum seqq.* idcoque † contra illam acquirentem, possit recta via, & absque nouo Processu causæ principalis, & si ad illam minimè citatum, executio committi, *pluribus relatis Carleuall. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. num. 933. Salgad dicto cap. 8. nu. 168. & seqq. Giurba obseruat. 55. n. 8. & seqq. Rot. diue. s Bonon. dicta decis. 55 per tot. Caualer.*

14 *decis. 131. n. 2.* & hinc exoriatur dubitatio † quis Iudex, laicus ne, an Ecclesiasticus exequi debere aduersùs Clericum, si in ipsum similis alienatio fuisset collata, quam ad instantis difficultatis decisionem non pertinentem consultò omisi, satis fore iudicans innuere, quod si dabitur casus, poterunt consuli illam determinantes. *Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 647. & seqq. Carleuall dicta disputat. 2. num. 934. & seqq Salgad. de reg protect. par. 4. cap. 14 nu. 70. & seqq Gallupp. in pract. par. 21. dicto cap. 3. nu. 34. Baron. de citat. dicta quæst. 23. num. 33. vers. & quid si emptor rei litigiosæ. Andreol. dicta controuers. 207. per tot. Sanfelic. decis. 2 per tot. & ibi addition. impressæ post. 2. vol. decis eiusdem Sanfelic. Sperell. dicta decis. 7. per tot.*

15 Prout † etiam libens pretermisi inspectionem, an sit opus agere prius reuocatoria, cum in actione reali illam abundè discutiant *Couar. pract. quæst. cap. 15 num. 7. Gratian. dicta disceptat forens. 502. n. 37. & seqq. Giurb. decis. 62. num. 6 & seqq. Add. ad Buratt. decis. 166 num. 11.* & in personali plures recenseat casus *Post. de subbast. inspect. 28. nu. 132. & seqq. iuncta ibidem addition. Duran. decis. 364 p tot. & Add. ad Buratt. dec. 917. n. 6. cū seqq.*

16 Attamèn censui, † citationem omninò interuenire debuisse, antequam executio consummaretur, Tùm, quia hanc opinionem comprobant *D. D. superiùs relati in 9. & proindè* à quibus non est hodiè discedendum, cum D. Angela nullam scientiam litis habuerit, ex quo bonam illius fidem exuberare, aduertunt ad hoc propositum *Lancellot. de attentat in præfat. par. 2. n. 537. Gratian dicto cap 501. n 23. 31 & seqq. Gait. de credit. dicto tit. 3. num 638. & usq; per tot. n. 643. Giurb.*

17 *decis 61. num. 12.* Tum, † quia nullatenùs contra huiusmodi acquirentem potest citatio omitti, nisi constet euidenter ex actis, ipsam fuisse intrusam, dum adhùc Iudicium pendebat, & nullam penitùs defensionem habere posse *Gratian. dicta disceptat. forens. 502. num. 35. Gait. dicto tit. 3. nu 644. Sperell. dicta decis. 7. num. 17. vers quemadmodum enim, & n. 18. Addit. ad Buratt. dec. 166. n. 12. Post. de manuten. obseruat. 12 n. 65. Rot. post ipsum dec. 506. num. 5 & 10 ac decis. 508 num. 4. & 5. vbi tol-*

18 *litur obiectum decis 131. Caualer.* quia † nempè ibi alienatio fuerat apertè, & dolosè facta in fraudem paratæ executionis, ac titulo lucratiuo. *Coccin. decis. 378. num. 2. & 3.*

De quo defensionis defectu tantum abest, vt doceatur, quod potiùs ipsa potuisset deducere, acquisitionem fuisse habitam in aliquo casu à legibus permisso, in quo vitium litigiosi nullatenùs

19 contractum fuisset, cum sicuti † vitium hoc contrahi, ita etiam multifariam euitari, scribant *Rip. obseruat. 120 num. 5. Mysinger obseruat. 55. nu. 8. centur. 1. Tepat. var senten tit 145 cap. 3. & 5. vtrobiq. per tot. Lancellott. de attentat. in præfat. 2. part. à nu 524. vsque in fin. Peregrin de iur. fisc. dicto tit. 6 num. 1. & seqq & nu. 23. cum pluribus alijs Carpan. ad statut Mediol cap. 68. num. 78 & seqq. Cost. de scient. & ignorant. dicta distinct 93. num. 11. & seqq. Scaglion ad dictam pragmatic. Neapol. dispendia litium num. 18. Gallup. in praxi par. 2. cap. 3 num. 29 Cancer. var. resol. par. 2. dicto cap. 12. nu. 21 & 22. Donat. Anton de Marin var. resol. lib 1. cap. 256 num. 1. & per tot Intrigliol. decis. 39. nu 4. & seqq. Capyc Latr. decis 170. num.*

20 *29 & seqq lib. 2.* Quę † sola potentia docendi de iure proprio prodest ad manutentionem impetrandam *Post. de manuten obser. 42. num. 160. & seq Rot post ipsum decis 422. num. 10* & in his terminis admittit *Sperell. dicta decis. 7 num. 17. & 18.*

21 Non tantùm † autèm fuit considerata possibilitas defensionis, sed fuit etiam ab Angela deductum, quod habuit prędium ex causa dationis in solutum pro debiro contracto valde longè ante Saluianum introductum, & consequenter deserit omne vitium litigiosi *l. alienationes ff famil. ercisc. Socin. Sen. consil. 75. num. 5. vol. 4. Rebuff. ad constit Gallie. tit. de rescis. contract num. 35. vol. 2. Farinac. repert. Iudic. quæst. 51. num. 18 & 19. Salgad. de reg. protect par. 4. dicto cap. 8. num. 172. Donata. Anton. de Marin. dict. resol. 256 n. 11. 12. & 13. Ososch. decis. 168. num. 12. Giurb. decis. 62.*

22 *num. 18.* vbi quod, † licèt ex hac datione fraus aliqua sequeretur, illa non esset attendenda. *Add. ad Buratt. dicta decis. 166. num. 10.*

23 Sicuti etiam, si vocata fuisset †, ad euitandum incommoda, & expensas executionis, valuisset offerre summam debitam, per quam oblationem auferebatur omne impedimentum ex Saluiano prouenient. *Statil. de Saluian. inspect. 5 cap. vnic. num. 11. 12. 13 & seqq. Rot. in Ciuitatis Plebis Saluiani 1. Iulij 1647. coram R. P. D. Bichio post addition. Postij ad tract. de subbastat. decis. 210. nu. 20.*

24 in qua †, licèt fuerit resolutum contrarium, id euenit, quia creditor non tenebatur recipere pecunias vinculo cautionis de restituendo alijs Creditoribus anterioribus obstrictas, cum similis oblatio debeat carere omni conditione, vt declarat, *ibi Rot. num. 21. & seqq.* ac dixerat prius *Statil. dicto cap. vnic. num. 31. & seqq.*

Non obstant Doctores adducti in contrarium,

H 2 quo-

quorum auctoritate præsumitur, citationem non requiri, vel quia nituntur contra communiorem, & in practica receptam opinionem; vel, quia non 25 videntur aduersarium admittitur pro † vera cõclusio ab ipsis allata, non esse necesse nouum processum, nec debuisse adesse citationem in Iudicio causæ principalis, sed tantum dicitur, quod ad effectum committendi executionem contrà acquirentem lite pendente, debeat adhiberi aliqua causæ cognitio, saltèm summaria, in qua, citatio nem opus sit omninò interuenire, & ità D.D qui indicantur inter se dissidere, conciliantur *à Giurb dicta decis. 62. num. 17. Sperell. dicta decis 7. num. 17 Salgad. de reg. protect. dicto cap. 8. num. 123 & seqq.* Quæ 26 summaria † cognitio debet versari circa indaginem, àn alienatio successerit lite pendente ex causa necessaria, vel voluntaria, & àn alia possidenti possit defensio competere *Lanecllott. de attentat. par. 1. cap. 3. num. 86. Gratian. dicta disceptat. forens. 50. numer. 35. & 36. Merlin. de pignor. lib. 1. dicta quæst. 18 numer. 33 & 34.* ac etiam super ipsa nullitate contractus. *Andreol. dicta controuers. 107. num. 5.*

27 Fuit ergo † decepta *Rot. diuers Bonon. dicta decis 55.* dum putauit, quod magis communiter scribentes ferantur in oppositam sententiam, & quod allegati pro citatione adhibenda loquantur in personalis, quia facta dinumeratione, & ponderatione D. D. apparet frequentiori calculo receptum, citationem requiri etiam in litigioso contractu ex actione rei vindicatoria.

28 Licet verò alienatio hæc fuisset rei litigiosæ, † & ideò indubitantèr nulla (cum tamen præmissa resistant) adhuc in Angelam fuisset translata possessio ob traditionem secutam Prædij, & acquisitionem possessionis illius, *Vrsill. ad Affict. dicta decis. 331 numer. 4. Honded dicto cons. 20. numer.* 29 *41. lib. 1.* quod, est regulare † in omni contractu nullo, ex quo dum deuenitur ad traditionem facti, quæritur contrahenti possessio *Gratian. disceptat. forens. 317. num 5 & 6 Thomat. decis. 49. num. 14. Posit de manuten. dicta obseruat. 20. num. 40. Barbos. dicta clausula 31. num. 40.*

Vltrà quod, cum vitiũ litigiosi nõ consideretur in datione i solutũ, vt fuit superiùs cõprobatũ, vtrique omne euanescit obiectũ, quod valeret opponi.

30 Applicantur † prætereà ad effugiendos singulos malos effectus litigiosi duę doctissimę cõsideratio nes *Beninten. decis 48. num. 6. 7. & seqq.* quod nempè de iure Digestorum translatio rei litigiosæ in alium impediebatur, sed contractus non erat ipso facto irritatus, de Iure autem Codic. fuerit addita nullitas ipso iure prouenies, & quod hę nouissimę leges, vtì penales strictè intelligendę tantùm, de quibus expressè loquuntur, nec ad alios casus extendendæ, & disponentes duntaxàt de re, vel actione litigiosa, nullo pacto sint trahẽdę ad possessionem hoc morbo laborantem, sed in ea seruari debeat Ius Digestorum, ex quo nullitas hęc inflicta non reperitur, ita vt pęnę *dictæ l. finalis* nullum sortiantur locum, vbi sola possessio fuit ad iudiciale examen adducta: Et altera, quòd regula, possessionem litigiosam in alium transire non posse, procedat, quando ipsa possessio sola principalitèr transfertur, non verò quando alienatur proprietas, quæ litigiosa non est; quia tùnc accessoriè, & in consequentiam contractus dominij alienati etiam possessio migrat in acquirentem proprietatem nulli defectui alligatam, quas ambas *Benintem.* animaduersiones probarunt *Farinac. fragmentor. par. 2. verb. litigiosa res num. 281. & 282. & Caren. resol. 150 num. 8. & 9.*

Cum ideò huius prędij, ac possessionis acquisitio nullis pęnis litigiosi subiacuerit; pręcipuè, quia fuit secuta ad dissolutionem æris alieni conflati ante controuersiam iudicialem excitatam, non potuit super illo executio sententię latę cum Capponis committi, nisi Angela priùs citata, & 31 possessio † absque citatione ablata, statim fuit restituẽda, vt indiuidualitèr in terminis dationis insolutũ testatur *Lanell de attent par. 1. d. c. 3. n. 85 & 86 fuisse decisũ per Rot. in Senogallien prætensi spolij 19. Nouemb. 1553 corã Augustino.* Et ità &c.

Sequitur Votum decisiuum D. Hiacynti Gratiani in Maceraten. nullitatis executionis.

Domina Magdalena Adriana de Rodulphis instat contra Dominos Canonicos, & Capitulum Sancti Venantij Ciuitatis Camerini pro reuocatione execu onis factæ in quibusdam bonis, sibi pro Iuribus dotalibus in solutum datis vigore Mandati obtenti contra bona hęreditaria quondam Fabij Rodulphi Coniugis dictæ Magdalenæ pro summa Scutorum 600.

32 Et cum per ipsam † edoceatur per publica documẽta supradicta datio in solutum, vna cum possessione capta, debet q uippè, dubio procul impedire executionem *Bal. in l. ob meritorum num. 1. & 4. C. ne Vxor pro Marito vltra gl. in l. à Diuo Pio §. si super rebus in ver. fiat ff de re iudic. Vin. decis 104 Intrigl decis 46. num 49. & Giurb. decis.* 33 *72. n. 2.* cum omnibus ibi adductis. Vrget † enim tritissima, & ab omnibus recepta iuris regula, quod contra tertium non possit procedi via executiua *Mar. Ant. var. resol. lib 2. resol. 32 nume. 18. Cæsar. Barz. decis Bononien. 108. numer. 33. Coccin. decis 96. num. 2. Greg XV. decis 22. num. 1. & decis. 128. numer. 2. Buratt decis 574 num 2. cum omnibus alijs per Zacch. ad Galles de oblig Cameral.* 34 *quæst. 5. num. 33 in nou impress* Vndè † Statutum dans executionem paratam in instrumento, non intelligitur contrà tertios *Greg XV decis. 362. num. 6.* quod procedit, licèt contineat guarantigẽ *in Ioseph. de Sessæ decis Aragon. 67. num. 70 Scacc. de Sent. & re iud gl. 14. quæst. 7. numer. 21. Ceual.* 35 *Spec com. opin. quæst. 820 num. 22. par. 2.* ità † vt si procederetur ad fauorem Capituli in adiudicatione, D. Magdalena reluctante, & contradicente nulla esset ipso iure adiudicatio *Bal. in d l ob meritorum numer. 5. C ne Vxor pro Marito. Iaf in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 9. circa fin. vers. item tenet ff de re iudic. Intrigl. in d. decis 46. n. 50.*

Verum ad substinendam executionem, & ad funda-

fundamenta partis elidendum, tria ex aduerso deducuntur. Primò quod D. Magdalenę obstet Vitium litigiosi: Duo enim reperiuntur exhibita mādata per Illustriss. A.C.relaxata ad instantiam Venerabilis Capituli, primum de Anno 1643. die no. na Maij, secundum decurrenti Anno 1649. & datio in solutum cum possessione capta ex parte D. Magdalenæ fuit de eodem Anno 1643. die 17 Septembris, & consequenter post motam litem, & primum mandatum relaxatum, quod reddit rem

36 litigiosam, & operatur, † vt sententia lata contrà principalem possit mandari executioni, absque nouo processu, recta via contra illum, in quem facta est dictæ rei litigiosę translatio. *Bar. & com. DD. in l. Creditores num. 23. C. de pignoribus, Bero. conf. 155. nu. 40. lib. 1. Canale. decis. 16. n. 7. par. 1. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 12. de rebus litig. n. 17. Grat. cum multis ab eo relatis discept. 502. num. 22. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 4.*

37 *in præfatione num. 531.* Ratio † potest assignari, quia alienatio rei litigiosę nulla est. *Tex. ad litteram in l. 2. C. de litigiosis. Farin. infragmen. crimin. par. 2. tit. litigiosa res ā, & quādo alienari possit, nu. 235.* siuè sciat, siue ignoret litē is, qui rē emit. *Tex. in l. finali C. de litigiosis* In illis verbis, siuè scientem, siuè ignorantē vitio litigiosi contractus subiacere, quia ignorantia vitij litigiosi excusat tantum à pęna, sed non operatur, vt contractus non reddatur nullus. *Farinac. loc. supr. cit. n. 236. fol. mihi 340.*

38 Secundo † opponitur, alienationem, seu dationem insolutum fuisse factam in fraudē paratę executionis, vndè intrat conclusio, quod contrà bona debitoris per eum in tertium possessorem alienata in fraudem paratæ, vel inceptæ executionis, & sic in spretum Iudicialis auctoritatis, proceditur executiuè, & absque iudicio reuocatorio, perindè ac si alienata non fuissent *Paul. de Castr. in l. a Diuo Pio §. si super rebus num. 8. ff. de re iudic. Rip. in l. 1. §. si hares. num. 21. ff. ad Trebell. Capyce. decis. 128. num. 10. & seq. Surd. conf. 405. n. 9. in fine Couar. pract. quæst. cap. 15. n. 7. vers. sed & generaliter, cum alijs cumulatis per Rot. penes Burat. decis. 266. numer. 2. vol. 1.*

39 Et per relaxationem mandati, non solum dicitur parata, sed etiam cępta executio *Rot in Anconit. Dotis 24. April s 1643. coram Cerro; quæ est impress. apud Zacc. de oblig. cam. decis. 186.* vbi alias cumulat auctoritates.

40 Tertium † obiectum deducitur ex eo, quod D. Magdalena in vltimo Iudicio, in quo fuit obtentum secūdum mandatum, de quo agitur, fuerit citata pro omni suo iure, & interesse, quæ citatio operatur, vt contra ipsam possit procedi via executiua, ex theorica *Castren in l. eum filiusfam. sub nu. 3. vers. ex quibus similiter ff. de obligat. Surd. conf. 344. num. 12. Borgnin decis. 45. num. 70. par. 1. Ioseph. Ludouic. decis. 56. num 3. par. 1. Rot. Rom. in Ciuit. Castelli Spolij 7. Maij 1638. & 10 Maij 1641. corā Cbslerio,* quę sunt impressę post *Zacc. de oblig. cam. decis. 197. num. 6. & decis 198. nu. 6.* & dixit etiam *Rot. post Zacch. decis. 186. num. 8.*

Quibus verò non obstantibus, non est recedendum à supradicta regula; quod scilicet contra D. Magdalenam, vti tertiam, non possit procedi via executiua. Nam, quo ad primum obiectum, sci-

41 licet vitij litigiosi, tollitur, quia † in casu nostro fuit tantum intentata actio personalis, per quam non efficitur res litigiosa, *Honded. conf. 20. n. 31. lib. 1. Couar. pract. quæst. cap. 15. num. 6. Rolan. conf. 5. num. 8. cum seqq. vol. 2. Canc. Variar. resol. cap. 12. de rebus litigiosis num. 2. cum seqq. par. 2. fol. 547. Surd. decis. 256. n. 7. Intrigliol. decis. 46. n. 63. & Rot. Rom. decis. 665. n. 13. par. 1. rec.*

42 Et licet magna sit controuersia inter DD. an res efficiatur litigiosa per actionem personalem, sicut efficitur per actionem realem, *vt per Iacob. Cancerium in d. cap. 12. nu. 2. & deducitur ex Lancell. de attent. par. 2. cap 4. in præfat. num. 566. cum multis seqq. Io: Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 4. par. §. 5. fol. mihi 217. & ex Giurb. decis. 62. n. 11.* nihilominus vera, indubitabilis, & communissima opinio est, quod solum per actionem realem, non autem personalem vitium litigiosi constituatur, vt vltrà supradictos, & alios tenuerunt. *Natt. conf. 145. num. 16. & seq. lib. 1. Bero conf. 155. num. 42. lib. 1. Thob. Non conf. 78. num. 3.* de communi testatur *Crauett. conf. 79. nu. 1. lib. 1. Iunet. cōs. 66. n. 19. Guid. Pap. dec. 479. Benint. dec. 48. n. 8. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 24. de litigiosis definit. 8. Rot. Rom. decis. 66, nu. 13. par. 1. rec. & in vna Veneta donationis 16. Nouembris 1615. quæ vt apud Buratt. decis. 133. num. 8.* à qua licet recessit die 15. Aprilis 1616. prout est videre *in decis. apud eundem Buratt. decis. 166.* non per hoc recessit à firmata, & rectissima opinione, quod per actionem personalem non efficiatur res litigiosa, & quod non possit proredi via executiua contrà tertium, qui pendente lite super actione personali emit rem à Debitore, sed recessit duntaxat fundata in limitatione, quod alienatio facta fuerit in fraudem paratæ executionis, vt testatur *Buratt. in d. Veneta donationis decis. 204. num. 1. & 2. lib. 1.*

Quia certo Iure cauetur, quod Vitium litigiosi per actionem tantum realem, non personalem inducatur, *vrget tex. in auth. litigiosa C. de litigiosis:* ibi litigiosa res est, de cuius dominio causa mouetur inter possessorem, & petitorem iudiciaria contentione; & tamen quęstio dominij non mouetur, nisi per actionem realem, Tex. ad literam *in §. omnium instit. de actionibus.*

43 Igitur † Iudiciali controuersia vertente per actionem personalem, non efficitur res litigiosa, sed actio ipsa duntaxat, quæ deducitur in iudicium *Guid. Pap. quæst. 337. & 479. Ant. Faber. in suo Codic. lib. 8. tit. 24. de litigiosis. definit. 4.* & quemadmodū isto casu permitteretur alienatio rei, *vt Lācell. de attēt. 2. par. c. 4. in praf. n. 566.* ità è cōuersò denegaretur alienare actionē ī iudiciū deductā, tāquam litigiosi vitio laborātem *Ant. Faber. loc. cit. definit. 4. per Tex. in l. final. C. de acquir possessione.*

44 Pari modo † quādo lis esset super possessione, tūc per eam non efficitur res litigiosa, quò minus

 possit

possit alienari, sed sola possessio *gl. in cap. 1. ubi etiam Abbas num. 5. & alij de confirm. utili, vel inutili. Felin. in rub. de rescrip. col. 3 & in cap. dilecti de except. Curt. Iun. cons. 165 numer. 5. Oldrad. cons. 299 Osasc. decis. Pedem. 144 ex actis num. 10. Natt cons. 145. num. 16 lib. 1. & omnes relati per Lancell. in d. praefat. num 579.* ratio est, quia vbi non est quęstio super re, sed super iure aliquo rei adhærente, tunc res ipsa nunquam efficitur litigiosa, quin possit alienari, *est Tex in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aqua pluuia arcen. Cyn. Bar. & Bald. in l. 2. C de litig.* hoc etiam asseruit *Menoch de arbitr. iud. lib. 2 cent. 3. casu 202. num. 17 & 18.*

45 Imò, † & quod magis est, non defuerunt multi magnæ auctoritatis, qui adeo supra firmatam conclusionem pro vera tenuerunt, vt dixerint quoque, actionem personalem pro consecutione rei intentatam, non reddere rem litigiosam, nec eius impedire alienationem. *Bald. & Angel in l. 2. C. de litigiosis. Alciat. Cons 11. num 34. lib. 1. Bero. cons. 187. numer. 18. lib 1*: & multi abj relati *per Honded.* quos, & ipse insectatur *in cons. 29. num: 31. lib 1.* vbi dicit in iudicando ab hac sententia non esse recedendum, & alii referuntur *à Didac. Couar. pract. quaest. cap. 15. numer. 6.* & quamuis *Lancell. de attent. loc. sup. cit. in praefat. numer. 569.* dixerit, quod quando per actionem personalem petitur in effectu res, vel eius dominium, aut vtile, vel directum, tunc etiam res efficiatur litigiosa; & hanc esse opinionem veriorem, & vtiliorem, & temerarium esse in iudiciis ab ea discedere, allegando *Ias. cons. 43. col. fin. lib 1. Roman. cons. 270. Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 13. quaest. par. 9. principalis. num. 34.* qui mouentur, vt ipse crederem, *quia in d. auth. litigiosa C. de litigiosis*, asseritur rem litigiosam esse illam, de cuius dominio in iudicio altercatur. Vnde siuè agatur actione personali pro transferendo rei dominio in agentem, vt ex empto, stipulatu, vel alia huiusmodi causa, siuè actione reali, non potest dubitari, quia de dominio disceptetur; & hanc opinionem post longum examen etiam insectatus fuit *Couar. pract. quaest. cap. 15. num. 6. circa finem.*

46 Nihilominus, † si benè perpendatur *d. auth. litigiosa C. de litigiosis* apparet opinionem *Honded.* esse iure veriorem, ibi enim Imperator edocet, quę nam dicatur res litigiosa, dicens eam esse, de cuius dominio tractatur. At dum personali actione ad rem agitur, non propriè dicitur de dominio rei altercari, cum dominium non sit penes agentem, imò is ad ipsum obtinendum agit. Est enim quid diuersum, agere de dominio, & agere ad rei dominium obtinendum *Couar. pract. quaest. d. cap 15 num 6 Roman. cons. 270.* & quia inter hęc videtur esse discrimen, non est vllo modo extendenda dispositio *d. auth* quæ loquitur in casu actionis realis, ad casum actionis personalis, cum titulus de litigiosis sit pœnalis per *Tex. in l. final. C. de litigiosis*, & in pœnalibus non fit extensio *Cagnol. l. si quis maior. num. 4. C. de transact. Grat. decis. Marchi. 177 num. 15.* Et in hac firmata opinione residet *Iacob. Cancer var. resol. cap. 12. de reb. litig num. 4. cum seq. lib. 2.* vltra alios ab eo relatos, & signanter *Specul. tit. de appellat. §. nonissimè num. 17 Aym. cons. 279. num. 1 & Guid. Pap. decis. 337. & 479.* & ibi respuit Couar. contrarium tenentem.

Et quamuis ista conclusio, licet magna authoritate fulcita, ob multos contradictores, de quibus suprà, possit reddi dubitabilis, non potest tamen afficere in casu nostro, nec aliquam hæsitationem afferre, quia hic non solum non fuit intentata actio realis, sed nec etiam actione personali fuit petitum prædium, de quo agitur, sed

47 † tantum fuit actum pro credito pecuniario, quo casu non inducitur vitium litigiosi, nec impeditur alienatio, etiam lite pendente *Roman. cons. 270. vers 2. videtur. Seraph. decis. 1134. num. 4. Burat decis. 104. num. 2.*

48 Nec est dicendum † quod imò fuerit proposita actio realis, & consequenter inductum vitium litigiosi, pro vt ex processu vltimo loco exhibito, in quo apparet inceptum iudicium saluianum super eisdem bonis; Quia huiusmodi iudicium fuit motum de Anno 1637. nec fuit ad vlteriora processum, vnde per lapsum tanti temporis fuit causa perempta, & sic absque vlla hæsitatione poterant bona, de quibus agitur alienari, cum etiam res litigiosa alienari non prohibeatur, perempta instantia, quia tunc dicitur lis finita *Salic. in l. properandum. §. & si quidem sub nu. 15. vers. 3. quare C de iudiciis. Lancell. de atten. cap. 4. in praefat. num 503. Farinac in repert iudicial quaest. 51.* vbi agit de re litigiosa *num 33. & 34.*

49 Secundò † respondetur, quod res litigiosa dicitur, quando de eius dominio agitur, vt supra dictum est, vndè iudicium saluiani, in quo agitur de possessione, non inducit vitium litigiosi, nec reddit rem inalienabilem, latè *Farinac cum omnibus ibi adductis in fragm. criminal. in verbo litigioso num 279 fol 347.*

50 Tertio † quando etiam adesset vitium litigiosi, attamen alienatio adhuc substineretur, tanquam facta ex causa dotis, & consequenter ex causa necessaria *Farinac. loc cit. num 253. fol. 343.*

51 Vltra † quod etiam pars aduersa recessit ab illo iudicio intentato, & conuolauit ad executiuum; vndè est elicienda præsumptio, quod in illo non foueret bonum ius, & lis iniusta non inducit vitium litigiosi, *Farinac. in fragm. criminal vt supra in verbo litigiosa num. 263. fol 345.*

52 Et tandem, † dato etiam, sed non concesso quia esset contra veritatem, quod per actionem essent petita bona, de quibus agitur, non per hoc sequeretur, quod esset inducta prohibitio de non alienando, quia huiusmodi prohibitio est à iure introducta, vt occurratur occultis fraudibus, aut machinationibus collitigantium, *est Text. express. in l censemus C. de litigiosis, vbi Cuiac. & Bart. in l. qui petitorio num. 3. ff de rei vendicat.* & propterea

53 pterea † talis prohibitio non afficit rem ipsam, sed solum personas colligantium, non constituit aliquod vitium in re, sed impotētiā alienandi in personam ità *Rot. Roman. decis. 227. num. 15 par. 7. recent.* & ob id plures sunt casus, in quibus valet alienatio, etiam pendente lite, ex qua induceretur vitium litigiosi, dummodo à colligantibus,
54 seu contrahentibus fraus arceatur. Valet † enim alienatio bonorum, etiam sub lite, si illa fuerit facta à tertio, qui non sit in litigio, cum in eo non possit præsumi fraus / *l. ff. de litig. Rot. in d. decis.*
55 *227. par. 7. rec. num. 16.* Valet † alienatio bonorum facta lite pendente, si illa cessa fuerint in donatione vniuersali *Ant. Fab in suo Cod. lib. 8. tit. 5. def 9.* quasi, quod tunc cesset omnis suspicio fraudis, aut doli, cum non possit præsumi, reperiri personā ad eò demētem, vt donet omnia bona sua vt noceat colliganti; ita etiam tenuit *Cephal. conf. 64. num. 17. & 22. Rot. in Camerinen. donationis 19. Decemb. 1605. coram Marquem. relat. per Rot. d. decis. 227. num. 18. par. 7. rec.* Valet alienatio facta, pendente lite, quando Actor non foueret bonum ius, quia tunc non inducitur vitium litigiosi, *Cassad. decis. 7 tit. de dolo, & contumac. & decis 5 num. 3. vt lite pendente Gomes ad reg. cancell. de ànal possess quæst. 45 relat. per Menoch consil. 79. num. 28. lib 1* quia ob non ius Actoris, non inducitur mala fides, & consequenter nec dolus, aut fraus in Reo conuento; & propterea per litem iniuxtè motam non interrumpitur præscriptio. *Couar in cap possessor mala fidei de reg iur. in 6. 2. par § 12. num. 4. concl. 2. vers hanc item. Balb. de præscript. 3. par 6. par. princip. quæst. 4. princip. num. 37. Seraph. decis 1037. num. 14 Burat. decis. 172. num. 16. & decis. 436 num. 7. vbi Adden.* Ratio supradictorum potest assignari, quia quotiescumq; cessat fraus colligantium, cessat quoque ratio legis prohibentis alienationem, stante pendentia litis, cum talis prohibitio emanauerit non tantum ad consulendum Indemnitati creditorum, quantum ad coercendum fraudes Debitorum, vt deducitur ex *Rot. in dict. decis. 227. par. 7. recent. num. 14.*

Verum in casu nostro (& tollitur secundum obiectum) dubio procul, cessat fraus ex parte DD. de Rodulphis, qui D. Magdalenæ restituerunt dotem, & pro restitutione in solutum tradiderunt bona, de quibus loquitur: quoniam in restituendo dotem, fecerunt actum necessarium; nec poterant huiusmodi restitutionem aufugere, cum sit
56 † mulier tali casu adeo priuilegiata, vt si effecta fuerit debitrix hæredibus Mariti, aut per malam administrationem Tutelæ, vel per aliquod aliud, non possent hæredes ob id dotem retinere *Text. est in l. vnic. §. taceat. C. de rei Vxor. act. & dixit Neguf. de pign. membr. 1. quintæ partis num. 36.*
57 Si † igitur DD. de Rodulphis fecerunt actum necessarium nullo modo possunt argui de fraude; quicquid enim ex necessitate fit, non dicitur fieri in fraudem *Gozzad. conf. 97. num. 15. Lanell. de attent. 2. par. cap. 4. limit. 8. num. 11.* Et necessarius actus, etiam lite pendente fieri permittitur *Bald. in l. alienationes ff. famil. hercis. Lanell. de attent. loco cit. num. 1.*
58 Vndè † DD. qui asserunt, alienationes post ceptum iudicium esse prohibitas, & præsumi potius in fraudem factas, de voluntarijs alienationibus est intelligendum, non autem de necessarijs, habentibus causam de præterito: *Lanell. de atten. loc supr. cit. Intrigliol. decis. 36. num. 40. Marull. ad Capyc. decis 99 num 4. Gamm. decis. 178 Beminten. decis. 48. num. 15. & alij quamplurimi relat. per*
59 *Giurb. decis. 62. num 18.* Axioma † enim generale est, quod alienationis prohibitio, non comprehendat necessariam, ad quam quis compelli potest *Dec conf. 300. num. 9. Gozzad conf. 103 num. 11. Crauet conf. 215. num 3. & 4. Tiraquel. de retract. consanguin. §. 1. glos. 14. numero 11. Carpan. ad statut. Mediolanen 438. numero 3. & 4. tom. 1. Mant decis 63. numero 9. Cyriac. controuers. 309. num. 9. vol 2.*
60 Et hinc videmus, † quod etiam pendente lite, permittitur diuisio rei litigiosæ, restitutio eiusdem rei ex causa dotis, pro vt hic in casu nostro, legati, donationis, vel fideicommissi *Text. est express. in l. finali C. de litig.* ratio est, quia vbi vrget necessitas alienandi, cessat præsumptio fraudis *Decian conf. 37. num. 21 vol. 2. & latè per Giurb. dict. decis 62. num 18. & 19.*
61 Nec est dicendum, † quod hic sint multæ coniecturæ, quibus ex parte colligantium elicitur fraus, quia scilicet datio in solutum fuit facta lite pendente, vt dictum est; quia fuit facta in personam coniunctam, quæ poterat scire pendentiam litis; & quia probatur alienantes pendente lite, non habuisse in bonis, nisi prædium alienatum, *vt per Marium Giurb. in d. decis 62. num. 5.*
62 Quoniam huiusmodi, † & aliæ, quantumcunq; vrgentissimæ cessant quotiescumque adest necessitas alienandi, pro vt hic in casu nostro, in quo nullo modo potest suspicari de fraude, cuius omnis suspicio tollitur, vbi fit actus necessarius, ad quem faciendum pars cogi potest *Gab. conf. 58 num. 23. vol. 2. Surd. decis. 214. num. 8.*
63 Et ad † hoc, vt quid dicatur in fraudem factum, & retractari mereatur, duo copulatiuè concurrere debent, concilium scilicet facientis actum, & fraus re ipsa, adeo vt non sufficiat euentus, & effectus fraudis, nisi etiam fraus ipsa probetur *leg. fraudis ff. de reg. iur § præualuisse inst. quibus causis manumittere non licet Cephal conf. 179. num. 9. Mascard. concl 815. num. 7. relat. per Cyriac. controu. 319. num. 17. dilucidissimè Duran. decis. 364. num 22. & 23. par. 2* vbi dicit in fortioribus terminis, quod si debitor condemnatus, rem aliquam in tertium, etiam fraudolenter alienet, si non probetur, tertium de tempore alienationis habuisse etiam concilium fraudandi executionē, non posse contra illum executiuè procedi, sed potius agendum esset reuocatoria, seu alia via ordinaria, aut faluiano, & assignat rationē, quia ius executiuum actionis personalis, pro vt, & actio ipsa personalis,

non

non transit, actiuè, nec passiuè in singularem, aut tertium possessorem non nominatum in obligatione, aut in sententia, & plures ibi affert auctoritates.

64 Et propterea licèt certo modo in presenti detegeretur fraus ex supradicta datione in solutum, non per hoc posset concludi, quod DD. de Rodulphis habuerint animum defraudandi, quia actus, non ab euentu, sed à causa iudicari debet, vt in casu fraudis dixit *Rot. Rom. decis. 129. num. 7. par. 1. recent. per Tex. in l. verum; & l. qui iniuria ff de furtis, & l. si seruus, §. & si puerum. ff. ad leg. Aquil.*

Et si pro venerabili Capitulo, ex supra deductis coniecturis, quis dicat, posse presumi dictam dationem in solutum, fuisse factam in fraudem non potest tamen negari, quod non possit etiam presumi ex magis legali coniectura, stante causa necessaria alienandi, fuisse factam citra animum defraudandi, & ad satisfactionem D. Magdalenę, quæ erat creditrix de sua Dote. Vndè si hoc verum est, sicuti est indubitabile, debemus, iure merito, potius attendere presumptionem ad fauorem alienantium, quam alteram ad fauorem Capituli facientem, quia † quando actus potest fieri modo

65 licito, non præsumitur factus modo illicito *Crot. cons. 41. num. 15. & cons. 47. num. 16. Soccin.*

66 *cons. 83. num. 4. vol. 2.* & semper † potentior est præsumptio exclusiua doli, quàm eius inductiua

67 *Crauet. cons. 8. num. 9* Ratio est, † quia fraus non presumitur, & presumptioni exclusiuæ fraudis standum est, donec ille, qui fraudem allegat, concludentibus probationibus illam probet *Paul. de Castr. in l. iuris gentium §. dolo ff de pact. Honded. cons. 7. num. 10.*

68 Neque obstat, † quod bona, de quibus sermonem habemus, fuerint maioris valoris ipso debito, pro quo fuerunt data in solutum, & consequenter talis datio, tanquam plus debito facta, est ipso iure nulla, & venit restituenda cum fructibus. *Bar. in l. si non sortem §. si centum num. 1. ff de condit. indeb. Bald. in l. certi condictio § quoniam ff si certum petatur. Paris. cons. 81. num. 36 vol. 2. Rolan. cons. 7. num. 82. vol. 3. Caualc. de vsufr. num. 208. Afflic. decis. 358. num. 7 Cyriac. con-*

69 *trou. 321. num. 21. lib 2.* quod procedit, † licet datio facta sit à parte, & non à Iudice. *Paris. cons. 81. num. 36 vol. 2. Cephal. cons. 198. num. 1. Surd decis 45. num. 3. & 4.* & eliciture etiam coniectura fraudis, ex quo fuit solutum plus, quod debebatur.

Quia respondetur non constare in processu; quod supradicta bona plus debito valerent, & cum non constet, & non sit probatum, est perperàm presumendum, quia aliàs huiusmodi datio esset DD. Rodulphis minoribus alienantibus lęsiua, quod non est presumendum, eum ibi interuenerit

70 decretum Iudicis, pro eutus iustitia †, & rectitudine est iudicandum *Bald. in l. iurisgentium. §. quod fere in 3. notabili ff. de pact. Dec. cons. 208. num. 1. Menoch. de presumpt. 75. lib. 2. numer. 48.*

71 Ideoque † potius eis presumitur fuisse vtilis. *Cephal. cons. 651. num. 17. Simoncell de decret. lib. 3. tit 8. num. 44 Honded cons 37. num. 14. vol. 2.*

72 & † consequenter est presumendum abfuisse quamlibet lęsionem, dolum, metum, vel fraudem *Alex. cons 92 num. 15 Cephal cons 651. num. 15. & 16. Fab. de Monte Pic. de empt. 5. quæst. princip in tit. de sollemnit in alien rer. min. num. 102. & seq. Boccacc. ad constit. March. gl. 4 sub.*

73 *num. 1.* Eoque magis, † quia fuit facta cum omnibus solemnitatibus, cuius veritas presumitur ex sola eius expressione, & enunciatione *Bero. cons. 87. nu. 12 vol. 2. Cyriac. controu. 181. num. 11. vol 1.* & cum interuentu Consanguineorum *Menoch. lib. 3 de presumpt 128.* & grauium Virorum, & celeberrimorum Iurisconsultorum *Cyriac. loc. cit. num. 13.* Et quod magis stringit eum pręsentia, assensu, & authoritate, non Iudicis ignari, & vulgaris, de cuius valore hesitaretur per ea, quę dixerunt *Rolan. cons. 90. lib. 1. num. 47. Neuizz. cons 75. num. 7. Gabr. de sent. concl. 5. lib. 1. n. 22.* sed Excellentissimi D. Ludouici Postij, eruditissimi Viri, non minus singulari quadam integritate, & innocentia, quam absoluta vtriusque iuris scientia, dignaque homine nobili doctrina celeberrimi, pro vt in hoc Tribunali viget memoria, & vndique omnium Iurisconsultorum oculis eius scripta persulgent.

Secundo respondetur dato, & non concesso dationi in solutum inesse aliquem errorem, nihilo-

74 minus † supra allegata iura non obstant in casu nostro, quia illa procedunt, quando esset erratum in quantitate debiti, quando scilicet, D. Magdalenam non constaret esse creditricem de summa Scutorum sexcentorum, nam tunc illa datio esset nulla, & in totum reuocaretur *Dec. cons. 585 num. 5. vers. & ista conclus late Tiraq de retract. Consanguin. §. 23 gl. 1. num. 25. Grat. discept. 162. num. 33 Hodier ad Surd. decis. 44. num. 5.* Secus verò si erratum esset in æstimatione bonorum, tunc enim constito de errore reuocaretur datio, solum pro summa transcendente debitum *Ruin. cons. 136 num. 5. lib. 1. Grat. d. discep. 162. n. 34.*

Vel respondetur iura procedere, quando datio in solutum vltrà debitam quantitatem esset facta a Iudice, præuio decreto adiudicationis, & in his terminis loquuntur *Afflic. in d. decis 358. num. 7.*

75 *& Surd. decis. 45. num. 3* eum † omnibus ibi allegatis, nam eum decretum sit indiuiduum *l. in hoc iudicio ff famil. ercisc.* adiudicatio facta vigore dicti decreti ratione indiuiduitatis non potest substineri pro vna parte, sed in totum corruit. *Cost. de port. rata quæst. 26. Cancer lib. 3. var. resol. cap 17. tit. de sent. & rar. execut. num. 350 Vincen. de Franc. decis. 173. Barz. decis. 76. num. 6. Magon. decis. Floren. 109. Capie. decis 51. num. 2. Put. decis 323 lib. 1 & alij quamplurimi relat per Hodier. ad Surd. in decis. 45. num. 2.*

76 Contrà † verò procedit, quando adiudicatio, & datio in solutum processit de partium conuentione, vt est *Tex. in l. 1, §. si dua in fin. ff quorum legat.*

legat. in l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig. & hoc tenuit *Hodier. ad Surd. decis.* 45. *num.* 10. *vers. aut est facta* extraiudicialiter.

77 Verum quia † hæc conclusio habet multos contradictores, nam quando error est in quantitate debiti, secundum *Grat. discep.* 162. *num.* 33. siuè datio in solutum sit iudicialis, siuè extraiudicialis, semper in totum redditur nulla, ità etiam secundum alios, de quibus *Surd. in d. decis.* 45. *num.* 4. *& Tiraq. de retract. Consanguin.* §. 23 *gl.* 1. *num.* 24. Ideo quicquid sit de hoc, & de aliis supradeductis, me remitto, dùm hæc subtilis inspectio, nostra non interest, cum certissimum sit, contrà D. Magdalenam, nullo modo, posse in præsenti procedi via executiua in præfatis bonis, quia quando etiam esset nulla datio in solutum (quod absolutissimè negatur, aut quia in datione sit erratum in quantitate debiti, aut in æstimatione bonorum, siuè sit facta de conuentione partium, siuè decreto Iudicis, ad omne peius et pro suo credito competeret retentio *Tex. ett. expres. in l si non fortem*

78 *§. si centum ff. de condit. indebit.* † Vbi Vlpian. loquendo de datione in solutum facta vltrà quantitatem debiti, dicit in fine competere creditori retentionem, ibi. Ager aut retinetur, donec debita pecunia soluatur: hoc dixit *Tiraq. de retract. loc. supr. cit num.* 24 *Negus de pign. in* 2. *membro* 3. *par. quæst.* 10. *num.* 20. *Surd. penè decis.* 46. *num.* 7. *& per tot. Hodie ibi num.* 1. *Grat. discep.* 16. *num.* 36.

79 Quæ retentio † procedit etiam aduersus obligationem Cameralem *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 23. *quæst.* 29. *num.* 10. *Grat decis. Mareb.* 179. *num.* 10 *Rot. Rom. decis.* 115. *par.* 2. *diuers. Put. decis.* 293. *lib.* 2. *etiam si creditori nulla competat hypoteca Surd. decis.* 46. *num* 9 *per Tex in d. l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indeb.*

80 Et licet † circà hoc magna sit inter DD. altercatio, *vt per Capyc. latr. in decis.* 13. *n.* 11. *& seq.* & est videndus *Greg. XV. decis.* 254 *cum Adden. n.* 7. Attamen in casu nostro, nulla potest esse controuersia, quia agitur de credito cum hypotheca, quo casu, non obstante quacumque nullitate, competit retentio *Grat. decis. Mareb.* 28. *num.* 2. *post Bal. in l. si fundus C. ad rescind. vend. Brun. cons.* 1. *num.* 10. *& seq.*

81 Tanto magis, † quia sumus in credito dotali, quod constat per Instrumentum promissionis dotis, & per aliud receptionis; vndè cum sit verum, liquidum, & clarum non potest prohiberi retentio. *Surd. in d. decis.* 46. *vbi Hodiern. num.* 3 *Rot. decis.* 409. *num.* 5 *in fin par.* 1. *rec. Greg. decis.* 254.

82 *num.* 3. *& ibi Adden. num.* 8. secus † verò, quando creditum esset dubium illiquidum, & turbidum *Seraph. decis.* 1455. *numer.* 4. *Grat. loc. cit. num.* 14. *Surd decis* 184. *num.* 6. *Rot. decis.* 130. *num.* 8. *apud Zacch. de oblig. Camer.*

83 Et huiusmodi † retentio debet procedere respectu omnium bonorum, quamuis essent magni valoris, cum tunc efficerentur minoris ad effectum retentionis *Hodiern. ad Surd. in d. decis.* 46. *numer.* 9. *per Text. in l quamdiu C. de distract. pign. Cost. de port. rat. quæst.* 58. *numer.* 6.

84 Et tandem † non obstat tertium, & principale obiectum, deductum ex citatione D. Magdalenæ, habita in vltimo Iudicio executiuo pro omni suo iure, & interesse, quę operatur, vt contra ipsam possit procedi; vt vltrà supra allatos *ex Theorica Castren. dixerunt quoque Cephal cons.* 202. *num.* 1. *& seqq. Cyriac. contr.* 139 *num.* 22. *Borgnin. decis.* 6. *num.* 6. *par.* 4. Et hoc intelligitur, licet citatus non comparuerit ad iustificandum suum ius, quia est ei imputandum. *Andreol. contr.* 181. *lib.* 2. *numer.* 3.

85 Quia respondetur † quod theorica *Castren.* & aliorum, qui illam insecuti fuerunt, est intelligenda, quando fuit intentata actio realis, quæ versatur circa rem à tertio possessam, & sic, quando per illam actionem res deducitur in Iudicium; secùs quando intentatur actio personalis, vt hic in nostra facti specie, in qua non fuit disputatum de re, nec de possessione rei, & consequenter de nullo interesse D. Magdalenæ; vndè nullo modo est permittenda executio contrà ipsam, & vti tertiam licet citatam *Bald. in l.* 1. *num.* 9. *in fin. C. de alienat iud. mut. caus. Anchar. cons.* 333. *circa med. vers. sed si ità erat Andreol. d. contr.* 181. *num.* 4. *Cancer. var. resol. lib.* 2. *cap.* 16. *de tertijs ap-*

86 *posit. num.* 63. vbi tunc † citatio præiudicat, si ius, quod ad tertium pertinebat, fuisset in iudicio deductum, & ibi allegat. *Alex. in l. sæpe num.* 6. *ff. de re iudic. & in num* 82. alios etiam allegat *Rot. decis* 609. *numer* 1. *in fin. par.* 2. *rec. & in Rom. comput.* 18. *Maij* 1598. *coram Mellino*, quæ est impressa apud *Zacch. de oblig. Camer. decis.* 47. vbi declarat, quod sententia lata præiudicat tertio, citato pro omni suo iure, & interesse, si pariter ius ipsius fuisset deductum in Iudicio, & vltrà *Alex. allegat. Gozzad in cons.* 103. *num.* 12.

Et huiusmodi Assioma, non solum est verissimum ob auctoritatem tot scribentium, qui illud affirmarunt, sed etiam euidentissima ratione eius

87 veritas elucescit; Nam † cum Tertius nullum negotium gesserit, vel nihil contraxerit cum Actore, non potest hic contrà illum experiri actione personali, quæ non datur, nisi præcesserit contractus, vel quasi, delictum, vel quasi *l.* 1. *l. nihil aliud ff de oblig. & actionib.* & vulgata est iuris regula, quod nemo sine actione experiri possit *l. si pupilli §. videamus ff de negot. gestis. Anton. Fab. in suo Cod. lib.* 3 *tit.* 21. *defin.* 2. *num.* 4. vnde si relaxaretur executio contra Tertium, sequeretur absurdum in Iure, quod etiam cum carentia actionis possit quis obtinere.

Nec est dicendum, quod actio, quæ competit contrà principalem prosit etiam quo ad habentem causam ab eo, cum certissimum etiam sit,

88 † actionem, seu obligationem personalem non sequi singularem, aut tertium possessorem *Anton. Fab. in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 7. *nu.* 13. *per Tex. in l. fin. §.* 1 *ff. de contrahen. empt. Afflict. decis.* 95. *num.* 6. *Natt. cons.* 589. *num.* 2. *vol.* 3. Nec frustra-

89 gari debet citatio †, cum ea sit tantum præambolum,

bolum, à quo incipit iudicium *§ finali inst. de pæn. tem. litig. Marant. in prax par. 6. in ver. rectè concipiatur citatio fol mihi 267. num. 1.* nec potest per se gignere executionem, cum ista sit effectus actionis, vt ex definit, *in princ. tit. inst. de act*

90 Et propterea, † iure merito, Tertius citatus pro omni suo iure, & interesse, nisi fuerit intentata actio realis, vel deductum ius in Iudicio super re, vel eius possessione, non tenetur comparere

91 *Andreol. in d contr.* 181. *num.* 4. Nam licet † citatio possit à quolibet fieri, si suum putauerit interesse, secundum *glos. in l. ea quidem in verb. non continent C. si mancip. ità fuer. alienat. Caroc. sin-*

92 *gul. 42. in princ.* Attamen † citatus non comparendo, cum sciat nulla obligatione teneri, non dicitur contumax, nec contrà eum sententia potest executioni demandari *Bald. in l fin. quest. 5. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Aret. in §. quadrupl. col. 27. de act. & alij relat. per Caroc. d singul. 42. vers. & non comparendo.*

93 Secùs verò procederet, † si esset actum ad rem, vel possessionem, & esset proposita actio realis, quia tunc citatus pro suo iure, & interesse, tenetur comparere, & non comparendo redditur ab omni iure exclusus, ità vt ei sententia, & acta nocerent *Menoch. de arbitrar quest. 72 num 13. Andreol. in d. contr. 181 num. 3. in fin. & num. 4.*

94 Imò isto † casu si Tertius habuerit scientiam litis super re ab eo possessa, etiam absque citatione, tenetur comparere, & se defendere *Ancar. in dict. cons* 133. *Andreol. loc. cit. num. 3. Caucer. var. re-*

95 *sol. in 2. par. cap. 15. num. 50.* Nec † potest impedire executionem sententiæ, cum ratione scien-

[96] tiæ sibi prĉiudicauerit, non contradicendo, saltem quo ad possessionem *Alex in l. à Dino Pio §. si super rebus nu. 24. ff. de re iudic. Annot. ad Vestr. in prax. lib. 5. cap. vlt. nu. 25.* vbi de communi testatur *Marescot var. resol. cap. 121. num. 7. lib. 1. Ludou. decis. Perusin. 26 num. 6.* & alij quam plurimi relat. *per Andreol. loc. cit. num. 1.* Et ratio

96 † mihi videtur esse, quia lex non permittit, quod à priuato eludatur iudiciū, quod vtiquè eluderetur, si Tertius sciendo litigium super re ab eo possessa, per errorem motum contrà aliquem, tacendo suum interesse, & patiendo ferri sententiam, posset deindè eius executionem impedire; vel quia lex non patitur in rebus suis, quem esse negligentem. *Text. in leg non enim ff ex quib. cau. maior.* At D. Magdalenam, non possumus asserere voluisse deludere Iudicium, & fuisse negligentem, quia non tenebatur comparere per ea, quę supra dicta fuerunt.

Verum quia in casu nostro non fuit intentata actio realis, nec altercatio erat super re, vel possessione rei, cessat omnis difficultas; & ob id ad fauorem dicti Capituli ab Illustrissimo A. C. fuit relaxatum Mandatum, non contrà D Magdalenam, sed contrà bona hereditaria D. Fabij Rodulphi. Vndè nescio, quomodo illud poterat executioni demandari super bonis à D. Magdalena possessis, cum amplius dici non possint bona hereditaria,

97 sed potius patrimonium dictę Mulieris, quia † datio in solutum trāsfert dominium in accipientem *Rot. decis. 261 num. 19. par. 7. rec.*

Quapropter, censui, nullo modo esse ad vlteriora procedendum in subhastatione ad fauorem Venerabilis Capituli, & DD. Canonicorum contrà D. Magdalenam, imò reuocandam esse executionem, tanquam nulliter factam, & in bonis alterius, pro vt, omni animi firmitate, pronunciaui.

De Gabellis.

SVMMARIVM.

Gabella-

Gabellarij possunt post vestigia transeuntium ire, & facere arrestare salmam. num. 21.

Gabellarij non tenentur admonere transeuntes, quod illic soluitur gabella. num. 22.

An, qui adhuc non exiuit locum, vbi gabella solui debet, possit puniri vti fraudator; remissiuè. n. 23.

Distinguitur prædicta quæstio a Farinace. n. 24.

Dict. Quæstionis resolutio remittitur arbitrio Iudicis. num. 25.

Pœna fraudatæ Gabellæ non incurritur, nisi is, qui transit cum rebus, de quibus est soluenda gabella, fuerit egressus ciuitatem, vel Castrum, vbi illa erat soluenda. nu. 26.

Distinctio Farinac. posita sub num. 24. reprobatur. num. 27.

Distinctio prædicta habet locum, quando ita obseruat consuetudo, vel statutum, à quibus non est recedendum in materia gabellarum. n. 28.

Causæ excludentes dolum in materia Gabellarum, remissiuè. n. 29.

Gabellæ fraudatio non præsumitur, vbi merces sunt magni Valoris, & gabella importat modicam quantitatem. n. 30.

Si Gabellarius, vel alter pro eo non adest in loco, in quo soluenda est gabella, vector mercium si iter suum prosequitur non incidit in pœnam. n. 31.

Multo, seu vector mercium, si reliquerit quantitatem soluendam pro Gabella Gabellario, qui non adest in loco Gabellæ excusatur à pœna, numer. 32.

Gabellario non existente in loco, vbi soluitur gabella, potest Vector mercium pecuniam debitam pro gabella ponere sub lapide, vel in fenestra, cum præsentia Testium, vt Gabellarius Veniens possit illam recipere, & si testes inueniri non possunt, potest dictus Vector iter continuare absq; pœna nu. 33.

Minor nunquam incurrit pœnam fraudatæ gabellæ cessante dolo, & quare. num. 34.

Curatoris, vel Tutoris culpa, si res minoris incidit in commissum tunc, re minoris salua manente, Tutor, vel Curator soluit pœnam. num. 35.

Appellatio datur a sententia declaratoria res incidisse in commissum num. 36.

Gabellæ fraudatæ pœna præscribitur quinquennio. num. 37.

Et non transit ad hæredes, nisi res, quæ inciderunt in commissum, ad eos peruenerunt. numer. 38.

Gabellæ fraudatæ pœna quando transit ad hæredes requiritur, quod lis fuerit contestata cum fraudante num 39.

Actio pœnalis non datur in hæredes, nisi de dolo defuncti ad eos peruenerit. num. 40.

Actio pœnalis datur in hæredes, quando prouenit ex contractu, vel rei persecutionem continet. n. 41.

Gabellam fraudare non licet nec in foro exteriori, nec in foro interiori animæ. n. 42.

Gabellam fraudans peccat. num. 43.

Gabellam fraudans non incurrit peccatum, nisi concurrentibus requisitis enarratis, numero 44.

Gabellam fraudans peccat, & ad restitutionem tenetur. num. 45.

Gabellam laicalem soluere Clericus non tenetur. numer. 46.

Intellige de rebus proprijs, quas possunt vendere, & asportare absque solutione gabellæ. num. 47.

Clericus potest emere pro vsu suo, & si dubitatur, an res sint suæ propriæ vel pro suis indigentijs emerit, stabitur ipsius iuramento. n. 48.

Gabellam laicalem non tenetur soluere emens à Clerico, vel Ecclesia, & illorum priuilegio vtitur. num. 49.

Contrarium tenent DD. hic allegati n. 50. quorum opinio declaratur. n. 51.

Emptor rerum Ecclesiæ, quando possit in actu separato ab ipso contractu emptionis gaudere exemptione a gabellis n. 52.

Emptor bonorum Ecclesiæ, vt gaudeat exemptione a gabellis in actu separato ab ipso contractu, requiritur pactio non translationis dominij in emptorem, donec bona non fuerint ad domum emptoris conducta. nu. 53.

Fiscus est immunis a solutione gabellæ. nu. 54.

Emens a fisco, in solutione gabellæ non gaudet immunitate eiusdem fisci. nu. 55.

Gabellæ laicalis solutionem non possunt effugere Clerici, qui negotiantur. num. 56.

Publicanus prætendens gabellam à Clerico, vel res incidisse in commissum debet iudicium facere coram Iudice Ecclesiastico nu. 57.

Vniuersitas, siue quælibet alia persona vendens, vel locans gabellam an teneantur post locationem illam soluere remissiuè num. 58.

Emens pro vsu suo, licet postea mutato proposito reuendat, non incidit in pœnam, quia attenditur prima destinatio nu. 59.

De Ementis primo proposito debet constare, aliàs præsumitur adfuisse a principio animus reuendendi nu. 60.

Ementis primum propositum vt constet, Iudex quid facere debeat n. 61.

Pro gabellæ solutione est hypothecata res vendita numer. 62.

Pro gabellæ solutione sunt obnoxia hypothecæ omnia bona illius, qui ad eius solutionem tenetur. numer. 63.

QVÆSTIO XXI.

1 FRaudata † gabella bona, quæ vehuntur, de quibus illa non fuit soluta, incidunt in commissum, & fisco, vel emptoribus pedagii applicantur *l. 1. & 2. C. de vectigal. l. commissa in prin ff. de publican. Francisc. Perso. nal. de gabell. num. 1. Farinac. quæst. 173. num. 2. Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit. 82. num. 1. Io. Laganar. ad Rouit. in rub. pragm. de vectigal. versic. rursus non solùm Capyc. Latr. consul. tat. 18. num. 1. & 2. Nouar pragm. de vectigal. col.*

2 *lect. 4. num. 1.* cuius † commissi ea est virtus, vesta.

vt statim, ac ipso iure dominium bonorum transeat in fiscum, vel Publicanum, & pro illis habendis competat rei vendicatio *d.l.commissa vbi glos. & DD.ff.de publican. Ferrett de gabell. nu.*240. *Farin.d.quaest.*173.*num.*3.*Io.Laganar. loco alleg.*
3 *versic huius autem commissi*, sed non † tamen possit assequi illorum possessionem, nisi prius secuta sententia Iudicis declaratoria *Personal. de gabell. num* 2. *& seqq. Farin.d quaest.*173.*numer.*4. vbi
4 quod sine † facto Iudicis, & Sententia declaratoria non possunt Gabellarii propria authoritate capere eas res, quę inciderunt in commissum, nisi aliter suadeat Statutum *Nouar.d.collectan.*4 *num*.1.vbi
5 tamen *ex Harthman. & Koppen.* dicit † consuetudinem generalem Germanię non expectare Iudicis declaratoriam.
6 Et licet in † multis Status Ecclesię locis haec traditio circa Sententiam Iudicis non seruetur, credo tamen quod malè faciant non seruantes,
7 qui non debent tantum tribuere † brachio Regio, cuius vigore prętendunt procedere, quia per
8 illud non tollitur legitima defensio reo, qui † condemnatus remaneret absque alia defensione, quod non licet alicui personę quauis suprema
9 authoritate, & facultate vtendi, quicquid † aliud dicendum esse firmaui etiam in sola tortura, vt colligitur *ex DD.allegat.in quaestion.*1. *à numer.*24.
10 quinimo licet multi † asserant non esse necessarium processum, dum causae cognoscuntur coram habente brachium Regium, tamen iidem, qui tenent hanc opinionem dicunt etiam esse melius, & tutius, quod processus totaliter non omittatur, sed breuiter omnia acta registrentur, vt semper possit doceri per Iudicem, quomodo processerit ad condemnandum *Io. Grand. de bell. exul. praedicam. pati quaest* 3 *special.*60. *num.*4. & clarius facit *Crispolt.cas.milit.*29.*n.*34. vbi loquens de Auditoribus exercitus, & quibuscumque aliis
11 Iudicibus supremis, monet ne † reos aliter iudi-
12 cent, quam cum processu, & quod probationes † debent esse a iure approbatę, non autem arbitrarię. Si haec regula praescribitur Iudicibus, qui sunt iuris periti, & sciunt quomodo, & quando quis debeat condemnari, quanto magis haec forma debebit seruari per Gabellarios, qui vt plurimum sunt viri idiotae, & nesciunt, quantum nasus distet
13 ab auribus, hęc; debent etiam seruari, & si † quis fuerit in fragranti appręhensus, nàm & in hoc casu debet probari fragrãtia, & formari pro-
14 cessus *Scacc.de iudic. lib.*1.*cap.*78 *per tot.* qui † erit semper videndus, quia benè dilucidat practicam procedendi contra sic deprehensum *Caualcan.de brach.Reg.par.*1 *nu.*216.*&* 217.*Giurb.obseruat decis.*45.*num.*5.*& seqq.* & in nostris pręcisis terminis *Mauson. de contrabann. q.* 1. *per tot.* vbi pariter dat modum procedendi contra frau-
15 dantes deprehęsos; potest † enim semper D. Mercium aliqua probabilis defensio competere, & proptereà declaratio Iudicis bona cecidisse in commissum ipso citato non debet omitti *Vermigliol. cons.*178.*num.* 2. hinc in terminis gabellae volue-
16 runt onus † plura probandi spectare ad Gabellarium, ad hoc vt intret mercium, seu aliarum rerum publicatio *Personal. d. tract. de gabell à num.*10. *& à n.* 117. *cũ seqq.& Guazzin.de confiscat.d.limitat.* 82.*num.* 10.
17 Regulariter autem non † intrat pęna fraudatae gabellę cessante dolo *Farinac. d. quaest.* 173. *nu.*
18 45. *&* 46. tradens, quod si quis † transiens per aliquem locum audiuit a viro fide digno illic non solui gabellam excusari à poena *Vermigliol. cons.* 178. *num.* 5. *& cons.*179. *num.*9.*Giurb.obseruat. decis.* 32. *num.* 18. *&* 19. *Caren.resol.*206 *num.*5.
19 *& resol.*207 *numer.*9. qui tamèn † dolus, & fraus probatur coniecturis *Farin d. quaest.* 173.*nu.*10. *Giurb. d. obseruat.* 32. *num.* 18. *Mauson. de contrabann. quaest.* 3. *nume.* 11. *& seqq.* & dicetur
20 † fraudata gabella statim, quod quis transiuit cum rebus, de quibus erat illa soluenda, & non soluit *Mauson. de caus. executiu. ampliat.* 30.
21 *num.* 27. *&* 28. vbi quod Gabellarij † possunt post vestigia transeuntium ire, & facere arrestari salmam *Farinac. d. quaest.* 173. *num.* 17. *&* 18.
22 apud quos habetur, Gabellarium † non teneri admonere transeuntes, quod illic solueretur gabella, Hic tamen subsisto parumper, quia satis
23 controuersum est apud D. D. an † is, qui adhuc non exiuit locum, vbi gabella solui debet, possit puniri vti fraudator, prout vtramque opinionem refert *Farinac. d. quaest.* 173. *num.* 21. *&* 22. &
24 ideo esse ponderanda verba statuti, an † scilicet loquatur per verba temporis praesentis, vel imperfecti, quo casu procedit opinio admittens fraudem, aut si loquatur per verba temporis pręteriti, & hoc casu proceder opinio fraudem excludens asserit *idem Farinac. d. quaest.* 173. *num.* 23. *Per-*
25 *sonal. de gabell. num.* 129. *&* 130. ego † autem sciens haec omnia remitti arbitrio Iudicis *Personal. d. num.* 129. *Giurb. cons.* 16. *num.* 27. dicerem, quod dum D. D. loquuntur de loco, vbi solui debet gabella, noluerunt intelligere de domo, in qua residet Gabellarius, sed de Ciuitate, Oppido, vel Castro, vbi gabella debetur, & sic licet
26 † quis reliquerit post tergu domum Gabellarij, non propterea debet apprehendi vti fraudator, sed expectari, quod egrediatur Ciuitatem, vel Castrum, & postquam exiuit, facere arrestari bona; non enim est necesse, quod egrediatur totum territorium, nam si hoc expectaretur nunquam esset locus pęnae, cum extra territorium Officiales gabellę non possint eos persequi, & capere; & in
27 † simili Statuto dicit sibi nunquam placuisse distinctionem inter verba prę sentia, vel prętęrita *Clar. quaest.* 82. *num.* 40. quem refert *Farinac.*
28 *fragm. par.* 1. *§. bannimenta num.* 66. nisi † aliter obseruaret statutum, vel consuetudo, à quibus non est recedendum in hac materia gabellarum *l. si publicanus §. fin.* ibi *in omnibus vectigalibus consuetudo spectari solet ff de publican. & vectigal. Rouit. rub. pragm. de vectigal. numer.* 2. *Cyriac. controuers.* 222. *numer.* 18. *& infra Caren. resol.* 206. *& resol.* 207. *vtrobique numer.* 1.

plures

29 plures † autem sunt causæ, quas in terminis gabellæ dolum excludentes poterit quilibet videre *apud Ioseph. Ludouic. conclus.* 15. *per tot. Farin. d. quæst.* 173. *Giurb. cons.* 16. *Caren. resol.* 206. *&* 207. *Vermigliol. cons.* 278 *& cons.* 279. *Capyc. Latr. consultat.* 18. inter quas nolo omittere tres iudicio meo magis contingibiles; quarum prima

30 est, quod si † res est magni valoris, & gabella non soluta importat modicam pecuniarum quantitatem, non est præsumendum, quod quis voluerit fraudare gabellam *Ludouic. d. conclus.* 15. *versic. infertur* 32. *Giurb. consil.* 16. *numer.* 31. *Capyc. Latr consultat.* 18. *numer.* 15 *& seqq.*

31 Secunda erit, quod si † Gabellarius, vel alter pro eo non adest in loco, in quo est soluenda gabella, tunc si vector mercium iter suum prosequitur, non incidit in pœnam *Mascard. de probat. conclus* 834. *num.* 12. *Farin. d. quæst.* 173. *num.* 32. *Guazzin. de confiscat. ampliat.* 82 *numer.* 3. *versic. quam subampliationem Mauson. de caus. execut. ampliat.* 30. *numero* 29. non enim tenetur quis iter suum retardare, vt Gabella-

32 rium rediturum expectet, & propterea, si † mulio, vel altera persona bona obnoxia solutioni gabellæ deferens scit quantitatem pecuniarum soluendarum pro gabella, vel informationem accipiens a conuicinis si adsunt, & relinquet illam, vt Gabellario consignetur, tanto magis excusabitur, cum clare appareat de animo non fraudandi *Ferrett. de gabell. sub numer.* 247. *Ioseph. Ludouic. d. conclus* 15 *versic. infertur* 25 *prope fin. Farinac. d. quæst* 173. *numero* 33, cum quorum dictis simpliciter intellectis,

33 non † tamen conuenirem, dum dicunt debere poni pecuniam sub lapide, vel in fenestra, vt Gabellarius veniens inueniat, & recipiat, quia possent dari plures casus, vel quod alter pecuniam furaretur, & Gabellarius non inueniret, vel quod Gabellarius ipse negaret inuenisse, & recepisse; ideoq; illorum dicta terminis habilibus suppositis intelligerem, scilicet, quod hęc depositio pecuniæ fieret cum testium præsentia, si vero testes inueniri non possent, quia essemus in loco campestri, vel ob aliud impedimentum, tunc omnino sentirem, quod Gabellario absente posset quis iter continuare absque pœna, & ità iudicarem si mihi casus proponeretur.

34 Tertia est ad fauorem † minoris, qui si gabellam non soluerit cessante dolo habet terminum triginta dierum ad illam soluendam, & dicto termino elapso iuuatur beneficio restitutionis in integrum, vnde pœna fraudatæ gabellę nunquam punitur *l si ex causa §. si in commissum. ff. de minor. iuncto textu in l. Imperatores §. final. ff. de Publican. Ferrett. de gabell. numer.* 335. *& sequentib. Odd. de restit. in integr. quæst.* 82. *nu.* 30. *& seqq. Farinac. d. quæst.* 173 *num.* 47. vbi se remittit ad scripta *in quæst.* 92. *num.* 158. *Gutierez de gabellis quæst.* 46. *numero* 24. *&* 25.

35 si autem † culpa tutoris, vel curatoris res minoris inciderit in commissum, tunc re minoris salua manente tutor, vel curator soluet pęnam *l. patrimonialis C. de fund. patrimon. lib.* 11. *Ferrett. d. tract. num.* 335. *Farinac. quæst.* 173. *num.* 47. *versic. vbi amplius.*

36 An autem † sententia declaratoria res incidisse in commmissum detur appellatio, poterit videri *Vermigliol. cons.* 277. *& cons* 278. qui consu-

37 luit pro affirmatiua. Pœna † fraudati vectigalis pręscribitur quinquennio *leg* 2. *vbi DD. C. de vectigal. Farinac. d. quæst.* 173. *numer.* 49. &

38 † non transit ad hęredes, nisi quatenus res, quę inciderunt in commissum ad eos peruenerunt *Guazzin. de confiscat. ampliat* 83. *num.* 8. *Farin. d. quæst* 173 *num.* 48 vbi *ex Ferrett de gabellis nu.*

39 196. *&* 229. declarat † hoc procedere dummodò lis fuerit contestata cum fraudante; & ad hoc

40 propositum facit regula generalis, quod actio † pęnalis non datur in hęredes, nisi de dolo defuncti ad eos peruenerit *l. in heredem* 27. *ff. de dolo*

41 prout datur † etiam, quę ex contractu nascitur, vel rei persecutionem continet *Arias de Mesa var. resol lib* 2. *cap.* 34. *num.* 7.

42 Sed sicuti † in foro exteriori non licet fraudare gabellam, ita etiam sit resoluendum in foro interiori animę, est quęstio satis ardua, nam quamuis *Farinac. d. quæst.* 173 *numer.* 5. vo-

43 luerit fraudantem † peccare, tamen *Io: Laganar. ad Rouit. rub. pragm. de vectigal* post relatam vtranq; opinionem affirmatiuam scilicet, &

44 negatiuam asserit ad effectum † inducendi peccatum requiri tria, authoritatem imponentis, necessitatem ad imponendum, & proportionem ad necessitatem Principis, & facultatem subditorum, quibus deficientibus vult non intrare peccatum, & concludit vltima duo requisita esse difficilè

45 iudicatu an adsint; ego † tamen non recederem à *Farinac.* volente, fraudantem peccare, & ad restitutionem teneri, quoniam sicuti est nefas dubitare de Principis authoritate, ità non est pręsumendum, quod inconsultò, & temerè voluerit grauare subditos, quorum commodis ipse assiduè inuigilat.

46 Ad solutionem † gabellę laicalis Clerici non tenentur *cap quanquam. de censib. in 6. Barbos. de Episcop. par.* 3. *alleg.* 50. *numer.* 213. *& de iure Ecclesiast. vniuers. cap.* 39. *§.* 5. *num.* 9. *&* 10.

47 *lib.* 1. hoc tamen † intellige in rebus propriis, quas vendere, & asportare possunt absque solutione gabellę *Fontanell. decis.* 301. *numer* 3. *& infra Sperell. decis* 94. *numer.* 9. *& seqq.* vbi quod

48 potest † etiam emere pro vsu suo. Et si aliqua controuersia exoritur, an res sint suę proprię, vel pro suis indigentiis Clericus emerit stabitur ipsius iuramento *Roland. cons.* 71. *numer.* 24 *lib.* 4. *Sperell. decis.* 12. *numero* 64. *& d. decis.* 94.

49 *numero* 5. *versic. ego tamen* & eodem † priuilegio vtitur emens à Clerico, vel Ecclesia *Gratian. disceptat.* 26 *numero* 16. *& disceptat.* 390. *per tot. Fontanell. decis.* 301. *numero,* 6. *& seqq.*

I in hoc

50 in hoc tamen est aduertendum, quod licet † contrarium firmauerint *Donat. Anton. de Marin. resol. 99. num. 7 & resol. 169. num. 6. lib. 1. & Bellett. disquisit. Clerical. par. 1. de exemption. Cleric. & eor. bon a muner. public. §. 8. numer. 2.*
51 *& seqq.* ipsorum † opinio non procedit, dum agitur de actu contractus initi cum clerico, vel Ecclesia, sed in actibus postea subsequentibus, quando emens vellet post dominium acquisitum vendere alteri personę, vel rem emptam alibi transportare *Bellet. d. §. 8 numer. 4. versic. prima opinio. Ciarlin. controuers. 22. numer. 8. 9. & sequentib. Sperell. decis. 41. numer 8. Fontanell.*
52 *d. decis. 301. numer. 18. & 19.* posset † benè etiam in actu separato ab ipso contractu emptionis gaudere exemptione a gabellis emptor bonorum Ecclesiæ, si clericus, vel Ecclesia vendens promitteret suis sumptibus, & laboribus deferre res venditas ad domum emptoris *Bellet. d. §. 8. numer. 4. versic. præterea emptor Donat. Anton. d. resol. 169. numer. 6.* vbi ex *Genuen. practicab. Eccles. quæst. 212.* videtur innuere
53 requiri † pactionem non translationis dominii in emptorem, donec bona non fuerint ad domum emptoris conducta; & in simili videmus,
54 quod & si † fiscus sit immunis a solutione ga-
55 bellę, non † tamen eadem immunitate gaudebit emens a fisco *l. locatio 9. §. final. vbi Bart. ff. de publican. Roland. cons. 61. numer. 16. & 17. vol. 4. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. numer. 26. Donat. Anton. d. resol. 169. numero 5. Fontanell. decis. 302. numero 17. Rouit. decis. 6, numero 3.*

Non ab re dixi supra, quod Clerici pro rebus propriis, & vsibus suis destinatis gaudent immuni-
56 tate gabellæ, quia si † negociarentur non possent effugere illius solutionem *Sperell. decis. 35. numer. 45. & decis. 94. numer. 7. cum aliis relatis a Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 5. numer 63. & sequentib.* vbi habetur plenè mate-
57 ria; sed si † Publicanus prætendit gabellam, vel res incidisse in commissum debebit iudicium facere coram Iudice Ecclesiastico *Barbos. d. §. 5. numero 69.* qui refert, ac reicit contraria, & facit *Sperell. decis. 12. num. 65.*
58 Vniuersitas †, siue quęlibet alia persona vendens, vel locans gabellam an teneatur post locationem illam soluere variè senserunt DD. vt apud *Gutierez de gabell. quæst 85. à numer. 5. vsque in fin.* qui erit adeundus pro resolutione quęstionis, & quoad Communitates, ac alios inferiores melius sensit quam *Capyc. Latr. consultat. 157 numero 53. & 54.* cuius doctrina potest tamen teneri stante pacto, quod aderat in suo casu, & non aliàs.
59 Emens † pro vsu suo, licet postea mutato proposito reuendat, non incidit in pœnam, quia attenditur prima destinatio *Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 2. num. 27. Gutierez de gabell. quæst. 93. num. 18. Sperell. decis. 94. num. 15.* & hęc conclusio recipitur pro indubitata; sed difficultas est, quomodo dicatur constare de primo proposito,
60 quia † si de illo non constaret, pręsumeretur adfuisse à principio animus reuendendi *post Rip. de remed. ad conseruand. vbert. numer. 129. & 110. Baiard. ad clar. quæst. 82 num 88 Farin fragm. crimin. par. 1 § bannimenta num. 58.* propterea
61 Iudex † debebit inspicere qualitatem personarum, & negocii, & si iudicauerit personas esse fide dignas, vel quod negocium possit habere præsumptionem pro vsu proprio, poterit hoc propositum in animo consistens facere probari iuramento ementis *Gutierez de gabell. dict. quæst. 93. numero 18.* nec discordat *Sperell. d. decis. 94. numero 15.*

Sed iam receptui canamus, quia non debet hic confici tractatus de gabellis, sed solum id scribi, quod attinet ad materiam confiscationis.
62 Tantum addam pro † solutione gabellæ esse hypothecatam rem ipsam venditam, vt contra *Surd. & Gutierez* probat *Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 6. numero 7. & sequentib* ac eidem
63 † oneri hypothecæ esse obnoxia etiam omnia alia bona illius, qui ad eius solutionem teneetur *Gutierez de gabell. quæst. 169. num. 1. 2. & seqq. Merlin. d. quæst. 6. num. 16. & 17.*

De Mulctis, & Pęnis.

SVMMARIVM.

MVlcta differt à pœna, quia mulcta arbitrio Iudicis, pœna à lege imponitur. num. 1.
Ne Tribunalia contemnantur fuit permissum Iudicibus imponere mulctas. num. 2.
Iudex Ecclesiasticus potest mulctare. num. 3.
Modus mulctæ assignatur. num. 4.
Iudices illum excedentes damnantur in duplum ad fauorem Rei, & quantitatis mulctæ ad fauorem fisci. num. 5.
Modus mulctæ assignatus à lege procedit, dum in præcepto non est certa pœna taxata, secus vero si fuit taxata. num 6.
L. eos C. de mod. mulct. non est in vsu. numero 7.
Sed relinquitur arbitrio Iudicis modus mulctæ. numero 8.
Iudex quid debeat seruare in decernendis mulctis vide remissiuè. num. 9.
Mulcta potest totum patrimonium exhaurire. numero 10.
Declara procedere de solo mandato Principis. numero 11.
Mulcta non debet esse immoderata, sed imponenda secundum qualitatem delicti. num. 12.
Reus impotens ad soluendam mulctam admittitur ad cessionem bonorum. num. 13.

Secus

QVÆSTIO XXII.

1 MVlctę differentiam à pœna assignat *Mastrill. de indult. cap. 18. num. 1.* quod † mulcta imponatur arbitrio Iudicis pœna autem a Iure, & huius differentię meminit denuo remissiue *idem Mastrill. de Magistrat. lib. 3.* 2 *cap. 10. num 357.* ne enim ius † dicentium Tribunalia contemnantur, & eorum authoritas vilipendatur a subditis, conceditur Iudicibus pœnali coerctione iurisdictionem tueri *l. vnic. vbi gloss. & Scribb. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Caball.* 3 *resol. 85. n. 1. 2. & 3.* vbi quod idem † potest Iudex Ecclesiasticus, & mulctas exigere per censuras.

4 Mulctę modum † assignauerunt Imperatores Arcadius, & Honorius *in l. eos C. de mod. mulct.* 5 vbi Iudices † excedentes damnant in duplum damnato restituendum, & quantitatem mulctæ dandam fisco; sed *Roland. cons. 47. num. 15. vol. 1.* dicit dispositionem eiusdem textus procedere, 6 † quando in precepto non est per Iudicem taxata pœna, non autem si fuerit iniuncta certa, & determinata pęna, & in hanc sententiam concurrunt *Farinac. quæst. 18. numer. 31. & Mastrill. de indult. d. capit. 18. numero 6.* quinimo ipsam 7 † legem hodie de facto per Iudices non seruari tradunt *Farinac. d. quæst. 18. numer. 31. Guazzin. de confiscat. conclus. 13. ampliat. 20. numer. 2. Capyc. Latr. consultat. 1. numer. 41.* 8 cum eorum † arbitrio relinquatur easdem mulctas taxare *Menoch. de arbitrar. cas. 280. Farinac. Guazzin. locis allegat. Capyc. Latr. d. con-* 9 *sultat. 1. num. 42. & sequentib.* qui tamen † omnes admonent Iudicem, vt perpensa negocii, & personarum qualitate illam instigat, adeo vt non possit Reus totius causę amissione mulctari: quomodo autem debeat regulari hoc arbitrium, poterit consuli *Farin. d. quæst. 18 num. 32. & seqq.*

Et licet *Giurb. obseruat. decis. 90. num. 1.* vo- 10 luerit † mulctas prędictas posse etiam totum patrimonium exhaurire, attamen se restringit, 11 quando † Iudex inferior id facit de Principis mandato adducens *Farin. quæst. 25. numer. 19.* & 12 quod † mulcta non debeat esse immoderata, sed imponenda secundum qualitatem delicti voluit *Caball. d. resol. 85. num. 7. & 8.* in hac mul- 13 cta † quæ fisco applicatur non habet locum illa regula, qui non habet in ære, luat in corpore, quia stante paupertate Reus admittitur ad cessionem bonorum *Caball. resol. 77. numer. 8. & 9.* 14 quę tamen cessio † non practicatur in pœna, 15 vt dicetur *in quæst. 40* & Iudex † poterit ex iusta causa mulctam minuere, vel etiam illam in totum remittere *Vasq. controuers. 24. numer. 15. lib. 1. Caball. d. resol. 77. numer. 8. & infra Mastrill. de indulto cap. 18. numer. 13.* 16 hęcq; mulcta † & si fisco Principis inferatur, valebit tamen per Iudicem ad opera publica, vel ad alios similes vsus diuerti *l. mulctarum C. de mod. mulctar. Mastrill. d. cap. 18. numer. 8. & 9.* vbi *ex Bald.* dicit etiam posse exigi pro fabrica Palatii, *& de Magistrat. lib. 3. cap. 10. numer. 355. & seq.* quamuis verò *idem Mastrill.* tam *d. cap. 18. num 9.* quam *d. cap. 10. nu. 356.* 17 videatur † restringere hanc applicationem in mulctis causarum ciuilium, nihilominus ipse loquitur de obseruantia Siciliæ, quæ non est vltra suum locum extendenda *& d. leg. mulctarum* generaliter loquens, generaliter etiam est intel- 18 ligenda. In Statu † tamen Ecclesiastico neutra ex proximè relatis conclusionibus obseruatur, nam ex *constit. 93. Sixti V. nou. bullar. tom. 2. confirmata per Clementem VIII. & Paulum V.* Iudices non possunt remittere pœnas, & mulctas vltra summam sex florenorum auri de Camera, nec possunt alteri applicare, quam Ca- 19 meræ Apostolicę: Iudices vero † Ecclesiastici easdem mulctas debent locis piis tribuere *Mastrill. d. cap. 18. numer. 10. & 11.* quando 20 autem † possit dari excusatio aduersus mulctæ solutionem docet *Capyc. Latr. cum allegatis d. consultat. 1. numero 54. & infra vsque in fin.*

21 Pęnę pecuniarię † solent a Iudicibus imponi in criminibus extraordinariis, vel vbi ex aliqua iusta causa receditur à pœna ordinaria *Farinac.* 22 *quæst. 19. num. 51.* vbi dicit † hasce pęnas posse imponi etiam a Iudicibus Ecclesiasticis cū restrictionibus tamen positis *a Felin.* & reassumptis *à Foller. in locis ibi allegat. Mastrill. de indul. c. 19 n.* 23 *1. & 2.* est tamē aduertēdū † quod de stilo S. Cōsultę pœnę pecuniarię impositę pro delicto aduersus cōtumaces nō exiguntur, & hūc stilum debere seruari nec aliquid cōtra illū innouari statuit eadem

S. Con-

S. Consulta scribendo Cardinali Leg to Aemiliç 8. Martij 1623. teste *Castell. in memorial. fol. 69.*

24 & 70. pro validitate † similis obseruantię in Ciuitate Perusię consuluerunt quatuor tunc temporis viuentes celeberrimi Aduocati, quorum responsa fuerunt registrata *à Gilian. ad Statut. Perus. §. pœna num. 3. & seqq.*

25 Quando autem † pœnę sunt communes inter fiscum, & priuatum, tunc ipse fiscus integre exigit, & priuatus, cui debetur pars illarum, debet de manu fisci recipere *Constant. in l. 1. nu. 75. 76. 77. & 78 C. de vendition. rer. fiscal. lib. 10.* vbi reiicitur

26 † distinctio *Beroi* inter pœnam legalem, & conuentionalem *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 31. num. 101. & 102. tom. 1. & cap. 89. litt. A tom. 2. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 11. num. 43.* vbi

27 tamen † dicit, quod si fuerit soluta priuato pars pœnę ad illum spectans, liberationem assequatur soluens; estq; etiam in proposito aduertendū, quod

28 si † plures fuerint condemnati ad aliquam pœnam pecuniariam, omnes tenebuntur in solidum pro illa soluenda *Caball. resol 98. n. 1. & infra*, & ea.

29 dem † obligatione solidi astringuntur ad fauorem partis pro interesse, vel restitutione rei furatę *Caball. d. resol. 98. num 4. & seqq. iuncto num. 10. in fin. Farinac quaest. 167. num. 94. & 149.*

30 Et quia sub nomine † pœnę cōprehenditur non solū prouenicns ex delicto, sed etiam ex contractu *ad tradit per Mastrill. d. c. 19 n. 3.* idcirco quam breuissime aliqua referam de pœnis conuentiona-

31 libus, quæ debentur † statim incursa mora per lapsum diei adiecti stipulationi *L. magnam C. de contrahend. & committen. stipulat. cap dilecti de ar-*

32 *bitris Thesaur. decis. 212. per tot.* siue sint † adiectę facto affirmatiuo, vel negatiuo *Gratian. discep-*

33 *tat. 731. num. 14.* an autem † hæc mora purgari possit tradunt pleno calamo *Giurb. cons. 33. per tot. Rot. post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 42. & par. 3. recent. decis. 149.*

34 Sed pœna hęc † siue sit apposita facto, siue dationi quantitatis non potest exigi, nisi iuxta interesse pactum *Caball. resol. 226. Giurb. d. cons. 33. nu. 13. & seqq. & cons. 34. num. 34. Constant. in l. 1. numer. 75. C. de pœn. fiscal lib. 10.* & quatenus

35 interest etiam de iure canonico, ac in foro conscientię potest exigi *Gratian. disceptat. 706. nu. 50. & 51. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 11. nu. 163.*

36 dicens, quod licet † apud suprema Tribunalia non exigatur, tamen stante interesse semper detur

37 exactio. Distinctionem † inter pœnam appositam facto, vel dationi quantitatis vide *apud Sperell. decis. 131. per tot. & signanter num. 32. cum*

38 *seqq. & ibidem num. 43. ac infra* tradit † quid sit resoluendum stante iuramento apposito in contractu.

39 Ad incurrendam † moram, an requiratur interpellatio, docent *Mynsinger. obseruat. 95. centur 3. Gratian. discept. 223 n. 44. disceptat. 307. n. 17. & seqq. disceptat. 523. num. 26. & 27. disceptat. 721. num. 26. & infra Ciarlin. controuers. 126. num. 2. cum seqq. Ciriac. controuers. 129. num. 25. & controuers. 153. n. 58. Allograd. cons. 85. per tot. lib. 1. & consil. 101. n. 6 & seqq lib. 2.* assignans differen-

40 tiam † inter factum affirmatiuū & negatiuum *Rom. in Bononien. legati 8. Iunij 1643. coram b. m. Bichio, quæ decisio fuit extensa his verbis.*

Raimundus de Sanctis in testamento, cum quo decessit, iniunx t Stephano Augustino, & Ioseph de Nigris heredibus institutis onus soluendi singulis annis libras 240. Hospitali Beatę Marię de Vita pro eleemosyna vnius Missæ quotidiè celebrandę in perpetuum ad Altare Sanctissimi Crucifixi priuilegiatum in Ecclesia eiusdem Hospitalis, & quatenus dicti heredes differrent, seu deficerent in executione præmissorum voluit, quod cadant ex nunc, prout ex tunc a commodo vnius prędii positi in Cappella S. Nicolai de Villula, quod prędium ex nunc pro tali casu caducitatis libere, & pleno iure reliquit titulo institutionis, & alias omni meliori modo, quo potuit ipsi Hospitali cum dicto onere Missarum.

Cuius relicti vigore pętendens Hospitale ob non factam ab heredibus Testatoris toto anno 1639. solutionem d. d. librarum 240 prędium prędictum ad se spectare, egit Bononię coram Vicario Eminentiss. Archiepiscopi, & obtinuit associationem, quam in gradu appellationis reuocauit A. C. & deuoluta causa ad Rotam in tertia instantia, mihiq; commissa proposui hodie dubium, an legatum prędii debeatur Hospitali, & non deberi fuit resolutum.

Censuerunt enim Domini, nos versari in terminis legati pœnalis sequendo theoricam *Aretini in l. tetia 34 subn 3. col. 3. circa med. vers. sed ista*

41 *sua ratio ff. de verb. obligat.* qui distinguendo † legatum conditionale a pęnali ait, quod si pręcedit institutio pura, & nulla intermedio pręcepto de aliquid faciendo, vel dando, sequitur simplex ademptio sub conditione negatiua, si hęres aliquid non fecerit, aut dederit legatum dicitur conditionale, quia in vltimis voluntatibus conditio resolutiua dispositionis facit relictum videri factum sub contraria conditione *leg. si legatum pure ff. de adim. legat. leg. quibus diebus §. quidam Titio, & ibi Bartol. num. . . . . leg. aliquando in fin. ff de condict. & demonstr.* Si vero institutio est pura, & postea iniungitur aliquod onus heredi, & si illud non impleat, priuatur relicto, tunc ademptio dicitur in pœnam controuentionis, & legatum est pęnale, vt est casus *in leg. vxorem §. heres ff de legat. 3* & hanc distinctionem sequitur *Ruin. consil. 48. numero 4. libr. 2 Cephal. consil. 52. numero 13. & duobus sequentib. Pasett. consil. 89 nu-*

42 *mer. 1. & 8,* vbi ponderat, quod † ad faciendam pęnam oportet, pręcedat pręceptum testatoris de aliquod faciendo, vel non faciendo *& cons. 90. n. 1.* vbi quod istam distinctionem sentit *text. in l. 1. in fin. C. de his quæ pæn. nom.* & est de mente communi D. D. & *cons. 91. n. 1.* vbi generaliter firmat, quod † pœna est, quando pręcedit pręceptum

43

44 *Menoch. cons. 78. num. 3. & 10.* vbi quod vt † in vim

pęnæ valeat dispositio preceptum aliquod præcessisse debuit *Surd consil.268.num.64.* vbi quod di-
45 citur † pęna, quando ponitur post preceptum, seù onus à testatore iniunctum *Gabriel cons.105. sub num.6. versic. apparet igitur*, vbi dicit ratio-
46 nem, quia testator † adimendo legatum post preceptum iniunctum apparet, quod ademit principaliter in odium heredis, qui preceptum spreuit, non in fauorem legatarij *lib. 1. Giouagn cons.93. num.23. lib.1.*

In casu autem nostro præcedit onus, seù præceptum soluendi annuum legatum Hospitali, & equ itur ademptio in casum oncris non adimpleti, vt vlterius, quod ademptio fit in pœnam, & odium heredis non adimplentis, non autem fauore Hospitalis colligitur, tum ex modo relinquendi, nam testator post onus soluendi priuationem prędij subdit mediante aduersatiua ibi, *&*
47 *quatenus d. d. hæredes &c.* quo modo † in testamentis adscribuntur pęnę, quæ consistunt in aduersatiua, aut tacita, aut expressa *Bald. in l. 1. nu. 33. C. de his quæ pæn. nomin. Gabr. cons. 105. nu. 7. lib. 1. Gratian. discept. 915. numer. 14. & 15. Surd. decis. 7 num 7.*

Tum ex coniecturis, quia supra testator, vbi voluit loco solutionis annuæ librarum 240. ab hæredibus faciendæ rem aliam subrogare in casu, quo heres non esset in culpa soluendi, subrogauit rem eiusdem redditus, ibi, *& si quando d. d. hæredes &c.* in casum verò culpę heredis reliquit Ho-
48 spitali prędium redditus longè maioris, † quod est argumentum odij, & pęne in vindictam contrauentionis *Socin. in l. 2. in princ. ff. de his quæ pæn. nom. Surd. d. decis. 7. numer. 8.* & sufficit † ad
49 hunc effectum coniecturata voluntas *Imol. in l. 1. num 6.* vbi de veriori *& in l. 3 versic. aduerte tamèn ff de condit. & demonstr. Cuman. cons. 51. nu. 3. versic. præcipue cum testator Molin. de primagen. lib. 2. cap. 12. num. 33. Surd. decis 232. num. 16.*
50 Tum tertio ex verbis ibi, † *cadant &c.* & infra, *quod prædium &c. ex nunc pro tali casu caducitatis &c. reliquit &c. dicto Hospitali &c.* quod in terminis ponderat *Giouagnon. cons. 93. num. 23. in fine*, & in fortioribus *Rot. in Bononien. legati de Pannolinis 4. Februarij 1602. coram b. m. Sacrat. impress. apud Giouagnon. ibid. sub num. 32.* & idem
51 est † legasse Hospitali in casum caducitatis, vel in casum pœnę incursę ab herede, quia caducitas est pena *l Senatus ff de contrahen. empt. Alb. cons. 118. num. 1. cons. 152. num. 3. cons. 548. num. 5.*
52 Vnde nec dici potest, quod legatum † prędii fuerit principaliter relictum fauore Hospitalis, ideoque penale non sit, vt in casu decisionis 693.
53 *num. 4. par. 1. recent.* quia ex prędictis † apparet, fuisse principaliter relictum in pęnam heredis, & vocatio piæ causæ non excludit rationem pęnę, qu ia stant simul, quod legatum sit penale, & pęna applicetur pię causę, quam si testator primario respexisset in prędio, de quo agitur, non illi prętulisset in eodem prędio hæredem scriptum, aut saltem illam simpliciter substituisset hæredi, vt in puncto ratiocinatur *Dec. cons. 273. num. 2. versic. 2. considerandum & sub num. 3. col. 3. circa fin.* ex modo
54 enim † legandi colligitur intentio, & causa propter quam fit legatum *l sed si susceperit §. 1. & ibi Bart. num 1 ff de iudic. Castrens. cons. 309 sub nu. 2. lib. 1. Cæsar. Manent. cons. 147. num. 1.*

55 Minus refert, † quod in legato prędii apposita sit clausula *omni meliori modo* ex traditis *à Ruin. cons 15 0. nu 9. lib. 3 Cephal. cons. 242. num 28. Riminald. Iun. cons. 116. sub num. 53.* quia hi D.D. & quotquot in idem allegari possent loquuntur in
56 casu longè diuerso, nempè quando legatum † nó substineretur nomine pęnę, neque aliunde apparet, quod testator voluerit hoc nomine tantum relinquere, secùs verò in casu contrario, vt in specie *Pasetth. cons. 89. num. 4. Surd. d. decis. 7. num.*
57 *25.* ea ratione, † quia voluntas testatoris clara non alteratur per clausulam *omni meliori modo*, quæ operatur quidem, quod actus valeat omni meliori modo, quo pęnę nomine substineri potest, sed non inducit modum contrarium contra mentem expressam disponentis *Rip. in l. 1. § si quis ita num. 30 ff de verb oblig. Cephal. cons 23. num. 123. Simon de Prat. cons. 203. num. 39.* & conditionem à pęna separat voluntas testatoris *l. 2 ff de his quæ pæn. nom. Pasetth. cons. 91. num. 2. Gabr. cons. 105. num. 8. lib. 1. Surd. d. decis 7. num. 12.*

Posito autem, quod legatum prędii sit penale, sequitur quod non fuit purificatum ad fauorem Hospitalis, quia heredes non fuerunt constituti in
58 mora † soluendi annuas libras 240. sine qua pęna non committeretur *Aretin. in l. ita stipulatus num. 9. ff. de verb. oblig. Bartol. cons 136. numer. 1. lib. 1. Afflict. decis 295. num. 6. & seqq.* & conditio illa
59 † quatenus hęredes deficerent in soluendo intelligitur, idest si fuerint in mora soluendi *Dec. cons. 173 sub nu. 3. vers & illa conditio. Ruin. cons. 184. num. 8. versic. quia illa verba lib. 2.*
60 Neque enim † ad constituendos hæredes in mora satis erat dies tacita, quę inest legato annuo *l. nec semel ff quand dies legat. ced Aldobr. cons 4. num. 30. lib. 1 Peregrin cons 34. sub num. 5. lib. 2.*
61 siue dies † legalis, nempè lapsus temporis, infra quod heres poterat soluere, vt per *Paris cons 19. num. 197. & 198. lib. 2. Bologneт. cons. 12. num. 15. & 16. Simon de Prat. cons 51. num. 106.* siuè fa-
62 uor piæ causę, † qui sufficit, vt re ipsa contrahatur mora irregularis, absque aliqua interpellatione *l. titia seia § vsuras ff. de leg. 2. Bald. in auth. hoc amplius num. 16. versic. nisi in his C. de fideicomm. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 10. numer. 34 in fin. Riminald. Iun* in puncto legati pro celebratione missarum *consil. 529 sub num. 23. Giurb. decis 97. num. 19.*

Quia hæc benè procedunt ad effectum, vt debi-
63 tor propter † moram teneatur ad vsuras ad interesse, seù de interitu rei iuxtà notata *in l. quod te*
64 *ff. si cert. pet.* ad committendam † vero penam non sufficit dies tacita, nec mora irregularis, sed requiritur mora regularis contracta per interpellationem creditoris, vt probatur *ex l. si pœnam* ibi,

ibi, *cum interpellatus fundum nõ dederis ff. quand. dies legat. ced. l. si ex legati causa* 23. ibi *si aut interpellatus non dedisti ff. de verb. oblig. auth. hoc amplius* ibi *monitus à Iudice C. de fideicom;* vt benè declarat *Bald. in d. auth. hoc amplius sub n.* 16. *infra med. vers. prædicta vero. Aym. conf.* 64. *sub num.* 1. *vers. tamen. conf.* 192. *sub num.* 17. *versic. ego soluo*, vbi quod cum hac distinctione concordantur contrarii *Ruin. conf.* 184 *sub num.* 5. *vers. ita demum lib.* 2. *Aretin. conf.* 149. *sub nu.* 1. *vers. his tamen non obstantibus, & pluribus seqq. & præsertim sub nu.* 3 *vers. secundo dicimus*, vbi

65 assignando rationem diuersitatis † cur non requiratur interpellatio in legato conditionali, requiratur autem in modali, vt priuationi sit locus, ait, quod in conditionali, cum id quod est in obligatione non sit in dispositione, non cadit interpellatio in eo, quod non debetur, sed in modali præcedit obligatio post legatum acceptum, ideoq; cadit etiam interpellatio, & maius versatur præiudicium in amittendo iure iam quæsito, quam in amissione quærendi *Alb. conf.* 48 *num.* 18. *&* 20. *Cephal. conf.* 497. *num.* 8. *Menoch. conf.* 131. *nu.* 6. *Gratian. discept.* 523. *num.* 26 *&* 27. *Simon de Prat. de interpr. vltim. vol. lib.* 4 *fol.* 452. *num.* 31. *&* 32. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 18. *art.* 3. *numer.* 47 *&* 48. *Moises ad consuet. Neapol. par.* 4. *quæst.* 1. *num.* 11. *Thesaur. decis.* 226. *num.* 25. *Ozasch. decis.* 48. *num.* 1. *Capyc. Latr.*

66 *decis.* 59. *num.* 23. vbi quod dies † non interpellat pro homine in pœnalibus, & in puncto legati pœnalis ad fauorem piæ causæ *Gozzad. conf.* 34. *nu.* 3. *& seqq. ex text. in cap. nos quidem de testament.* quem sequitur *Alb. d. conf.* 48. *numer.* 21. *Felin. conf.* 34 *num.* 10. *versic. secunda ratio numer.* 11. *& sub numer.* 25. *versic. & decidit Menoch. conf.* 533. *sub num.* 3. *versic. & accedit, & in tract. de adipisc. remed.* 2 *num.* 75. *&* 76 *Honded. conf.* 68. *sub numer.* 25. *lib.* 2. *Genuen. pract. Eccles. quæst.* 329. *num.* 3.

Eoq; magis requirebatur interpellatio in casu
67 nostro, tum quia agitur de legato annuo, † in quo cum dies censeatur apposita causa multiplicandæ obligationis *l. cum in annos l. nec semel ff. quand. dies legat. ced. Peregrin. conf.* 34. *sub n.* 5. *lib.* 2. operatur quidem, vt multiplicetur obligatio legatorum, ita vt tot sint legata, quot anni, sed
68 non constituit in mora heredes, † nisi vltra sit apposita alia dies causa differendæ solutionis *Bartol. in l.* 1. *§ quod si in annos num.* 2. *ff. de pan. legat.* vbi distinguit, an dies sit apposita causa differendæ solutionis, vt in legato semel præstando, an vero causa multiplicandæ obligationis, vt in annuis
69 legatis, quia hoc secundo † casu non est æquum, quod eadem dies pariat obligationem, & moram *l. quod dicimus ff. de solut.* eamdemq; distinctionem sequitur *Castr. conf.* 47. *numer.* 2. vbi, quod sufficit, quod lapsus temporis operetur vnum effectum, quia scilicet multiplicat legatum, nec debet producere alium effectum moræ videlicet hæ-
70 redis, idcoque † ad eam producendam requiritur interpellatio sicuti, si tempus nullum fuisset appositum *lib.* 2. *Felin. conf.* 34. *num.* 12. *& num.* 23. *& duobus seqq. Alex. in l. quoties* 59. *numer.* 3. *ff. de verb. oblig. Iason. in l. si ex legati causa* 23. *nu.* 14. *versic.* 4 *notabiliter limita ff. eod. Trentacinq. var. resol. vol.* 1. *lib.* 3. *tit. de solut. resol.* 32. *num.* 13. *&* 14.

Tum etiam quia, cum heredes ab initio soluerint pagam tunc maturatam, deinde vero de anno 1637. emanauerit laudum inter ipsos, & Moniales Sanctissimi Corporis Christi Ciuitatis Bononiæ, in quo heredes iussi fuerunt dimittere, prout dimiserunt aliqua bona hæreditaria monialibus, & his impositum fuit onus annui legati soluendi Hospitali aduersario, apparet, quod hæredes procul sunt ab omni negligentia; quodq; habuerunt iustam causam credendi fuisse de certo solutum à
71 Monialibus, † quæ causa excusat à mora *l. quod te in fin. ff. si cert. pet. Ger. Spin. conf.* 5. *nu.* 29. *Mart.* in termino legati pii *de success. legal. par.* 4. *quæst.* 18. *artic.* 4. *num.* 34. *& seqq. Cirtac. controuers.* 374. *num.* 22. *&* 23. *Surd. decis.* 240. *sub*
72 *num.* 9. *versic. & si causa Felin.* in terminis † hæredis, qui aliquando soluit annuum legatum pium, & deinde ex probabili causa cessauit *d. conf.* 34. *n.* 12. *Buratt. decis.* 624. *num.* 7. maxime vero, quia certiorati per iudicium ex aduerso motum de anno 1639. quod moniales non soluerant, statim ob-
73 tulerunt † realiter omnes terminos decursos, quod sufficit, vt pœnam euitent in puncto *Castren. d. conf.* 47. *sub num.* 2 *vers. & sufficit lib.* 2. *Felin. d. conf.* 34. *numer.* 25. *versic. vnde concludit.*

Ex quibus non applicantur, quæ ex aduerso ad-
74 ducuntur, de legato † conditionali, vel alternatiuo, & succedaneo, seu depurgatione moræ, cui in huiusmodi legatis locus non est, quia executio iam est facta a lege, cum dominium rei legatæ, statim ac heres non soluit, transierit ipso iure ad legatarium, vt tradit *Bart. in l. si insulam* 84. *num.* 19. *ff. de verb. oblig.* quia legatum de quo agitur non est conditionale, aut succedaneum, sed pœnale, nec adducitur purgatio moræ, sed negatur, quod mora aliquando fuerit contracta; idemq; respondetur ad motiuum præiudicii illati Animæ testatoris ob missas non celebratas, cuius præiudicii
75 † contemplatione, quia est irreparabile, denegari purgationem moræ tradit *Genuen. practicab. Eccles. quæst.* 344 *sub num.* 7.

Et ita &c. Hactenus Decisio.

76 Pœnam appositam † in contractu compromissi deberi, & exigi in casu, quo quis arbitris parere noluit *ex cap. dilecti de arbitr.* testatur *Gratian. disceptat.* 721. *numer.* 25. *& seqq.* quem pluribus relatis sequitur *Caren. resol.* 92. *per tot. & signan.*
77 *ter numer.* 10. 11. *& infra*; sed de † consuetudine non exigi *ex Tap. decis. S. Concil.* 32. refert *Mon-*
78 *tan. controuers.* 57. *num.* 5. & ego † dum per plures annos practicaui Tribunalia, nunquam vidi illam exactam.

Non semel in foro vidi controuersum, an debitor

tor motosus, & cessans in solutione primi termini possit cogi ad soluendos reliquos adhuc non de-79 cursos, & ratione moræ contractæ † posse compelli ad illorum solutionem tenuerunt *Ruginell. quæst. pract. cap. 10. num. 27. Barz. decis. Bonon. 16. per tot. Fontanell de pact. nuptial. clauf. 4. glos. 18. par. 3 num. 85. & alij allegati per Giurb. ob-80 seruat. decis. 96 num. 1.* contrarium † tamen *ex Polidor. Rip. obseruat. 59.* sentit *Giurb. d. obser-uat. 96. num. 2. & seqq.* vbi pluribus rationibus 81 suam comprobat opinionem, quam sicuti † magis æquam, & veriorem existimo, ità semper sequendam esse censerem maxime, quia semper in practica vidi obseruari, apponi pactum, debitorem deficientem in solutione primi termini teneri ad integram aliorum omnium solutionem, quod 82 esse † validum firmauit *Ruginell. d. cap. 10. sub num. 27. versic. fortius id habebit locum Rot. decis. 575. numer. 11. & 12. par. 4. tom. 3. recent.* idemq; sentit *Rouit. pragm. 1. de vsur. numer. 15.* qui licet dicat contrarium decidi a *Sesse decis. Aragon. 110. per tot.* tamen parum benè applicat illam decisionem, quæ loquitur, dum in pœnam adiectam contractui mutui debet aliquid solui, quod pactum minime valet, cum sit vsurarium.

83 Vtramq; tamen ex dictis opinionibus † posse conciliari existimarem, quod nempe si ex parte debitoris nulla causa extat, ob quam distulerit solutionem, tunc sit omnino compellendus ad soluendos omnes terminos, & si non decursos, si verò causam aliquam habet, quamuis coloratam, non debeat cogi ad solutionem non decursorum; & hanc conciliationem non diuinaui, sed collegi ex eo, quod opinio *Barz. & sequacium* fundatur *in l. si quis maior C. de transact.* quæ non habet locum cessante dolo, vel existente causa colorata pro doli exclusione *Rot. coram Seraphin. decis. 617. per tot. decis. 1059. numer. 3. 4. & sequentib. & decis. 1136. numer. 1. & sequentib. par. 4. tom. 3. recent. d. decis. 575. numer. 9. & coram Gregor. XV. decis. 68. num. 9.*

De Thesauro.

SVMMARIVM.

THesauri inuentio est de regalibus. num. 1.

Thesaurus de consuetudine spectat ad Principem. num. 2.

De iure Hispaniæ applicatur pro quinta parte inuentori. num. 3.

In Regno vtriusque Sicil æ in illius inuentione seruatur ius commune. num. 4.

Quid seruetur de iure communi vide remissiuè. numero 5.

Venæ metallorum quomodo applicentur vide remissiuè. num. 6.

Pecunia abscondita in domo an dicatur thesaurus, & cui applicetur remissiuè num. 7.

Thesaurus sola inuentione non acquiritur, sed debet apprehendi. num. 8.

Inuentus in aliquo fundo pignorato cadit sub hypotheca num. 9.

Repertus in fundo dotali spectat ad maritum pro medietate constante matrimonio. num. 10.

Quæ soluto matrimonio redditur vxori. num. 11.

Vsufructuarius inueniens thesaurum statim restituit medietatem, num. 12.

QVÆSTIO XXIII.

1 THesauri † inuentionem esse de regalibus profitentur DD. relati à *Cabed. decis. Lusitan. 56. per tot. par. 2.* & ideò 2 illum † spectare ad Principem de consuetudine totius Orbis voluerunt *Farin. quæst. 104. num. 32. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. numer. 316. Larrea decis.* 3 *Granat. 44. num. 37.* testans ex dispositione † iuris Hispaniæ dari quintam partem inuentori; licet 4 in Regno † vtriusque Siciliæ ex speciali concessione regia seruetur dispositio iuris communis *Mastrill. d. cap. 10. num. 318. versic. hodie tamen*; quid 5 autem † de iure communi seruetur, tradunt plenè *cum allegat. Guazzin. de confiscat. conclus 13. ampliat. 7. Farin. d. quæst. 104. à num. 1. vsque ad num. 32. Gutierez de tutel. part. 3. cap. 26. per tot. Mastrill. d. cap. 10. num. 316. & plurib. seqq. Larrea d. decis 44. num. 36. Giurb. obseruat. decis 20. num. 9.* 6 *& 13.* de applicatione † venarum metallorum tradit idem *Farinac. dict. quæst. 104. num. 33. & infra.*

7 An pecunia † abscondita in domo, & inuenta dicatur thesaurus, & ad quem spectet vltra *Farin. d. quæst. 104. num. 19. & seqq.* poterit videri *Sanfelic. decis. 38. num. 2. & infra decis 394. num. 9. &* 8 *10. & decis. 395. num. 3. & seqq.* sola † inuentione non acquiri thesaurum, sed esse opus apprehensione, est magis communis opinio DD. *Farin. dict. quæst. 104. num. 26. & Ceuall. comm. contr. comm. quæst. 514. versic. sed contrariam sententiam* ad quem se remittit *Mastrill. d. cap. 10. num. 328.*

9 Thesaurus inuentus † in aliquo fundo tanquã augmentum accedens rei, & pars fundi pignorati cadit sub hypotheca *Merlin. de pignor. lib. 2. quæst.* 10 *43. num. 13.* & repertus † à marito in fundo dotali constante matrimonio spectat ad ipsum maritum pro medietate *l. diuortio §. si fundum ff sol.* 11 *matrim.* quam post † matrimonium solutum debere restitui vxori, scripsit *Barbos. in d. §. si fundum sub num. 23. & num. 24. vbi respondet contrarijs, Statil de Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 53. & seqq, Gutierez. de tutel par. 3. d. cap. 26. numer. 15;* 12 *& infra*, vsufructuarius † verò adinueniens statim restituet medietatem Domino proprietatis *Castill de vsufr. cap. 37. num. 20. & 21. Statil. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 840. Gutierez de tutel. d. cap. 26. num. 12. & seqq.*

De

De indignis, & incapacibus.

SVMMARIVM.

INdignus simpliciter dicitur, qui ob aliquod demeritum non potest retinere, quod acquirit num.1.
Indignus incapax est ille, qui propter delictum non potest capere, quod acquirit. num.2.
Indigni simpliciter acquirunt dominium, & possessionem, sed non possunt retinere, quia fiscus ab illis aufert num.3.
Tam si successio defertur ab intestato, quam ex testamento num.4.
Contrarium tenentes reprobantur. num.5.
Moriens ab intestato dicitur disponere ad fauorem eorum, qui de iure succedere debent.num 6.
Fiscus excluditur à successione, si indignus habet anteriorem in gradu.num 7.
Et si habet aquales in eodem gradu, portio sola indigni applicatur fisco num.8.
Portio indigni semper cedit fisco, & nunquam transit ad coharedes, aliasque similes personas. numero 9
Exceptio indignitatis non potest opponi ab alio, quam à fisco. num.10.
Redditur ratio.num.11.
Nisi tamen esset lata sententia ad fauorem fisci, quia tunc opponere possent. num.12.
Traduntur alia limitationes. remissiuè num.13.
Regula quod indignitas possit excipi, ac opponi à solo fisco, procedit, siue indignus possideat, siue non. num.14
Et siue sit actor, siue reus, ibidem.
Exceptio tamen incapacitatis potest opponi ab omnibus num.15.
Fratricida excluditur per fiscum ab hereditate fratris occisi. num 16.
Sed in Statu Ecclesiastico, quia per bullas Pontificias redditur incapax, fiscus excluditur à sequentibus in gradu num.17.
Tam si hereditas defertur ab intestato, quam ex testamento. vt est verior opinio num. 18.
Indignus declaratus a testatore an patiatur priuationem hereditatis ad fauorem fisci vide remissiue. num. 19.
Mater, quæ suffocauit filium infantem in lecto casualiter, non debet illius successione priuari iuxta opinionem seruatam in S, Consulta. numer. 20
Filius mandans mortem patris, siue consilium, vel auxilium dans dicitur indignus. num. 21.
Quid vero sit dicendum, si filius sciuit mortem patris secuturam, nec reuelauit num. 22.
Et quid si filius esset minor ibid.
Plura de indignis remissiue.num 23.
Ius adeundi transit in fiscum succedentem indigno. numer. 24.
Et contraria declarantur remissiue. num.25.
Fiscus non potest mouere iudicium indignitatis, nisi præcesserit iudicium causa criminalis coram Iudice competenti, de veriori. num. 26. vbi reprobantur contrarij.
Fiscus, qui successit indigno tenetur soluere omnia debita hereditatis, sed non illa, quæ fuerunt per indignum contracta. numer. 27.
Et contrarium tenentes reprobantur. nu. 28.
Incapaces sunt illi, qui ipso iure exclusi nihil acquirunt, quod fiscus auferre possit num.29.
Parricida in terminis Statuti Spoleti est incapax numer. 30.
Concubina dicitur incapax num. 31.
Statutum contra alienantes bona in forenses non habet locum, nisi traditione secuta, & possessione apprehensa. num 32.
Incapax habetur pro mortuo. numer. 33. 100. & 101.
Qui sint incapaces remissiuè num 34.
Banniti nostri temporis an sint incapaces remissiuè num. 35.
Hodie nemo efficitur seruus pœna num.36.
Dãnati ad Triremes perpetuas possunt succedere n.37.
Contrarium vide num. 40.
Damnatus in metallum, deportatus, vel alias damnatus ad mortem ciuilem non est prohibitus testari num. 38.
Prout etiam potest testari, & non efficitur seruus pœna damnatus ad carceres perpetuos n. 39.
Damnati ad triremes non perpetuò, sed ad tempus possunt certè succedere num. 41.
Legatum ad fauorem incapacis per ius non decrescendi acquiritur coniuncto capaci num. 42.
Et procedit tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, num. 43.
Si incapaces instituantur in tempus futurum, dum capaces efficientur, deputatur curator, qui adueniente tempore debet restituere bona vna cum fructibus num. 44.
Incapacitas patris quando transeat ad filios remissiue. num 45.
Si incapax est solum in certa specie bonorum, & alia potest acquirere, pro rata bonorum, quæ acquirit, conuenitur a creditoribus. nu. 46.
Limita num. 47.
Fideicommissum alienatur pro dote. num.48.
Dos stante statuto exclusiuo fœminarum succedit loco legitima num. 49.
Legitima non subiacet fideicommisso nu. 50.
Testamentum caducatur per mortem heredis ante testatorem num. 51.
Et rumpitur posthumo ignoranter præterito numer. 52.
Testamento rupto debentur fideicommissa num. 53.
Clausula codicillaris facit sustineri testamentum ruptum, & caducatum in vim fideicommissi numer. 54.
Etiam posthumo ignoranter præterito num. 55.
Dum sit concepta per verba temporis imperfecti subiunctiui modi, quæ resoluuntur in tempus futurum num. 56.
Verba futuri temporis faciunt præsumi, quod quis cogitauerit de liberis num. 57.

Et præ-

QVÆ-

QVÆSTIO XXIV.

STricte deueniendo ad explicandum ea, quę in hac quęstione attinent ad fiscum, dicendum est simpliciter 1 indignos † distingui debere ab indignis incapacibus, nam simpliciter indigni dicuntur illi, qui sua qualitate, & habilitate inspecta possunt ex defunctorum causis acquirere, sed propter aliquod demeritum, vel offensam commissam in eum, de cuius bonis agitur, aut in legem non possunt quod acquirunt retinere, vnde ab eis immerentibus fiscus aufert *tot. tit. ff & C de his, quib uti indign. l. eius qui res §. vltimo ff de iur. fisc.* cum alijs adductis per *Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 48.* 2 *num. 9 & seqq.* incapaces † autem sunt, qui propter culpam, vitium, aut delictum, siue proprium, vel alienum non possunt capere quod ipsis relictum est *Bellon. d. quæst. 48. num. 5 & infra*, nec videtur abesse *Tomas. decad. 1, tract. 2. cap. 1. numer. 1.*

Differunt inter se multipliciter, sed ad rem no-3 stram in eo, quod indigni capaces † succedunt, & acquirunt dominium, nec non possessionem, at retinere non possunt, quia fiscus ab illis aufert, ideoq; ipsos acquirere, sed non cum effectu, & sic accipere, sed non capere dicit *Bellon d quæst. 48. num. 18. & infra* vbi subtiliter, & erudite ratiocinatur *Bottiller. de success. cap. 2. theorem* 4 *52. num. 8.* quæ regula † procedit tam in successionibus ab intestato, quam ex testamento *l. eius 9. ff. de iur. fisc. Peregrin. eod tract. lib. 2. tit. 3 numer. 1. 6. 7. & 8. vbi respondet contrarijs. Farin. quæst. 120. nume 23. Bellon. Iun. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 57. numer. 45. & 46.* cum concordantibus ibidem adductis, vnde non 5 erit † curandum *de Guazzin. in tract. de confisc. conclus. 13. ampliat. 6. num. 36.* volente, bona prouenientia ab intestato non deuolui ad fiscum, quia contra *Saliet. & Decian.* ab ipso adductos stat integra Schola D.D. & minime subsistit ratio, 6 qua ipsi mouentur; nam dum † lex dicit aliquem indignum, concurrit etiam voluntas decedentis ab intestato, qui sic moriens dicitur disponere de rebus suis in eos, qui de iure succedere debent, & tacitè ordinare illud idem, quod lex disponit *Bald. cons. 121, num. 2. lib. 4. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 7. tit. 7. num. 14. versic. nam qui non testatur.*

7 Si tamen indignus haberet † anteriorem in gradu, tunc illi vti proximiori, non fisco defertur successio *Caball resol. 10. num. 1. & 6. Farinac. quæst. 120. numer. 39. Cirtac. controuers. 217.* 8 *num. 5. & 6.* si autem alios † in eodem gradu haberet, sola portio homicidæ applicabitur fisco, & non illis, qui in pari gradu existunt *Caball. d resol. 10. numer. 2. & seqq. Farinac. d quæst. 120. num. 42. & infra Cabedo. decis. Lusitan. 81. num. 10. part. 2. Tomas. decad. 1. tract. 3. cap. 2. nu. 110. Paschal de patria potest. part. 4. cap. 8. nu. 14. Bellon. de iur. accresc. d. cap. 7. quæst. 57. n. 30. & 31.* apud quos nedum innumeri alii D.D. allegantur, sed dicitur etiam hanc esse opinionem magis communem, & melioribus rationibus munitam, & adiuuatur ab adductis per eundem *Bellon. d. cap. 7. quæst. 47. per tot.* volen-9 tem, † portionem indigni omnino cedere fisco, & non transire in cohæredes, legatarios, & similes per ius accrescendi.

10 Exceptionem hanc † indignitatis posse a solo fisco, non ab aliis opponi voluerunt *Surd. decis. 108. numer. 6. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 6. num. 10. Capyc. Galeott. controuers. 33. num. 22. & seqq. lib. 2. Capyc. Latr. consultat. 131. num.* 11 *30.* si enim fiscus † nollet acquirere, bona remanerent penès indignum *Vincent. de Franch. decis. 213 numer 18 & 24. Hodiern. ad Surd. de-*12 *cis. 280. num. 2. & 3.* nisi tamen esset † lata sententia ad fauorem fisci, quia tunc omnes opponere possent *Surd decis 280. n. 4. & seqq.* vel intra-14 rent † aliæ limitationes traditæ per *Tomas. decad. 1. tract. 3. cap. 1. numer. 51. 52. 53. & 55.* inter quas non approbo illam appositam *à Ciarlin con. trouers. forens 184 numer. 34. 35. 36. 37. & 38.* 13 nempè, quod si † indignus non possidet, omnes opponere possint, & quod contraria procedunt, dum indignus possidet, nam rationes ponderatæ per D. D. bene applicantur tam indigno possidente, quam non, & in puncto, quod etiam indigno agenti non possit hæc exceptio opponi a conuentio possidente pro hærede, vel pro possessore tenet *Bellon de iur accresc cap. 7. quæst. 48. num 65. per tot. & signanter in versic. nec is qui possidet.* poterit bene doctrina *Ciarlin.* procedere in termi-15 nis † incapacis, aduersus quem, vel ipso iure exclusum, singuli sequentes in gradu possunt dicere de incapacitate, vt firmat ipse met *Ciarlin. controuers 37. numer. 83. & d. controuers 184. numer. 90.*

16 De fratricida † quod excludatur per fiscum a fratris occisi hæreditate adest *decis Sanfelic. 70. per tot.* In qua plura ad hanc materiam pertinentia dilucidantur, & tractat *Farinac. consil. 128.* 17 *per tot.* in quo probat, quod † stante bulla Pij II. confirmata a Pio V. Sixto V. & Clemente VIII. quę priuat homicidam omni actu legitimo, fiscus non aufert hęreditatem, sed defertur aliis succedentibus in gradu, quodq; hoc procedit indubitanter in hæreditate deuoluta ab intestato, & re-18 ducit difficultatem † an eędem bullæ priuent homicidam etiam successione, & hæreditate testamentaria, in quo puncto animaduertit, quod licet pro non priuatione scripsisset *in quæst. 102. numer. 43.* attamen melius trutinatis rationibus recedit a dicta sententia, & concludit homicidam remanere exclusum, & a successione testamentaria, testans sic fuisse iudicatum contra fiscum, & iterum approbauit *in addit. ad eandem quæst. 102. num. 43 post. 3 vol. consil.* in quo loco profitetur hanc esse veram sententiam.

De il-

19 De illo, qui fuit declaratus † indignus a testatore, an patiatur priuationem hereditatis ad fauorem fisci agit *Farin. conf.* 105. *per tot.* de matre,
20 † quę filium infantem nouem mensium in lecto suffocauerat non attentis monitionibus parochi, quod reputetur indigna, & fiscus debeat auferre successionem scripsit idem *Farin. conf.* 153. *per tot.* sed contra scripta per ipsum fuit iudicatum in Sacra Consulta, quę resoluit matrem non esse priuandam hæreditate, imo nec criminaliter puniendam, sed tantum debuisse persoluere aliquam pecuniarum quantitatem alicui loco pio, sic testante ipso *Farin in fin. dict. consil* vbi fuerunt impressa motiua Ponentis, cum quibus pertransiuit ita iudicans eadem Sacra Consulta.

21 De filio † mandante mortem patris, seu consilium, auxiliumve dante, quod sit indignus successione non dubitatur apud D. D. sed quid dicen.
22 dum † si filius sciuit mortem patris sequuturam, nec reuelauit, & quid dicendum si filius esset minor, pleno calamo consuluit *Farin. conf.* 225. *num.* 4. 5. *& seqq.* ad ipsum ideo, dum casus eueniet, recurre, quia, vt semper solet, solidè disceptat articulum.

23 Plura alia † de indignis poterunt videri apud DD. supra allegatos, & præsertim *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *ampliat.* 6 *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 6. *Rosental de feud cap.* 5. *concl* 55. 56. *&* 57 *Cabed. decis* 81. *numer.* 8. *& seqq. par.* 2. *Tomas. d. decad.* 1 *tractat.* 3. *per tot. & Bellon. Iun de iur accresc. cap.* 7. *a quæst.* 47. *vsque & per tot. quæst.* 58. vbi omnes casus, qui contingere possunt declarat. Idcirco, ne aliena scripta transcribam, quiesco addens solum, quod in fiscum,
24 qui aufert hęreditatem ab indigno † transit ius adeundi, vt fuit dictum *quæst.* 36. *numer.* 30. & comprobant *Sanfelic. decis* 70. *numer* 8. *& Bellon. Iun. d. cap.* 7 *quæst.* 58, *numer.* 26. & licet
25 † *Paschal. de patr potest. part.* 4. *cap.* 8. *numer.* 10. aliter distinguendo videatur forsan ferri in contrarium, tamen pro habenda veritate erit adeundus *Bellon. d. quæst* 58. vbi ponens, & distinguens omnes casus, adimit etiam omnes difficultates.

26 Nunquam tamen † potest fiscus iudicium indignitatis mouere, nisi prius præcesserit iudicium causę criminalis coram iudice competenti, vt pluribus D. D. & rationibus allegatis, quinimo, & reiectis *Alexand. & Boss* contrarium sentientibus firmat *Francisc. Maria Prat. in addit. ad Paschal. de patr. potest. dict. part.* 4. *cap.* 8. *num.* 1.
27 & postquam fiscus † successit tenebitur ad soluendum omnia onera hereditatis, non autem ad debita contracta per ipsum indignum *Boss de indign. numer* 19. *Peregrin. de iur fisc. lib.* 2. *tit.* 2. *nu.* 8. quos sequitur *Tomas. d. tractat. de indignis cap.*
28 1. *numer.* 35. quidquid ausi fuerint † contrarium firmare *Farin. consil.* 154. *& ibi Antonius Portius*, quia fundamentis per ipsos adductis datur plena responsio a iudice illius causę in motiuis impressis *post d. consil.* 154. *numer.* 13. *& seqq.*

25 Indigni incapaces † nihil ex hęreditate possunt acquirere, cum sint ipso iure exclusi, ideoq; fiscus nihil inuenire potest, quod auferat, sed alii, qui vocabantur succedunt, ac si incapax non adesset *Farin. consil.* 132 *num* 3. *& seqq.* loquens in
30 terminis statuti Spoleti, & filiis † parricidę *Ciriac. controuers.* 217. *numer.* 11. *& seqq. Ciarlin. controuers* 33. *numer.* 115. 116. *& seqq.* vbi loqui-
31 tur de relicto † concubinæ, de quo etiam verba facit *controuers* 184. *& controuers.* 37. *num.* 81. 82. 83. 84. 85. *&* 86. vbi quod pœna imposita
32 † a statuto contra alienantes bona in forenses non habet locum, nisi illorum traditione sequuta, & possessione apprehensa *Francisc. Maria Prat. in addit. ad Paschal. de patr. potest d cap.* 8. *num.* 10. vbi adducit quamplures concordantes, & ego dixi *in Perusina successionis* 3. *Iulii* 1653. dum tunc temporis in illa Ciuitate iudicabam, quam resolutionem hic inferius iterum do prælo, & comprobatur ea ratione, quod inhabilitatus
33 † a lege, vel statuto ad succedendum habetur pro mortuo *Ciriac. controuers.* 529. *num.* 51. *Altograd. consil.* 82. *numer.* 7. *&* 8. *vol.* 1 *& diximus infra numer.* 100. *& seq.*

34 Quæ personæ † sint incapaces tradunt *Tomas. d. decad.* 1. *tractat.* 2. *per tot. Bellon. in locis supra allegatis* vna cum *DD.* allatis per ipsos, & signanter *Caball. resol.* 264. *& Farinac. quæst.*
35 102. *vtrobique per tot.* loquentes † de bannitis nostri temporis, de quibus etiam scribunt *Altograd. consil.* 98. *lib.* 1. *& Ciarlin. controuers.* 161. *lib.* 2. vbi ad saturitatem discutitur, an banniti nostri temporis amittant iura ciuilia.

Hac sumpta occasione, volo aliquid dicere de condemnatis ad triremes, & referre casum, de quo fui interrogatus multis ab hinc annis, an
36 † scilicet essent capaces succedendi, & ego respondi, quod cum de iure nouissimo authenticorum nemo efficiatur seruus pœnæ *Auth. sed hodie C. de donat. inter virum, & vxorem*, qui textus ita intelligitur ex mente omnium DD. *Couar. de testam. numer.* 20. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 3 *tit.* 4. *numero* 9. *&* 10. *Bellon. de iur accresc. cap.* 7. *quæst.* 52. *numero* 40. *&* 41. ideo
37 damnati † ad triremes perpetuas dicuntur capaces successionum *Rot. decis* 492. *per tot. part.* 2. *recent. Vermigliol consil.* 362. *pariter per tot.*

Quæ doctrinæ loquentes in terminis punctualibus, sicuti nullum relinquunt dubitandi locum, ita non est verum, quod ab hac opinione discedat *Farinac.* qui allegabatur in contrarium *quæst.*
38 102. *numer.* 158. vbi firmat, damnatum † in metallum, deportatum, vel alio modo ad mortem ciuilem destinatum non effici seruum pœnæ, nec esse prohibitum testari, & quamuis referat *Peregrinum* contrarium sentientem in deportato, nihilominus se refert ad ea, quæ scripsit de condem-
39 nato † ad carceres perpetuos, quem post multa pro, & contra deducta *numer.* 141. *& seqq.* concludit tandem *numer.* 146. posse testari, & non effici seruum pœnæ.

Sec un-

Secundum hæc a me responsa fuit tunc temporis iudicatum in Ciuitate S. Seuerini, sed postea 40 † dum aliis negotijs incumberem, incidi in *Hodiernam de secundis nuptiis quæst. 14 & quæst. 15 vtrobique per totam*, qui articulo hoc ad partes discusso resider in opinione contraria, illamq; multis rationibus, & DD. exornat firmans sic damnatum retinere dumtaxat ea, quæ proueniscuntur a iure gentium, & amittere omnia, quæ sunt de iure ciuili; vnde si casus mihi denuo occurreret, melius, ac exactius pro adinuenienda veritate ponderarem DD. ac rationes hinc inde existentes; be-41 ne tamen est verum, † quod condemnati ad triremes non perpetuò, sed ad tempus possunt omnino succedere *Vermigliol. d. consil 362. numero 3. Hodiern. d. quæst 15. num. 52. 55. & 56.* vbi diluuntur contraria.

Sed redeamus ad incapaces, ad quorum fauo-42 rem si fuerit collatum † aliquod emolumentum, illud per ius non decrescendi acquiritur in totum coniuncto capaci *Ciriac. controuers. 51. numero 12. & seqq.* vbi plenè, & pro-43 bat † procedere tam in contractibus, quam in vltimis volnntatibus, etiam in legato vsusfructus, ac in omni dispositione conditionali, & si non esset purificata conditio; si 44 vero incapaces † instituantur in tempus futurum, vel dum capaces efficientur, relictum ipsis acquiritur, non aliis, & interim deputatur curator, qui restituet capaci effecto, reddendo rationem administrationis, & fructus perceptos *Ciriac. controuers 205. & controuers 206. vtrobique per totam*, in qua controuersia 206. habetur insuper, an, 45 & † quando incapacitas patris transeat ad filios.

46 Quando incapacitas extenderetur † ad aliquod genus bonorum tantum, vt puta si statutum excluderet forenses a solis bonis stabilibus, tunc, quia heres legitimus capit bona stabilia, & hæres scriptus mobilia, si extant creditores hereditatis pro rata bonorum vnicuiq; obuentorum, erunt ambo heredes conueniendi *Ciriac. controuers. 17. numero 27.* dummodo fere vniuersę he-47 reditatis vires † non consisterent in stabilibus, quia incapax hoc casu non deberet conueniri, nec haberi in consideratione, cum idem iudicetur de maxima parte bonorum, quod de tota *Ciriac. d. controuers. 17. numero 28. & 29.*

Sequitur resolutio Authoris superius enunciata in Perusina successionis 3. Iulii 1653.

Tripliciter ad bona, de quibus agitur, deducebant eorum vocationem DD. Horatius, & Fratres, nempe ex Testamento Rainaldi Senioris eorum Aui, Secundo ex vltima voluntate Iuliæ eorum Amitæ, & Tertio, omni pessundata testamentaria dispositione, etiam ab intestato admitti posse autumabant.

Sed Fideicommissum a Raynaldo institutũ ipsis parum posse opitulari fuit existimatum, Quia, & affirmatiue resoluendo disceptationem, an Filii in conditione positi censeantur vocati, adhuc bona ista in Dotem Iuliæ assignata non subiacent Fidei-48 commissariæ restitutioni, Tum quia pro Dote † etiam Fideicommisso supposita alienantur *Auth. res quæ, C. Com. de leg. Surd. decis. 62 per totam, & 49 ibi plene Hodier.* Tum quia † stante Statuto Fęminarum exclusiuo Dos ipsa successit loco legitimæ, *Rot. in Perusin. Fideicommiss. de Alphanis apud Gregorium XV. decis. 565. & apud Merlin. de Legitim. decis. 106. & in Perusin. Fideicommissi de Gratianis par. 5. recent. decis 399 nu. 33. & seq.* quæ 50 ab omni † onere Fideicommissi transit exempta *l. quoniam in prioribus C. de inoff. Testamento Gratian. discept. foren. cap. 701. num. 18 Tomas. de Legit. tit. 7 num 8. & seq. Rot post Merlin. de Legit. nouiter impress. decis. 133. in principio.*

Testamentum autem Iuliæ maximas patitur difficultates, considerando prius in facto, quod in eo fuit institutus hęres Angelus Filius, qui ante Matrem prædecessit, & cui sine liberis decedenti Iulia Mater substituerat Alphonsum Virum in vita dumtaxat, & post eius mortem Franciscum Fratrem ipsius Testatricis, & seu illius Filios; Quod deinde natus fuit alter Angelus, à cuius natiuitate, ferè duobus elapsis mensibus, Iulia interfecta fuit ab eisdem Alphonso Marito, & Francisco Fratre, qui etiam letaliter vulnerauit Angelum præfatum, ex quibus vulneribus, octo dicbus a Matris obitu, vitam profudit.

51 Et postea in Iure, quod † ob mortem hæredis ante ipsam Testatricem fuit caducatum Testamentum *l. non putauit §. à primo gradu, ff. contra tabulas l. vnica §. pro secundo, C. de caduc. tollen. §. primo Instit. Quib. mod. Testam. infirm.* Quodque 52 † ob Posthumi ignoranter pręteriti natiuitatem irritum, ruptumque remansit *§. Posthumi Instit. de exhered. liber. l. Posthumorum, ff. de Iniusto, rupt. Testam. Fusar. quæst. 569. num. 16. vers. tertius casus, & num. 20. vers. recenta autem.*

53 Hæc tamen videbantur posse euitari, Primo † quia etiam Testamento rupto Fideicommissa sustinentur *Auth. ex causa, C. de liber præter. & Rot. in Romana Fideicomm. de Iustis §. Quia licet per talem 5. Martii 1646. cor R. P. D. Meltio.*

Secundo ex vi clausulæ codicillaris, quæ opera-54 tur †, vt Testamentum caducatum, & ruptum substineatur in vim fideicommissi, ita vt Filius censeatur grauatus restituere Heredibus testamentariis *Marescott. Variarum resolut. cap 78. per tot. lib. 2. Gratian. cap. 48. num. 5. & seq. Capyc. Latr. consultat. 76. n. 41. & seq. Donat. Anton de Marin. resol. 189. n. 88. & resol. 219. n. 1. tom. 2.* etiam si 55 Posthumus fuerit † ignoranter preteritus *Gratian. d. c. 48. n. 11. Ciriac. contr. 443. n. 4. & seq. Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 63. & seq.* quem sequitur *Rot. in d. Romana Fideicomm de Iustis, §. quod eo magis, vers. & dum Testator*, Cum sit conce-56 pta † per Verba preteriti imperfecti subiunctiui modi, si non valeret, quæ resoluuntur in tempus futurũ, *Menoch. præsũpt. 32. n. 6. lib. 4. & cons. 1230. num. 4.*

num. 4. verſ quartus eſt caſus, Fuſar. quæſt. 569. num. 10. Capyc. Latr. d. conſultat. 76. n 43 Rot. dec. 344. num. 10 par. 2. recent & in d. Romana Fideicomm. de Iuſtis d §. quod eo magis, prope finē ver. ſit quæ clauſulæ, Et ea forſan ratione, quia verba
57 † ad futurum tempus dirigendo videtur ſaltem in genere de Liberis præcogitaſſe, *Amat. dec. Marth. 10 num. 21. & 22 Ciriac controu. 443 nu. 5. Cancer. var. reſolut. par. 1 cap 4. nu. 64.*

Quæ citra amaritudinem procedunt, quidquid hunc Articulum diſcutientes DD. ſe torqueant,
58 quia † non agitur de excludendo Filium ob Extraneum, vt fuit conſideratum in Rota teſte *Put. in prima apoſtilla ad deciſ 228. in fin. verſ & etiam vnus lib. 2. in correct.* & pertranſit *Honded. conſ. 78. n. 48. lib. primo*. Sed tantum de præſumendo gra-
59 uatum Poſthumum, ſicuti erat † grauatus alter Filius inſtitutus, quod & de iure præſumitur, *Put. de-*
60 *ciſ 7. de Teſtam*. Nam ſi fuit hoc † pacto onerata ſobolés iam nata, multo magis naſcitura, quæ cenſetur minus dilecta, *Fuſar. quæſt. 569. num. 20. Rot. in d. Romana Fideicom. m. de Iuſtis d. §. quod eo magis, verſ quod eo libentius.*

61 Et licet in Teſtamento Mulieris, vti perſonæ † idiotæ hanc clauſulam codicillarem nihil operari exiſtiment communiter ſcribentes, *Altograd.* qui ſufficiat pro omnibus *conſ. 80 n. 8. & ſeq.* Attamen
62 in Fœmina nobili, † & cuius Teſtamentum digno-ſcitur prudenter, ac ingenioſè diſpoſitum, vt hic, videtur contrarium reſoluendum, vt in ſimili conſiderauit *Rot. in Romana reſtitutionis Dotis 24 Ianuarii 1650. coram Eminentiſſimo Ottbobono nunc inter eius impreſſ deciſ 203. num. 12. & ſeqq.*

Conſiderabant etiam Informantes pro Reis, quod, cum Filii Franciſci fuiſſent vocati per vulga-
63 rem, quæ importatur † per dictionem ſeu, *Fuſar. conſ 87. n. 9. & quæſt. 479 n. 74.* ſequeretur, quod,
64 aut Pater fuit ad ſuccedendum admiſſus, & ſtatim † ſubſtitutio expirauerit *l. poſt aditam, C. de Impub. & aliis ſubſtit* aut non fuit admiſſus, & Domini A-
65 gentes nati longè † poſt euentum conditionis fuerint excluſi ab aliis Fratribus, qui de tempore cedentis fideicommiſſi viuebant, *Fuſar. quæſt. 318. num. 30. & ſeq.*

Quod obiectum dilui affirmabant Actores ex eo,
66 quod eorum Pater fuit a ſucceſſione Iuliæ vti † occiſor ipſo facto reiectus ex vi Statuti Peruſiæ *Rub. 14. §. Præterea ſtatuimus lib 3.* & propterea fue-
67 rit factus locus Filiis ſubſtitutis, cum vulgaris † non tantum voluntatem, ſed & impotentiam comprehendat, *Craſ. §. ſubſtitutio quæſt. 7. num. 7. in fine, Fuſar. quæſt. 30. per totam.*

Ab aliis Fratribus ipſos minime excludi potuiſſe, contendebant, quia, vltra quod non verificabatur in facto, Actores non extitiſſe de tempore mortis Angeli, ſupponebant indubitanter in iure, quod
68 fuit admittendi etiam poſtea nati, † dum non fuit doctum, illos Fideicommiſſum agnouiſſe, ſecundum veriorem, de qua per *Fuſar. d quæſt. 318. numer. 100. & ſeqq.*

Quidquid autem circa teſtamentariam ſucceſ-ſionem DD definiendum exiſtiment, mihi viſum
69 fuit DD. Nepotes Actores † deficientibus aliis in gradu proximioribus, vocari ab inteſtato ad ſucceſſionem Iuliæ eorum Amitæ *l. Amita, & ibi Scribb C. cõmun. de Succeſſ* Licet autem ipſa, Angelo Filio ſuperſtite, ceſſerit fatis, attamen, quia infans letaliter vulneratus, octo dies poſt Matrem, nondum tertio menſe ætatis expleto, vitam reli-
70 quit, & hæreditatem adire non potuit, † ad proximiores Iuliæ Matris tranſlata fuit, ac ſi ipſi minime delata fuiſſet *l. ſi infanti §. fin verò, ibi, & eo modo ad illas perſonas perueniant, quæ vocabantur, ſi minime hæreditas Infanti fuiſſet delata, C. de iur. delib.*

71 Non obſtat, quod † tunc temporis ſuperuiueret Alphonſus Pater, cui ex *d. l. ſi Infanti* hæreditas quæſita fuit.

Quia Alphonſus Maritus non ſucceſſit Vxori, cum ad hunc effectum conſideretur tanquam extraneus, & quatenus etiam ſuccedere valuiſſet, vti
72 Iuliæ homicida fuiſſet † excluſus ipſo iure, ſic diſponente allegato Statuto *d. Rubr. 14 § præterea ſtatuimus,* nec attenditur exiſtentia Angeli Filii infantis, ex cuius perſona fuit facta tranſmiſſio d. hęre-
73 ditatis in Patrem, Quia Infans † hoc caſu non tranſmittit hęreditatem vti aditam, ſed vti adeundam, *Bart in d. l. ſi infanti n. 3. & 5. Salicet. nu. 7. Vaſq. de Succeſſ progreſſ lib. 1 §. 8. n. 2. & ſeqq. Gomez. variarum reſolut. tom. 1. cap. 9. numer 55. Calcan. conſ 81. num. 2. e verſic. Nam ipſe Ioannes, & n. 3 verſic ſed quod fortius eſt, Rot. deciſ 217. n. 4. part. 5. recent.* ita vt in his terminis ſemper aga-
74 tur de ſuccedendo † in hęreditate Matris, non autem Filii, *Burſatt. conſ 60. num. 16. & ſeqq. Altograd. conſ. 82. n 4. 42. 43. & 44.*

75 Nec obeſt, quod Pater † ſaltem non reſtituendo Dotem dicatur adiviſſe hæreditatem pro Filio infante, iuxta theoricam *Bart. in l gerit 87. ſub nu. 28. ff de acquir. hæredit.* quam ſequitur *Rot. coram Gregor. XV. deciſ 421 num 7. & in recent dec. 723. n. 14. par. 2 & deciſ 217 n. 3. par. 5. Buratt dec. 523. n. 6. & ſeq. Rot. poſt Salgad Labyrint. credit. deciſ. 50. nu. 18. & infra.*

76 Quia omiſſo, quod hęc opinio † non tranſit abſque maxima difficultate, cum contrarium tenuerint *Bald. in l cum in antiquioribus n 3 & ſeq. C. de iur. deliber. & in l ſi certis annis 28. n. 22. & 23. C. de pactis, Neguſant. in ſil. reſponſ. quæſt 485. n. 9. & ſeq Gratian diſceptat foren cap 336 n 27.* & comprobauit *Rot. cor Caualerio deciſ 504. n. 6.* Certum eſt, quod in terminis, in quibus verſamur, nulla fuit hęreditatis aditio inducta.

77 Primo cum Dos fuerit promiſſa in pecunia, † & bona data in ſolutum, fuit illorum dominium translatum in Maritum, qui remanſit debitor in pecunia *Add. ad Gregor. XV deciſ. 573. n. 16. & ad Buratt deciſ 361 nu. 14.* etiam ſi de æſtimatione non appareat, præſumitur enim facta a lege pro pretio,
78 † quo tunc temporis bona valebant, *Seraphin. deciſ. 207. numer. 2.* ideoque Pater debitor non dicitur poſſidere Dotem, cum creditum poſſidea-
tur

79 tur † a Creditore, non autem a Debitore, & propterea sit omnino reijcienda aditionis præsumptio, *Surd. decis. 140. n. 12. & fuit resolutum per illam Rot. in Florent. SuccessION. 8. Iulij 1648. §. non potest etiam.*

Secundo, quia cum Infans decesserit infra octo dies post obitum Matris, & sic intra annum à lege indultum Viro ad restituen. Dotem in pecunia 80 consistentem, ex illa † non restitutione aditio induci minime potuit, *Mantic. de coniectur. vltim. volunt lib. 12. tit 13. sub num. 14 versic. tertius est casus Altograd. cons. 81. num 27. versic insuper quia, & n. 28 cum sequen* & resoluit *Rot. Florentin. allegat §. & tanto magis censui.*

81 Tertio, quia cum Pater omiserit declarare se adire † nomine Filii infantis, & *vti* eius legitimum administratorem, nulla potuit aditio considerari, *Altograd. cons. 81. n. 1. & seqq. & Rot in Anconitana Censuum 24. Ianuarij 1618. cor. Sacrat. §. in primis dubitarunt.*

Actus autem, si qui sunt facti a Patre post mortem Angeli Filii, nullo pacto sunt considerabiles, 82 quia ista facultas † adeundi expirat mortuo Filio, *Bald. cons. 31. n. 3. lib. 2. Altograd cons. 82. num. 12. & Rot. Florent. alleg. §. nec vllum fundamentum.*

Et quamuis ageretur de hereditate Angeli Filii, quod tamen ob rationes deductas non est vllo pacto firmandum, adhuc tamen Pater esset exclusus, 83 quia nedum immediatè, † sed, & mediatè Homicida excluditur a bonis Occisi, *Peregr. de iur. Fisci lib. 2. tit. 3. n. 4 Farinac. quæst. 120. num. 33. Tomas. de Indign. cap. 2. num. 91. & 152.*

Minus refragatur, quod, cum Infans morte præuentus hereditatem adire nequiuerit, transmi-84 serit † in suos Patruos illi ab intestato successuros, Patre è medio sublato, saltem ex æquitate *l. Pamonius. ff. de acqu. v. hared.* Ius petendi restitutionem aduersus omissam aditionem hæreditatis, *Surd. decis. 138. per totam, Gratian. cap. 820. n. 21. & seqq. Cancer* qui respondet contrariis *par. 3. cap. 21. num. 184. vsq. ad 197. Fontanell. decis. Catalon. 484. num. 11. & seqq par. 2.*

85 Primo, quia hoc beneficium cessat vbicunque † adest Persona magis coniuncta Personæ, de cuius bonis agitur, cum non attendatur Persona Filii transmittentis, sed Matris, cuius hæreditas transmittitur, *Alexan. cons. 168 n. 20 lib. 7 Bursat. cons. 66 n 6. & cons. 61. n. 4. & 5. vers. non obstant modo, Fab. de Ann. cons. primo n. 29. & seqq Bellon Iun. de iur accrescen. cap. 7. quæst. 41. n. 52. Altograd. cons. 60. n. 36. & cons. 83. n. 64. Censal. ad Surd. dec. 138. n. 16. & 17.* nec dissentit *Hodier. ibid n. 10. Fontanell. dec. Catalon. 485. nu 19. & seqq. p. 2. Andreol. côtr 163. n. 24* in isti autê DD. Actores sût magis côiuncti Iuliæ Amitæ, quã DD. Fratres Alphõsi Viri, 86 qui sût õnino extranei, sicuti † & ipse Alphõsus Maritus, *Altograd. cons. 82. n 46 & cons 83. num. 23.*

Secundo, quia hæc restitutio non fuit petita, 87 prout erat † petenda ab Hæredibus Infantis in Iudicio, formato libello, & processu principaliter, & nõ incidenter, *Gyliel Bened. in repetit. c. Raynutius §. Mortuo itaq. Testatore, il secondo n. 180, iuncto n. 187. Bursat cons 61. n. 2 vol. 1. Andreol. d. 88 contr. 163. n. 25.* infra quatuor † annos *Clement. de patr. potest. cap 6. effect. 13. n. 8. Simon. de Prat. de interpret vltim volun. num. 38 fol. 215. Noal. de 89 Transmission. cas. 8. n. 170* computandos, † vel a die adite hæreditatis, vel agnitæ bonorum posses-90 sionis, *Simon. de Prat. & Noal* allegatis, vel etiam † a die sciêtiæ, *Tiraquell. de retract. §. 35. Glos. 4. n. 13 Simon de Prat. ibid. n. 38. Guttierez quæst. Canonic. cap. 26. nu 22. & seqq lib. 2.*

Quæ scientia adfuit statim in DD. Patruis, cum ageretur de homicidio Iuliæ eorum cognatæ, commisso ab eorum Germano, & Angeli eorum Nepotis, vnico tempore, & eodem loco letalibus 91 vulneribus affecti, & sic de re † magni momenti, cuius scientia præsumitur *Honded. cons. 83 n. 49. & 92 seq. lib. 1* Intercedente maxime sanguinis † coniunctione *l. de tutela, C. de in integr. restit. Menoch. de recuperan. rem. 16. n. 42. Odd. de restit quæst. 8. n. 65.* & in terminis de morte coniuncti, *l. octaui, ff. vnde cognat. Gabr. de Præsumpt. conclus. 6. nu. 4. Honded d. cons 83. n 49. & seqq lib. 1* & concurrente actu positiuo cessionis iurium obtentæ a Fisco de mense Octobris Anni 1603. super bonis Alphonsi Fratris confiscatis ob homicidium Vxoris.

93 Quòd cum fuerit ab ipsis scitum †, præsumitur etiã non ignorasse illud Angeli vti partem alterius *l. non est ferendus, ff. de transact. Odd. d. quæst. 8. num. 70* Vnde si allegaretur ignorantia, esset crassa, 94 supina, † & improbabilis, quæ nunquam prodest, *Odd. d. tract. quæst 26. num. 45. & 46.*

Euanescit etiam obiectum, quod stante scientia Patris circa hereditatem Iuliæ delatam Ange-95 lo, fuerit transmissum † Ius deliberandi in Hæredes etiam extraneos, *Bart. cons. 232. lib. 1. & in l. cum in antiquioribus n. 3. & ibi Alexand. n. 7. & Iason num. 7. C. de iur. deliber. Gratiss. transmissio quæst. 21. n. 5. Noal. de transmiss. cap. 8 nu 19.*

96 Quoniam, quidquid sit de scientia Tutoris, in Patre † tenuerunt opinionem contrariam *Bald. in l. si Infanti nu 23 & ibi Salicet. n. 2 in Angelo. in l. cum in antiquiorib. in princ. vers. nec sufficiat scientia Patris; ibiq. Cornæus n. 2 vers. sed Baldus, & Salicet. C. de iure deliber.* Quæ Sententia magis arridet dispositioni d. *legis si Infanti*, in qua supponitur negligentia in adeundo, & subsequenter scien-97 tia, † sine qua negligentia non datur, *Cam. var. resolut par 1 cap. 5. n. 26. Rot. decis. 270. n. 4. vers. vel circa præsumptam par. 6. recent.* Et tamen scientia Patris, vel Tutoris non operatur transmissionem iuris deliberandi, † quod fuit cognitum 98 etiam de Iure antiquo, vt patet in d. *tit. ff. de iur. delib. l. cum in antiquiorib. C. eodem*, & aduertit *Vasq. de Success. progress. lib. 1. §. 8. num. 6. & 13.* Sed potius eorum negligentia parit trãslationem bonorum, Infante minime considerato, ad Proximiores Defuncti; qui casus expressus in *d. l. si Infanti §. sin vero*, adaptatur ad fauorem heredum Iuliæ, nam Angelus Tutorem non habuit, & Alphonsus Pater, qui succedere non valebat, considera-

K 2 tur.

99 tur, † ac si minimè extitisset *l. 2. § si Mater. in fin. versic. videndum est ibi, Matre remota, eos admitti, qui venirent ac si Mater non fuisset, ff ad* 100 *Tertull* inhabilitatus enim à lege † vel à Statuto ad succedendũ habetur pro mortuo, *Rot. decis 59. num. 4. par. 1. recent.* Quę est eadem cum *decis 50. post Merlin. de Legit* Cum in materia Iuris succe- 101 dendi paria sint non extare, † vel extare, & non posse succedere, *Ciriac. contr. 4. nu. 14. Altograd. Cons 82. num. 6.*

Vera autem ex relatis opinionibus sit vera, non 102 refert hodie discutere, quia † ex Statuto Perusię *d. § praeterea statuimus*, & additione *ad eundem §*, elicitur, quod Statuentes excluserunt à successione ipso Iure Homicidam, & quamuis reintegrauerint ad succedendum Descendentes ex eo; attamen distulerunt effectum vsque ad obitum Occisoris, ad hoc ne in hæreditate Occisi aliquod commodum homicida consequeretur, nec directè, vel indirectè, nec mediatè, vel immediatè; Et ideo nullo pacto Patris sciẽtia potest operari trãsmissionem Iuris deliberandi, quia aut hunc effectum ex ea redundare volunt Scribentes, eo quia 103 Pater † potest pro Infante hæreditatem adire, *Bart. in l. qui duos num. 8. ff de reb. dub Crass in §.* 104 *transmissio quaest. 21. n. 5.* Aut quia ipsa † Patria potestas id operetur, vt aduertit, *Corn. in d. l. si infanti n. 16.* Et vtraque ratio hic deficit, quia Pater, cui fuit interdicta omnis commoditas, non potuis- 105 set adire, † nam non erat legitimus administrator, & loco extranei habebatur, *Clement. de Patr. potest. cap. 6. effect. 4. num. 13 & effect. 12. n. 11. & seqq. Amat. dec. March. 70. n. 20 Paschal. de Patr. potest par 1. cap 2. n. 84 Fab. de Ann. cons 1. n. 37. 38. & infra Berticb. decis 140. n. 4. par. 1.* Prout etiam fuit amissa patria potestas, quia eodem loco, & tempore, quo fuit Iulia interfecta, remansit etiam interemptus ab Auunculo Angelus nominatus, Patre minime reluctante, imo potius consen- 106 tiente †, cum simul Auunculus occisor, & ipse post delictum in tutum se receperint *ad tradit per Sperell. decis 64. n. 13.* & in fortioribus ratiocinatur *Gratian. cap. 267. n. 1. & seqq.* vbi quod Patre exponente Filium, vel consentiente, seu ratum habente, quod alius exponat perdatur Patria potestas, quia expositio homicidio equiparatur; suffi- 107 cit enim † pro amissione potestatis, quod Pater Filiũ pereũtẽ contempserit *l. 2. C. de Infan. exposit.*

Et quatenus etiam Ius deliberandi transmissum fuisset, adhũc Aduersariis non profuisset, cum Patrui Pupilli non declarauerunt intra dilationem 108 annalem † ad hoc concessam, & illa elapsa, fuerint a lege habiti pro repudiantibus, *Bart in l. quãdiu 68. num. 2. ff de acquir. hered. Mantic de coniectur. lib 12. tit. 4. nu. 19. Crast. §. omissio hereditatis quaest. 9. n. 5.* Et in terminis *l. cum in antiquioribus id. Crast. §. transmissio quaest. 26. num. 7. vers. & si quis vnicum.*

Nec super existentia Francisci vti proximioris 109 Iuliæ potest excludere DD. Agentes, quia ipse † occisor ipso iure per Statutũ inhabilitatus ad succedendum, vti incapax dedit locum succedentibus in gradu, *Peregr. de Iur fisc lib. 3. tit. 1. n 8. Bellon. Iun. de iur. accrescen c. 7. quaest. 52 n. 128. & 129. Ciriac. controuer. 217 n. 12.* qui sunt dicti Nepotes hodie Agentes, Nam, & si de iure, & per d. Sta- 110 tutum ipsi quoque excludantur, † attamen in additione ad eandem Rubric Patre occisore mortuo, vt hic, reintegrantur ad succedendum, *Gilian ad Statut. Perus verbo Homicidium §. Homicida versic. sed in additione.*

Exceptio detractionis legitimæ ex persona Angeli Filii nec fuit admissa, Nam licet ius petendi legitimam etiam non agnitum transmittatur ad hę- 111 redes, tamen regula limitatur, quando † legitima debetur titulo vniuersali hæreditario, tunc enim, nisi fuerit agnita non transmittitur, *Torniol. cons 6. n. 65. Surd. cons. 341 n. 37 Hodier. ad Surd. decis. 138. n. 40. 41. & seqq. Gratian. disceptat. 448. n. 36. Fontanell. decis 57 nu. 11. 12. & 13.* Peculia- 112 re namque est, quod sola iura particularia † non agnita transmittantur, secus autem ea, quæ debentur per viam successionis vniuersalis, *Gomez. ad l. Tauri 53. n. 79 Rolan. de lucr. dot. quaest. 47. n. 7. & 17. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 21. n. 125. 126. & 127.* & licet contra *Surdum*, quod etiam hoc casu legitima non agnita transmittatur, senserit *Merlin. de Legitim. lib. 5. tit. 3 quaest. 9. n. 13. versic. Verum Surdus*; Attamen eius opinio non est tuta, ob rationes solide tactas ab *Hodier. loc alleg.* Et in omnem euentum, quia Fratres Patris non adiuerunt hæreditatem Pupilli, vt fuit superius ponde- 113 ratum in ipsos non adeuntes † nulla fuit facta transmissio, *Magon. decis. Florentin. 10. num. 15. Merlin. d. quaest. 9. n. 18. & 19.*

Et ideo cum, vt fuit supra consideratum, Marius recipiendo bona in solutum remanserit debitor quantitatis, fuit per me concessa immissio in Saluiano ex vi tacitę hypothecæ competentis pro 114 Dote, quæ transit † ad quoscunque Hęredes, etiam extraneos post *Cin. Bart. bald. Negusan. & alios Merlin. de Pign. lib 3 quaest 47. num. 16.*

115 Cessio reportata à Fisco †, ob quam inducebatur quadriennalis præscriptio, & securitas aduersus omnes Creditores *ad l bene a Zenone C. de quadrien praescript.* non fuit visa considerabilis.

116 Primo, quia vendita a Fisco vniuersitate † bonorum, transeunt in emptorem omnia onera super illius imposita, *l. eum qui bona vacantia, ff de iur. fisc. l. 1. C. de hered. vendit. Peregr. de iur fisc. lib. 6. tit. 4. n. 18. vers 7. limita.* Sicuti enim debuis- 117 set † soluere ipse Fiscus *l. non possunt vlla bona, ff de iure Fisci, Caren. resolut. 89. n. 6 & 7.* ita, & possunt conueniri habentes causam ab eo, *Honded. cons 38 n. 44. versic & sicut lib. 2.*

Secundo, quia Fiscus non vendidit rem pro- 118 priã, † sed cessit Iura super bonis Alphonsi, cessat quadriẽnalis pręscriptio *Dec cons. 357. sub n. 7. Peregr. d. tit. 4. n. 18. versic. octauo limita. Larrea. alleg. fiscal. 22. num. 66. par. 1.* ita enim cedendo vide- 119 tur † concessisse rem cum suis obligationibus, & oneribus æs alienum persoluendi, *Honded. d. cons.*

d. conf. 38. n. 45. & seqq. lib. 2. Rot. decis 479. num. 5. par. 1. rec.

Præscriptio autem resultans ex possessione vltra 120 decennium, non fuit visa obstare, cum † non incipiat, nisi a die, qua Creditor sciuit bona fuisse in Tertium distracta, *Rot. decis. 407. n. 15. & seqq par. 5. recent. & decis. 541. n. 41. & 42. par. 5. tom. 2. & in Auenionen Saluiani* 8. *Iunii* 1648. *coram Bichio*

121 *§. non adest tempus*. Quę scientia alienationis † in Tertium debebat probari, cum præsumatur ignorantia *l. verius ff. de probationibus, Gratian. in additione ad decis Mareb. 15. numer. 5. Thoma t. decis. 34. numer. 26.*

Si vero prætendebatur pręscriptum ius adeundi, & succedendi Iuliæ pręfatę, debebat probari, quod Heredes habuissent notitiam successionis, 122 & quod, subducto tempore † vitę Francisci Patris, quod tempus est subducendum, quia eo viuenre ad tenorem Statuti agere minimè poterāt, effluxissent triginta Anni, *Rot. in Montis Falisci supplementi legitima* 18. *Iunii* 1642. *coram R.P.D. Bichio post Merlin. de Legit. secundum postrem. edit. decis 130. n 21.*

123 Pro expensis melioramentorum, † quę solę sunt reficiendę, *Gloss in l in fundo lit. C ff. de rei vindic. Statil de Salut. n. inspect. 2. cap. 2. n. 260 Rot. in Romana fideicomm de Spiritibus 12. Decembris 1644. corā R P.D. Bichio §. tū etiam quia non proba ur,* ascendentibus ad scuta 190.50. decreuit, quod DD, 124 Actores † soluant fructus, eorum possessione durante, ad rationem quinque pro centenario, vt in terminis resoluit *Rot. in Imolen. Saluiani 18. Aprilis* 1636 *§ nam vltra quod prop. fin. coram Eminentiss. Macchiauello*. Et ita &c.

De Bonis vacantibus.

SVMMARIVM.

L*Ex Papia fuit aboleta per l. unic. C. de cadu: tollen. num. 1*

Bona vacantia deferuntur fisco. num. 2.

Dicuntur vacare, quando non extant ascendentes, vel descendentes, & consanguinei vsque ad decimum gradum. num. 3.

Fiscus in successione venit post omnes proximos defuncti. num 4

Veniens ad successionem debet probare gradum consanguinitatis num. 5.

Affines non vocantur ad successionem. num. 6.

Bonorum vacantium dominium transit ipso iure in fiscum, sed non possessio, num. 7.

Fiscus succedens tenetur ad solutionem debitorum, sed non vltrà vires hereditarias. num. 8.

An teneatur ad legata, vide remissiuè. num 9.

Iudices fraudantes fiscum in successione bonorum vacantium patiuntur confiscationem medietatis bonorum. num. 10.

Patroni Fiscales eamdem fraudem committentes tenentur de proprio resarcire damnum fisco. ibidem.

Bona per obsides quæsita in obsidatu spectant ad fiscum. num. 11.

Bona naufragata, non extantibus Dominis, vel legitimis successoribus spectant ad fiscum. numero 12.

Quæ recuperantur à Dominis quandocunque comparentibus, non obstante quouis temporis lapsu. num. 13.

Non tamen recuperantur bona Piratarum, Hostium, & Infidelium. num 14.

Rapientes bona Christi fidelium naufragatorum excommunicantur in bulla Cœna Domini. numero 15

Fiscus excluditur à successione in bonis vacantibus per quadriennij præscriptionem num. 16.

Per Baronem habentem iura regalia, qui succedet in bonis Vassalli. num. 17. & 19.

Etsi Vassallus moriatur extra territorium. numero 18.

Excluditur per Collegium, in quo fit adscriptus defunctus. num. 20.

Per socium, qui succedit socio. num. 21.

Per Magistratum, & Consiliarios, qui succedunt collega. num. 22.

Per commilitones vnius legionis, qui succedunt militi defuncto. num. 23

Sed militi, qui non haberet certum heredem, succedere Episcopum, qui tenetur distribuere bona in pauperes firmatur. num 24.

Excluditur fiscus per domum hospitalem, quæ succedit Infantibus expositis, nu. 25. vbi resjestuntur contrarium tenentes.

Per maritum, qui succedit vxori, & è contra. numero 26.

Non tamen excludetur per Ciuitatem, & si habeat consuetudinem, vel priuilegium. num 27.

Nisi priuilegium esset speciale, & motu proprio Principis concessum. num. 28.

Tutorem excludere fiscum tenuerunt DD. relati, num. 29.

Contrarium tenuerant alij. num. 30.

Et firmatur. num. 32.

Hæreditatem diuidi inter tutorem, & fiscum senserunt alij. num. 31.

Peregrinis, & aduenis succedit Episcopus, qui legitimis hæredibus restituet, & illis non extantibus distribuet pauperibus. num 33

Hospes aliquid surripiens è bonis Peregrinorum condemnatur in triplum. num. 34.

Bona Clerici decedentis absque hærede applicantur Ecclesiæ. num. 35.

Et sic etiam bona Episcopi. num. 36.

Hodie tamen in omnibus bonis vacantibus succedit Camera. num. 37.

Bona vacantia, si extent extra territorium, quis fiscus capiat. num. 38.

Forma seruanda in incorporatione bonorum vacantium traditur. num. 39.

Comparens post cridas emissas ad instantiam fisci volentis incorporare bona vacantia an sit audiendus. num. 40.

QVÆSTIO XXVI.

1 VIt abolita † *lex Papia*, quæ a Romanis ob calamitatem bellorum introducta multas voluntates defunctorum caducas efficiebat, dum miseriis bellicis defectis pissimus Imperator Iustinianus ius antiquum restituens edidit *l. vnic. C. de cadu. tollend. Sola ad constit. Sabaud. tit. de iur. emphitent. in decret. Rem publicam par.* 2. *glos* 7. *num.* 1. remansit tamen ius regale occupandi bona † vacantia, quæ
2 semper fisco applicantur *d. l. vnic. §. cum autem in superiore l.* 1. *l. vacantia l. si vacantia C de bon. vacant. lib.* 10. *l. omne semen C. de petit. bon. sublat. eod. lib.* 10. *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *ampliat.* 26. *num.* 1. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 399. & *decis* 123. *numer.* 3. *Cabed. decis. Lusitan.* 51. *numer.* 1. *Rosental. de feud. cap.* 5. *conclus.* 52. *per tot. Gilian. ad statut. Perus. §. curator num.* 15.

3 Et tunc dicuntur † bona vacare, quando defunctus carens ascendentibus, & descendentibus non habet consanguineos vsque in decimum gradum *Gregor. Tolosan. Syntagm. iur. lib.* 3. *cap.* 12. vbi refert Theodoricum Regem Gothorum
4 scribentem, *proximos † defunctorum nobis legaliter anteponis, quia in hoc casu Principis persona post omnes est. Rosental. de feud. d. conclus* 52. *nu.* 4. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *numer.* 3. vbi quod veniens ad successionem debet probare
5 † gradum consanguinitatis, & non sufficit probatio, quod ad inuicem se consanguineos nominabant *Mastrill. d. cap.* 10. *numer.* 366. nec haben-
6 tur in consideratione † affines, ipsis enim non curatis bona deferuntur fisco *l. affinitatis iure C. comm. de success. Peregrin. de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 5. *Mastrill. d. cap.* 10. *num.* 365.

7 Bonorum vacantium dominium † ipso iure quæritur fisco, sed non possessio, quæ indiget actuali apprehensione *l.* 1. *iuncta glos. in verb. vindicandas C. de bon. vacant. Boss. de bon. vacant. num.* 6. *versic. sed quando defertur Peregrin. d. tit.* 3. *num.* 22. & 23. *Mastrill. d. cap.* 10. *numer.*
8 361. ex quorum assecutione tenebitur fiscus † ad omnia onera, quæ debebantur per defunctum, non tamen vltra vires hereditarias *Cenall. comm. contr. comm. quæst.* 822. *num.* 1. *cum seqq.* & *num.* 12. *ac infra Rosental. de feud. cap.* 5. *conclus.* 53. *nu.* 3. *Mastrill. de Magistrat. d. cap.* 10. *numer.* 363.
9 & *seq.* an autem teneatur † ad legata discutiunt *Guazzin. de confiscat. conclus.* 23. *num.* 11. 12. 22. & 23. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 4. *d. tit.* 3. *n.* 26. & 27. *Rosental. d. conclus* 53. *n.* 2. *Bellon. de iur. accrescend. cap.* 7. *q.* 58. *n.* 33. & 56. *Redenasc. cons.* 64. *n.* 3. & *seqq.* & melius, ac distinctius omnibus aliis *Constant. in l.* 1. *a n.* 125. *vsque,* & *per tot. n.* 139. *C. de pœn. fiscal. lib.* 10. Aduertant Iudices, & fisci procuratores nullam fraudem super hac successio-
10 ne committere, quia † Iudices mulctantur dimidia parte bonorum, & Patroni fiscales tenebuntur de proprio resarcire fisco, quod eorum vitio sublatum fuit *l. si vacantia §. nam si quid C. de bon. vacant. lib.* 10.

11 Inter quæ bona vacantia † adnumerantur bona obsidum per eos in obsidatu quæsita, quæ fisco applicantur *l. Diuus Commodus ff. de iur. fisc. Peregrin. d. tit.* 3. *numer.* 15. & adscribuntur etiam
12 naufragata, quæ † nullis legitimis Dominis, vel successoribus repertis transeunt in fiscum *Mastrill. de Magistrat lib.* 3. *d. cap.* 10. *num.* 393. &
13 *infra*; si tamen compareat † Dominus, vel alia legitima persona debet illa recuperare, non obstante quauis consuetudine contraria, vel temporis
14 lapsu *l. nauigia C. de furt.* vbi excipiuntur † bona Piratarum, Hostium, & Infidelium *glos. in cap. dispensationes verb. despicimus* 1. *quæst.* 7. *Mastrill. d. cap.* 10. *num.* 395. & *in Bulla Cœnæ Do-*
15 *mini §.* 4. excommunicantur † rapientes bona Christifidelium naufragatorum, ac improbatur quæuis contraria consuetudo.

Excluditur tamen fiscus ab hac successione in
16 pluribus casibus, nempe † quadriennii præscriptione *l.* 1. *§. Diuus ff de iur. fisc l.* 1. *C. de quadrienn. præscript. Gregor. Tolosan. Syntagm. iur. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 12. *Cassan. ad consuetud. Burgund. rub.* 2. *§.* 1. *num.* 36. *versic. sexagesimus casus est Rosental. de feud. d. cap.* 5. *conclus.* 54 *num.* 6. *Mastrill. d. cap.* 10. *num.* 392.

17 Excluditur etiam fiscus † si ageretur de succedendo in bonis Vassalli alicuius Baronis, qui habeat iura regalia *Sola ad const. Sabaud. tit de iur. emphiteut. in decret. Rempublicam. par.* 2 *glos.* 7. *num.* 5. *cum aliis cumulatis per Mastrill d. cap.* 10. *num.* 368. & *infra* vbi *num.* 371. addit, quod
18 si † hæc successio defertur Baroni, procedit etiam si Vassallus moriatur extra territorium, & ibi bona sint posita, de quo tamen dicetur inferius; si ve-
19 ro Baro non fuerit † inuestitus de regalibus nullo modo hanc successionem habere poterit, vt probat *Capiblanc. de Baronib. pragm,* 8. *par.* 1. *num.* 243. 248. & 249. *tom.* 1.

20 Prout etiam fiscus non † succederet, si defunctus esset de aliquo collegio *Peregrin. d. tit.* 3. *nu.* 11. *Mastrill. d. cap.* 10. *num.* 372. & *infra Capiblanc. d. pragm.* 8. *num.* 244. *Paschal. de patr. po-*
21 *test. par.* 2. *cap.* 1. *numer.* 64. & *seqq.* Socius † quoque alterius socii bona occupabit excluso fisco *Peregrin. d. tit.* 3. *num.* 8. *Mastrill. d. cap.* 10.
22 *num* 377. Magistratus, & Consiliarij † succedent eorum collegæ *Peregrin. d. tit.* 3. *numer.* 12. *Ma-*
23 *strill. d. cap.* 10. *num.* 379. Militi de † vna legione succedunt commilitones *Peregrin. d. tit.* 3. *nu.* 13. *Mastrill. d. cap.* 10. *num.* 380. Sed *Paschal. d.*
24 *cap.* 1. *numer.* 75. dicit, quod † si miles esset de longinquis partibus, qui non haberet certum heredem succederet Episcopus, qui bona pauperibus distribuere tenetur.

Infan-

25 Infantibus expositis † succedit domus Hospitalis *Peregrin. d. tit. 3. num. 16. Mastrill. d. cap. 10. num. 382.* & quamuis contrarium firmet pluribus relatis *Paschal. d. cap. 1. num. 73.* non ideo est recedendum ab opinione pro Hospitali ob rationes adductas a doctissimo *Lucidor. in suo tract. de illegitim. Cleric. & Regular. cap. 14. num. 11.* vxori 26 succedit † maritus, & è contra *l. vnic. C. unde vir & vxor l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. Mastrill. d. cap. 10. num. 383. & decis. 123. num. 4. 12. & 13. Altograd. cons. 83. num. 21. lib. 1.* Ci-27 uitas † vero non excludet fiscum, & si habeat consuetudinem, vel priuilegium *d. l. 1. C. de bon. vacant. Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. d. tit. 3. num. 19. & 20. Mastrill. d. cap. 10. num. 391.* nisi ta-28 men † priuilegium esset speciale, & motu proprio Principis concessum *Franch. decis. 125. numer. 14.*

29 Maior difficultas est in tutore, † quem succedere, & excludere fiscum tenuerunt DD. relati *per Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 54. litt. B* cum ip-30 sum † excludi per fiscum voluerint adducti *à Mastrill. d. cap. 10. numer. 373. versic. in hoc tamen.* alij 31 vero mediam opinionem sequentes sensere † hæreditatem diuidendam esse inter fiscum, & tutorem *Caualcan. de tutor. num. 336. 338. & 339.* cum quo pro æquitate seruanda, licet fateatur non esse de iure, pertransit *Rosental. de feud. d. conclus. 54. litt. C. in fin.* inter omnes istos D.D. pugnantes, 32 ego † dicerem tutorem excludi à successione concurrens cum *Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. num. 18.* cui vti postremo loco relato, adhæret *Paschal. de patr. potest. par. 2. d. cap. 1. num. 79. in fin.*

33 Peregrinis, & aduenis excluso fisco † seculari, & domo Hospitali succedit Episcopus, a quo bona legitimo hæredi restituentur, vel eo non extante pauperibus dispensabuntur *auth. omnes pere-34 grini C. comm. de success.* vbi di ponitur † quod si hospes aliquid ex talium personarum bonis pro se receperit, & appropriauerit, triplum Episcopo reddet *Peregrin. d. tit. 3. num. 14. Mastrill. d. cap. 10. num. 390.* Clerici decedentis † absque hære-35 de bona applicantur Ecclesiæ, si Ecclesiam habet, sin minus, Episcopo, qui in pios vsus, vel pauperum erogare tenebitur *Mastrill. d. cap. 10. num. 387. & infra Bellett. disquisit. clerical. par. 1. tit. de bon. Cleric. §. 14. num. 2. & 3.* vbi quod Episcopus dece-36 dens † ab intestato heredem habet Ecclesiam.

37 Hodie tamen in locum Ecclesiæ, & Episcopi † successit Camera Apostolica, vt dicit *Redoan. de spol. quæst. 8. de success. Cleric. Secular. ab intestat. §. deueniendo num. 11. versic. sed an in istis bonis;* & ego vidi instructiones Subcollectorum expeditas ab Illustrissimo Domin. Thesaurario Generali S. D. N. Papæ §. 14. in quibus cura accipiendi bona decedentium absque herede demandatur ipsis Subcollectoribus ad fauorem Cameræ, & adest *constit. Sixti V. §. 14. tom. 2. nou. bullar. ibi, nec non bona sine hæredibus decedentium, aut aliàs in Curia prædicta, vel extra eam quomodolibet vacantia.*

38 Si bona, quæ vacant, † sunt extra territorium quilibet fiscus capiet bona in suo territorio existentia *Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. d. tit. 3. num. 21. Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 52. litt. B.* vbi quod fiscus domicilii capit bona mobilia, & nomina debitorum vbique existentia, sed erit omnino recurrendum ad ea, quæ dixi *quæst. 43. de applicat. bonor. confiscat.* quia militat eadem ratio.

39 Vt autem fiscus possit † applicare bona vacantia, seruatur in practica, quod facta denunciatione illorum assumitur summaria informatio per Officiales, & Scribas, qui describunt omnia bona, quæ supponuntur vacare, & postea fiunt proclamata, quod prætendentes successione n debeant infra certum tempus comparere aliàs non audientur; si aliquis in termino comparuerit, cognoscitur de iuribus illius, sin minus fit pronunciatio, bona esse deuoluta ad fiscum, qui postea capit illorum actualem possessionem *Boss. de bon vacant. num. 12. Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. d. tit. 3. num. 30.* 40 qui addit comparentem † post terminum in cridis, seu proclamatibus præfixum amplius non audiri; sed ego sicuti has cridas existimo necessarias ad effectum, vt possit verè pronunciari, quem sine herede decessisse, & propterea bona vacare iuxta *tradit. per Solam ad constit. Sabaud. rub. de citation. glos. 13. num. 2. & infra*, ita non possum mihi persuadere, illas posse operari amissionem iuris proprii quoad non comparentes, præsertim si emanauerunt de solo præcepto Iudicis, cessante dispositione statuti, vel alterius specialis constitutionis, vt dixi *quæst. 41. de bannit ingrat. restit.* quę semper erunt videnda, & quia melius, quam omnes hanc disputationem assumit *Alex. Rauden. de analog. lib. 1. cap. 23. dub. 9. a num. 66. vsque & per tot. num. 130.* ideo ad illum erit recurrendum.

De Rebus incidentibus in commissum.

SVMMARIVM.

Dupliei modo possunt res incidere in commissum. num. 1.

Res licita asportata cum illicitis non confiscantur. num. 2.

Contrarium tenentes referuntur. num. 3.

Merces licitæ asportatæ cum illicitis confiscantur, si sunt propriæ asportantis. num. 4.

Dummodo tamen rerum illicitarum delatio coadiuuetur à licitis. num. 5.

Vel si extet Statutum volens confiscari res licitas. num. 6.

Vel etiam si pro delatione imponeretur pœna capitalis, & confiscatio veniret in consequentiam num. 7.

Res licita delata cum illicitis, dum patiuntur separationem, non cadunt in commissum. num. 8.

Dum verò non patiuntur separationem, relinquit indecisum Salicet. num. 9.

Sed resoluitur non incidere, & non confiscari n. 10.

Quæ

Qua opinio practicatur absque contradictione in gabellis. num.11.
Si res licitæ sunt alienæ, & asportantur cum illicitis Domino ignorante, non confiscantur num 12.
Et si Statutum mandaret, illas confiscari, succurritur Domino aduersus asportantem, qui fecit cadere in commissum num 13.
Animalia aliena, vel nauiis, super quibus asportantur res illicitæ, confiscantur, si Dominus sciens accommodauit num 14.
Si verò Dominus ignorauit non confiscantur. nu.15.
Statutum mandans confiscari animalia aliena, super quibus fuerunt aduectæ res illicitæ etiam Domino ignorante valet. num 16.
Et hoc casu dabitur actio Domino contra asportantem, qui si non sit soluendo, Dominus restituetur in integrum ad recuperandam rem suam. num 17.
Ignorantia in istis terminis præsumitur. ibid.
Res lapsa in commissum ob non solutum vectigal à Nauta, vel Mulione, non debent confiscari, sed Nauta, vel Mulio debebit earum pretium fisco. num.18. vbi refutantur contraria.
Res sua nemini debet auferri absque culpa, & facto proprio. num.19.
Si Statutum, vel consuetudo mandaret confiscari, & Mulio, vel Nauta non potest reficere damnum, datur restitutio Domino contra Gabellarium pro recuperatione rerum suarum. num.20.

QVÆSTIO XXVI.

1 IOann. Laganar. ad Rouit. rub. pragm. de vectigal. versic. illud verò existimat, duplici modo posse † res incidere in commissum, nempe si res ipsę sunt prohibitæ asportari ad inimicos *l. cotem ferro ff. de publican. l. 1. & 2. C. quæ res export non poss. l. 2. C. de commer.* de quo latè agit *Nouar. pragm. de extract. collectan. 3 per tot.* & alio modo si lege particulari Principis, vel alterius supremi Iudicis aliquid duci, vehi, & abduci prohibentur *l. vsurpatione C. de vectigal. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6 tit 5 nu. 19.*

2 Hac regula posita aggredior arduam quęstionem, an merces † licitę asportatę cum illicitis cadant in commissum, in qua vna opinio est, quod res licitę, & asportari permissę non confiscantur *post Salicet. Bald. & alii plures DD Mauson. de contrabann quæst. 6. num. 1. 2. & 3. Papien in form. super solution pedag. glos eeciderunt num. 5. Ferrett. de gabell num. 182. Clar quæst 82. numer. 41.* vbi quod hęc opinio vt mitior est tenenda, *cum aliis relat. à Farin quæst. 173. nu 34* qui refert *Alberic. de Statut. par. 2. quæst. 4. numer. 5* dicentem non esse ab hac sententia recedendum, nisi verba legis, vel edicti aliud suaderent *Vermigliol. cons. 279. num. 1. & 2.*

3 Contrarium tamen, † multis DD. adductis, tenet *Boer. decis. 178. num. 75 cum Guid. Pap. decis. 572. Caualcan. de brach. Reg. par. 6 fragm. 25. num. 21. allegat. à Mauson d quæst. 6. num 4.* quibus addi possunt alii allati *per Farin. d. quæst. 173. num. 35.* has duas opiniones existimat non esse discordantes *Mauson d quæst. 6. nu. 5. & seqq.* sed quamlibet bene procedere in suis casibus, quos ipse ibidem affert.

4 Ego autem pro faciliori intellectu dicerem, quod si merces † licitę commistę cum illicitis sunt proprię ipsius extrahentis, subiacent confiscationi *Personal. de gabell numer 145 Guazzin de confiscat. conclus. 13. ampliat. 81. num 3* dummodo ta-
5 men † rerum illicitarum delator coadiuuetur à licitis, vt est casus *in l. cotem ferro § dominus ff de publican. Peregrin de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 28.*
6 *& 31. Vermigliol d. cons. 279 num. 4* vel si † extet statutum ita mandans *Ferrett. de gabell num. 182.* vt aderat in casu *Boer d. decis. 178. num. 22. & 25.*
7 *Vermigliol d cons. 279 numer. 5.* vel etiam † si pro delatione illicita imponeretur pœna capitalis, vnde confiscatio veniat in consequentiam eiusdem pęnæ *Bart. in d. l. cotem ferro § dominus num. 1 ff. de publican. Salicet. in l. eum proponas num. 3. versic aut tam licita, quam illicita C. de nautic. fœn.* addit *Guid. Pap. decis 572. litt. B. Bertacchin. de gabell par 9. nu. 13.* deficiente namque huiusmodi
8 pœna capitali, si delatio fiat super diuersis † belluis, vel curribus, ita quod patiantur separationem confiscantur solæ res illicitę *Salicet. in dict. l. cum proponas num. 3. versic aut licita, & illicita separatim Vermigliol d. cons. 279. num. 3.* difficultas
9 tamen est, quando † non datur separatio, vt in frumento, & portantur in eodem curru, vel nauigio, quam relinquit indecisam *Salicet. dict. num 3. versic. aut simul portantur, & versic. quidquid ta-*
10 *men de hoc*; sed illam resoluit † *Alberic. de Statut. par. 2. quæst. 4. num 5.* dicens seruari, quod confiscantur solum illicitæ, quę traditio admittitur abs-
11 que contradictione in materia gabellarum, † quia nunquam confiscantur bona licita propter illicita *Bald. in d. l cum proponas num. 4.* adducens text. qui bene probat *in l. si publicanus § 1. versic. si quid amplius ff de publican. Salicet in d. l. cum proponas num. 3. versic. verum quia C. de nautic. fœn. Bertacchin. de gabell. d par. 9. num. 13. & 14. Mauson. de contrabann. quæst. 6. num. 16.* & insuper hoc debet aduerti, quod disputatio inter DD. an res licitę confiscentur, procedit extra terminos gabellę, quando scilicet de iure, vel constitutione speciali est prohibita aliquarum rerum asportatio, cum in puncto fraudati vectigalis omnes admittant confiscationem rerum licitarum non dari.

12 Si vero licitę delatę † cum illicitis sunt alienæ, tunc si Dominus licitarum ignorauit, illę non confiscantur *Personal de gabell. num. 146. Guaz-*
13 *zin. d. ampliat. 81. nu 3.* sed si ex statuto † vel alia particulari constitutione, etiam res alienę publicantur, succurritur Domino illarum aduersus illum, qui deferendo cum illicitis fecit cadere in commissum *Ferrett. de gabell. num. 56. Farin. d. quæst. 173. num. 36.*

Et ex his facilis erit resolutio alterius quęstionis,

14 nis, an animalia † aliena, vel nauis, siue currus, quibus fuerunt asportatę res prohibitę publicentur, & incidant in commissum; na n si Dominus illorum sciens illa accommodauit, certum est quod incidunt, & confiscantur *l. cotem ferro §. Dominus ff. de vectigal Stracc. de mercatur par 4. num. 28. Ferrett. de gabell. num 55 & seqq. Sola ad constit. Sabaud. rub. de edict. annon glos. 10. num 9.*
15 dum vero Dominus † animalium, nauis, vel currus ignoranter illa commodasset, nullo pacto cadunt in commissum, sed extrahens, qui commisit fraudem tenetur ad prȩstandam illorum ȩstimationem fisco *Boer. decis. 178. num. 28. Ioseph Ludouic decis 31. num. 7. Personal. de gabell. num. 147. Sola d. rub. de edict. annon. glos. 4. numer. 9. Nouar. pragm de extract. collectan. 1. numer. 4. Gilian. ad statut Perus §. annona in adnotat. numer. 15.* nisi
16 statutum † disponeret contrarium quod nempè etiam Domino ignorante animalia aliena publicentur *Ciriac. controuers 156 num. 42. & 46.* hoc
17 tamen casu dabitur actio Domino † animalium contra extrahētem, & si ille non sit soluendo subuenitur ipsi Domino per restitutionem in integrū aduersus fiscum, ita vt res sua nō debeat publicari *Ciriac. de controuers. 146. num. 44. 45. 46. 47. & 48. Fontanell. decis Catalon. 535 num. 10. & 11.* vbi habetur, quod non est necesse probare ignorantiam, cum illa de iure prȩsumatur.

Subnectitur casus consimilis, quod si culpa
18 mulionis, vel nautȩ † res alicuius incidunt in commissum ob non solutum vectigal, res illȩ non debent publicari, sed mulio, vel nauta prȩstabit pretium fisco *Bartol. in l. 2. & ibi addit. litt. B. C. de nauib. non excusan lib 11. Ferrett. de gabell numer. 243. & 594* quibus addi possunt *Tuscb. in verb. gabella conclus. 14. & in verb. vecturalis conclus. 34.* ac multi alii allegati per *Thesaur. quȩst. forens. 52. num. 1. 2. & 3 par. 1.* quamuis autem Senatus ille ex doctrina *Bald. in d. l. cum proponas numer. 5.* testantis de consuetudine in aliquibus locis, contrarium resoluerit, illa decisio visa fuit nimis dura
19 eidem *Thesauro num. 4.* ea ratione, † quia sine facto proprio, & culpa non debet alicui res sua auferri, & ideò non est sequenda cessante consuetudine, in loco, vbi articulum hunc controuerti
20 contigerit; & vbi adesset similis † consuetudo, vel constitutio particularis, est animaduertēdum, quod si mulio, nauta, vel alia similis persona non potest ob suam paupertatem reficere damnum Domino mercium, datur illi restitutio in integrum aduersus Gabellarium pro recuperatione rerum ablatarum *Tuscb. in verb. gabella conclus. 12. n. 16. Farin. d. quȩst. 173. num. 50. à versic. ha- bet tamen ipse Dominus.*

* * *

De Peculijs confiscandis.

SVMMARIVM.

Filius familias in dubio prȩsumitur acquirere de bonis patris, & hac acquisitio vocatur peculium profectitium num. 1.
Peculium castrense, vel quasi non confiscatur nu. 2.
Vbi reijciuntur contraria, ibid.
Sed spectat ad patrem, licet filius condemnatus habeat filios. num 3.
Limita in casibus relatis. num. 4.
Confiscatur tamen in crimine lȩsȩ maiestatis, nu. 5.
Peculium aduentitium non confiscatur. num. 6.
Filius nec contrahendo, nec delinquendo potest patri praiudicare in peculio aduentitio numer. 7. 19. 20 & 38.
Et si de consensu patris administret, & habet licentiam de illis liberè disponendi num. 8.
Peculium aduentitium, cuius pater non habet vsumfructum, & legitimam administrationem, debet confiscari num. 9 vbi refutantur contraria.
Pater carens vsufructu, & l gitima administratione bonorum filij habetur loco extranei. numero 10.
Peculij aduentitij proprietas confiscatur, reseruato patri vsufructu, in crimine lȩsȩ maiestatis. num. 11.
Peculium profectitium est patris, tam quoad proprietatem, quam vsumfructum, & filius nihil aliud habet, quam nudam administrationem. nu. 12.
Nec potest publicari num. 13.
Etiam si pater dedisset filio potestatem plenam, & absolutam administrandi idem peculium nu 14.
Pater concedend. filijs bona, quando voluerit concedere dominium, vel solam administrationem vide remissiuè num. 15.
Peculium, cuiuscumque generis sit, non posse confiscari, comprobatur authoritatas. Rota Romana. num 16.
Confiscatur tamen in Statu Ecclesiastico ob constitut Marcb num. 17. & 39.
Laudes b. m. Bernardi Marchetti num. 18.
Delinquens censetur se obligare pȩna num. 21.
Constit. Marchia lib. 4. cap 18 volens peculium confiscari, non procedit, dum filius familias fuit in contumaciam damnatus, num. 22.
Contraria opinio refutatur. num. 25.
Et refertur etiam. num. 40.
Verbum constiterit *excludit probationem per sententiam contumacialem. num. 23.*
Contumax dicitur condemnatus ob contumaciam non ob delictum num 24.
Constit. Marchia lib. 4. cap 5. vult, patrem admitti pro suo interesse, dum condemnatur filius minor viginti annorum. num. 26.
Pater, vt ei praiudicium inferatur, debet citari. num. 27.
Bulla Sixti Quarti cogens patrem ad soluendam legitimam pro filio, non habet locum, si extat contrà

trà filium sola sententia contumacialis nu.28.

Bulla Pij Quarti volens, patrem debere soluere legitimam, quamuis filius fuerit in contumaciam damnatus, procedit in confiscatione omnium bonorum, non autem in pœna pecuniaria. nu.29. Contrarium refertur. num 41.

Constit. Marchiæ volens peculium confiscari debet intelligi de Castrensi, vel quasi. num 30. & 32. Contrarium firmatur num.43.

Peculium castrense dicitur propriè haberi à filio num.31.

Peculium castrense subiacet liberæ dispositioni filij. num.33.

Constitutio correctoria iuris communis, si potest operari plures effectus, non debet ad omnes extendi, sed satis est, quod vnum solum operetur. numero 34.

Pater conuentus à filio emancipato gaudet beneficio deducto ne egeat. num.35.

Et eodem beneficio gaudebit, si fuerit conuentus à fisco. num.36.

Laudes b.m. Io. Mariæ Nelli. num 37.

Reijcitur Farin. volens attenta constitut. Marchiæ pro confiscando peculio sufficere sententiam contumacialem, quia contrarium professa fuit S. Rot. Rom. num.42.

Peculia an confiscentur patre delinquente vide remissiuè. num.43.

QVÆSTIO XXVII.

LIcet filiusfamilias habere possit triplex peculium, profectitium nempè, castrense, vel quasi, & aduentitium, 1 attamen in dubio, † nisi probetur vndè processerit acquisitio, præsumitur acquisiuisse de re patris, & vocatur peculium profectitium *Gratian. disceptat. 543. num.2. & seqq. Vermigliol. conf.489. numer.2.3. & per tot.* sed qualecunque peculium habeat, ipso delinquente nullum subiacet confiscationi; non enim con-2 fiscatur castrense, † vel quasi, quia, quamuis in eo habeat filius liberam administrationem, attamen illa processit de iure speciali, quo casu non potest illud perdere, vel alienare per delictum, vt fuit rescriptum ab Imperatore Alexandro per hęc verba, *si filius tuus, quum esset in potestate in Insulam deportari meruit, peculium eius, nec quod in castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet,* vt habetur *in l.3. C. de bon. proscriptor.* & tenuerunt plures DD. relati *à Guazzin. de confiscat. conclus 13. limit.27. num.1. & 3. cum seqq. Farin. quæst.24. nu.11. & infra Sanchez in præcept. decalog. lib 2. cap.15. num.3. & seqq. Rouit. rub. pragm. de sentent. foriudicat. num.20.* qui non solum referunt plures rationes, & concordantes, sed etiam reijciunt quotquot ausi fuerunt firmare opinionem contrariam, inter quos, etsi accesserit etiam *Paschal de patr. potest. par.1. cap.3. num. 7.* non propterea est recedendum à sententia contra fiscum, cum sit magis communiter recepta, & pro ea vrgeat *text. in d.l. 3*

3 Quę traditio, quod peculium hoc † spectet ad patrem, est adeo vera, vt procedat etiam si condemnatus habeat filios ea ratione, quia viuens non habet hęredem *Peregrin. de iur fisc. lib.5. tit. 1. num.13n. Guazzin de confiscat. d. limit.27. num.3. Sanchez d cap. 15. n.5.*

4 Posset tamen limitari † in casibus relatis *à Peregrin. d. num. 130.* ad quem se remittit *Farin. in addit. ad d. quæst.24. nu 13* nempe si a filio auferentur per sententiam sola bona non mutato statu, & quando vltra pęnam confiscationis fuisset condemnatus in pęnam mortis, & concordat *Guazzin. d. limit.27. n.5. & 6.* quo enim ad confi-5 scationem in † crimine lęsę Maiestatis ipse *Farin. d. quæst. 24. num. 14.* habuit pro comperto, illam omnino dari, & licet viderit *Sanchez d. cap. 15. num.4 in fin.* contrarium sentientem, nihilominus *in addit. ad eamdem quæst* noluit ab opinione pro fisco recedere, pro qua stat etiam *Guazzin. d. limit.27. num.4. & dixi quæst.4. num. 26.*

6 Minus subiacet confiscationi † peculium aduentitium ob delictum filii in præiudicium patris, nec in proprietate, nec in vsufructu *Osasc. decis 94. per tot. Farin. quæst 24. num.5. Guazzin. de confiscat. conclus 13 limit.28. nu.1. & seqq. Sanchez in præcept. decalog. lib.2. cap.15. n.9. Paschal de patr. potest. par. 1. cap. 3. n.36* sicuti enim filius † contra-7 hendo non potest in hoc peculio pręiudicare patri, ita nec etiam delinquendo, vt ratiocinatur in puncto *Carleual. de iudic. tit.3. disputat.20. n.6. tom.1.* vbi pluribus firmat hanc opinionem & contrarium tenentes confutantur *a Farin. & Sanchez*

8 *in locis proximè allegat.* & hoc † procedit, etiam si filius de consensu patris administret bona aduentitia, & fuerit data licentia de illis libere disponendi *Farin.* licet dubitans *d. quæst. 14. num. 8. Sanchez d. cap. 15. num. 12* si vero pater nullum ha-9 bet † vsumfructum, & legitima administratione caret, peculium debet confiscari, vt probant *DD. relati a Sanchez d cap.15. num 14 versic. at potius placet tunc publicari & a Farin. d. quæst.24 nu.6.* quibus addo *Guazzin. de confiscat. conclus 13. limit 28. num. 3 versic. quicquid* feratur in oppositum *Farinac d. num. 6. versic. quibus non obstantibus, & versic. ratio enim*; quia, & si subsisteret, confiscationem peculii aduentitii non dari ratione prerogatiuę concessę patriæ potestati, ob quam pater prefertur fisco, tamen ista patria potestas non potest considerari in illis bonis, in quibus pa-10 ter † caret vsufructu, & administratione, siue ex dispositione legis, siue hominis, cum hoc casu pater habeatur loco extranei *Pastell Iun annotat.82. nu.11. & seqq Paschal de patr. potest. par.1. cap.2. num. 8. cum aliis a me allatis quæst. 24. num.105.*

11 & confiscari etiam † debet quoad proprietatem reseruato patri vsufructu, si filius ob crimen lęsę Maiestatis damnetur *Farin. d. quæst. 24 num. 9. Guazzin. d. limit.28. num.13.*

De peculio autem profectitio, quod nequeat confiscari, multo minor potest cadere dubitatio, quia

12 quia sicuti † quoad proprietatem, & vsumfructum est patris; ac filius nihil aliud habet, quam nudam administrationem *l. certum C. famil. ercisc. Paschal.*
13 *de patr. potest. par.* 1 *cap.* 3. *num.* 11. ita nullo † pacto potest per fiscum publicari *Farin. quast.* 24. *numer.* 3 *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *limitat.* 29. *num.* 1. *Sanchez d. cap.* 15 *num.* 16. & 17. etiam
14 si † pater dedisset ipsi filio plenam, & absolutam potestatem administrandi idem peculium, nam non propterea censetur concessa facultas alienandi ob delictum *Farin. ibid nu.* 4. *Guazzin. d. limit.* 19 *nu.*
15 2. *Sanchez d. cap.* 15. *n.* 18 quomodo vero † dignoscatur, an pater concedendo filiis bona voluerit transferre dominium, vel administrationem, poterit videri *Rot. decis.* 110. *post Merlin. de pignor.* & *decis.* 24. *ac decis.* 25 *post Censal. ad Peregrin.* in quibus pleno calamo disceptatur articulus.

16 Quod autem † opiniones supradicta volentes, nullum peculium posse confiscari, sine verz, comprobatur authoritate *S Rot. Rom. post.* 2. *vol. cons. Farinac. decis.* 145. & *coram Merlin. decis.* 168. *n.* 13. & *seqq.* vbi testatur de veriori, magis recepta, & equiori opinione.

17 Hac omnia tamen † cessant in Statu Ecclesiastico ex dispositione *constitut. Aegidian. cap.* 18. *lib.* 4. vt voluit *Farin. in addit. ad d. quast.* 24. *nu* 13. sed an eadem constitutio procedat filio damnato in contumaciam, dum casus hic Macerata euenit in Tribunali Gubernatoris fuit scriptum pro nega-
18 tiua † a b.m *Bernardo Marchetto* eximio I. C. de quo dici vere poterat, quod omnia iura seruabat, in scrinio pectoris, adeo omnes leges callebat Que ante ipse tunc dixit, ego hodie hic registraui Illustrissime Domine. Nec dos materna existens apud patrem viuentem, & si ipsa matre mortua, potest confiscari pro delicto filii in contumaciam condemnati, nam de iure communi res videtur sa-
19 tis expedita contra fiscum, quia † per delictum familia bona filius alienare non valet, & fiscus capere non potest *Bartol in l. si finita §. si de vectigalibus quest.* 6 *nu.* 12. *ff. de damn. infect. Bald. in l.* 3. *C. de bon. proscriptor. Ruin. cons.* 14 *num.* 6. *vol.* 5. *Cappell. Tolos. decis.* 120. *iuncta addit. Aufrer.* qui dat concordantes *Boer. decis.* 7. *num* 10. *Aretin. de malefic. in glos.* & *eius bona confiscantur. versic. quid si filius familias num.* 27. *Adden. ad Bertazol. cons.* 510. *versic. circa autem dotem maternam vol.* 2. ea forsan ratione, quia in praeiudicium paterni
20 † vsusfructus filius non potest alienare, nec obligare bona materna *l. vltim.* §. *ipsum autem filium versic. filiis autem* & *ibi Bald. num.* 1 *C. de bon. qua liber. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 2 *nu.* 4. *Paschal. de patr. potest. par.* 1 *cap* 3. *nu* 107 *Tiraquell. de legib. connubial. lib.* 6. *glos.* 8. *num.* 108. *in fin. Gratian. discept. at.* 79. *num* 22 *Rot decis.* 596. *num.* 1. & 9. *par.*
21 2. *recent.* que ratio † obligandi militat etiam in delicto, cum quis delinquendo censeatur se poene obligare *l. Imperatores ibi ipse te huic pœna subdidisti ff. de iur. fisc. Aretin. in* §. *omnium instit. de oblig.* & *communiter omnes Scribb. in prin. instit. de oblig. qua ex delict. nasc.*

Cui dispositioni iuris communis non debet ho-
22 die obstare † *constit. Marchia lib.* 4. *cap.* 18. disponens peculium confiscari, cum quia constitutio non procedit, dum filius fuit in contumaciam condemnatus, vt colligitur ex eius verbis, & testatur *Rot. in Cesenaten. de Cacciaguerris* 2. *Februarij*
23 1600 *coram Litta*, vbi ponderatur † verbum *confiterit*, per quod excluditur probatio per sententiam contumacialem, vt aduertit etiam *Barbos. di-*
24 *ction.* 66 *numer* 5. nam contumax † non dicitur damnatus propter delictum, sed ob contumaciam *Thob. Non. cons.* 94. *num.* 10. *Bertazol. cons.* 83. *nu.* 13. *Cels. Hug. cons.* 120. *numer.* 71. & 72. *Tusch. conclus.* 1022. *numer* 8. & 10. *tom.* 2. *litter. C. Chartar. de capt. bannit. capit.* 1. *numer.* 98. *Farinac. quast.* 24 *numer.* 173 & *seqq.* qui licet dicat non procedere, quando statutum respicit condemnationem, tamen fatetur contrariam opinionem esse magis communem & emitatur ex eo, quod eadem *constit.* excludit sententiam contumacialem, vt dixi.

25 Minus obstat † idem *Farin. in addit. ad d. quast.* 24. *sub num.* 13. volens, contumacialem sententiam sufficere in terminis constit. Marchiæ ad confiscationem peculii, quia contra illius opinionem adest *d. decis. Rot in Cesenaten de Cacciaguerris* fulcita validissimis rationibus, quæ non tolluntur per *Farin.*

26 Maxime † quia *eadem constit. lib.* 4. *cap.* 5. vult, quod pater admittatur pro suo interesse, quando filius est minor viginti annorum, & in hoc casu
27 non fuit admissus, nec etiam citatus † vt de iure requirebatur, vt potuisset illi preiudicari *Gabr. lib.* 7. *conclus.* 11. *num* 47. *Clar. quast.* 86 *num.* 9. & fa-
28 cit, quia † *Bulla Sixti IV* de qua *in d. constit. lib.* 4. *cap.* 19. compellens patrem ad soluendam legitimam pro filio non procedit, dum ille fuit condemnatus in contumaciam *Andreoli Port.* & *Cherubin. relati per Gilian. ad Statut. Perus.* §. *legitima* qui respondent contrariis, & *in* §. *pœna*, vbi adducitur *Farin.* qui testatur de practica dum erat fiscalis; quos non est verum restringi ad Statut. Perusia quia loquuntur generaliter, vt potest videri *in d.* §. *legitima num.* 25. 28 *cum seq.* & *numer.* 46. vbi regula vniuersalis constituitur, licet bene dicatur multo magis adaptari Statuto Perusino.

29 Nec obstat † *Bulla Pij IV* quod debeat solui legitima, quamuis filius in contumaciam damnetur, quia illa procedit, si filius fuit condemnatus ad legitimam, vel in confiscationem omnium bonorum, non autem in pœnam pecuniariam, vt considerant DD. adducti *per Gilian. d.* §. *legitima*, & *in* §. *pœna num.* 14. *vbi Farin.* testatur sic in practica seruari.

30 Tum quia constitutio † Marchie volens peculium confiscari debet intelligi de sic castrensi, vel
31 quasi; cum enim vtatur verbo *habuerit*, filius † non dicitur proprie habere aliud peculium, quam praedictum, quia de eo plene disponere potest iuxta *l. nomen* 164. *vbi Rebuff. Godd.* & *Brechaeus ff. de verbor. signific.* & excluditur omnino aduentitium

31 tium, † quia non potest dici illud habere, cum non possit disponere, de quo peculio non loquuntur. neque *Guazzin. limit* 27. *limit.* 28. *num.* 15. *&* 16. vbi loquitur de peculio profectitio, pro vt loquitur etiam *limit* 29. nec *Niger ad Mascard conclus.* 1158. nam licet *num.* 6. loquatur de aduentitio, nihil affert, sed solum se remittit *ad Guazzin.* qui non loquitur de eo.

Et confirmatur hic intellectus ex aliis verbis eiusdem constit. *secundum iuris dispositionem*, iux-
33 ta † quam filius familias non potest disponere de peculio aduentitio, sed tantum de castrensi *l. cum oporteat C. de bon. quæ liber. late Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. vnde in illo solo procedit pœna, non in aliis, cum sit nimis graue, & contra ius, vt vnus pro alterius crimine teneatur *tot. tit. C. ne fil. pro patr.* & satis est, quod constitutio in hoc peculio verificari possit, ad hoc ne extendatur ad alia, cum hęc sit natura constitutionis
34 † correctoriç iuris communis, vt si potest operari vnum effectum, non extendatur ad alios *Altograd. cum ibi relat; conf.* 88 *nu.* 14.

Et tandem remanent consideranda alia verba d. constitut. *discretione seruata circa facultates, & numerum filiorum, cum misericordia semper*, quę debent intelligi, quatenus pater sit soluendo, & gaudere debet beneficio deducto ne egeat, pro vt
35 gauderet, si conueniretur a filio emancipato *l. in condemnatione* 134. *ff. de re*[illegible] *tur l sunt qui in id* 16. *ff de re iudic Paschal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 9.
36 *num.* 1. quod extendit † etiam in delictis *ibid. nu.* 11. *&* 12. & faciunt *Simanc. cathol. instit. tit.* 9 *nu.* 12. *Sanchez in præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 17. *n* 28.
37 Contra vero contendebat † *Io: Maria Nellus* tunc temporis Aduocatus fiscalis, & qui in legali scientia primum non admittebat, qui consulens
38 pro fisco ita respondebat. Ad euitandam † confiscationem peculii aduentitii adducitur ex aduerso authoritas *Bartol. in l si finita §. si de vectigalibus ff de damn. infect.* & aliorum explicite asserentium, dotem maternam non venire in confiscatione.

Sed facile tollitur obiectum, si dixerimus conclusionem esse verissimam in terminis iuris com-
39 munis, at in † terminis *constitut. Marchiæ lib.* 4. *cap.* 18. in quibus versamur, prædicta conclusio non potest substineri, etenim peculium filii familias, attenta illius dispositione, semper confiscatur, siue sit castrense, vel quasi, siue aduentitium, aut profectitium *Farin quast.* 24. *num* 161. *Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.* 13. *limit* 27. *nu.* 8. *limit.* 28. *n.* 14. *&* 15. *& limit.* 29. *nu* 10. *Niger ad Mascard de probat. conclus.* 1158. *num.* 1. 6. *&* 10. quatenus semper se refert ad *Guazzin.* & euidenter deducitur *ex ead. constit. d. cap.* 18 vbi *integre banni, vel pœna exactio fieri possit de peculio*, & ibi, *si vero peculium nullum habuerit*, & alias ita fuit practicatū in hac Curia, me pro fisco patrocināte.

Prout etiam tollitur obiectum, quod saltem in casu condemnationis in contumaciam tunc intret confiscatio, quando fuit facta condemnatio ad legitimam *ex Androsill, & aliis penes Gilian. § legitima & §. pœna*, quia etiam vbi quis condemnatur
40 in contumacia n † intrat confiscatio peculii in terminis *constit. Marchiæ*, vt aduertit *Farin. in addit. ad quast.* 24 *sub num.* 13. *versic. & in Statu Ecclesiastico, & versic sed certe licet*, vbi refert *Baiard* testantem, ita seruari in Prouincia Marchię.
41 Non obstat, quod hęc conclusio † non habeat locum, quando condemnatio non fit ad totum, *ex DD. allegatis per Gilian. vbi supra*, etenim quicquid illi dixerint pro eorum cliento, certum est, quod intrat confiscatio, etiam si condemnatio sit restricta ad certam pœnam, vt ponit pro constanti *Guazzin. d. limit.* 28. *num.* 14. *&* 15. eoque magis quia DD. in contrarium allegati se restringunt ad Statutum Perusię, vt datur videre apud *Gilian. d. § legitima n.* 42 *& §. pœna nu.* 38

Si inter duo luminaria iuris licebit meæ obscuritati iudicium interponere, in primis non reticen-
42 dum censeo, quod sciui in dicta causa fuisse † iudicatum contra Fiscum, deinde dicam, quod licet *Farin. in addit. ad d. quast.* 24 *sub num.* 13. *& nu.* 183. *versic & licet Rota* voluerit in terminis *constit. d. cap.* 18. obseruari contra patrem, quod sufficiat condemnatio in contumaciam, sitq; tanta *Farinae.* authoritas, vt temere sit ab illa discedere, attamen ego semper in hoc puncto iudicarem contra ipsum ob rationes adductas *à Rot in d. Cesenaten. de Caccianguerris impressa post.* 2. *vol consil. ipsius Farin. decis* 145. *num.* 2. *& seqq.* a cuius Rotę opinione censeo nunquam esse recedendum a iudicibus, maxime in Statu Ecclesiastico, in quo illius S. Auditorii responsa constituunt ius.

Circa intellectum datum ad eamdem *constit.* quod comprehendat solum peculium castrense,
43 vel quasi, ego † discedo ab opinione illius consulentis, quia, vt supra dixi, illud nec de iure communi subiacet confiscationi, & sic deficit ratio per ipsum considerata.

Viso an ob delictum filii peculia subiaceant pu-
44 blicationi, remaneret discutere, an patre † delinquente valeant confiscari, & ne longior euadam, quam par est, remitto lectorem ad *Farin. d quast.* 24. *num.* 25. *& seqq Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 28. *&* 29 *Sanchez in præcept decalog. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. *& seqq.*

De Legitima.

SVMMARIVM.

Legitima reseruatur filio in bonis paternis confiscatis. num. 1.

Extende regulam remissiuè num. 2.

Fiscus occupat omnia bona paterna, & debet conueniri a filio pro detractione legitimæ nu. 3.

Legitima non debetur filijs natis post condemnationem, & confiscationem secutam. n. 4. *&* 6.

Tempus attendendum in deductione legitimæ vide remissiuè. nu. 5.

Bona

Meno.

Menoch. præsumpt. 72. numer. 19. lib. 4. loquitur de substitutione pupillari. num. 135.
Hypotheca competit pro legitima legata. numero 136.
Legitima non debetur matri, si filius habet filium: num. 137.
Legatum quantitatis, quam testator asserit, se debere, valet, licet re vera non debeatur. numero 138. 139. & 140. vbi etiam de re legata
Demonstratio falsa non vitiat legatum numero 141.
Causa falsa adiecta per modum conditionis vitiat legatum. num. 142.
Et quare. num. 143.
Declara. num. 144. & 145.
Legatum legitima continet illam quantitatem, quæ potest exigi ratione legitima. num. 146.
Paria sunt, quantitatem exprimi per nomina vniuersalia, vel quotitatiua, dum existentia bonorum est certa aparte rei. num. 147.
Ampliatur. num. 148. & 149.
Falsa demonstratio, vel causa vitiat legatum, si testator alias legaturus non fuisset. numero 150.
Amplia. num. 151.
Declara. num. 152. & 153.
Testator præsumitur voluisse exercere liberalitatem, si legauit matri legitimam, quam sciebat illi non deberi, saltem in proprietate. numero 154.
Legitima non debetur matri transeunti ad secundas nuptias, saltem in proprietate. numero 155.
Consensus filii quod mater transeat ad secundas nuptias, operatur remissionem iniuriæ, & pœnarum contra secundo nubentes. numero 156.
Testator præsumitur voluisse exercere liberalitatem in matrem, si plus reliquit vxori. numero 157.
Liberalitas præsumitur in coniuncto ad fauorem coniuncti. ibid.
Locutio discretiua testatoris in casu superuenientiæ filiorum facit præsumi, illum bene cogitasse de liberis futuris. num. 158.
Conditio si sine filijs, est tacite subintellecta in testamento ascendentis. num. 159.
Declara. num. 160.
Donatio Vniuersalis reuocatur per superuenientiam filiorum num. 161.
Declara. num. 162.
Testator viuens post pragnantiam vxoris, & non mutans testamentum præsumitur perseuerare in voluntate relinquendi legitimam legatam matri, & si superuenerint filij. num. 163.
Verbum suum continet solum id, quod est proprium num. 164.
Declara. num. 165. & 166.
Testator potest libere legare legitimam matri, etiam si filii superueniant. num. 167.
Legitima est corpus certum ratione quota. numero 168.
Verbum suum potest habere diuersos intellectus, secundum subiectam materiam. numer. 169. 170. & 172.
Mater nullum ius habet in legitima viuente filio numero 171.
Legatum in dubio præsumitur validum. numero 173.
Præsertim fauore matris. num. 174.
Legatum in dubio non censetur reuocatum numer. 175.
Instantia de iure canonico est perpetua numero 176.
Desertio causæ non inducitur ex diuturna taciturnitate, nisi ex actis constet de non iure tacentis. num. 177.

QVÆSTIO XXVIII.

1 PAtre delinquente, illiusq; bonis confiscatis reseruatur legitima filio *Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit. 23. numer. 1 Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1 quæst. 28 per tot.* vbi dat
2 multas † extensiones ibidem videndas, ne a mea solita breuitate diuertam; dicam dumtaxat, quod *Merlin. in fin. d. quæst num. 12.*
3 addit duo notabilia, quod fiscus † occupar omnia bona patris condemnati, & facta confiscatione est ipse fiscus conueniendus pro excorporatio-
4 ne, & detractione legitimę, & quod hæc † legitima non debetur filiis conceptis, vel natis post condemnationem, & confiscationem secutam, quod iterum reassumit *eod. tit. quæst. 39.* vbi di-
5 scutit, quod tempus sit † attendendum pro deductione legitimę, & cum eius opinione filios natos
6 post confiscationem † nullam acquirere legitimam adducit concordare *Guazzin. d. limit. 23. numer. 13. Farin. quæst. 24. numer. 42 Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 4. glos. 5. numer. 37. ver-*
7 *sic. sed hoc verum.* Si vero pater habeat † tres, vel quatuor filios, non est amplius agendum de solutione legitimæ, cum patre trium, aut plurium filiorum confiscato omnia bona eisdem filiis reseruentur *l. final. §. si plures iuncta glos & ibi communiter Scribb. ff. de bon. damnator. Farin. quæst. 24. numer. 38. & 39. Vermigliol. cons. 47. numer. 3. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst.*
8 *29. numero 4.* vbi reijcit † *Guazzin. d. limit. 23. numero 24. 26. & 27.* qui sequendo theoricam *Salicet. in l fin. numer. 3. C. de bon. damnat.* vult, quod si patrimonium est opulentum, sola medietas reseruetur filijs, & altera Fisco ap-
9 plicetur; hęc enim † *Salicet.* traditio nec fuit amplexa à *Thesaur. decis. 104. & decis. 198.* vel saltem debet † intelligi, quod in patrimonio amplo plures quam tres filii requirantur, & sic quatuor sint satis *Vermigliol. cons. 87. numero 7. & seqq. Donat. Anton. de Marin. var. resol. lib. 1 cap. 35.*

11 cap. 35 nu. 5. volens, quod dum filij sint † tres, vel plures, totum patrimonium illis debeat tradi, quamuis esset satis amplum, & testatur ita fuisse decisum; obseruantia autem allegata per Guazzin. in casu Piccinardi non merebatur adduci, quia confiscatio tunc successerat ob crimen lesę
12 maiestatis, in quo filiorum † ratio non habetur, vt aduertit idem Vermigliol cons. 47. numer. 1. & 2.
13 & consil 87. num. 10. Satis namque clarum † est in crimine heresis, & lesę maiestatis filios etiam à legitima excludi Farin cons 140. per tot. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 30 & quest. 31. & ego dixi quest. 4. num 14. & 73.
14 Si vero filius ipse delinquit, & ob illius † delictum datur publicatio bonorum, tunc de iure est absolute verum, quod patre viuente illius legitima non confiscatur Farin. quest 24. num. 15. 16. & seqq. Sanchez in precept. decalog. cap. 15 num. 19. & seqq. Giurb. ad consuetud Messan. c. 4. glos. 5. num. 18. 19. & 20. Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. q. 33. n. 1. & infra Hodiern ad Surd dec. 167. n. 1. &
15 per tot. apud quos ampliatur † conclusio in omnibus delictis, & si lęsę Maiestatis, vel quomodolibet alias atrocissimis, vel quamuis pater viuens illam filio consignasset.
16 Sed de iure † statutario potest induci, vt pater pro filio delinquente teneatur soluere legitimam Hodiern. in d. decis 167. num. 17. Merlin. d. quest. 33. num. 7. & seqq. vbi meminit in Statu Ecclesia-
17 stico † extare inter consist. Marchie lib. 4. dispositionem Card. Aegidij cap. 18. & Bullam sel. recordat. Sixti IV. cap. 19. à quibus cogitur pater ad soluendam fisco legitimam Filij condemnati;
18 quæ sancita seruantur in locis † Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, & non in terris Baronum, & infeudatis per consist Pij IV. dat. apud S. Petrum 21. Maij 1565. §. quod & ad legitimam impress tom. 2. nou. bullar. sub constit. 52. fol mihi 52.
19 & practicantur † etiam si Filius fuerit in contumaciam condemnatus Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 35 num. 12. & 13. Farinac. quest. 24. num. 182. versic. sublimita secundo, & in addit. ad dict.
20 num 182. infert, quod pater † tenetur soluere legitimam pro Filio, quamuis post condemnationem secutam illum non habeat in potestate.
21 Si Filius delinquens habet †, & ipse Filium, Pater non tenetur ex vi dd constitut. soluere legitimam, quę reseruatur Nepoti Farinac. quest. 24. num. 172. & cons 52 per tot. vbi adducit decis Sac. Rot. Rom. in Spoletana legitimæ vltim. Maij 1596. coram Blanchetto Merlin. de legitim. lib 3. titul 1.
22 quest 36. per tot prout nec debet † pater legitimæ solutionem, si alios tres, vel plures vltra delinquentem habet Filios Farinac. secund. prim. impression quest 24. numer. 170 vbi plures dat concordantes Merlin. de legitim iuxta postrem. impression lib. 3 tit 1. quest. 29. num 19. Vermigliol. cons 47 num 4. cons. 49. num. 2 & 3. & cons. 343.
23 num. 4. & hęc est opinio verior, ac seruata † per Sacr. Consultam; prout ego vidi plures resolutiones in diuersis causis emanatas; ideoque non est sentiendum cum Farinac. cons 206. numer. 2. vbi testatur se recessisse à dicta opinione, dum de Anno 1603. iterum fecit imprimi sua opera.
24 Et supradicta † consit Sixti IV. comprehendit etiam Auum patre de medio sublato iuxta opinionem Rossetti insignis I. C. relatam a Merlin. de legitim. lib 3. tit 1 quest 37. numer 9 & 10. a qua malè recedit Merlin ibid numer. 11. quoniam in
25 rubrica nominantur parentes, quorum † appellatione vera, & propria venit Auus l. appellatione 51 ff de verb. signif. Gratian. discept. cap. 977. num. 3. Barbos. appellatiu. 185. num. 2. & in nigro expres-
26 sè fit mentio de Auo, & idcircò licet rubrica † dissonaret a nigro, prout non dissonat, tamen non attenditur rubrica, sed statur nigro, quod est posterius Ias de action. in rub. num. 20. Rip. in l. 1. n. 20. ff. si cert. pet. Euerard in locis argum entor fol. mihi 204. a terg. versic quando autem; & vbi resultat
27 † correctio nigri, vel contradictio, rubrum quantumuis generale declaratur per nigrum Saliect. in d. l. 1. num. 17. & ibi Alex nu. 9. ff si cert. pet. Ciriac. controuers 400. num. 25.
28 Filio existente minore † quatuordecim annorum hęc constitutio, vel simile statutum, quod pater soluat legitimam, siue aliam pęnam pecuniariam pro filio delinquente non habet locum Marsil singul. 362. num. 4 Farin. d. quest. 24. num. 168. 169. & 170. Merlin. de legitim. lib. 3 tit. 1.
29 quest. 40. num. 4. & 5. nec etiam illius † dispositio comprehendit partem forensem Farin. d quest. 24. numer. 163. & 164. Merlin. d. quest. 40. numer. 1. 2. & 3.

Minus esset locus confiscationi legitimę debitę filio post mortem patris, si pater in testa-
30 mento instituisset † fideicommissum in casum delicti filiorum, vt illi a delinquendo retraherentur, quia simile fideicommissum cum prohibitione alienationis includit etiam legitimam, quę non potest ideo confiscari, & hoc onus vti fauorabile filio non reijcitur Farin cons 73 num. 7. 8. & infra. Vermigliol. cons 51. numer. 2. Rot. decis. 635 num. 6. par. 4. tom 3. recent. maxime si filius
31 † viuens huic oneri non contradixit, nam fiscus ex persona filij non poterit contra eius voluntatem de nullitate oneris dare Mastrill. decis 181. numero 9 & infra vsque in fin. Vermigliol. d. cons. 51. numer. 3. Capye Latr. consultat. 121. numero 34. & 37. vbi quod cessat omnis difficultas, si filius
32 † adiuit hæreditatem paternam absque inuentario; & hic casus non repugnat iis, quę dixi quest. 35. num. .. onus reijci ipso iure a legitima, & propterea fiscum posse illam petere; quia hic a-
33 gitur de onere † fauorabili, quod non reijcitur, sed valet, vt probant supra allegat. DD. illic autem agitur de onere non fauorabili, quod ipso iure dicitur reiectum, & secundum hanc distinctionem possunt amplecti ea, quæ firmauit Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 42. numero 21.

An

An autem filio occidente alterum filium eiusdem patris sit locus dispositioni constitutionis adstringentis patrem ad soluendam legitimam filii delinquentis est articulus satis dubius, sed ego non recederem ab opinione, quam tenuit *in Ciuitatis Castelli prætensa confiscationis legitima* valde 34 † insignis *I. C. D. Rosatus Torellus*, cuius memini *quæst. 35. numer*. . . . . qui testatus fuit mihi in illa causa obtinuisse ob rationes per ipsum tunc deductas in allegationibus, quæ sequuntur.

R P. non est locus confiscationi legitimæ contra Patrem D. Longini, non solum quia iste Pa- 35 ter habet alias quinque filias, quo † casu *constitutiones Marchiæ lib. 4. cap. 18. & Pontificia* de qua *in eap seq.* cogentes patrem ad soluendam legitimam pro filio condemnato in pœnam confiscationis bonorum non intrant per ea, quæ alias de anno 1624. fuerunt congesta in consultatione, quæ transmittitur, cuius meminit *Gilian. in compend. Statut Peruf. versic. legitima in adnot. num.* 4. & quod ita in S. Consulta resolutum pluries fuerit, vidi attestationes Excellentissimorum Virorum in Curia Romana versatorum, qui in aliis causis etiam Perusinis pro patre scripserunt, & concurrit etiam in casu nostro, quod deli- 36 ctum fuerit commissum † a minore viginti annis, vt ibi etiam fuit dictum *versic. & eo magis ex Farinac. & Guazzin. ibi citatis*, & additur *Merlin. de legit. libr. 3. tit. 1. quæst. 40. numero* 4.

Sed etiam, quia confiscatio irrogatur ex causa occisionis alterius filii eiusdem Patris, quo ca- 37 su † non habere locum constitutiones, seu statuta huiusmodi tenet optimis rationibus *Moron. de pae. quæst. 176. numero 5.* & sequitur *Mut. Chartar. de pœn. innoc. artic. 3. numero 853. & seqq.*

38 Et licet *Baiard* † *ad Clar. quæst. 86. num. 36. & Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.* 13. *limit.* 19. *numer.* 29 non recipiant hanc opinionem:

39 Tamen, cum huiusmodi † constitutiones sint valde exorbitantes, ne dicam crudeles, & inhumanę, vt volunt citati *per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 33. numero 10. & Hodiern. ad Surd. decis.* 167. *numer.* 18. *in fin.* debent restringi vbicumque aliqua ratio hoc suadeat; in casu autem hoc licet constitutio sit fundata, vt delicta non remaneant impunita, & ideo emanauerit in odium 40 filii, tamen resultat in damnum † patris; nec si legitima non soluetetur fisco remaneret ipsi filio delinquenti, vt considerat *Baiard.* quia hoc non est certum, cum possit non redire in gratiam, vel premori; prout certum est, & præsens damnum patris, qui etiam posset aliis filiis, quos habet, bona relinquere, & non isti; & ideo ratio *Baiard.* verificaretur in eo, qui non haberet alios filios pręter delinquentem; pręterea non agitur hic de mero pręiudicio filii, sed patris, & delictum non remanet impunitum, quia fuit damnatus ad triremes perpetuos, vt considerat *Honded. cons. 95. numero* 101. *& seqq. libro* 1.

41 Accedit etiam, quod d. d. † constitutiones mandant, quod confiscatio contra patrem fiat cum misericordia semper, & non videtur posse dari casus magis dignus misericordia, quam iste, in quo pater perderet filium, & facultates.

Sed quatenus prædicta non sint satis, vt admittatur opinio *Moron.* ex alio fundamento videtur excludi confiscatio legitimæ, nempè 42 † quia iste filius occidendo alium filium patris reddidit se ingratum, & dignum exhæredatione, & sic ei non debetur legitima, ex quo videtur offendisse personam patris, vt in *§. aliud quoque capitulum auth. vt cum de appellat. cognosc.* quia filius est vna, & eadem persona cum patre *l. final. C. de impub. & aliis substitut. cum aliis per Paschal. de virib. patr. potest. in proem.* Constitutiones autem præ- 43 dictæ non comprehendunt casum † in quo potest filius priuari legitima a patre, ita tradit in terminis offensionis nouercę, vel consanguineorum patris *Merlin. de legitim. d. lib. 3. tit. 1. quæst. 33. numero* 13. consulens, quod pater præueniat declarando filium ingratum, & eum exhæredando, & hoc idem repetit *libr. 4. tit. 1. quæst. 4. numero* 11.

44 Omitto, quod † non desunt qui tenent huiusmodi constitutiones, & statuta intelligi debere, quod tempore mortis patris sit legitima æstimanda, & soluenda, non autem in vita *Duen. reg.* 356. *in 2. ampliat. circa fin.* & tradit *Peregrin. decis. Patau.* 135. *numer. 2. in fin.* sub his verbis, *quod intellige respectu proprietatis, non vt pater viuens ob filii delictum priuetur vsufructu, & gaudimento illius portionis, ne delictum filii afficiat patrem*.

Quando autem esset locus confiscationi legitimæ (quod nullo modo conceditur) in casu 45 nostro esset duodecima † pars bonorum, cum ad eam concurrant sex filii *auth. nouiss. C. de inoff. testam. Ciriac. contr. for. tom. 3. contr.* 507. 46 *numero* 12. & prius esset habenda † ratio debitorum patris, cum legitima debeatur dedúcto ære alieno *l. Papinianus §. quarta ff. de inoff. testam. l. 2. §. illud ff. de collat. bonor. l. subrogatum §. bona fide ff. de verb. signif.* & pręcipue deducenda est dos Vxoris, licet 47 sit mater Rei, † quia constitutio non trahitur ad matrem *Bald. in l. quicumque 4. numero 18. C. de seru. fugit. Viu. commun. opinion. tom. secundo opinion.* 455. *in fin. incipien. legitima non debetur pagina mihi Octaua*.

48 Et in calculo bonorum † non ponuntur bona, quæ pater habet subiecta fideicommisso, quia ex illis non debetur legitima filio *Aym. cons.* 165. *n.* 2. *Peregrin. de fideicommiss. art. 36. num. 7. circa med. ibi & in fideicommissariis Carol. Anton. Put.*

in cons vnic. post cons Odd num 52. vbi quod considerantur tantum bona, in quibus filius successisset ab intestato.

49 Et generaliter, quod habeatur † ratio filiorum, & præsertim fœminarum dotandarum, & patrimonii quantitatis dixit *Honded cons.* 110 *num* 16. *in fin. lib.* 1 & ipsa *Aegidiana constit. lib.* 4 *c.* 18. mandat, quod seruetur discretio circa facultates, & numerum filiorum, & in *constitutione Sixti IV. in subsequenti cap. circa fin.* idem relatiue repetitur, Quare &c. *Rosatus Torellus I. C Perusinus.*

Dato autem casu confiscationis bonorum ma-50 tris, videbatur † dicendum, filio non deberi legitimam per tex. expressum *in l. de bonis* **C.** *de bon damnat. Clar. quæst.* 78. *num.* 26 *versic sciás tamen Farin quæst.* 24. *num.* 41. vbi dicunt hanc opinionem communiter approbari; sed quia hęc opinio fuit 51 † mihi visa irrationabilis, cum nullam causam possem excogitare, ob quam filio legitima negaretur in confiscatione, & deberetur in casu mortis matris, cui moriente filio debetur eadem legitima adeò 52 efficaciter, vt reguletur eisdem † legibus, & passibus, quibus regulatur, & ambulat legitima ipsis filiis debita *Altograd. cons* 57 *per tot & signanter num.* 70. *vol.* & plene *Rot in Ariminen. legitime de Scarponibus* 5 *Maii* 1617. *coram Durano inter eius impress. decis* 76. nec scirem distinguere casum 53 confiscationis a casu mortis, dum passus † confiscationem habetur pro mortuo *§. publicatione instit de societat. Gratian disceptat.* 413 *nu.* 7. *Giurb. cons* 45. *num.* 2. *& consil* 55 *num.* 15 ibi *quia mors ciuilis eiusdem est effectus in confiscando, cuius est naturalis, cum vtroque in casu fiscus vt hæres succeeat;* & mortem ciuilem equiparat naturali etiam *Altograd.* qui loquitur de condemnato *cons.* 98. 54 *num.* 92. *vol.* 1 maxime ad effectum † assecutionis legitimæ *Rot. decis.* 116. *nu.* 19 *&* 20. *par.* 5. *recent. & decis.* 503. *num.* 2. *ead. par.* 5. *tom.* 2. *Donat Anton de Marin. var resol. lib.* 1. *cap* 253. *num.* 15. & propterea illi acquiescere minime potui, & volens 55 † exactius videre articulum didici ex reuolutione librorum *d. l de bonis* esse correctam *a l. fin. C. eod*, vt aduertit *glos en d. l de bonis*, & sequitur plures alias rationes adducendo *Merlin. de legit. lib.* 3 *tit.* 1. *quæst.* 29. *numer.* 16. sicq; fuisse decisum a Senatu Mediolani testatur *Carpan. ad constit. nou. Mediol. § omnium num.* 750. quem sequitur *Guazzin. de confiscat conclus* 13. *limit.* 23. *num.* 41. vbi adducit *Lancellott. Corrad. & Beretti*, sentientes legitimam deberi.

56 E contra vero mater † consequetur legitimam in bonis filii condemnati *Carpan. d. § omnium nu.* 719. *in addit. litt. B. versic. quod matri n.* 745. *cum seqq. & ibi numer.* 750. adducit iudicium Senatus Mediolani pro matre *Guazzin. d. limit.* 23. *numer.* 40. & facit *Merlin. de legit. d quæst.* 29 *numer.* 18.

57 dum dicit † ex bonis confiscatis detrahi trientem 58 pro legitima ascendentium; & vrget † *text. in auth. bona damnat.* ibi *sed ascendentibus, & descendentibus C. de bon. proscript.* per quem fuerunt correcta iura omnia antiquiora, & fauetur tam matri, quam filiis in reciproca assecutione legitimæ, vt post *Lancellot. Corrad.* ponderat *Carpan. d. §. omnium num* 750.

59 Quatuor dubitationes † fuerunt mihi propositæ in materia detractionis legitimę; Prima fuit, an si pater relinquat illam filio in pecunia, vel nominibus debitorum, & filio damnato fiscus prętendens legitimam non fuisse detractam possit illam deducere ex bonis stabilibus: Secundo an in confiscatione contra mulierem valeat fiscus prętendere legitimam matri relictam a filio in testamento, dū post illud conditum habuit filios, & superuixit tantum temporis spatium, quod mutare testamentum potuit, & non mutauit: Tertio si patre, vel Auo in codicillis substituente filiis pupillariter, possit mater, & fiscus ex illius persona legitimam a bonis filii defuncti habere; Quarto firmata pro constanti traditione illa, matrem excludi a legitima per substitutionem pupillarem, an verba, quæ mihi data fuerunt in facto proposito, importarent pupillarem ad effectum hujusmodi exclusionis inducendæ,

Et ante quam ad illarum resolutionem procedam, censui premittendum, quod si filius, vel mater habebit, vel non habebit ius consequendi legitimam, eodem modo veniet affirmandum, vel ne-60 gandum de fisco, cum ius † petendi legitimam, & si non agnitum transmittatur ad quoscunque hęredes extraneos *Gratian disceptat.* 743 *num.* 2. *Altograd. cons.* 31. *num* 33. *vol.* 1. *Fontanell decis.* 57. 61 *num.* 12. *&* 13. & subsequenter † etiam in fiscum *Farin. quæst.* 24. *num.* 10. *versic contrarium* cum aliis relatis per *Ariam de Mesa var. resol. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 20.

Qua conclusione præmissa, deueniendo ad pri-62 mam difficultatem sentirem, quod † licet *Censal. ad Peregrin de fideicommiss. artic.* 36. *versic. tertio obseruo, & versic sed aliud est*, voluerit solis ascendentibus posse relinqui legitimam in pecunia, non autem descendentibus, quos vult posse dicere, nolumus relictum, sed volumus legitimam in corpo-63 ribus hęreditariis, attamen † contrariam opinionem firmauerunt *Fusar. cons.* 158. *num.* 2. *& seqq.* 64 vbi quod sine † difficultate procedit, si filii adiuerunt hęredita tem paternam, nec in vita reclamauerunt *Merlin. de legitim. lib* 5 *tit.* 3. *quæst.* 11. *num.* 65 20. *& seqq* volens rem carere omni dubio, † si pecunia relicta est hęreditaria *Caren. resol* 240. *num.* 66 2. & hęc opinio procedet † indubitanter existente aliqua legitima causa *Tomas. decad.* 1. *tract de legitim. tit* 4. *num.* 49. *&* 55. *Caren d. resol* 240. *num.* 67 3. & ideo si filius absolute absque † inuentario adiuit hęreditatem paternam, non poterit per eius hęredes legitima deduci, cum intret presumptio, quod subtraxerit res hęreditarias, & sibi de legitima satisfecerit *Caren. d. resol.* 240. *num* 4. *& seqq. Thomat. decis March.* 23. *num.* 111. *& seq. Addit. ad Buratt. decis* 115. *num.* 18. *Rot. recent par.* 6. *decis.* 301. *numer.* 9.

68 Circa secundam difficultatem † parum immorabor, cum habeamus decisionem *S. Rot. Rom.* in termi.

terminis punctualibus, quod matri debeatur legitima *in Auenionen. legitima 17. Nouembris 1653. coram b. m. Peutingero*, quę erit omnino videnda, quia magistraliter disceptat articulum.

69 Parum etiam insistam † in tertia, dum idem casus fuit a me resolutus *in Maceraten. legitima 23. Nouembris 1654.* dum tunc temporis essem Locumtenens Ciuilis Prouin. Marchię, & mea sententia fuit confirmata in Vrbe; resolutionem autem de illo tempore per me editam in fine huius quæstionis habebis impressam.

Minus subsistam in nouiter disceptando quartam, quia iam super ea interrogatus, sic respondi,

70 Substitutio, de qua agitur, est † expressa pupillaris directo, cum fuerit concepta sub specifica mentione pupillaris ætatis conditionaliter, & dispositine, ibi *e morendo detta mia figlia in qual si uoglia tempo, e particolarmente in eta pupillare*, cum hęc sit vera forma similem pupillarem adducendi *Altograd. consil. 91. nu. 1 vol. 1 Bellon de iur. accrescend. cap. 7. quæst. 14. num. 12. & 13. Buratt. decis. 84. nu. 1. & ibi Addit. litt. A Rot recent. decis. 639. num. 1. par. 1. decis. 172. num. 4 & decis. 198. num. 1. par. 4.*

71 Maxime, quia adest † verbum, *vada* quod est directum *Bald. in rub. C. de impub. & aliis subst. nu. 2. Odd. de compendios. par. 4. quæst. 1. artic. 1. verb. vadat Gratian. disceptat. 542 nu. 23. & seqq. Merlin. de legit. lib. 3 tit. 2. quæst. 14 nu 38 Rot. recent. d. decis. 639. num. 3. & 7 par. 1. decis. 431. numer. 6. par. 2. coram Buratt. decis. 84. num. 4. & 12. & decis. 101. num 5. & ibi A ait num. 11* quicquid volucrit

72 fuerit † illud esse com nune *Bellon. de iur. accrescend. cap. 7. quæst. 3. numer. 351.* cum contra ipsum stet communior Schola D D. approbata a *S. Rot. Rom.*

Et quamuis fuerit additum verbũ, *ritorni*, quod

73 est † commune *Fusar. consil. 151. numer. 5. Bel-*

74 *lon. d. quæst. 3 numer. 352. & seq.* licet illud † esse directum profiteantur *Odd. de compendios. par. 4. quæst. 2. artic. 1. verb reuertatur. versic. ego breuiter, & Graff. in § substitutio quæst. 5. numer 7.* non

75 ideo † immutatur natura eiusdem verbi *vadat*, sed omnino directæ pupillaris producitur *Gratian. d. disceptat. 542. num. 26. Buratt. d. decis. 101. num. 13. Rot. recent. d. decis. 639 num. 7 par. 1.*

76 Confirmatur etiam adesse † ipsam pupillarem ex verbo *substituo* adiuncto, quod hoc casu efficitur directum, non quia stet cum altero verbo *heredem Bellon. d. cap. 7. quæst. 6 numer. 58. Andreol. controuers. 121. nu. 12. 13. & 14. Caren. resol 78. num. 1.*

77 nam heredis † nomen fuit appositum demonstratiuè, dum fuit dictum, *sustituisco l'infrascritto mio herede Caualcan. decis. 20 num. 17. par. 3. Fusar de substitut. quæst. 241. num. 54. versic. declaratur ta-*

78 *men*, sed quia fuit relatum † ad personam pupilli ibi, *gli sostituisco*, vnde intelligitur directum ad operandam pupillarem *Fusar. consil. 20 num. 13. versic. quarta Caren. d. resol. 78. num. 12. Rot. coram Man-*

79 *tic. decis. 367. numer. 8.* quę semper dicitur adesse †, vbi adsunt verba directa *Altograd. d. consil. 91. num. 2. & seqq. vol. 1.*

Cum igitur in verbis vt supra dignoscatur hanc substitutionem esse pupillarem directam, parum refert, quod tam institutio, quam substitutio sit re-

80 stricta ad rem certam, quia similis † restrictio vitiatur, & non vitiat, illaq; non obstante extenditur ad omnia bona pupilli *Craff. d. § substitutio quæst. 29. numer. 3. Marescott var. resol. lib 2. cap. 140. num. 15*, asserens fortiorem esse formam pupillaris, quam restrictionem ad certa bona *Fusar. de substitutionib. quæst. 116 nu. 1. & d. quæst. 241. num. 31. Rot. recent. d. decis. 639. num. 4 decis. 431. num. 4 & 5. par. 2. coram Buratt. decis. 84. num. 6. vbi Add. num 15. & decis. 101. num. 2 & seqq.* magisq; diffuse omnibus aliis *Altograd. d. consil. 91. nu. 32. & seqq.* vbi nu. 36. pluribus relatis firmat, con-

81 traria † procedere, quando substitutio fit per verba communia, vel directa non ciuilia, & ita etiam videtur se declarare *decis. 22. num. 10. & 11. & decis. 63 num. 7. versic. denique non obstant, & num. 8 post Merlin de legit.*

82 Inter verba autem † communia, vel non ciuilia directa nullum constituit discrimen *Bellon. d. tract. cap. 7 quæst. 14. nu. 100.* si autem huiusmodi verborum clarior desideratur intellectus poterit consuli *idem Bellon d. cap. 7. quæst. 3. à num 28 vsque in fin.* declarans pleno calamo, quæ sint verba ciuilia directa, non ciuilia directa, communia, & obliqua.

83 Et tertius conuincitur, quia † etiam substitutio compendiosa per verba directa cum dinumeratione temporis, vt hic, si in ætate pupillari decesserit, vel quandocunque, est pupillaris directa *Rot. Bonon. diuers. decis. 28. numer. 30. Fusar. d. quæst. 116. num. 12 Bellon. d. cap. 7. quæst. 14. nu. 22. 23. 24. 30. 31. & seqq. & nu. 106 iunctis pluribus aliis.*

Firmato ergo, substitutionem esse pupillarem

84 directam, mater † semper excluditur a legitima *Caren. resol 78. num. 8. & 9. & resol 82. num. 2. & seqq. Altograd. d. consil. 91. numer. 86. & seqq.* quibus possent addi alii plures a me cumulati *in Maceraten. legitima 23. Nouembris 1654. § quæ substitutio*, quos sufficit sic indicare, ne alias dicta transcribam.

Omitto consultò alia, quæ valerent adduci in contrarium, cum omnibus obiectis satisfaciant *Bellon. d. quæst. 14.* & magis indiuidualiter in terminis instantis difficultatis *Altograd. d. consil. 91.*

Quanta debeat esse legitima filii extantibus fęminis, quæ sint per statutum exclusę, an scilicet il-

85 lę faciant † numerum, valde intricata, & ardua est quæstio, quam plenè discutiunt *Merlin. de legitim. lib. 1. tit 4 quæst. 3 per tot. & Tomas. decad. 1.*

86 *tract 4. tit 6. per tot.* in casu autem † confiscationis *Farin. consil 206. num. 10.* amplexus fuit distinctionem, quod si statutum excludit simpliciter fœminas, & postea mandat dotari, illę non habentur in consideratione, sed reputantur pro mortuis; si autem fœminæ excluduntur, quatenus sunt dotatæ, tunc faciunt numerum in computatione legitimæ, & ex earum legitimæ supplementis portiones masculorum impinguantur.

Cum

Cum vero filius exhæredatur, & fæmina instituitur hæres vniuersalis, post: in casu confiscationis quæri, quanta deberet esse legitima filii, & an deberet deduci dos fęminæ, ideo volui apponere ea, quæ alias dicebam *in vna Maceraten.legitimæ*, quæ cognoscebatur in Tribunali A.C. quia faciunt valdè ad propositum.

Non agimus de dote D. Polinicis deducenda ante legitimam Gugle'mi, quinimo admittimus, 87 ipsam dotem fuisse † confusam cum hęreditate materna, & vnicum fuisse constitum statum hæreditarium, etiam hanc dotem complectens iuxta *de. cis. 4. & 5. post Merlin. de legit.*

Sed dicimus Polinicem exclusam ex vi statuti ab ipsa matris hęreditate fuisse per institutionem vni-88 uersalem testamentariam † ad sui fauorem a matre factam ad hanc successionem reintegratam, agnitam vti suam, & consequenter facere partem in legitima *Marescott. var. resol. lib. 1 cap. 10. numer. 11. & 12. Ciriac. controuers 284 num. 54 & seqq. Bellon. de iur. accrescend. cap. 6. quæst. 15 num. 82. & seqq. Merlin de legitim. lib. 1 tit. 4. quæst. 6. nu. 19.*

89 & quod per similem institutionem † testamentariam fęmina dicatur agnita, & reintegrata semper admisit *Rot. coram Gregor. XV. decis 565. num. 5. post Merlin. de legitim. decis. 31 num. 3. & 4. & de. cis. 42 num. 4 & infra* vbi diluuntur, ac declarantur contraria, *& in Romana de Marescottis 18. Iunij 1646. coram Reuer. D. Verospio apud Merlin. de pignor. decis. 136. num 12. & 13.* in qua hęc regula fuit recepta pro vera, & indubitata, sed fuit resolutum contrarium, quia *Rot.* censuit per clausulam codicillarem non fuisse inductum fideicommissum ad fauorem fęminarum.

Cumq; propterea mater instituendo filiam hæredem vniuersalem, ac filium masculum exhere-90 dando remouerit † obstaculum statuti, & voluerit reducere rem ad terminos iuris communis, vt aduertunt *Ciriac. Bellon. Merlin. & Rot. in locis supra allegat*; vtique masculus existens, & statu-91 tum † excludens non debent haberi in consideratione, dum masculus fuit exhęredatus, nec succedere potest *Ciriac. d. controuers. 284. num. 49. 50. & seqq* qui erit semper inspiciendus, quia tollit omnes difficultates.

92 Hinc sequitur, quod duobus filijs † extantibus legitima sit tertia pars medietatis bonorum matris, quam ab intestato Guglielmus erat accepturus, nisi fuisset per testamentum exclusus, *Merlin. qui sufficiat pro omnibus, de legitim. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 4.*

Nec ampliùs meretur allegari statutum, quod si vigeret non faceret admitti exclusam ad partes legitimę in pręiudicium masculorum, quia per d. institutionem testamentariam ad filiæ fauorem fuit ablatum, sed attenditur sola dispositio iuris 93 communis, secundum † quam tàm fęminę, quam masculi indistinctè vocantur ad ipsius legitimę partes *Ciriac. Bellon. Merlin. & Rot. vbi supra*. Huiusmodi 94 enim statuta habent † locum dumtaxat patre, aut matre volente, & quando filia vult testamentum impugnare, non autem dum venit ad successionem ex ipso testamento *Gregor. XV. decis. 358. per tot. & ibi Add.*

Quibus stantibus cessat etiam difficultas confu-95 sionis dotis † ob aditionem absque inuentario, quia non applicatur pręsenti quęstioni, in qua fęmina admittit dotem esse detrahendam, sicuti illam cessare in hoc casu sentit *Merlin. d. quæst. 6. num. 19. versic. sic etiam cessat difficultas.*

Vltra DD. superius allegatos circa agnitionem 96 fęminę ex testamento † resultantem poterit videri *Rot. recent 219 & decis. 316. part. 6. decis. 60. decis 110. & decis. 175. par. 7.* erit tamen aduerten-97 dum, quod nulla resultabit agnitio, si filię † fuerit relictum aliquid pro omni iure ipsi competenti, & competituro *Gabr. cons. 140. num. 11. lib. 2.* nec si filiæ fuisset quid certum relictum titulo institutio-98 nis, nam ad hunc effectum † requiritur, quod vel sit facta mentio legitimæ, vel institutio sit in quota, non autem in certa specie *Gregor. XV. decis. 565. num. 9. Caren. resol. 150. num. 14.*

Sequitur resolutio Authoris in Maceraten. Legitimæ 23. Nouembris 1654.

Qui reuocabant ad trutinam iustitiam laudi declarantis competere D. Marię Venantię detractionem legitimæ è bonis Menicæ, & Ioannis Filiorum infantium, quibus mortuis sine filijs legitimis, & naturalibus Ioannes Grandis Auus substituerat Franciscum, & Antonium Matthei Grandis Nepotes ipsius consobrinos, contendentes illud inexequibile, deducebant, substitutionem 99 hanc esse compendiosam *Giurb decis Sicil. 11. num. 3. Andreol. controuers. 29. nu 3. Capyc. Latr. consultat. 76. num 5. & seqq. Censal. ad Peregrin. artic. 34. numer. 9.* vbi quod comprehendit omne tempus, ac si adesset dictio quandocumque, & in eandem sententiam feruntur *Mart. Medic. decis. Senen. 69. num. 3. & decis. 70. per tot. Antonin. de Amat. resol. 10. num. 80. par. 1. & Rot. decis 120. num 5. par. 7. recent.*

100 Quę substitutio compendiosa, & si esset † concepta per verba communia importat pupillarem, & matrem in medio existentem excludit *Surd. decis. 273. num. 2. & per tot. Hodiern. ibid. nu. 1. Mart. Medic. d. decis. 69. nu. 13. & seqq.* vbi omnes vsque ad suum æuum scribentes congessit *Gratian. discept. foren. cap. 407 per tot. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 1. par. 3. nu. 58.* qui testatur ita pluries iudicasse Supremum Catalonię Senatum *Altograd. consil 91 num 90. & seqq Vol. 1. Andreol. controu. 7 num. 20. & seqq. Rot. recent decis 373. num. 3. & 4. par. 2. & d. decis. 120. numer. 1. 6. 7. & 8. par. 7.* quicquid eat in contrarium cum pluribus allegatis *Donat. Anton. de Marin. var. resolut. lib. 1. cap. 265. num. 20. & seqq.* & sese inuoluant dubitantes *Censal. ad Peregrin d. art. 34. & Ciriac. controuer. 142.* 101 *à num. 29. vsque in fin.* Et dicitur † quidem pupillaris verbis generalibus expressa, non autem tacita secundum opinionem veriorem *Mart. Medic d. decis. 69. num. 37. Gratian. d. cap 407. num. 2. & seqq. Fusar. de substitut. quæst. 242. num. 9. & seqq.*

seqq. Merlin.de legitim.lib 3. *tit*.2. *quæst*.14 *nu*.1.
102 2.3.4.*&* 5. Non enim substitutio † compendiosa est species separata, sed omnium substitutionum Protheus, & compendium ; adeò vt ante aditam in vulgarem, ante pubertatem in pupillarem, & postea in fideicommissariam transmutetur. *Hodier. controuers*.20 *num*.1. *Antonin.de Amat. d.resolut*. 10 *num*.82.

Eoque magis, cum hęc substitutio fuerit expres-
103 sa per † verbum, *Vada*, quod est exequtiuum, ac operatur pupillarem directam, quę omnino Matrem excludit *Rot.decis*.639. *numer*. 3 *& seqq. par*.1.*& decis*.431.*num*.6.*par*.2.*recent. Merlin. de legit.d.quæst*.14.*num*.36.*& seqq*. qui licet *num*. 41. videatur recedere ob authoritatem *Rotæ in Firmana Bonorum* 27 *Februarii* 1587 *coram Bubalo* plene comprobatam *a Marescott. var resol lib*.2. *cap*.140.*numer* 33.*vers.hæc quæstio cum numeris seqq*. Attamen parum obest in terminis substitutionis, de qua agitur, quia *Rot. & Marescott* lo-
104 quuntur de verbo, *remanere*, † quod est commune; hic autem adest verbum, *vada*, quod est directum iuxta Doctores relatos *in dd decis*.639. *&* 431. inter impressas *Buratti decis* 84. *num*. 4. *& decis* 101.*num* 5.*& ibi Addent. num* 11.

Extra omnem autem aleam difficultatis addu-
105 cebatur exclusio † matris ex eo, quod eidem non fuit commissum regimen filiorum *Gratian.d. cap* 407 *numer*.42.*Mantic.decis* 367.*nu* 13.*Merlin. d. quæst*.14 *nu* 25.ac etiam, quia ex testamento iam ante codicillos condito colligebatur, ma-
106 trem fuisse † odiosam testatori; sufficit enim ad illam excludendam, quod habita fuerit pro inimica *Crass. §.substitutio quæst*. 31.*numer*.8.*Fusar. quæst*. 242. *num*.53. *Donat. Anton. de Marin. d. cap*. 265.*num*.11.

107 Nec aliquid obstare visa fuit restrictio † adiecta substitutioni, *in hæreditate ipsius*, quæ solet operari, quod mater minime censeatur exclusa; quia vltra alias limitationes, quas recipit regula pro matre, & congerit *Merlin. d. quæst*.14.*numer*.21.*& seqq*. peculiare est, quod hęc, & similis restrictio nullum producat effectum, vbi constat, voluisse a testatore pupillariter substitui, & verba sunt directa *Merlin.ead.quæst*.14.*num*. 16 *vers. & dicitur substitutio. Rot.post eund.decis*.63.*num*.5.*& seqq*. & in puncto substitutionis conceptę per verbum, *vada*, *Rot recent.d.decis*.639.*numer*.3.*&* 4.*par*.1. *& decis* 431. *num*. 6. *par*.2. *Antonin.de Amat.resol*. 152.*num*.11, qui *num*.20.solide sustinet, quod restrictio ad bona Testatoris absque dictione taxatiua tantum nihil operatur, & concordat *Rot.post Gilian. ad statut. Perus.decis*. 61 *num*.16.*& seqq*.

108 Hancque substitutionem sustineri † directam, & si contineatur in codicillis, quando est fauorabilis pupillo, vt præsumitur, scripserunt *Thesaur: Iun. quæst: forens*. 61.*num*.14.*lib*.2.*& Merlin.de legit. d. lib*. 3.*tit* 2.*quæst*.13 *num* 3.*& seqq* pręter-
109 tim, quia isti codicilli † confecti coram quinque Testibus a Notario, qui assumit vicem duorum Testium, conueniuntur in Testamentum *Thesaur.d.quæst* 61.*num*. 9. quamuis Testator dixerit, se velle codicillari *Gratian discept.at forens. cap*. 657. *num*.3. *Ciarlin.controuers*. 9 *num*.12.

Et licet hæc substitutio deberet ad fideicommis-
110 sariam trahi, attamen † quia onus fideicommissi censetur in dubio impositum heredibus pupillorum *Fusar. quæst*. 299. *nu* 9.*Merlin.d.quæst*.
111 13.*num*.22.*& seqq*. nullo pacto † est locus detractioni legitimę *Durant. de arte testandi tit*. 5. *cautel* 34.*num*.2.*Fusar.quæst*.300 *nu*.8 *Cancer. var. resol par*.1.*cap*.1.*num*.29 30.*& seqq.Censal. ad Peregrin.artic*.12.

In omnem autem euentum, quando laudum exequi debuisset, volebant informantes pro substitutis, quod admissa opinione fauente matri alias per pupillarem exclusæ, quę tamen receptiori Doctorum calculo est reiecta, legitima non de-
112 beret † esse tertia totius hęreditatis, sed tantummodo tertia legitimę portionis filiis obuenturæ *Fusar. quæst*. 156.*num*.16.*quæst* 242.*num* 30. *& cons*. 20 *sub num*. 15.*vers quod si Domino Arbitro Merlin. de legitim lib*. 1. *tit*. 4 *quæst*.7.*num*. 28.*vers.Decimus tertius est casus*.

Verumtamen ego resolui pro executione laudi in tertia totius assis aduersus fundamenta pręmissa, quę corruerunt considerando, quod mater nul-
113 lo pacto potuit excludi cessante pupillari † directa, quæ nunquam datur in codicillis, sed semper facta obliquatur *l. seculo ff. ad Trebellianum Fusar. quæst*. 8. *numero* 18. *& seqq. & quæst*.255.*num*.58 *Merlin.d.quæst* 14.*num*.56.*&*
114 *seqq*. vbi quod † fauore matris est locus detractioni legitimę; & mouetur signanter ex authoritate *Thesaur.Iun.lib*.3 *quæst forens* 22.*per tot*. qui refert, & reiicit *Suarez ad Gomez.var.resol tom*.1. *cap* 4.*littera f nu*. 21. sentientem fideicommissum esse pupillare, ac legitimam non deduci, & satisfacit etiam omnibus alijs, quę possent in contrarium opponi.

Non enim in istis codicillis potest considerari
115 aliquis fauor filiorum, † qui non erant in illis heredes instituti, cum iam ad hunc effectum pręcessisset institutio Testamentaria, vt videtur sentire *Thesaur.allegata quæst*.61.*num*.14. & fortius
116 quia non ipsi liberi, sed † duo extranei erant in eisdem codicillis substituti *Vasqu. de success resol. lib*.1.*§*.1.*num*.34.*Crass.§. Codicillus sub num*. 14. *vers. ego tamen*.

Nec inimicitia codicillantis, & aliæ coniecturę
117 hoc † casu visæ fuerunt releuantes, quia vltra quod illę procedunt in tacita pupillari *Menoch. præsumpt*.39.*num*.67 *lib*.4.*Merlin. dict. quæst*.14.
118 *num*.76.*& seqq*. certum est † quod admittuntur tantummodo, quando substitutio esset dubia, & dispositio redderetur ambigua *Mart.de success. legal par*.2.*quæst*.3. *art*.9. *num*.9. hic autem substi-
119 tutio est omnino fideicommissaria, quæ nullas † habet vires excludendi matrem pupillorum *Thesaur.d.quæst*.22.*num*. 12.*& seqq. Merlin. d.quæst*. 14.*num*.57 *Rot.d.decis*.120.*num*.2.*&* 3.

120 Minus Codicilli possunt sustineri in vim † Testamen-

stamenti deficiente numero septem testium, qui à Notario tunc suppleretur, quando Testes, & ipse examinarentur ad probandam dispositionem defuncti, secus autem, quando profertur Instrumentum Testamenti ab eodem Notario rogatum, *glos. ab omnibus approbata in l. hac consultissima in verbo octauum C. qui Testam facere possunt Magdalem. de num. Testium in Testam. limit. 14. cap. 29. n. 8. Peregrin. decis. Patauin. 80. numer. 8.* per simile, 121 enim instrumentum, in † quo essent descripti septem Testes, probatur absque alio examine testamentum nuncupatiuum *Grattan. cap. 429. num. 6. & seqq.* vbi quod hoc instrumentum æquiualet tot testibus, quot sunt in eo descripti, *Cyriac. controuers. 407. num. 68. Andreol. controuers. 103. num. 3.*

122 alias enim debuissent † mortuo testatore examinari testes de mandato iudicis citatis omnibus interesse habentibus *Cosyc. Lair.* qui sufficiat pro omnibus *consultat. 14. num. 35.* & tunc fuisset No-123 tarius loco † septimi testis deficientis connumeratus *l. Domitius labeo ff. de Testamentis Mascard. de probat. conclus. 1358. num. 55. Cyriac. controuers. 426. num. 73. Altograd. consil. 73. n. 2. vol. 1.*

124 Prout etiam † parum refert, quod adsint verba directa, quia illa obliquantur, vt fit locus fideicommissariæ, sicuti è contra obliqua directantur, vt valeat vulgaris directa, vel pupillaris *Peregrin. de fideicommiss. art. 5. numer. 8. & 49. Can. cer. var. resol. d. cap. 1. num. 13. & seq.* & in puncto 125 quod † verba directa obliquentur in codicillis dixit *Bald. in l. verbis num. 2. vers. Iuxta hoc quæro ff. de vulgari, & ex l. cum quis decedens §. Seiam ff. de legatis 3. Mart. de success. legali par. 4. quæst. 20. art. 2. numer. 13. vers. tunc etiam verba.* Cui fundamento non obstat, quod substitutio in codi-126 cillis † minime obliquetur, quando apparet testatorem voluisse iure directo substituere *Fusar. quæst. 245. num. 60.* quia declaratio hæc procede-127 ret, quando quis credidisset † facere testamentum, secus si sciens esset codicillatus, vt hic, cum iam prius condidisset testamentum *l. illud §. tractari ff. de iur. codicill. Angel. in l. verbis num. 1. ff. de vulgari,* & ita sunt intelligendi *Fusar.* & Alie. clæ, quia se fundant in dicto *Angelo,* & dispositione eiusdem *§. tractari.*

128 Obiectum autem, quod onus † fideicommissi censeatur iniunctum heredibus, visum fuit pariter euanescere, dum substituti fuerunt vocati, si absque filiis decessissent pupilli, qui propterea dicuntur grauati *Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 8. tit. 3. nu. 6. & seqq. Fusar. d. quæst. 499. num. 36. Merlin. d. quæst. 13. numer. 17.* a qua opinione male recedit *Fusar. ibid. numer. 40.* quando fuit iniuncta restitutio totius hereditatis, quia ver-129 ba illa *tota, integra,* & similia † non possunt importare prohibitionem legitimæ, sed dumtaxat trebellianicæ *Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 140. num. 32. Rot. in Bononien. fideicommissi de Recordatis 30. Ianuarij 1643. coram R. P. D. Terracinen. post Merlin. de legitim. decis. 162. num. 15. & seqq.* in cuius casu aderant verba, *in omnibus bonis, & vniuersa hereditate,* & nihilominus fuit resolutum trebellianicam solum fuisse prohibitam, & legitimam detrahi debuisse. Vltra quod distinctionem hanc iniunctionis oneris filio, vel 130 heredibus † non approbat, sed vocat confusionem *ex Thesaur. Iun. quæst. Forens. 70. num. 19. & seqq. lib. 3. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 9. num. 26.* firmans, quod in his terminis legitima nunquam dicitur grauata, nisi expressè fuerit dispositum a Testatore.

131 Eoque facilius hanc sententiam † sequutus fui, quia post verba, *tota hereditas,* subditur, *ipsius codicillatoris,* & sic restrictio fuit statim facta ad sola bona codicillantis, *Rot. diuers. par. 4. decis. 504. per tot. post Merlin. de legitima decis. 139. num. 12. & seqq. ac decis. 162. num. 13. & 14.* Nec me fugit fuisse in contrarium itum à *Fusar. quæst. 241. nu. 66. & seqq.* vbi audet credere, quod Rota Romana in hoc articulo errauit; Attamen omisso, quod opinio Rotæ est validioribus rationibus, & Doctoribus fulcita, ego non tanti me facio, vt possim in iudicando recedere ab opinione illius Sac. Auditorii, ad quod formandum ab omnibus mun-132 di Christiani partibus † primores Iuris periti euehuntur: adeo vt illi Ethnico Atheniensium Areopago non immerito ab eruditioribus assimile-133 tur. Quando vero compendiosa restricta † ad bona Testatoris continet fideicommissariam, Mater nunquam excluditur *Rota in Romana successionis 11. Maij 1596. coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio par. 4. diuers. dec. 509. per tot.*

Dum igitur substitutio, quæ discutitur, est omni tempore fideicommissaria, non est opus amplius hæsitare, quanta sit legitima debita Matri, 134 quia cum legitima Filii † competens in bonis Aui non potuerit fideicommisso onerari, dicitur integre deuoluta ad Matrem, quæ Filius vita functus ab intestato successit *Mantic. decis. 307. num. 1. Rot. par. 7. recent. d. decis. 120. nu. 2. & 3. & post. Merlin. de legitima d. decis. 162. sub num. 14. vers.* 135 *ex quibus.* Vnde liquet † quam insulse fuisset loquutus *Menoch.* (in quo magnam vim faciebant, qui tuebantur iura substitutorum) *præsumpt. 71. num. 19. lib. 4.* si debuisset intelligi de substitutione fideicommissaria, cum tamen re vera loquatur de pupillari, quæ secundum alios Matrem indubitanter excluderet.

Et ita &c.

Sequitur Decisio S. Rot. Rom. in Auenionen. legitimæ lunæ 17. Decembris 1653. coram R. P. D. Peutingero

Tempore, quo Franciscus de Arrietis filios non habebat, Testamentum condidit, & Magdalenæ matri suam in primis legitimam legauit, deindè Margaritam vxorem suam heredem scripsit cum aliquibus substitutionibus, & limitationibus, quatenus filij superuenirent. Decessit post aliquot annos relicta vxore prægnante, ex qua filia posthuma prodijt, sed breui obijt, Ideoque eius, nec non Francisci Testatoris hereditas tota deuoluit ad Margaritam, contra quam pro conse-

consecutione legitimæ, vt supra legatæ matri de anno 1562. Iudicium mouit Magdalena, & prosequuta fuit per plures annos, prout illa defuncta anno 1645. Anna Bella eiusdem hęres, nec non Gabriel Maria Preschier illius maritus, & cessionarius continuatunt contra Ludouicum de Berton Dominum de Griglion supradictæ Margaritę mediatum hæredem, petendo immitti ex vtili Saluiano interdicto in possessionem bonorum Testatoris, succubuit tamen in prima instantia, cumque in gradu appellationis ad hoc Sacrum Tribunal interpositę iterum institerit pro immissione, dubitatum hodie fuit, An ei sit danda, & affirmatiuè à Dominis resolutum.

136 Siquidem etiam pro legitima, quando † legata fuit, competit hypotheca, & immissio ex vtili Saluiano, non secus, ac pro alius legatis *Ripa in l. si quartam num. 115. ff. ad leg. falcid. Gabr. de legit. conclus. 5. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 13. sub numer. 73. Gratian. discept 731. numer. 23. Put. decis. 39. num. 4. lib. 2. Buratt. decis. 115. num. 12. vbi Adden. litt. E. allegat concordan.* & legata fuisse in casu nostro legitur ocularitet in verbis Testamenti.

137 Nec obstat, quod tempore mortis † Testatoris ob superuenientiam eius filiæ legitima matri Testatoris non deberetur ex allegatis per *Crass in §. legitima quæst. 4. num. 1. Rimin. iun. cons. 793. num. 27. Modern. Foro liuien. de legit. lib. 1. tit 2. quæst. 12. num. 12.* & sic ex falsitate suppositi, quod scilicet legitima debita esset, legatum corruat.

Imò enim quod legatum quantitatis, quam Te-
138 stator se legatario † debere asseruit, valeat, etiamsi verè non deberetur, probant textus apertissimi in *l. si sic legatum 78. §. si mihi* ibi, *si decem quæ Titio debeam legauero, nec quidquam Titio debeam &c. nō perimit legatum. ff. de legat. 1. l. legatum Titio 26. §. Contra autem. vers. Quod si non fuit ff. liber. legat. l. 2. C. fals. caus. adiect. legat.* & notat *Piccard. in §. sed si vxori num. 5. in fin.* Vbi quod
139 si Testator legat, quod † putat se debere, semper illud de suo patrimonio abesse voluit *Instit. de legat. Donell. comment. iur. lib. 8. cap. 14. col. 2. infra med vers. Aliud est si Titio legetur*, & infra *vers. eo enim*, vbi quod eo magis prçstari debeat lega.
140 tum, eo quod Testator † se debitorem eius rei, vel quantitatis agnouit *Cost. select. interpr. lib. 1. cap. 5. num. 1. Gomes variar. resol. tom. 1. cap. 12. numer. 74. & duob. seqq. Crass. in § legatum quæst. 59. numer. 3. vers. sin autem*, vbi quod est communis opinio *Surd. decis. 161. numer. 27. Ioseph. Sess. decis. Aragon. 31. num. 6.*

141 Ea ratione, quia falsa demonstratio † legatum non vitiat *l. demonstratio falsa. l. quibus diebus §. qui dotalem. l. cum dotalem §. falsam ff. de condit. & demonstrat. l. Quintus Mutius ff aur & arg legat. § Huic proximæ instit. de legat.* Eoque minus
142 falsa causa † nisi fuerit adiecta per viam conditionis *l. demonstratio §. Quod autem l. cum tale §. falsam causam ff. de condit. & demonstrat. §. longè magis*, ibique *Ricc. num. 1. instit. de legat glos. in l. si ita legatum verb. causa ff de condit. & demonstr. Gomes dicto cap. 2. num. 76.* Vbi dicit rationem,
143 quia magis est necessaria demonstratio † quam causa, cum etiam sine expressione causę legatum teneat, *Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 42. cap. 31 numer 52. & seqq. Cost. select. interpr lib. 1. cap. 1. num. 7. in fin.* aliique relati à *Modern. Ferrarien. de vsufr cap. 33. num. 14. Io. Franc à Pont. cons. 26. num. 2 lib. 2. Peregr. cons. 100. num. 14. lib. 5. Duran. de condit. impossib. par. 3 cap. 2. numero 6. & seqq.*

144 Et quamuis hoc procedat quando in † legato expressa sit certa quantitas, quam Testator se debere legatario putauit, & asseruit, secus è conuerso. Et ratio diuersitatis est, quia si in genere legauit quod debet, legatum, dum nihil debet, corruit ob incertitudinem, & non existentiam rei legatæ in rerum natura, vt probatur in *l. 3. C fals. caus. adiect. legat & § sed si vxor. instit. de legat.* ibique bene distinguendo declarat *Piccard. num. 3. Io. Harppr num. 5. Io. Faber in fin. litt. A. Ocnot. numer. 11. & 14* idem *Piccard. in §. huic proxima numer. 3. instit. de legat. Cost select interpr. lib. 1. cap. 5. sub num. 8. col. 2 circa med. vers. sed generaliter. Petr Greg. d. lib. 42. cap. 3 num. 53. in fin. & 54. Ant. Faber coniect. lib 5 cap. 2 sub nu. 3 vers.*
145 *cum enim*, sicut etiam ob eamdem rationem † incertitudinis, & non existentiæ vitiatur legatum, si in genere legetur quod tertius debet Testatori, vel quod eidem legatarius debet, nec de debito constet, vt latè tradit *Donel d. cap. 12. col. 2. in princip. vers vt si legetur, & infra med. vers vt si legat*, ibique *Osuald. Io. Harppr. in d § huic proxima. Cost. select. interpr. cap. 4. num 2. in fin. & cap. 5. sub num. 7. & 8. Crass. in §. legatum. d. quæst 59. num. 4. Ant. Faber coniect. d. lib. 5 cap. 2. numer. 5. & seqq.* & est textus litteralis in *l. si sic §. si mih. ff. de legat. 1.*

Nos; versamur in primo casu, quia Testator le-
146 gando † legitimam dicitur legasse quantitatem, & quotam, hoc est tertiam partem bonorum, quorum, existentia non controuertitur, ita vt mentio legitimę fiet demonstratiue ad quantitatem implicite in legato contentam *Rip. in l. in quartam sub num. 153. vers. confirmatur*, vbi quod Pater relinquendo legitimam censetur reliquisse quantitatem, quæ poterat exigi ratione legitimæ, cum legitima sit nomen iuris vniuersalis, *& numer. 154. vers. cum id ff. ad leg falcid Salic. in l. 2. num. 27 C. de noxal. act. Rota in Romana hæreditatis de Fabiis 19. Iunij 1643. §. Qui est casus noster coram R. P. D. meo Bichio, & 13. Iunij 1646. §. circa primum, coram Eminentiss. Card. Ottbobono.* Et
147 paria sunt quod quantitas † exprimatur per nomina vniuersalia, vel per nomina quotitatiua, quando certa est à parte rei existentia bonorum *Paris cons 61. num. 9. Surd. cons. 168. num. 50. post med. Rot. decis 59. num. 2. & 3. par. 2. diuers decis. 130. num. 8. & seqq par. 5. recent. & in Romana fideicommissi de Spiritibus 14 Iunis 1645. §. final. in fin. coram R. P. D. meo Cerro.* Quodque non sit

opus

148 opus exprimere quantitatem † numeraliter, sed satis sit quotitatiue, seu per aliquam demonstrationem, tradit in terminis huius *quæst. Io. Harppr. in d. §. sed si vxori n. 5.* ibi, an certa quantitate, seu demonstratione adiecta *instit de legat. & ibidem Io. Fab. nu. 2. in fin. & n. 3. Oinot. n. 12. Cost Select disp. cap. 5 sub num. 8. col 2. circa fin. vers vt quamquam, text. tit. in l. legaui Titio, §. contra autem, ibi*, sed & si demonstraret quod debere se confitetur, *ff lib legat.* nam semper constat

149 de substantia † legati a parte rei, quod sufficit *Craff d. quæst. 59 sub num 3. vers quia de substantia legati constat. Petr. Greg. d lib. 42. cap. 32. num. 53.* ibi, si de corpore constat *Donell supra tit. cap. 14. col. 2 infra med.* ibi, nec adiecta circumstantia facit quominus illa sit in rerum natura cum aliis supra allegatis.

Non obstat, quod falsa demonstratio, siue

150 causa, quando † Testator alias legaturus non fuisset, vitiet legatum saltem ope exceptionis *l. cum tale, §. falsā causam, ibiq glos verb. non coheret ff. cond. & demonstr. l. si pater, C. de hæred. institu. à Pont. cons. 16. num. 21. & 22. lib. 2.* Non secus ac

151 vitiare si † Testator se non debere ignorabat voluit *Craff § legatum quæst. 59. nu. 3. vers quam tamen, Surd. decis 161. num. 27. in fin & num. 23.* vbi quod hæc est communis opinio, quam reprobat *Gomes var. resol. tom. 1. cap. 12 numer. 75. & Gabr. cons 132. quæst. 2. num. 15. & 17* ait inspiciendum esse, An Testator voluerit debitum agnoscere, an vero liberalitate vti *lib. 1.* cumque refert, & sequitur *Modern. Eugub. contr. foren. par. 3 controu 218. num. 27.*

Quia ad hunc effectum probandum ex aduerso

152 esset, quod Testator † noluit liberalitate vti, & ideo legauit, quia quod legabat debitum credidit, vt probat *text. in d. l. cum tale. § falsam, ibi*, si probetur alias legaturum non fuisse *ff de cond. & demonstr.* & tradit *Io Harppr in §. longè magis num. 3. instit de legat Io Faber in § huic proximā nu 3.*

153 vbi dicit rationem, quia in dubio causa debiti † præsumitur impulsiua, non finalis *instit. eod Cost. select. d. cap 5 num 4. & num. 8 vers. nam & si. Gomes var. resolut d. cap. 12. num. 76 versic. quod tamen. Surd. d. decis. 161. nu. 27 circa fin. vers. quod in dubio, & nu. 28. Io. Franc. a Pont. cons 18 sub num. 2. vers oportet enim lib. 2.*

Nec tamen probatur, quinimo, quod Testator voluerit liberalitate vti, colligitur; Tum quia le-

154 gauit legitimam, † quam sciebat, nec eo tempore testamenti deberi matri saltem in proprietate, vt in puncto ponderat *Gabr. d cons 132 quæst. 2. sub num. 15. vers secundo aliter lib 1.* & in proximis terminis *Aym. cons 81. nu. 2 Seraphin de priuil iuram. priuil. 61 sub nu 24 limit. 15. in fin. Rota Senen apud Mart. Med. decis. 28. examinat 17. numer. 75.* In ipso namque legato expressit præcedentem transitum matris ad secundas nuptias ob quem tanquam Iuris Doctor qualem se in testa-

155 mento enunciauit, vtique sciebat † matri legitimam saltem in proprietate non deberi, *Bald. in authen. ex testamento ante num. 1. vers pone ergo, C secund. nupt. Peregrin cons. 78 num. 5. lib. 1. Menoch. cons. 237. num. 7. & seqq. Rota decis. 80. nu. 6. & 9. part 6. recent. & in Forosempronien. Bonorum 14 Martii 1650. coram R. P. D. meo Bichio.*

156 Gratisque allegatur consensus † Testatoris secundis nuptiis, cui consequens esse solet remissio iniuriæ, & pœnarum secundo nubentibus inflictarum *Dec. cons 206. numer. 4 & seqq. Menoch. cons. 755. numer. 13. & duob seqq. Cirlat. controu. 139. num. 25. & seqq Rot. decis 368 num. 6. part. 2. recent.* Quia nullus probatur actus positiuus consensus ante testamentum, & qui elicitur ex ipso legato legitimæ gratiosus omnino, & liberalis dici debet, siue importet agnitionem legitimæ, quam filius alias non debebat, siue pœnarum binubatus remissionem, ad quam pariter filius non tenebatur.

157 Tum quia Testator † vxori minus dilectæ, quam mater, longe plus reliquit, vt in terminis ponderat *Gabr. dict cons. 132 quæst. 2. sub num. 17 vers. accedit quod maritus lib. 1.* Tum quia tam arcta coniunctio sanguinis facit præsumi liberalitatem, vt bene aduertit *Cost. d. cap. 5. sub numer. 8 vers. quid enim facit. Coras in l. post contractum. num. 9. ff donat. Pen. decis. 168. num. 7. Peregr. cons. 65. nu. 3. cons 81. num 9. lib. 3.*

Tum quarto, quia in alia parte testamenti cogitauit Testator de superuenientia filiorum, quidque

158 in † eum casum agi vellet de hereditate discretiue disposuit, sicut enim de hæreditate disposuit expresse, ac diuersimode superuenientibus nec ne filiis, ita disposuisset de legitima matris, vt ad propositum perpendit discretiuum modum disponendi in alia parte testamenti *Gabr. dicta quæst. 2. nu. 17. vers accedit etiam.* & in fortioribus habemus de tacita conditione si sine filiis, quę subintelligi-

159 tur † ex dispositione *l. cum auus. & l cum acutis*

160 *simi, C. fideicom.* quod si in vna parte † testamēti ea conditio adiecta sit explicite vni filio, non censetur tacite adiecta alteri filio *Soccin. sen. in d. l. cum auus num. 38 Soccin. iun cons 128 num. 53. lib. 1. Mant. de coniect lib. 12. tit 8. numer. 21. Fusar. de subst. quæst 693. num 19 Rota in Romana fideicommissi de Campagnolis 26 Iunii 1648. coram me.* Sic etiam donatio vniuersalis ante filio-

161 rum † conceptionem alteri facta, quæ ob illorum superuenientiam reuocaretur ex dispositione *text. in l. si vnquam. C. reuoc. donat.* non reuoca-

162 tur, si de filiis † superuenturis in aliqua parte instrumenti facta mentio, aut cogitatum non in genere, sed expresse fuit *Bart. in l. Titia Seio, 87. §. Imperator sub num. 8 vers quandoque quis cogitat, ff leg 2, Tiraquell in d l si vnquam, verb. donatione largitus sub numer. 257. vers. sufficit, autem. Giouagn. resp. 32. sub num. 20. vers. quia vt supra lib 2. Menoch. cons. 496. sub num. 12.*

Tum tandem quia post pregnantiam vxoris Testator vixit, & legatum non mutauit, exinde

163 enim presumitur cum eadem † voluntate relinquendi liberaliter matri legitimam, & si filii superuene,

ueneriat, deceffiffe *Tiraquell d. verb. donatione largitus num. 257. verf. & fuſceperit liberos num. 221. & 212. poſt Bald. in l. 1. col vlt. verf. fed vlterius quaeritur, C. de inoffic. donat. aliosq; relatos in Forofempronien. Bonorum 23 Iunii 1651. §. affirmatiua, in fine, coram R P. D meo Bichio.*

Quibus ſtantibus non vrget contraria coniectura educta ex eo, quod Teſtator verbo, *legitimam*, adiecerit, ſuam, ibi *relinquit &c. ſuam legitimam*, ponderando verbum, *ſuam*, quod ſignificat ſenſiſſe Teſtatorem de legitima matris propria,

164 non vero de illa, quę voluntarie † præſtaretur *ad text. in l. ſcribit Quintus Mutius 36 ff aur. & argen. leg.* vbi ſub nomine, *ſuum*, dicitur contineri ſolum id quod proprium eſt alicuius effectum *l. tam ſine Ancilla 69. l. eadem 70. & l. ſeq. ff. leg. 3. l. item card. in § ſi quis debitori num. 2.* ibi, *ſuum enim cuiuſque eſt, quod quis debet, inſt. de leg. Mantic. de tacit lib. 13 tit. 23. § 25 Surd* in puncto teſtamenti, in quo maritus legauit vxori dotem ſuam *deciſ 242 ſub numer. 6 & 9.* ad rem ponderat *Coſt. Select. cap. 4. num. 2.* vbi in ſimili de verbo, *meum*, ait quod facit conditionem.

Nam verbum, *ſuum*, ſeu *meum*, tunc demum

165 facit conditionem, quando eſt adiectum † corpori prorſus incerto, ſecus autem ſi corpori certo, & ſecundo caſu ſtat demonſtratiuè, & non reſtrictiuè, vt ad litteram probat *tex. in l. nuper 83. verſ & ideo.* vbi hęc diſtinctio elegans dicitur *ff. de leg. 3. Rip. in l cum fundus nu. 14. verſ ſed ab iſtis ff legat 1. Menoch conſ 349 nu. 21.* Pariterquè

166 tunc limitationem præſefert, quando Teſtator † non fuit loquutus de tota re, nec poterat de tota re diſponere, e conuersò vero non limitationem, ſed demonſtrationem importat, vt poſt *Iacob. de Are.* benè declarat *Caſtr. in l ſi ex toto 6 ſub n. 5. verſ ideo dis. ff leg. 1. Cald. de empt. & vend. c. 10. ſub n. 2. verſ. unde licet.* At in caſu noſtro Teſtator loquutus fuit de legitima indefinitè, & ſic de tota,

167 potuitq de tota tertia parte † bonorum ad fauorem matris diſponere, etiamſi filii ſuperuenerint *l. eſt quaeritur, l parentibus, & vtrobiq g ſ. & Doct. C inoffic. teſtam. Iaſ. conſ 127 n. 4 lib 1 Fontanell. de pact. napt clauſ 5 gloſ. 8. part 4 ſub n 9* Neque

168 legitima † eſt corpus prorſus incertum, cum ſit certum ratione quoq; *Rot deciſ. 7 n. 11 dec. 97. nu. 2 inter impreſſ apud Modern. Foroliu. de legit alii. que alleg. a d. Moder lib. 1 tit. 1. quaeſt. 1. num. 4.*

169 Prętereа verbum, *ſuam*, diuerſos habet † intellectus iuxta diuerſitatem materię ſubiectę *Rebuff. in l pupillus 239. §. verbum ſuum col 3.* vbi ſignanter *verſ negotium exponit ſuum*, ideſt ad ſuam tendens vtilitatem *ff verb ſignif Dec. conſ 262 nu 6. Menoch. d conſ 349 nu. 19. Cald. de empt. d. cap. 10. nu. 37.* vbi quod ſecundum ſubiectam materiam refertur ad eum, qui dominus non eſt *& text. in*

170 *cap. 2. de donat.* ſubiecta verò materia † legitimæ non admittit intellectum proprietatis in matre, antequam acceptetur *Cancer. var. reſol tom. 1. cap 3. ſub nu. 69. & ſeq. aliiq. allegati in Anconitana bonorum 25. Februarii 1647. §. nam contraria, coram R. P. D. meo Bichio.* Eoque minus de tempore teſtamenti, quod pro expoſitione verbi, *ſuam*,

171 ibi prolati debet attendi, cum viuente † filio mater nullum ius habeat in legitima *Bart. in auth ſi qua mulier num. 22. C ſacroſ Eccleſ Suarez recept. ſent. verb. legitimam n. 67. Gramat deciſ. 101. nu 65. Seraph. deciſ 815. numer. 4. Rot. apud Moder. Foroliu. de legit. deciſ 55. n. 22. deciſ. 59. n. 16.* Vnde perneceſſe verbum, *ſuam*, ſignificare non

172 poteſt niſi vtilitatem, † quam mater perceptura erit ex legitima, non autem limitare legatum; Præſertim concurrentibus tot coniecturis in contrarium ſupra põderatis, vt in terminis huius verbi tradit *Menoch. d. conſ 349. num. 19.* Quę coniecturæ in omnem euentum cum ſint numero, &

173 pondere plures, vel præualent, † vel ſaltem rem dubiam reddunt, quo caſu reſpondendum eſt pro validitate legati *l quoties, ff verb. dub. Coſt. in pun. ſto ſupracit. cap 5 n. 6 verſ nouetur etiam Io Faber in §. huic proxima num. 3 verſ in 3. inſtit. de legat Craſſ in d. § legatum quaſt 59 ſub num. 3.*

174 *verſ. quod iure dubia*, præſertim † fauore matris *Peregr. conſil 65. numero 3 conſ. 81 ſub numero 9. lib. 3*

Tandem non obſtat, quod legitima de tempore teſtamenti eſſet verè debita, quia filii non aderant, & illi ſuperuenientibus legatum cenſeatur tacitè reuocatum: Nam procederet obiectum ſi legitima fuiſſet legata vt debita, non vt voluntaria &

175 ex liberalitate l gantis, † & ſatis eſſe rem eſſe dubiam, ne legatum cenſeatur reuocatum *Peregr. conſ. 43 num. 11 lib 1 Fontanell deciſ. 539 numer. 4. cum aliis ibi allegatis.*

Quę vero forſan opponentur de præſcriptione, ſeu longiſſima taciturnitate in hac re, facili ne-

176 gotio tolluntur, quia inſtantia † de iure Canonico eſt perpetua *Creſcent. deciſ 7. nu. 8 de cauſ poſſeſſ & propriet. Achill. deciſ 5. num 4. de præſcript. cũ aliis alleg in Romana domus 6 Februarii 1640. coram bo. me Card. Panzirolo, & in Volaterrana Prioratus 16 Martii 1646. coram R. P. D. meo Bichio.* Nec diuturna taciturnitas inducit decretio-

177 nem, niſi in actis conſtet † de non iure tacentis, vt pluribus comprobatum fuit in *præcit. Romana fideicommiſſi de Campagnolis coram me.*

Et ita reſolutum fuit &c.

De Fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

Fideicommiſſum relictum in caſu delicti, pro quo confiſcatio ſequatur, & reintegratio ad illud, ſi delinquens in gratiam reſtituatur, remoto fiſco eſt validum, & ſpectat ad vocatos num. 1.

Et dictum fideicommiſſum excludit etiam fiſcum, S. officii. nu. 2.

Adeo vt durante etiam vita damnati nec tranſeat in fiſcum. num. 3.

M Con-

Constitutio Sixti V. quamuis derogauerit omnibus fideicōmissis durante vita delinquentis, tamen illa non egreditur suos limites receptionis bānitorum, & aux liorum, ac fauorum illis praestitorum, nec extenditur ad alios casus. nu. 4.

Bona fideicommissaria, saltem quoad fructus quando possint confiscari durante vita damnati remissiue. nu. 5.

Fideicommissum non verificatur in Casu delicti, nisi quando sequitur actualis confiscatio, non autem si sola pœna pecuniaris infligeretur. nu. 6

Fideicommissum inducitur inter omnes de familia ex prohibitione alienationis cum ratione conseruandi bona in familia, & agnatione principaliter, & de per se posita. num. 7.

Amplia dictam conclusionem, etiam si praecesserit fideicommissum expressum per aliquot gradus in casum mortis, sub quo volens succedere non esset comprehensus num. 8.

Et ratio dictæ conclusionis est, quia quando per modū rationis, & causæ sit mentio conseruandæ agnationis, & familiæ, tunc per nouum modum inducitur fideicommissum inter omnes, qui comprehenduntur. num. 9.

Fideicommissum censetur inductum inter omnes de agnatione ex voluntate conseruandi bona in illa. num. 10.

Et opinio contraria quando procedat num. 11.

Agnatio ex sua propria significatione amplectitur etiam transuersales num. 12.

Testator & si vsus fuerit pronomine possessiuo ipsius, *nihilominus non fit restrictio in terminis vocationis ipsius familiæ. num. 13.*

Et quicquid sit de dicta conclusione, illa tantum haberet locum, quando Testator nominasset solum familiam, secus si addat etiam agnationem, quæ magis late patet num. 14.

Transuersales veniunt in fideicommisso, quando fuit nominata familia, & agnatio, dum tamen non adsint descendentes num. 15. & num. 18. & nu. 19. vbi conclusio in fortioribus firmatur.

Amplia, & si Testator vocauerit agnationem suam, maxime si prius etiam vocasset filios, & descendentes. num. 16 & 17.

Ratio, & prohibitio alienationis dicitur stare de per se, dispositiue, & principaliter quando sunt dispositæ per caput separatum. num. 19.

Et tanto magis, quando est appositum verbum voluit. & mandauit ibidem.

Testator prohibens alienationem dictis suis filiis, & descendentibus, ex dicto verbo dictis, *habetur relatio ad personas, nō autē ad substitutiones n 20.*

Ratio conseruandæ agnationis, quando est apposita per verba cum meos, & intentio *dicitur stare consecutiue, & relatiue ad praecedentes substitutiones. num. 21.*

Intellige tamen dictam conclusionem, vt num. 22. vbi quod illa verba cum mens, & intentio *de sui natura non stant relatiue, sed sunt omnino apta ad inducendum fideicommissum. num. 22.*

Prohibitio alienationis refert se ad fideicommissum praecedens, quando est nuda ex se, et inualida, & quando stat in eadē verborū structura, accessorie, & cōtinuatiue cū verbis restrictiuis. n. 23.

Maxime, quando ratio conseruandæ agnationis importabit fideicommissum, & est apposita prohibitioni alienationis vestita. nu. 24. vbi ponitur quando dicatur vestita prohibitio.

Prohibitio alienationis, tam quoad casus, quam quoad personas, non debet esse superflua. nu 25.

Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, & descendentiū, quando illæ excluduntur à statuto. n. 26.

Maxime, quando Testator exclusit proprias filias, quo casu multo magis excludit neptes. ibidem.

Et ab appellatione filiorum excluduntur, quando fuit habita ratio conseruandi bona in familia ibidem.

Dictio, ex, non restringit dispositionem ad primos descendentes, sed veniunt omnes in infinitum d. num. 26.

Prohibitio alienationis iniuncta filiis specifice nominatis, & etiam descendentibus ex eis, qui comprehendunt gradus, & personas in infinitum, dicitur realis. num. 27.

Perpetuo durat, & producit extensionem de persona ad personam, & afficit bona penes quemcumque vadant ad fauorem omnium de agnatione d n 27.

Nouum fideicommissum non potest dici expirasse ab decessum primo institutorum, quando adest prohibitio, & ratio conseruandi familiam, & agnationem. num. 28.

Ad fideicommissum factum fauore familiæ, & agnationis aspirant emancipati, qui dicuntur agnati, conseruant familiam, & habent ius succedendi. num. 29.

Laudes D. Bernardi a Pinna ibidem.

Minima capitis diminutio non perimit ius Agnationis. num. 30. vel saltem non semper, nec perpetuo. num 31.

Minima capitis diminutio tollit ea, quæ pertinent ad ius Quiritum, seu Romanorum. nu. 32.

Capitis diminutio, tanquam speciale ius, & proprium Ciuium Romanorū, non obseruabatur a Prouincialibus, exteris, & Peregrinis, sed ius gēt. n. 33.

Et cum ex d. superstitiosa iuris Romanorum Sanctione, pauci ad legitimas hæreditates peruenire poterant, necessaria fuit abrogatio, vel emendatio modis appositis. num 34.

Emancipatio de iure antiquo tollit agnationem, non autem de iure nouo. num. 35.

Triplex status Iuris Ciuilis consideratur quoad successionem. num. 36.

Emancipatio tollebat Agnationem ex dispositione strictii, & angustiarum pleni Iuris antiqui n. 37.

De iure autem medio Ciuili emancipati fuerunt restituti ad successiones, & legitimas hæreditates ob naturæ sanguinis æquitatem. n. 38.

Agnati dicuntur illi, qui sunt coniuncti descendentes per Virilem sexum, vel collaterales, quique descendunt ex coniunctione paterna, & ab vno stipite, & familia, quantumuis remotissimis n. 39.

Et propterea quoad successionem emancipati dictum ius videtur magis respicere ad sanguinem, & natu-

naturam in ipsa definitione, sub qua reiectis in tellectualis seruitutis, & abstractæ mācipationis angustiis, sūt etiā emācipati collaterales. n.39.

Et cum emancipatus exit de familia Patris, non est in aliena familia, & ideo Prætor habet illum in numero liberorum d.n.39.in fin.

Ex tertio, & nouissimo Iure sublata fuit omnis differentia quoad successiones inter agnatos, & cognatos. n.40 & n 43

Dictio, siue adiectiuum, nullum, negatiuum vniuersale vehementius negat, & nihil negādo excludit. n.41

Maxime quando post negatiuam vniuersalem subiicitur relatiuum particulariter vniuersale in quacumque ibidem.

Dictio, aut, posita in auth de hered ab intest. venient. collat. 9 § si vero cum sit indefinita, verificatur tam in hæredibus ab intestato, quam ex testamento. ibidem.

Maxime addita dictione aduersatiua illa Aut, & iuncto verbo præceptiuo Volumus ibidem.

Adiectio aut hereditate posita in supradicta auth. tanquam indefinita, verificatur in hæreditate, tam ex testamento, quam ab intestato. n.42.

Ius agnationis non tollitur de iure nouissimo per emancipationem. n.44.

Differentia Agnationis, & cognationis, quod non sit sublata, intelligitur respectu suitatis, familiaq; Patris, & Aut ad effectum transmittendi tam ab intestato, quam ex testamento. n 45.

Emancipatus, sublato Iuris antiqui figmento, iura suitatis habet ob naturalem æquitatem. ibidem.

Emancipatus nullo Iure est probibitus succedere, vel legitima ab intestato successione, vel ex testamento sed solummodo est incognitus n.46.

Minima capitis diminutio perimit solummodo suitatem, & statum mutat, efficiendo filium familias, patrem familias ibidem.

Non aufert tamen testamenti factionem actiuam, & passiuam, & sic emancipatus, qui patitur minimam capitis diminutionem succedit ab intestato, & ex testamento d n.46.

Emācipatus si prohiberetur succedere vtroque modo Prætor illū iuuare nō posset per naturalē æquitatem, vel per iura sanguinis, & quare. n.47.

Imperatores iuuando Prætoris æquitatem emancipatos fuit omnino exæquarunt sublata differentia Agnationis, & cognationis num. 48. & ita omnes DD. dicere. n 49

De iure medio, & ciuili nouissimo familia, & Agnatio naturaliter accipiātur. & nō Ciuiliter. n.50.

Sublatis nominibus ciuilibus, quæ mutari possunt, remanent immutabilia, quæ naturalia sunt n.51.

Ius Agnationis est triplex, Primum Nominis, secundum pecuniæ, Tertium Sacrorum. n.52.

Minima capitis diminutio perimit ius Agnationis Sacrorum, hoc est potestatis, & pecuniæ, hoc est administrationis, non autem ius nominis. ibidem.

Agnatio est genus, & habet sub se species, nimirum suitatem, Consanguinitatē, et cognationem n.53.

Et dempta suitate per capitis diminutionem, genus in specie consanguinitatis conseruatur, dum vtraq; species sanguinis, et iuris concurrit. ibidem.

Quod tamen, si procedit in emancipato, non procedit in adoptiuo, et quare ibidem.

Filius adoptiuus est nudus Agnatus, non autem suus num 54.

Agnationis ius, et familia nomen, tolluntur respectiue ad Patriam potestatem, et suitatem, quoad hæredita es legitimas Patris, et Ascendentium paternorum, non autem quoad Collaterales per minimam capitis diminutionem. n.55.

Hæres suus in potestate existens repellit emancipatū ab eadē successione, et quare n.56.57.58.et 59

Probatio nulla maior, neque melior ea, quæ resultat ex precibus porrectis nu. 60

Naturalis, seu Bastardus excluditur ex dispositione legis. num 61.

Emancipatio non excludit emancipatum a Patre a fideicommisso, quando Auus emancipati erat in potestate in die cedentis fideicommissi, ac etiam Pater emancipans, et ipsimet emancipati. nu 62.

Emancipati de iure nouo non excluduntur, sed vocantur Iure sanguinis, communique vsu, & acceptione num. 63. et 64

Fideicommissa cum a iure nouissimo habeant originem, naturalem, communemque vsum, acceptionemq; rerum, et verborum sequuntur n.65.

Fideicommissa fuerunt incognita, non solum legibus duodecim Tabularum sed earum Authoribus, & fuerunt reperta contra leges pro incapacibus num 66.

Verba esse ciuiliter intelligenda, non procedit in fideicommissis, maxime in fideicommisso Testatoris Iuris ignari, et in extremis laborantis num. 67 sed debent intelligi secundum communem vsum loquendi

Agnatos secundum vsum communem loquendi accipimus omnes eiusdem cognominis, et familia numero 68.

Statuta loquentia de successionibus, & exclusionibus sunt strictissime intelligenda. nu. 69.

Vltima voluntas Testatoris est fauorabilius interpretanda, maxime cum Testatores vt plurimum loquantur verbis improprijs. nu. 70.

Emancipatus in fauorabilibus comprehenditur appellatione Agnationis a statuto. n.71.

Et dispositio partim fauorabilis, & partim odiosa emancipato debet ad fauorem interpretari. n.72.

Emancipati, quod non admittantur ad fideicommissum Agnationi relictum, quando procedat. & in quibus casibus loquantur DD. ad hoc allegati num. 73.


QVÆSTIO XXIX.

1 FIdeicommissum relictum in casu delicti, pro quo confiscatio sequatur, & reintegrationem ad illud si delinquens in gratiam restituatur, remoto fisco, esse validum, & ip o a. e ad vocatos concluditur vnanimiter per Farinac. quæst. 25. numer. 22. 23. & 24 Cuaz zin. de confiscat.

scat. conclus 15. limit. 17. num. 2. & *infra Vermigliol. cons 57. num. 1.* & *cons. 86. n. 3. Caren. de offic: Sanctiss inquisit. par. 2. tit. 1 §. 28. n 151.* vbi † firmat hoc fideicommissum excludere etiam fiscum S Officii *Mastrill. decis 181. n. 1. 2.* & *3 Rot. decis. 627 n. 6.* & *7. par 4. recent tom. 3.* & *post Fenzonium ad statut Vrb decis 92*, adeo vt † nec transeat in fiscum durante vita damnati *Fusar. quaest. 129. num. 4.* & *cons. 59. n. 4. Guazzin. de confiscat d limit. 17 n. 10 Caren d. tit. 1. §. 29. nu. 156* & *seqq* & licet † *constit. 6. Sixti V. §. 8. in nou. bullar. tom 2.* derogauerit omnibus fideicommissis, quę confiscari mandauit durante vita delinquentis, tamen eadem constitutio nec egreditur suos limites receptationis bannitorum, & auxiliorum, ac fauorum illis prestitorum, nec extenditur ad alios casus *Farin. quaest 25 nu 39. versic sublimita praecedentes tres Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. cap 18. n. 29. Guazzin. de confiscat. d. limit. 17 nu. 16. Gilian. ad Statut Perus. §. confiscatio n 4 Vermigliol. cons. 86 nu. 6.* & *cons 87. per tot.* quando † autem in aliis casibus bona fideicommissaria possint confiscari, vel non, saltem quo ad fructus viuente bannito poterũt inspici *Guazzin. d. limit. 17 Farin cons. 135 Fusar. cons 106. n. 1.* & *2 de substit. q. 442. n. 11* & *qu. 529. per tot. Caren. d. tit. 1 §. 29. n 153. 154* & *155.* in quibus locis late omnes casus examinantur.

Est tamen aduertendum, † quod fideicommissum in casu delicti non verificatur, nisi quando sequitur actualis confiscatio, non autem si sola pœna pecuniaria infligeretur *Rot post. 1. vol cons. Farinac decis 97. n. 1* & *in Romana fideicommissi 19. Iunij 1651. §. ideo nullo modo. coram Eminentiss. D Card. Ottobono*

Posset aliquãdo disputari, an ex prohibitione alienationis cũ ratione cõseruãdi bona in familia, & agnatione pricipaliter, & de per se posita inducatur fideicõmissũ inter omnes de agnatione, & familia, ideo ponam ea, quę scripsi *in Perusina fideicommissi de Montesperellis 12. Maij 1653.* dũ in illa Ciuitate iudicatã & causa fuit expedita secũdum mea scripta, quę voluit sequi Illustriss. D. meus Gallus Gubernator, corã quo causa cognoscebatur.



TEstans Fabritius Rodulphi de Montesperellis, exclusis filiis fœminis, instituit hæredes vniuersales filios mascu os in præmissa arbore descriptos.

In omnibus &c. instituit &c haeredes vniuersales Rodulphum, Prosperum, Fuluium. Federicum, Pompeum, & Petrum Paulum filios legitimos, & naturales aequis portionibus, & casu quo aliquis ipsorum in pupillari aetate, vel alias quandocumque decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, & legitimo matrimonio natis, Tunc, & eo casu substituit tali sic decedenti superuiuentes, & praemortui, vel praemortuorum filios, & descendentes, legitimos, & naturales, ex legitimo matrimonio natos in stirpes, & non in capita pleno iure, & sine aliqua diminutione.

Et vlterius progrediendo non solum prohibuit inter eosdem filios institutos diuisionem bonorum, quousque vltimus decimumquintum ætatis annum explesset, sed etiam apposuit prohibitionem alienationis per caput separatum, his verbis conceptam.

Item voluit, & mandauit ipse Testator, quod dd. eius filii, & descendentes ex eis non possint vende.

vendere, seu alias alienare bona hæreditaria ipsius Testatoris, & casu quo aliquis eorum venderet, seu alienaret, talis venditio, seu alienatio sit ipso iure nulla, & res alienata deuenire debeat ad non alienantes, cum mens, intentio, & voluntas ipsius Testatoris sit, quod bona sua conseruentur in familia, & agnatione ipsius Testatoris.

Mortuis omnibus filiis Fabritii absque liberis, excepto Fuluio, qui decessit superstite Bartholomæo filio naturali pariter postea defuncto, ac bonis occupatis ab extraneo, DD. Iulius, & Scipio filii D. Sfortiæ de Montesperellis, qui descendit à Iulio fratre germano d Fabritii, vti vocati ad eiusdem Fabritii successionem, coram me institerunt in possessionem bonorum hæreditariorum immitti.

Quam immissionem denegandam minime censui, quia † ex prohibitione alienationis cum ratione conseruandi bona in familia, & agnatione posita principaliter, de per se, ac dispositiue, inducitur fideicommissum simplex, & absolutum inter omnes comprehensos sub dicta clausula *Caren.* qui sufficiat pro omnibus *resol 163. num. 7 & seqq* vbi quod hæc opinio est recepta apud omnes DD. & suprema Tribunalia Italiæ, etiamsi præcesserit fideicommissum expressum per aliquot gradus in casum mortis, sub quo volens succedere non esset comprehensus, cum Testatores, aut Notarii post certam seriem casuum expressam adiicere soleant hanc clausulam, ad comprehendendum omnes alios casus, quos fuisset nimis longum de vno, ad vnum recensere, vt post *Thesaur. Iun aduertunt Caren d resol. 163. numer. 10. & 11. & Redenasc. cons 29. per tot. & signanter num. 11.*

Et ratio esse potest, quia † quando per modum rationis, & causæ fit mentio conseruandę agnationis, & familiæ, tunc nouum inducitur fideicommissum inter omnes, qui comprehenduntur. *Fusar. quæst. 480. numer. 20. & 21. Gratian. cap. 818. n. 8. & 9. Ciarlin. controu 219. n. 134 & seq. Giouagn. cõs 39. n. 13 Buratt. dec. 101 n. 1 & ibi add.*

Vnde stante † voluntate conseruandi bona in agnatione, censetur hodie inductum fideicommissum inter omnes de ea, alias enim impossibile esset, quod bona in agnatione conseruarentur, nisi de vno in alium transirent *Surd. cons 67. n. 10. & seqq. vbi satisfacit contrariis, & cons. 96. n 14. & seqq. Ciarlin. d. controuers 219. n. 46. 61 & 62 Rot. decis. 568. n. 5. vers cum enim par. 1. diuers* Contraria † autem procedunt, quando ratio conseruandę agnationis staret consecutiue relatiue, enunciatiue, vel illatiue *Fusar. quæst 351. n 23. & seqq. ac quæst 683. n. 23. Ciarlin allig. controuers. 219. num. 133.* & in istis terminis, si sedulo perpendantur, loquuntur omnes Rotæ decisiones, & DD in contrarium allegati.

Quod autem sub clausula, *cum mens, intentio, & voluntas ipsius Testatoris sit, quod bona sua conseruentur in familia, & agnatione ipsius Testatoris*, adiecta testamento, de quo agitur, comprehendantur nedum descendentes, sed illis extinctis etiam transuersales, colligitur considerando, quod nomen † agnatio ex sua propria significatione amplectitur transuersales *Decian cons 86. n. 19 lib 3 Peregrin. cons 149 numer. 6. & seqq lib. 5. Fusar. cons 37. n. 12. & quæst. 683. n 13. & seq.*

Nec obstat † quod Testator vsus fuerit pronomine possessiuo ipsius, quia vltra quod in terminis vocationis familiæ ipsius fuit dictum nullam fieri restrictionem à *Rot in Romana Fideicommissi de Naris 17. Iunii 1619 coram Coccino, §. sed tunc succedit.* Obiectum tunc procederet, quando Testator nominasset tantum familiam, secus autem si addidit, & agnationem, vt hic, quia verbum agnatio latius patet, & restringi minimè potest *Decian. d. cons 86. n 28 Menoch. cons 424 n. 11. & præsumpt 88 n. 19. & seqq. lib 4. Mantic de coniect. lib. 8 tit. 12. à nu. 12 vers sed ego, pluribus ratiocinatur Bartholom. Stell. inter cons. Fusar. 19. n 5. & 6. ac idem Fusar. quæst 362. nu. 1. 3. 4. & 9.*

Et quando † nominatur familia, & agnatio, tunc non extantibus descendentibus veniunt transuersales, post *Decian & alios, Barbos de appellat. verb. familia n 8. & seq.* etiam † si Testator vocauerit agnationem suam, *Fusar. d. quæst. 362. num 9. & Barbos. d verb. agnatio n. 2 vers. verũ quod magis.*

Nullo autem † pacto possunt verba hæc referri ad filios, & descendentes, quia cum Testator filios prius vocasset, verba ista nihil adderent, & essent superflua *Bald cons 334. n. 7. lib. 3. Rot. decis. 193. nu. 10. vers. vlterius prædicta par 1. recent & in Narnien. Fideicommissi 1. Martii 1656. coram Verospio.*

Et licet *d. decis. 193.* † *num. 10* dixerit agnationem vocatam cum pronomine ipsius restringi ad descendentes, Attamen parum obest, cum in casu decisionis fuisset vocata dumtaxat agnatio, hic autem familia, & agnatio; Ideoque ob copulam, quæ ponitur inter diuersa, & ad id, non potest fieri restrictio ad descendentes, sed illis extinctis, veniunt etiam transuersales *Fusar. q. 362. n. 5. 6. & 9. Barbos. d. verb agnatio sub n. 2* maxime cum simus in transuersalibus descendentibus a patre eiusdem testatoris, quos comprehendi admittit *Rot. decis. 300. nu. 21. vers & ex eo videtur, par 1. recen.* vt aduertit *Fusar. cons. 19. num. 7. vers respondetur, quod & in illo casu.*

Et in fortioribus, quod contemplata agnatione inducatur fideicommissum etiam inter collaterales, eo quia dispositio extenditur ad limites rationis adiectæ, sensit *Surd cons 443. num. 45. & seq.* a cuius opinione non audet discedere *Giouagnon*, qui mordicus defendit opinionem contrariam, *cons. 39. n. 18.* quando prohibitio, & ratio fuit apposita in principali dispositione, vt hic.

Prohibitionem † vero, & rationem stare de per se, dispositiue, & principaliter comprobatur.

Tum quia incipit per caput separatũ, Itẽ voluit, & mandauit, *Gratian. cap. 818. n 11. & seqq. Caren. d. resol. 163. num. 14. & 36.* vbi diluuntur contraria, & adest verbum separatum, & de per se *Caren. ibid. nu. 15.* Tum quia fuit appositum verbum voluit, quod dicitur stare principaliter, & dispositiuè. *Caren. ibid n. 16.* vbi dat concordantes, ma-

M 3 ximè

xmè stante geminatione verborũ, *voluit, & mandauit, Rot. diuers. decis. 568. n 5. par. 1. & Caren. alleg. n 19.* ac etiam inter substitutiones præcedentes, & prohibitionem alienationis adest aliud capitulum intermedium pariter separatum, & de per se, in quo Testator prohibet diuisionem ad certum tempus, & deputat executores testamentarios, cum aliis in eodem capitulo appositis *Caren ibid. n 13.*

20 Non obstat, quod Testator prohibuerit alienationem dd. filiis, & descendentibus, & sic videatur se retulisse ad præcedentes substitutiones.

Quia omisso, quod cum ex verbo *dictis* habeatur relatio ad personas, non autem ad substitutiones, nulla inducitur relatio in casu, & ad effectum, de quo agitur *Caren. d. resol. 163. n. 40. & seqq* certum est, quod substitutio continet tantũ filios, & descendentes, & prohibitio iuncta rationi amplectitur familiã, & agnationẽ, ideoq; non fit restrictio ad personas supra expressas, quia prohibitio, & ratio est magis ampla, quã substitutio *Ciarlin. d controu 2 9. n 49. & seqq. Rot. in Bononien. Fideicommissi de Pancaldis 16 Ianuarij 1640 §. nec visum fuit obstare, coram Eminentissimo Panzirolo, & in eadem 10. Iunij 1641. §. minus obstat, quod in prohibitione, coram R. P. D. Cerro.*

21 Minus obstat, † quod cum ratio conseruandæ agnationis fuerit apposita per illa verba *cum mens, & intentio*, dicatur stare consecutiue, & relatiue ad præcedentes substitutiones *Rot. in Bononien. Fideicommissi de Elephantuccijs 21. Maij 1586. coram Bubalo, & in Bononien. Bonorum, seu Fideicommissi 17. Maij 1637. §. atque hinc minus, coram R. P. D. Bichio.*

22 Quia in casu illarum † decisionum prohibitio alienationis stabat consecutiuè, & sic eoque ratio conseruandę agnationis annexa ipsi prohibitioni, & aderant verba relatiua ad præcedentes substitutiones, quæ desiderantur in casu nostro; Verba autem illa, *cum mens, & intentio* de sui natura non stant relatiue, sed sunt omnino apta ad inducendum fideicommissum. *Ciarlin. d. controuers. 219 per tot.* & signanter *sub n. 123. 124. & 151.*

23 Nec obstat *Dec. cons 636.* cum sequacibus, determinans, quod prohibitio alienationis se referat ad fideicommissum præcedens, quia doctrina hęc procedit, quando prohibitio est nuda ex se, & inualida, & quando stat in eadem verborum structura, accessoriè, & continuatiuè cum verbis restrictiuis. *Altogr. cons 92. nu 50 51. & 52.*

24 Et tanto † magis ratio conseruandę agnationis importabit fideicommissum, cum fuerit apposita prohibitioni alienationis vestitę. *Giouagnon. cons. 26 num. 7. Caren d. resol. 163. n. 28 Altograd. cons. 92 nu 35. & seqq.* & admisit *Rot. d decis. 300 n. 23. vers ulterius quia dicta par. 1 recent.* satis autem dicitur vestita prohibitio ex adiectione nullitatis alienationis *Fusar. quæst. 685. n 18 & 19.* & multo magis ex vocatione non alienantium *Caren. d. resol. 163. num. 29 & 30.*

25 Cum † enim prohibitio fuerit vestita, verba illa fuissent superflua tam quoad casus, quam quoad personas. *Fusar. q. 688. num. 7 & 11.* quę superfluitas non euitatur ex eo, quod ratio agnationis possit deseruire ad exclusionem fœminarum, & vocationem omnium descendentium, nam alias vocatio debuisset restringi ad primos tantum ex vi dictionis *ex.*

26 Quo enim ad fœminas illę non † veniunt appellatione filiorum, & descendentium stante Statuto illarum exclusiuo *Fusar. cons. 34. n. 11. & seqq. & cons. 73. n. 10. & seqq* & facilius, quia si Testator exclusit proprias filias, multo magis neptes *Ruin. cons. 152 nu. 11 vol 2 Fusar quæst. 311. num 60.* in omnem autem euentum sufficeret sola ratio conseruandi bona in familia *Caren d resol. 163. num. 42.* & sic semper remaneret superflua expressio agnationis quo vero ad descendentes dictio *ex* apposita non facit restringi dispositionem ad primos, sed veniunt omnes in infinitum, *Fusar.* qui testatur de veriori *quæst. 327. nu 89. & seqq.*

27 Fuit insuper animaduersum †, quod cum prohibitio alienationis non solum fuerit iniuncta filiis specificè nominatis ob verbum *dictis*, sed etiam *descendentibus ex eis*, qui comprehendunt gradus, & personas in infinitum. *§. 1. auth. de hered ab intest Altograd. cons 87. nu. 40.* & fuerit apposita ratio conseruandę familię, & agnationis, ipsa prohibitio dicitur realis *Fusar. q. 673. n. 5. & 6. Ciarlin. d. controuers 219 nu. 46. 52. 53. 54. & 153.* vbi respondet contrariis, & propterea perpetuo durat, & producit extensionem de persona ad personam *Fusar. quæst. 679 n 20.* ac afficit bona penes quemcumque vadant ad fauorem omnium de agnatione, quorum contemplatione fuit apposita prohibitio *Fusar. cons 192 n. 20. & 21. Altegrad. cons 92. numer 31 & 32. Ciarlin. d controuers 219. num. 56. & seqq.*

28 Nec visum fuit † posse obstare vulgatum *consil. Oldrad 21.* ob decessum primo institutorum cum filiis; quia vltra alia, quæ possent perpendi in facto, & in iure, non potest dici expirasse aliud fideicommissum inductum ex prohibitione, & ratione, conseruandę familię, & agnationis *Ciarlin. d. controuer 219. n. 45. Caualer. dec 461 n 4 & seqq.*

29 Ad quod fideicommissum possunt etiam aspirare emancipati, quia licet Testator fuerit loquutus per verba ciuilia agnationis, Attamen emancipati dicuntur agnati, conseruant familiam, & habent ius succedendi *Anton. de Rosell de success ab in. test n. 57. Mart. de success legal. par. 3. quæst. 2. art. 3. n. 14. 15 & 16* vbi testatur de veriori, & vrget *text in l peto § fratre, in fin. ff de legat. 2.*

Et ita &c.

In comprobationem a me superius adductorum *num. 29.* quod emancipati censeantur vocati ad fideicommissum scripsit *Excellentiss. D. Bernardinus a Pinna* non minus generis nobilitate, quam acumine ingenii clarus, tam luculenter, & docte, vt eius scripta tunc impressa iisdem modo, & forma, quæ ad me transmisit, hic subnectere existimauerim vtilitati publicæ consulendo.

BREVIS

BREVIS TRACTATVS
BERNARDINI A PINNA
NOBILIS PERVSINI

De Emancipatis ad Fideicommissum Agnationi relictum Venientibus.

In Perusina Fideicommissi de Monte Sperellis,

CORAM ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.

D. MARCO ABBATE GALLIO
PERVSIÆ, VMBRIÆQVE PRÆSIDE

Ad per Illustr. & Excellentissimum Dominum

SERAPHINVM MASSINVM
I. C. Asculanum,

Eiusdem Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini in Ciuilibus Locumtenentem Generalem.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

VENIT ad te, Vir Excellentissime, & Clarissime Responsio mea, ad motiuum Emancipationis theoricopractica; nàm ità expoposcit materia, à nemine ad propositum concinnata. Nouitas ista Iuris Antiquissimi, ab æneis illis Duodecim Tabulis, ferè illi Iuri sepulcralibus, & à vetustissimo cinere Iuris Consultorum reuocata in Tractatum excreuit: Neque excurrentem calamum retrahere, aut retardare potui; quià inter scribendum, iàm iàm allegationem breuiusculam absolueram, eam ad te missurus, Iuueni mihi à libellis (vt ità dicam) forensibus, concesseram exemplandam, citò tibi perferendam; dùm recordatus sum Plinij secundi responsum Amico, de breui, an longa Causarum peroratione, & procuratione interroganti: obseruandam scilicèt esse pro Causæ, Iudicijque momentis, breuitatem, commensurandamque prolixitatem. Si requirit plura negocij necessitas, deesse breuiores illi, nèc possumus, nèc debemus, si breuitatem exquirit, longitudine Scripturarum Iudices simùl, Clientesque torquemus. Prolixam tu excipe pro tua humanitate, atque incomptam Scriptionem meam, quam, apud te, opto non ingratam quidèm, sed multò magis non iniustam. Vale.

Emanci-

E Mancipationis motiuum vltimo loco subtiliter, doctissimeque excitatum, non poterit repellere DD. de Monte Sperellis, quin venire debeant ad fideicommissum, de quo agitur, sub collectiuo familię, Agnationisque vocabulo relictum, eo quod a Patre e-
30 mancipati, Agnati non sint, cum † Agnationis ius minima capitis diminutione perimitur. *§. sed Agnationis Instit. de legit. Agnat. tutel. cum aliis per DD. Informantes ex aduerso*, quorum, vltra deducta in aliis, patet per infrascripta resolutio.

Verum quia de apicibus, primisque Iuris Ciuilis Decemuiralis, (seu vt vocant) Duodecim Tabularum, angustiis, quasi ab illa Iuris, tunc fere in cunabulis, crepundiisque vagientis, siue balbutientis infantia, desumptum fuit obiectum, ideo ex iisdem principiis petenda erit responsio, ab iisque Authoribus præcipue, qui altius examinant Legum theoricas, pro tollendis anthynomiis; Vnde parcendum erit scribenti, si quid a luxuriante per legum subtilitates calamo peccetur contra breuitatem, & resolutiuum modum respondendi, quia ab initio fuit petita venia prolixitatis in Casu omnino in Iure nouo, nec a Practicis in terminis fideicommissi vlllibi excogitato: Maxime cum quęstio sit penes Iudicem verę, ingenuinæque capacissimum Iurisprudentię, omnique eruditione eruditissimum.

Vnde examinando prius textus ex aduerso pro intentione, resolutioneque articuli adductos, datur intelligi, minima capitis diminutione, Agna-
31 tionem †, non semper, nec in totum perimi, sed respectiue, & seruato Iuris ordine, ac tempore; Hoc enim infertur per dictionem *plerumque in d. § final. Instit. de legit. Agn. tutel. ibi Sed Agnationis ius omnibus modis capitis diminutione plerumque perimitur &c.* ergo non semper, nec perpetuò, ex illa dictione *plerumque Brisson de Verbor. signif. lib. 14. in eo verbo Io: Borcholt. in d. §. final. n. 5, Gyphan. ibid. vers. plerumque Hotom. eod. loc. vers. Nam Agnatio* qui exemplificat id prę cęteris in vsucapione, aliisque causis ciuilibus, & dicit, tol-
32 li duntaxat † ea, quę pertinent ad Ius Quiritum, hoc est Ciuium Romanorum proprium *ad l. 4. C. de legit. tutel. l. 1. §. final. ff. de rei vendic. d. Brisson. de verb. Signif. lib. 15. pag. 554.*
33 Nam cum aliis, quibus † cum, hoc speciale Ius, & proprium Ciuium Romanorum non obseruabatur, vt cum Prouincialibus, Exteris, ac Peregrinis, sed Ius Gentium *Instit. in principio de oblig. at. ibi secundum nostræ Ciuitatis Iura &c* Secundum Iura sanguinis est procedendum *ad l. Iura sanguinis 8. vbi Petrus Faber versic. probabilius ergo, pag. mihi 53. & pag. 59. ff. de reg. iur. & Idem lib. 2. Semestr. Iur. cap. 12. 13. 14. per tot. Gyphan. eod. tract. de reg. iur. lib. 2. cap. 2. de Nupt. & Patr. potest. vers. huius quoq. loci &c.* Reddit rationem *Camill. Plaut. in Rub. C. qui admitti n. 3. 4.*
34 *5. 6.* Scilicet † quod ex superstitiosa illa Iuris Quiritarii sanctione, pauci ad legitimas hęreditates peruenire poterant, vel scrupulositate, ne dicam supplantatione successorii edicti, vel Caducorum Causis exclusi, vnde necessaria fuerit abrogatio, vel emendatio, aut per Prætorem, aut per Constitutiones Principum, vt Anastasiana factum fuit, aut S. Consultis, vt *de Orphit. & Tertyll. & l. Vnic. C. de Caduc. tollend.* & similibus dicitur, &
35 infra suis locis, *Et Salicet. in l. fratres n. 6. C. de inoff. testam.* dicit Agnationem de Iure antiquo emancipatione tolli, non quidem de nouo.
36 Quoniã † triplex inde cõsideratur status Iuris Ciuilis, quoad successiones *§. cæterum Inst. de legit. agn. succes. vers. media &c. inst. in prin. de S. C. Tertyl. Hotom. in d. §. cæterũ Balduin. in L. 12. tab. ad l. 27. & l. 28. l. tute. 7. in prin. ff. de capit. dimd. l. 3. ff. de acqu. hered. Lelius Mancin. in Collat. leg. lib. 1. c. 135.* (quę tractatum a damnato Authore Petro Pitheo sumpsit, sibique tanquam primo vindica-
37 uit) Et sic † primo illo stricto, & angustiarum pleno, Iure Ciuili fuit omnino sublata, per minimam capitis diminutionem in Emancipatis Agnatio, ob fictas illas seruitutes, Venditiones, & fiducias de quibus per Interpretes, & præcipuè *in § final. Instit. de legit. Agnat. success. & in d. §. cæterum cum ibi concord. per glos.*
38 Medio postea †, & iuniore Iure Ciuili per Leges Voconias, Velleias, Anastasianas Constitutiones, Senatus Consulta, Prætoris Indulgentiam vocati sunt, ac restituti ad Successiones, legitimasque hęreditates Emancipati, sublatis imaginariis mancipationibus per quas caput, status scilicet minuebatur; Et raro fuit euidens ob Naturæ, & Sanguinis ęquitatem, & ob Ciuilis Iuris assequutam per Prudentes rationem, quam eam dicimus, quod si Agnati ab ipso iure definiuntur, & nuncupantur illi, qui sunt per virilem sexum coniuncti descendentes, vel Collaterales *h. sunt autem Agnati ff. de legit. tutel. cum concord.* Et qui ex coniunctione paterna *Rot. decis. 53. nu. 2. & n. 7. p. 7. recent.* ab vno stipite, & familia quamuis remotissimis. *Decis. 15. nu. 32. d. p. 7. & d. decis. 53.*
39 *n. 10.* Videtur † Ius ipsum voluisse magis respicere ad Sanguinem, & Naturam in ipsa definitione, sub qua reiectis intellectualis seruitutis, & abstractæ mancipationis angustiis, sunt etiam Emancipati Collaterales. *d. §. Cæterum. vers. media Instit. de legit. Agnat. success. Duaren. in comm. ff. de legit. tutel. cap. primo, & de probat. cap. 4. in princip. tom. 2. Gozadin. in l. qui se patris, C. vnde lib. n. 174. 175. vers. sed tenẽdo. Paul. de Monte Pico ibid. num. 18. Camill. Plaut. ad Rub. C. qui admitt. nu. 3. 4. 5.*; Rescissa quodammodo emancipatione *Signor. de Homod. ibid. num. 1. Sebastian. Sapia nu. 66. & Gozad. d. loco num. 76. per consil. Bald. Barbat. & alios, & idem in l. si emancipati, C. de collat. nu. 9. Cuiac. in lib. 29. quæst. Papin. in l. Vnic. § 7. ff. si tab. testam. null. extab. litt. D. & lib. 6. Respons. Papinian. litt. D. & in lib. 3. quæst. Papin. colum. 71. litt. A. & l. 5. ff. de bon. poss. contr. tab. l. 1. §. & sui iuris, ff. eod. Cuiac. in d. l. Vnic. §. liberos, ff. si tab. testam. null. ex tab. lib. 38. ff. l. 1. ff. quis ord. in bon. poss. seruet.*

act. Cuiac. in d. l. unic. in princip. Quia si Emancipatus exit de familia Patris, non tamen est in aliena familia, & ideo illum Prętor in numero liberorum habet *argumento l. si impubes, ff. de Carbon. edict. l. 2. ff. de Ventr. inspic. Cuiac in lib. 28 Salu. Iul. ad dd. l. 2 l. 7. l. si impubes, ff. de Carbon. edict. l. frater Emancipatus, C. de legit. tutel.*

40 Tertio, † nouissimoque Iure sublata fuit omnis differentia per rescripta, et placita Principum, et pręcipuè *Nouell. 118 siue in Auth. de haeredib. ab Intest. Venient. collat. 9 §. si verò, vers. nullam*

41 *cum ibi concord.* per † quem textum ponderatum tollitur omne obiectum ex aduerso factum, dicitur enim ibi *Nullam &c.* Quę dictio, siue adiectiuum, negatiuum vniuersale vehementius negat, & nihil negando excludit *Dec. consil. 581. nu. 8. consil. 617. num. 4.* Neque facit, quod ex aduerso adumbratur; Restringi debere scilicet emendationem Veteris Iuris ad hęreditates tantum ab Intestato, secus ad Testamentarias extendi, Nam textus ibi *Nullam* (inquit) *verò volumus, esse differentiam in quacumque successione, aut haereditate &c.* Notando, quod, post negatiuam vniuersalem subiicitur, relatiuum pariter vniuersale *In quacunque* ita vt omne genus hæreditatum comprehendatur, addita dictione *Aut*, hic aduersatiua *Barbos. dict. 46. nu. 6.* Et de verbo *Nullam dict. 229.* Iuncto verbo pręceptiuo *Volumus §. super hoc vero in Auth. ut null. Iudic. Lucas de Penn in l. iubemus 4. C. de proxim. Sacr. Scbr. lib. 12. vers. aut per verbum precipio &c.* Et relatiuo posito *In quacunque successione, aut haereditate*, ibi *quacunq. Barbos. dict. 317. Apostill. ad Roman. consil. 31. vers. quacunque Barbos. ibi num. 18. vers. hanc limitationem* loquendo de verbis legis &c.

42 Denique † illa adiectio, *aut haereditate* indefinita verificatur tam ab intestato, quam ex testamento *l. obuenire vbi Rebuff. de verb. Signif.* per quę Bartholus veritus canere palynodiam *in l. ventre 83. nu. 24 ff. de acquir. haeredit. vers. quaro an hodie emancipatus*, aliis respondendum reliquit de sublata, quo ad vtrumque succedendi modum, differentia, sed vt supra in terminis explicat *d. textum in d. §. si vero Modestinus Fistor. Illustrium quaest. Iur. p. 4 quaest. 131. & ad eam Iacob. Scultet. limit. prima a numer. 28. 29. 30. 31 per tot. num. 37. & per text. in auth. post fratres, C. de legit. haeredib. Hartman. ab Hartman pracstic. obseruat. lib. 2. obseruat. 3 numer 9. 10. 11. Rustic. in l. cum Auus ff. de condit. & dem. lib. 2. cap 8. nu. 10.*

43 Atque sublatam † esse omnem differentiam per textum quasi modum quendam succedendi de Iure nouissimo inter Agnationem, & Cognationem *Paulus de Monte Picoin d. l. qui se patris nu. 18. C. unde liber. Gozadin ibi dd. num. 175. 176. de comm. Plaut. in l. prima § transacto num. 21. 22. C. qui admitt. Claud. Tut. ad Rub. quand. non pet. nu. 107. 108. Signor. de Homod. in d. l. qui se patris nu. 1. Omnes inter. Repet. Ciuil.* Et quo ad omnia Iuris Ciuilis inuenta *per leg. prim. ff. de testament. tutel. Bernard. de Argentre ad Consuetud. Britann. tit.*

44 *de Minoribus artic. 474. nu. 4.* Vndè hodie † non tollitur per emancipationē Ius Agnationis *Glos. per text. ibi in l. Legitimus 5. in verbo qua liberorum, ff. unde cognat. Mart. de success. Legal p. 3 q. 2. artic. 3 numer. 14. per tot. 17. Ab acius de priuileg. Parent. & Liber. priuileg. 14. p. prima cap 3. a nu. 7. vers. & in hanc sententiam.*

45 Oppositæque †, quæ dicuntur non correctæ differentiæ, verificantur respectu suitatis, familiæque Patris, & Aui, quo ad effectum transmittendi tam ab intestato, quam ex testamento, quia Emancipatus non iuuatur priuilegiis Iuris Ciuilis, sed indiget Pretoris auxilio, quo non habet opus suus, suffultus potentia suitatis, licet potius sublato Iuris Antiqui figmento, quod subtilitatem vocat Imperator *d. §. caeterum, & in d. §. si vero in Auth. de haered. ab Intestato. Venient.* Iura suitatis ob naturalem æquitatem habeat hodie emancipatus *Rustic. vidend. in d. l. cum Auus d. lib. 2. d. cap 8. nu. 5. & d. n. 10. tam ab intestato, quam ex testamento d. numer. 10. Marius Salomon. de comm. in l. Gallus §. & quid si Nepos numer. 94 ff. de lib. & posth. & ibid. in d. §. & quid si tantum. Io Crot num. 97. 98. 99. Thom. Calanc. in l. prima ff. de vulg. & pupill. numer. 43. 44.*

46 Nullibi enim † reperitur in Iure, quod Emancipatus sit prohibitus succedere, vel ex legitima ab Intestato successione *per leges xii tabul.* Vel ex testamento, at solummodo esse incognitum, & cum minima capitis diminutio perimat, solummodo suitatem, statumque muter, *ex leg. xii tabul.* familiæ paternæ, efficiendo filium familias, Patrem familias; tamen ea, quæ Ciui Romano conueniunt, & sic Testamenti factionem actiuam, vel passiuam non aufert, quin Emancipatus vti succes[s]ibilis, ab intestato, & ex testamento venire possit ad hęreditates. *§. Emancipatos. Instit. de ex haered. liberor. §. Emancipati Instit. de haeredit. quae ab intest. def. & ibi DD. & pracipuè Hotom. Plautius ad Rub. C. qui admitt numer. 5. 6.* *Et contra Bartol. Fortun. Garg. in l. Gallus in princ. ff. de lib. & posth. num. 19. 20. & in § & quid si tantum numer. 208. 209. 210. 214. Angel de Aret. in l. Ventre, ff. de acq. hared. num. 3. Io Cephal in l. Centurio num. 126. 127 ff. de vulgar. & pupill. In terminis fideicommissi per text. in l. peto § frater in fine, ff. de legat. secundo, & per l. pater, & l. filiusfam. ff. eod. tit. Cuiac. ad diuers tit. Pandect. in l. filiusfamilias 94. §. diui il secundo, ff. de legat. primo* rationem vero dicemus infra.

47 Quod si Emancipatus † reperiretur prohibitus *leg. xii. tabul.* succedere, vtroq; aut alterutro modo Prætor illum iuuare non posset per naturalem æquitatem, nec per Iura Sanguinis, quia ille non posset stare contra Ius, sed illud interpretari, iuuare, supplere, & moderari *l. non ambigendum 12. § primo ff. de bonor. possess. d. §. caeterum Instit. de legit. Agnator Success. vers. media*, Et sic ratiocinatur *Doctiss. Cuiac. in dict. l. non ambigendum in dict. §. recis solemn. & Gorg. in d. l. Gallus dict. §. & quid si tantum num. 213. 214. ff. de lib. & Post. Plaut.*

Plaut. in d. Rub. C. qui admitt. numer. 4. 5. 6.

48 Proindeq. † Imperatores, per successiua tempora, ad collēdas tot ambages, quibus impliciti inexplicabiliter volutabantur veteres Iuris Interpretes, Prætoris iuuando æquitatem, Emancipatos suis omnino exæquarunt, sublata, vt dictum est, differentia Agnationis, & Cognationis; Et præcipuè Iustinianus ampliando Anastasianam Constitutionem, & Senatus Consulta, *ex supra allegatis*; remanente aliqua, ex dictis differentiis, respectu suitatis, quoad modum, non quoad effectum succedendi post alios *Io: Guttier. in §. sui autem Instit. de hæred. qualit. & different. num.* 131. 132. *Fortun. Garg in d. l. Gallus d. §. & quid si tantum n.* 209. 219. *& l. final C. de Emancip. lib.*

49 Ac si mille † Authores allegentur, omnes idem dicunt, & cum supradicta distinctione procedunt; scilicet differre suos, & Emancipatos in modo succedendi, hoc est per contratabulas, vel rumpendo, vel contratabulan. transmittendo, adeundo, continuando, vel non quasi dominium in bonis patris, pluribus, vel paucioribus cretionum, & deliberationum spatiis potentia suitatis, vel sanguinis de quibus supra, *& Cuiac. in d. l. Vnic. in princip. ff. si tab. testam. null. extab. & ad lib. 24. Salu. Iul. & ad l. 2. l. si impubes. l. 7. ff. de Carbon. edict. Angel. de suitat. q. 10. nu. 4 Lancellott. Polit. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. Surd. de Aliment. tit. primo quæst. 25. nume 22. Claud. Tutius in d. Rub. C. quand. non pet. partin.* 107. 108. *Galliaul. Crot. & alii in d. l. Gallus*. Atque ideo iidem Imperatores voluerunt declarare, semper censeri contractam fiduciam in Emancipatione *l. final C. de emancip. liber. §. final Instit. de capit. dimin.* ad tollendas nimirū omnes dubitationes a quocūque iure prouenientes. *§. placebat. Instit. de legit. Agnat. success.*

Ex quo necessario sequitur, quod Imperialibus rescriptis, sublatis differentiis Iuris Ciuilis primi Decemuiralis, *idest xii. tabul.* Et Iure medio ampliorem, æquioremque in formam ad iura sanguinis reformato, strictis illis formulis ciuilium nominum abrogatis, Agnationem postea designari

50 nominibus Sanguinis, & Naturæ, Ac ideo † de Iure medio, & nouissimo Familiam, Agnationem, que naturaliter accipi, non ciuiliter, facto communi vsu huius verbi ad regulas Naturæ, & Sanguinis *ad l. Iura sanguinis* 8. *vbi Petrus Faber d. loco suprallegat. ff. de regul. Iur. & Semestr. Iuris lib. 2. dd. cap.* 12. 13 14 *per tot & text. in d. l. tutelas 7 ff. de capit. dim. ibi Ex nouis autem legibus, & hæreditates, & tutelæ plerumque sic deferuntur, vt personæ naturaliter designentur*. Et dictum est supra de definitione Agnationis. *§. medio autem*. Quibus adduntur congesti per *Brisson. de Verborū Signif. lib. 6. in verbo familiam publicam vers. plane & text. in l. 33. in fine l. 69. §. vltim. l. cum pater 79. §. cum inter, ff. de legat. 2 l. filius familias miles. ff. de leg. primo l. vltim. C. de Verborum sign. d. l. cum ita, Legatum 33. §. final. ff. de legat. secundo, in terminis fideicommissi ibi In fideicommisso, quod familiæ relinquitur, ii ad petitionem eius admitti possunt, qui coniuncti sunt, aut post eos omnes extincitos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo Testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sunt, nisi specialiter defunctus ad vlteriores voluntatē suā extēderit, & d. l. filius familias* 117. *§. cum pater, vers. id euenit, & ibi gloss. in verbo emācipasset, ff. de legat. primo. Rebuff. in l. pronūciatio. §. familiæ verbo. sequitur, ff. de Verborum signif. Faber lib. 6. Codic. tit. 20. p. 2 definit. 21. n. 2. & Congest. per Fusar. qui Peregrin. & alios allegat, de substit. quæst.* 351. *n.* 40. *& quæst.* 362. *n.* 5 Et ra-

51 tio patet, quia † sublatis nominibus ciuilibus, quæ mutari possunt, remanent immutabilia, quæ naturalia sunt *Rebuff. in l. sæpe* 53. *vers. nec ergo accipiemus, & in l. in vulgari* 163 *in verbo Agnatus, ff. de Verb. signific*. Qui communis vsus præfertur in testamentis propriæ verborum significationi, maxime si probetur vigere tempore conditi Testamenti, *Honded. consil.* 5. *n* 7 *& n.* 38 *vol.* 2.

Hanc tamen rationem Eruditiores I. Consulti, etiam de iure illo *xii. Tabular.* suspicati sunt pro soluendis, explicandisque Iuris illius nodis, inter quos *Hotoman. in principio Instit. de capit. dimin.*

52 ibi dicit † triplex esse Ius Agnationis: Primum Nominis, Alterum Pecuniæ, Tertium Sacrorum, Capitis autem diminutione minima, Sacrorum hoc est, potestatis, Pecuniæ scilicet administrationis perimi, Primo illo Nominis ob naturam retento, & allegat *d. l. peto §. fratre in fine, ff. de leg.* 2. *& text. in §. vulgo quæsitos instit. de Success. cognat. & l prim. §. capitis minutio, ff. ad S. C. Tertyll. Et Cuiac. ad lib.* 29. *quæst. Papin. col.* 785. *litt.*

53 *B. C. D.* dicit † Agnationem esse genus, habere sub se species, nempe Suitatem, Consanguinitatem, Cognationem; Inde suitate dempta per capitis diminutionem, genus in specie consanguinitatis conseruari, dum vtraque species in successione cōcurrit Sanguinis, & Iuris; Secus in Adoptiuo de quo absolute intelligitur Agnationem perimi in genere, & speciebus perimi, nullo remanente vinculo Cognationis, & sic intelligi d. dictionem *plerumque* supra examinatam in *text. §.* 4. *de leg. Agnat. tutel. & facit text. in l. scripto 6 §. fin. vnde lib. Idem Cuiac. lib.* 13 *quæst. Papin. ad l. filius* 42. *ff. de bon. liber. col.* 346. *Anton. Fab. in Iurisp. Papinian. tit.* 11 *princ.* 10 *& text. in l. non facile 4 §. cognationis,*

54 *subst. an. ff. de gradib.* De † Adoptiuo, qui est nudus Agnatus Suus non ita *Plaut. in d. l. prima §. transacto, C. qui admitt. n* 10. 11. 12. *& Hotom. in d. §. Agnationis 4 Instit. de legit. Agnator. tutel.* 10; *Cephal. in d. l. Centurio ff. de vulg. & pupill. n.* 126. 127 *Repetit. ciuil. tom.* 3. *Cuiac. obseru. lib.* 11. *c.* 26.

In alio præterea casu potest Emancipatus à successione Testati, Intestatiq. repelli tanquam extraneus, & nō Agnatus Patri, & Auo (sēper enim

55 perpēdendum est in iisdem terminis quod † Agnationis Iura, & familiæ nomen, diminutione capitis minima tollantur respectiue ad Patriam Potestatem, & Suitatem, quoad hæreditates legitimas Patris, & Ascendentium paternorum, non quoad ad Collaterales) Dubitatur † inquam, casus prædictæ

dictæ exclusionis iuxta terminos *legum xij. Tabul.* (si quando illud Ius bis abrogatum posset habere apud nos locum) in concursu nimirum suorum in potestate existentium, quando ageretur de concurrente emancipato cum suis, ad eandem causam Successionis; quia tunc Suus vti proximus Agnatus, de iure Ciuili, cum haberet duplicem causam prælationis, & Suitatem, per quam verè proximus Agnatus Patri esset, & causam sanguinis simul, ac duo vincula, vt dicitur de adoptato ab Auo *§ sed hodie Instit. de Adopt.* Sine dubio Causa Sui potior esse deberet Emancipato excluso, facit *Gozadin. in l. Emancipati, C. de Collat. n. 9.*

57 Nec Iure Ciuili medio, † nec a Prætore restitueretur Agnationi (licet de Iure nouissimo esset locus dubitandi, ob exæquationem omnimodam per Iustinianum inductam *in d. § si vero in Auth. de hered. ab intest. veniunt vers. nullam, & l. meminimus. auth. cessante, C. de legit. hered. & alia a Tusc. Grat Angel. Rebuff. Surd. etiam ex aduers.*

58 *allegata, & supra deduct.*) Tamen firmis remanentibus differentiis supra assignatis, videretur postponendus in concursu Emancipatus, *Mar. Salom. in l. Gallus § quid si nepos, ff de lib. & posth. num. 97. vers. præterea, & num. 98. Salicet melius in d. l. qui se patris num. 15. 16. C unde liber.* Innuit etiam textus bene perpensus in *d. § cæterum, Instit. de legit. Agnator Success.* Vbi *Quare etenim vno, eodemque gradu naturali concurrente, & Agnationis similis, tamen Masculis, quam in Fœminis, æqua lance constitutis &c.* Ergo a con-

59 trario † sensu &c. Nam Imperator equalitatem naturæ, & Iuris in gradu considerat, *& facit Pnon facile eum ibi not. ff de gradib. & in l lege xii. Tabularum, C. de legit heredib. DD. in l maximum vitium, C. de liber. præterit.*

In terminis vero fideicommissi, de quo agitur DD. Aduersarii in concursu, omnino sunt repellendi, quia cum Bartholomeus Monte Sperellus

60 eorum Author, esset naturalis tantum, vt ipse † fatetur in precibus. S. Congregationi Fabricæ porrectis, qua nulla melior, & maior probatio, *vulgat. l. eum precum, C. de lib. caus. cum ibi no-*

61 *tat.* erat omnino exclusus †, ne dum prouisione legis, quæ Naturalem, & Bastardum Agnatum non vult, *not. per Bartol. in d. l. Tutelas 7. ff. de capit. dimin. & alios per Fusar. de subst. quæst. 361. n. 13. 17. maximè stantibus legitimis ibid. d. num 13. vers. vbi dicit, & facit quæst 490 num. 27. & quæst. 35 per tot.* Sed etiam ex prouisione hominis, dum Fabritius Testator in suo Testamento semper repetendo qualitatem legitimitatis, & de legitimo matrimonio exclusit d. Bartholomeum a Successione sua, qui nihil Iuris habere potuit, nec vti Suus, neque vel verè Agnatus, vnde si hodie Testator viueret, nunquam crederetur admissurus in concursu ad exclusionem Agnatorum legitimorum, & habentium ab iis causam Naturalem non Agnatum, posthumum sibi, non suum, & extraneos omnino ab eius nomine, & familia habentes ab eo, a se excluso, causam, iuxta allegata in prima, & coniecturas, ibi passim examinatas *§ alioquin, & § alia regularis, & deinceps, & supra, ad ibi allegata, atque.*

62 Cæterum vltima † hæc responsio omnes tollet ambages, ac anthynomias, (si quæ sunt) Agnationem scilicet emancipatione perimi, & admisso, non tamen concesso, idem Iuris esse, non obstante correctione a Iure nouissimo introducta, adhuc non obstat emancipato DD. de Monte Sperellis; tum quia sunt Emancipati ab eorum Patre, non a communi suo, & Auus in die cedentis fideicommissi erat in potestate, ac eorum etiam Pater, & ipsimet *d. l. 33, § final. ff. de leg. 2. d. l. gesto 71. § fratre, ff de leg. eod. l. 1. §. capitis, ff. ad S. C. Tertyll. d. l. Tutelas 7. ff. de capit. dimin. in fin. cum aliis concord. Brœus in d. §. final. Instit. de legit. Agn succes.*

63 Cum quia † exclusi sunt Emancipati, ab hereditatibus duntaxat, Tutelisque *a legibus 12. Tabularum* delatis, secus a delatis a Iure nouo, a quibus non excluduntur, sed Iure Sanguinis, communique vsu, & acceptione vocantur *d. l. Tutelas 7. d. l. prima §. capitis, ff. ad S. C Tertyll. l. 1 § 3. §. primo, ff de petit. heredit. l. capitis 11 ff de suis & legit. Hotom. in §. sciendum Instit de S. C. Orphit. vers. legum l. 2. l. 3. ff vnde Legit. Instit in princ. de Success cognat. l. vltim. C. de legit. hered. § cum igitur, & §. cum autem, & l. 4 C. de legit. tut Hotom. in § emancipati Instit de hered. qua ab intest. deferunt. Cuiac. ad dicerf. tit. Pandect in l filius familias Miles 94. §. diui il secondo, ff de legat. primo.* Et hæc mihi videtur ratio *d legis Peto 91. § fratre in fine, ff de l. gat. secundo* ab Excellentissimo, doctissimoq; Viro D. Seraphino Massino Locutenente in Ciuilibus generali examinata (Et D. si addi etiam post et testamenta esse de Iure Gentium, quam tamen opinionem ad propositum non probo, Solisque Theoricis pro nunc relinquo, eruditionis gratia pertractandam) *& per hon et.*

64 *loco* infra citand & quod admittatur † Emancipatus ad fideicommissum familiæ, & Agnationi relictum *Barry. de success lib. 8 tit. 7. nume. 40. vers. quantum ad filium, & nu 49.*

65 Quia fideicommissa † vel de Iure nouo, immo nouissimo, hoc est ex Indulgentia Principis originem habentia naturalem, communemque vsum, & acceptionem rerum, verborumque sequuntur, & eorum originem vltimis temporibus, non de Lege Quiritum, *nec xii Tabularum §. primo Instit. de cod. cill Instit in prin. de fideicommiss. hæredit. l 1. §. 17 ff de Orig Iur. d quæsitum 78 §. per legem, ff. de leg. 3 l 4 in fin ff si quis ad liber Prin. esp l. si cui legatum 92 ff de condit. & demonstr. l. eum etiam 5. C. de reb. credit. l & in epistola 22 C. de fideicomm.* et ab Augusto *§. final. Instit. de fi-*

66 *deicomm. hæred.* Cum fideicommiss. † fuerint incognita non solum *legibus xij. Tabul.* sed quoque earum Anthoribus, hoc est nec in legibus Acticis excogitata, vnde Ius primum Romanorum deriuatum fuit. *Samuel. Petit. ad Leges Atticas lib. 2. tit 4. & lib. 6. tit. 6.* Immo contra leges pro inca

paci.

cibus reperta ad *l. ita fidei 40. ff. de Iur. fisc. & ngest. per Gargiam de tacit. fideicomm post tract. de expens. vltim. impress. n. 2. tract. 2. & materiam exornat, & facit Moneta de Commutat. vltim. volunt. cap. 9. num. 92 93. 94 & seqq.*

67 Neque valet † verba esse ciuiliter intelligenda, Nam hoc fallit in fideicommissis, quę nec verbis ciuilibus necessario sunt relinquenda *ad Averbis ciuilibus 7. ff de vulg. & pupill. l. in legatis 21. C. comm. de legatis l. 1 C. eod § praterea Instit. de fideicommiss bared. § primo Instit de sing reb per fideicom n. rel.* Maxime in Testatore Iuris ignaro, immò de re Iuris Ciuilis, abrogati, Antiqui, Primęui, & de apicibus illis superstitiosis, & figmentis *Rustic. in d. l cum Auus d lib. 2. cap 8 num. 5. Petr. Fab. d. lib 2. Semestr. Iur d cap. 12. 13 14. cum latissime ibi eruditeq. congestis* Et soli (neque tamen omnes) sciunt hęc Iure Consulti. *Duaren. Comment. lib. 4. tit. 5. de capit minut. tom. primo.* Optimeque aduertit, quasi in propriis terminis exemplificando in l. Conf. Celeberrimo *Fusar. de Subst. quaest 477 numer. 46 vers praterea m emancipatis.* Atque presertim in Testatore in extremis laborante, ibi in testamento *Sanus &c. licet corpore languens &c.* non est perquirenda ista verborum Ciuilium subtilitas *l. quoniam indignum 15. vers. nec necessaria, C. de testam l testamentum 17. in princ. l. ab antiquis in princ. vers cum enim, & vers sancimus, C. eod* Et Testator creditur loqui

68 tus iuxta communem vsum loquendi, ex quo † Agnatos accipimus omnes eiusdem cognominis, & familię *ex supra late allegatis, & in prima in eadem causa § penult. & congest. per Rot. in d. decis 53. p. 7. recent & DD. in d l. pronunciatio 195. § familia, ff de verb Signif. vbi Rebuff & allegat. in d prima § Agnatio* deinde, & potest probari de tali vinclarius omni luce meridiana, *& habetur per Fabrum dd. capit. 12. 13. 14. Semestr. lib. 2.*

69 Pauind a † neque erit vis in allegatis in contrarium, quia resoluta remanent *ex supra allegatis;* Omnesq; ię Doctrinę *per Brunum, aliosque, & per Gallum*. Etenim illi prius loquuntur in terminis Statutorum, quę sunt strictissimę interpretationis *DD. in l. si de interpretatione, ff de leg.* Et de fisco:

70 Nos † umus in vltima voluntate, quę fauorabilius interpretanda; Maxime cum Testatores vt plurimum, loquuntur verbis impropriis *l. Lucius Titius 90. § final. in fine, ff. de legat. 2. l. 1. in princip. ff de obsequ. a liberis praestand. Petrus Faber d. lib. 2. Semestr. d. capit. 12. pag. mihi 175.* Et sumus in Nepote ex Collateralibus, & hic repetuntur *supra allegata de definitione Agnationis.*

Quamuis, admisso, & non concesso, quod prace-

71 deret illatio, quod negatur, adhuc cum † agatur de fauorabilibus, Emancipatus comprehenditur appellatione Agnationis a Statuto. *Bald. in d. l. qui se patris col. penultim. C. unde liber. Vasq. Illustr. quaest. Iur. p. 2. cap. 39. numer. 10. Suarez ad leges Fori in tit de los Pleytos in leg. 9 num. 25. Iacob. de Nigr in l per omnia, ff. de leg. primo num. 19. in fine 20. 21. Sebast. Sapia in d l. qui se patris, a n. 69. per tot. 78. Gozadin. ibid. a numer. 163 164. 165. & sequent.* Item † etiam si dispositio esset partim fauorabilis, partim odiosa, debet ad fauorem interpretari *Anchar. consil. 37. & consil. 215. col. 2. vers. contrarium &c Tiraquell de retract. consanguin. in praefat num 56. Abb. in capit. in litteris num. 34. de restit spoliat.*

72

73 Oppositis † ab alio ex DD. Informantibus ex aduerso vnicum sufficit verbum pro responsione, ea bene loqui, & procedere in terminis Suitatis, & Sui Emancipati, quod non sit Suus, nec Agnatus Patri, nec gaudere possit beneficijs, priuilegijsque Suitatis, Secus in terminis fideicommissarię hæreditatis, & Collateralium: Omnesque ibi Allegati loquuntur in terminis prædictis, vt videre est, per collationem Doctrinarum allegatarum, quas Sigillatim, examinare non est mei instituti, cum ex supra traditis distinctionibus, remaneant illæ resolutę, & declaratę, Quæ adeo prolixe, & per modum Tractatus, ideo examinata sunt, vt morem geram Excellentissimo D. meo, ac vt in articulo plane nouo, & in tali materia a Capitibus primis nostri Seculi in re fideicommissaria, nempe Peregrino, Petra, Mantica, Vasquio, Fusario, cæterisque non cogitato, deinceps aliqua habeantur, licet inerudite, theoricè tamen practiceque congesta.

De Trebellianica.

SUMMARIUM.

Sed si certum est, piam causam successuram esse, tunc nullo pacto detrahitur. num. 15.

Nisi tamen esset instituta hæres altera pia causa num. 17. Declaratur *num 18.*

Pia causa ad effectum detractionis Trebellianicæ dicitur etiam confraternitas laicalis. nu. 16.

Trebellianica non detrahitur, si fideicommissarius esset substitutus per verba directa. num. 19.

Nec de fideicommisso ordinato in contractu. n. 20.

Nec in donatione causa mortis. ibid.

Censetur prohibita ex interdicta alienatione bonorum vsque ad certum tempus. num. 21.

Idemque procedit in legitima. ibid. Vbi vide plures declarationes remissiue.

Trebellianica, & legitima non confunduntur, si fideicommissum fuit iniunctum in casu delicti. num. 22.

Non detrahitur ab eo, qui percepit fructus. numer. 23.

Et ad hunc effectum sufficit perceptio per decennium. num. 24.

Collaterales imputant fructus in Trebellianicam. num. 25.

Ac etiam ascendentes. num. 26.

Non tamen imputant filii primi gradus. numero 27.

Imputant tamen filii vlterioris gradus, & sic nepotes. num. 28.

Contrarium tenentes referuntur, & reiiciuntur. num. 29.

QVÆSTIO XXX.

1 TRebellianicam ad fiscum † transire firmant *Guazzin. de confiscat. conclus. 13. ampliat. 5. n. 1. Seacc. de iudic. lib. 2. cap 9. n. 126.* ea quidem ratione, quia 2 illius etiam † non agnita deductio transmittitur ad quoscunque hæredes extraneos *Gratian. disceptat. 743. num. 1. & 2. Altograd. consil. 31. num. 34 vol. 1.* & ideo, si videbimus in quibus casibus detrahi possit, sciemus etiam, quando fiscus valeat illam acquirere; quia tamen 3 de ea tractauerunt † diffuse plures Scribentes, & præsertim *Tomas. decad. 1 tract. 5. Caneer var. resol. par. 1. cap. 2. Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 9 num. 126. cum seqq.* breuiter me expediam.

4 Illam & liberis † primi gradus prohiberi posse est hodie opi. io in statu Ecclesiastico magis recepta *Farin. in addit. ad quæst. 25. post 43. versic. quia tamen Seacc.* loquens indistincte in casu confiscationis *d. cap. 9. num. 133. versic. tamen ego Rot decis. 185. numer. 13 decis. 226 num. 14. decis. 330. num. 24. & decis 399. numer. 10 par. 5. recent. decis. 582. num. 34. ead par. 5. tom. 2. decis 5. numer. 5. & decis 171. numer 3 par. 6 recent* pro ea adducuntur plures concordantes à *Tomas. decad. 1. tract. 5. tit. 6. numero 382.* eamdem opinionem pluries firmauit Senatus Neapolitanus: testibus *Merlin Pignatell. controuers. 78. numero 6. tom. 2. Capyc. Latr. decis. 1. numero 25.* & non so- 5 lum † expresse, sed etiam tacite *Rot. recent. par. 6. decis 5. num. 6. & 7. & decis. 171. num. 8. & 9. Add. ad Buratt. decis 480. num. 22. versic. contrarium.*

6 Si quis autem † vellet videre DD. tenentes opinionem contrariam, quod nempe trebellianica prohiberi non possit filiis primi gradus, poterit adire *Andreol. controuers. 1. num. 1. & seqq. & Tomas. de trebellian. d. decad 1. tract. 5. tit. 6. nu. 381.* non tamen audeat in statu Ecclesiæ recedere ab opinione Rotæ.

7 Censebitur ideo prohibita si † institutio sit facta in tota hæreditate *Buratt. decis. 480. num. 2. & 3. & ibi Add. num. 18. & 19* vbi quod procedit, siue verbum tota sit adiectum verbo executiuo, siue di- 8 spositiuo, diceretur etiam † prohibita per verba absque diminutione *Gregor. XV. decis 421. nu. 13. & ibi Beltramin. Add. ad Buratt. decis. 480. num. 20. Rot. recent. decis 184. num. 9. par. 5.* vbi tamen aderant alia verba pleno iure, ac etiam include- 9 rentur † prohibitio detractionis trebellianicæ ex prohibitione alienationis *Fusar. cons 17. nu. 112. Rot. recent. par. 5. tom. 2. decis 582 numero 31. & 10 32. & par. 6. decis 5. numer. 9.* idemque erit † dicendum, si substitutio sit facta absque detractione *Mer- 11 lin. decis. 776. num. 12.* & quando pater † iniunxit filio, vt tantum suam legitimam haberet, & reliquam hæreditatem restitueret *Rot. decis. 171. num. 6. & 7. par. 6. recent.*

12 Nec detrahetur † trebellianica, dum pia causa fuit substituta *Caren. resol 249. n. 1. 7. & 11. Fontanell. decis. 100. numer. 15. Rot. recent. par. 5. decis. 27. num. 11. & par. 6. decis 83. numero 5.* etiam a 13 principio † non esset certum, an pia causa debuisset succedere *Rot d. decis. 27. num. 12.* secus tamen 14 esset † dicendum si alteri mediate esset facienda restitutio, & dubium esset, an pia causa successura foret, quia tunc detrahitur trebellianica data cautione de restituendo euenientе successione ad fauorem eiusdem piæ causæ *Bellon. Iun. consil 84 num. 38. Rot. recent. par. 2. decis. 373. numer. 7. & par. 5. 15 d. decis 27 numer. 13.* si vero certum est, piam † causam esse omnino successuram, non distinguitur, an mediate, vel immediate succedat *Caren. d. resol. 249. numero 9. Rot. d. decis. 27. numero 14.* & 16 ad hunc effectum dicetur instituta † pia causa, etiam si fuerit confraternitas laicalis *Coccin. decis. 210. numero 1. & 2. Fontanell. decis. 110. numero 22.* quæ tamen detractionis trebellianicæ pro- 17 hibitio non procederet † vbi esset instituta altera pia causa, quæ vellet trebellianicam detrahere *Fontanell decis. 100 numer. 16. & 17.* vbi declarat 18 hoc non habere † locum, si vna esset magis pia, quam altera.

19. Nec minus detraheretur † trebellianica, si fideicommissarius esset substitutus per verba directa, plene *Caren. d. resol 249. num. 12. & seqq.* nec de- 20 ducetur † de fideicommisso ordinato in contractu *Caneer. var. resol. par. 1. cap. 2. numer. 9.* qui idem procedere affirmat in donatione causa mortis *Fontanell. decis 468. numer. 3.*

21. Potest etiam testator † prohibendo alienationem

tionem omnium bonorum vsque ad certam ætatem puta viginti quinque, vel triginta annorum facere, quod censeatur prohibita nedum detractio trebellianicę, sed & legitimę *Farin. in addit. ad quæst 25. post num. 43. versic. limita primo.* vbi ponit plures declarationes, quę po. erunt ibi videri, dum dabitur casus. *& cons 139. per tot.*

22 Euitabitur insuper † confiscatio trebellianicę, imo & legitimę, si fideicommissum fuit specifice iniunctum in casu delicti *Farin. cons. 173. per tot. & signanter à num. 7.*

23 Est etiam verum † non posse detrahi trebellianicam ab eo, qui fructus percepit *Andreol. contro.* 24 *vers 157. nu. 20.* asserens sufficere † perceptionem illorum per decennium *Rot recent decis. 484. num. 13. par. 5. tom. 2.* quę traditio in collateralibus non 25 † recipit difficultatem *Rot. decis 88. num. 23. par. 5. recent. & coram Merlin. decis 293. numer. 23.* & 26 procedit etiam † in ascendentibus, qui fructus in trebellianicam imputare tenentur *Rot. decis. 62. n. 5. & 6. par. 5. recent. & coram Duran. decis. 76. num 5 & 6.*

27 Sed filii primi gradus † non tenentur in eam imputare fructus *l. iubemus C. ad Trebell Fusar. cons. 123. num. 10. Tomas decad. 1. tract. 5. tit. 9 numer. 28. Mang l de imputat. quæst. 125 num. 6. & 7. versic. a priori tamen Cancer. var. resol. par. 1. cap. 2. nu. 72. Seacc. de iudic. lib. 2 cap. 9. num. 1169 Rot. recent. par. 2. decis 215. numer. 1 in fin.* etiam si detrahant duas quartas *Fusar. d. cons. 123. num. 10. DD. allegat.* à *Tomas d. tract. 5. tit. 9. num. 38. Rot. coram Gregor. XV. decis 266. numer. 6. & 7.* & hęc opinio est verior, ac tenenda, quicquid alii contradicant, cum sit magis communiter recepta.

28 Filii autem vlterioris † gradus, & sic Nepotes tenentur fructus in trebellianicam, imputare, quãuis primum locum obtineant *Mangil. de imputat. d. quæst. 125. numer. 18, 19. & 20. versic quibus non obstantibus*, cum aliis adductis à *Tomas. d. tit. 9. num. 54. Merlin. de legitim. lib. 2 tit. 2. quæst. 32. num. 48. Seacc. de iudic. d cap. 9. numer. 1175. lib. 2. Add. ad Gregor. XV. decis. 266. num. 14* apud quos referuntur innumeri concordantes, & dicitur *Rot. Rom.* approbasse hanc opinionem.

29 Licet verò me non lateat † plures DD. & pręsertim *Gratian. disceptat. 265 num 30. & seqq. Cancer. var. resol. par. 1 cap. 2. num. 73.* se tulisse in contrariam sententiam, tamen non possum recedere ab opinione illorum, qui voluerunt fructus à Nepotibus debere imputari, quia est magis communis.

* * *

De Dote.

SVMMARIVM.

Dos ob delictum Mariti non confiscatur. nu. 1.

Extende etiam ad vsumfructum durante vita mariti. num. 2.

Et si bona Mariti ob crimen læsæ Maiestatis publicentur, & Vxor illius fortunam sequitur. n. 3.

Amplia dictam conclusionem in Vxore, quæ comitatur Virum hæreticum num 4.

Mulier ob hypothecam dotalem, quam habet in bonis mariti, potest impedire demolitionem, & deuastationem domus, nisi prius fuerit satisfacta de dote. num 5.

Amplia procedere etiam ad fauorem cuiuslibet creditoris. num. 6.

Vxor ratione hypothecæ dotalis potest impedire fiscum, ne assequatur possessionem bonorum mariti condemnati, nisi prius illi fuerit ipsi Vxori soluta. num. 7.

Contrarium tamen firmatur, quando agitur de restituenda, non de assecuranda dote, num 8.

Limita, quando Vxor habet in contractu dotali clausulam constituti, & possidet bona mariti. n. 9.

In isto tamen casu creditor habet ius offerendi. n. 10.

Via executiua non potest procedi contra Vxorem possidentem bona Viri, etiam ex clausula constituti apposita in contractu dotali. num. 11.

Vxor allegans possessionem bonorum mariti iure pignoris, non potest impedire illorum subhastationem. num. 12.

Secus tamen est, si alleget tantummodo possessionem, quæ de per se præsumitur iure dominii. ibidem.

Mulier possidens bona mariti, etiam iure pignoris, non potest à possessione expelli, nisi prius de dote sit satisfacta, & quare. num. 14.

Dos etiam confessata, quando sunt elapsa tempora ad opponendum, non potest confiscari. num 15.

Fiscus, & quilibet priuatus potest obiicere, & probare simulationem, & exceptionem non numeratæ dotis. num. 16.

Dotis confessio, ex quibus vera, seu simulata probetur remissiue. num. 17.

Confessio mariti de dote recepta probat creditum dotale in præiudicium creditorum posteriorum, nisi ex manifestis indiciis de simulatione constaret. num. 18.

Limita dictam conclusionem, quando esset facta confessio animo donandi ibidem.

Confessio receptionis dotis suffulta pluribus coniecturis probat aduersus omnes creditores, etiam si sit facta post decoctionem mariti. numero 19.

Confessio mariti de dote recepta, quod simulatè non emanauerit, fortissima Coniectura est dotis promissio, & huiusmodi promissio probatur etiam per testes. num. 20.

Altera coniectura ad tollendam simulationem in dicta confessione desumitur, quod absque dote

matrimonium contrahi non soleat. num. 21.

Maxime si dos constituta sit congrua. ibid.

Tertia præsumptio est, si confessio emanauerit tempore, quo creditores non aderant, quo casu confessio probat veram dotis numerationem. numer. 22.

Quarta desumitur ex solutione maioris partis dotis, quo in casu tota soluta præsumitur. numero 23.

Quinta, quando concurrit diuturna præstatio alimentorum, & iuramentum contractui appositum. num. 24.

Et dicta præsumptio proueniens ex diuturna præstatione alimentorum non debet sperni concurrentibus aliis præsumptionibus. num. 25.

Sexta desumitur, quando in diuisione bonorum dos inter debita fuit recensita. num. 26.

Maxime si diuisio esset facta post mortem mariti. num. 27.

Eoque magis, si confessio non esset facta ad fauorem Vxoris, quam opinionem sequitur Rot. Rom. num. 28.

Dos, quæ debetur Vxori pauperi a marito diuite, non confiscatur, nisi vsus contrarius vigeret, vbi de comm. ... num. 29.

Dos proueniens ex auth præterea, confiscatur si mulier duos habuisset viros, & a primo non exegisset, quia tali casu non potest dici pauper. numer 30.

Dos quando debeatur ex dispositione dicta auth. præterea, remissiue num 31.

Dos non potest confiscari ex delicto Vxoris in præiudicium mariti, nisi in casibus expressis. numer. 32.

Executio non potest consummari in bonis dotalibus ob debitum contractum ab Vxore absque sententia Viri. num. 33.

An autem hoc procedat, quando debitum fit commune remissiue. ibidem.

Limita supradictam conclusionem, si are alieno contracto ante matrimonium, omnia bona Vxoris fuissent in dotem data Viro, quo casu in bonis dotalibus posset executiue conueniri. num. 34.

Limita secundo, si Vxori litiganti maritus præstiterit consensum. num. 35.

Extende hanc limitationem ad Patrem habentem vsumfructum in bonis filii. num. 36.

Lucrum dotale, remanet saluum marito, quando dos Vxoris confiscatur. num. 37.

Dotis confiscatio ad hoc vt intret, sufficit mulierem esse condemnatam in pœnam extraordinariam in crimine læsæ Maiestatis. num. 38.

Statutum loci Viri attenditur in lucro dotali, quamuis contractus sit alibi celebratus. numero 39

Vbi tamen remissiue plures limitationes.

Limita, si maritus ad domum mulieris fuerit traductus. num. 40.

Limita secundo, si non Vxor, sed alter pro ea dotem promiserit, quo casu inspicitur locus celebrati contractus. num. 41.

Limita 3. si dos consisteret in bonis stabilibus existentibus extra Territorium loci mariti. num. 42.

Excellentissimi D. Dominici Philipponccij Patritij Maceratensis sequitur opinionem Authoris an lucrum dotis debeatur, tam de dote data, quam de promissa. num. 43

Lucro dotis marito reseruato, dos integra confiscatur, nec maritus vsumfructum consequitur. numer. 44.

Maritus dum conuenitur a fisco pro restitutione dotis gaudet beneficio deductione egeat. nu. 45.

Dicto tamen priuilegio non gaudet fiscus pulsatus ab Vxore pro restitutione dotis, quando fuerunt confiscata bona mariti. num. 46.

Dos non confiscatur ob delictum Vxoris, quando vel per stipulationem, vel per statutum debet reddi alteri personæ, quam ipsi Vxori. num 47.

Prout nec confiscatur dos filiæ data a Patre in ipsius præiudicium, si delictum commissum sit Patre viuente num. 48.

Dos Viduæ delinquentis semper publicatur mortuo Viro. num. 49.

Decisio Authoris in Auximana Saluiani impressa 16. Iunij 1654 fuit reuocata a Sac. Rota Maceratensi, sed in Vrbe confirmata. numero 50.

Fiscus debet dotare filias confiscatis bonis paternis num. 51.

Corpus delicti in veneno propinato quomodo probetur n. 52. & n. 53 firmatur, veneficium maieus, & concilitur probari, cum sit difficilis probationis.

In corpore humano generatur venenum, vel ob aeris corruptionem, vel malignitatem humorum aliunde prouenientem. num 54.

Venenum propinatum esse certæ speciei, debet iustificari ex relationibus Peritorum. num. 55.

Venenum propinatum esse malæ qualitatis debet probari, cum aliqua medicamenta sint, & saluti humanæ deseruiant. num. 56.

Propinatum venenum quæ signa soleat afferre in venenum accipiente. num. 57 & 58.

Venenum præsumitur propinatum, & non intus genitum, cum quis optime valetudinis statim in malam incidit, quia venenum genitum non proauerit tam repente suos effectus. num. 59.

Periti mali propinati veneni debent referre quantitatem propinatam esse sufficientem ad necandum hominem, vt delicti corpus iustificetur. n 60.

Indicia in propinato veneno nedum sufficiunt ad transmittendam inquisitionem, sed etiam ad torquendum. num. 61.

Et quibus indiciis præsumatur, venenum ab aliquo fuisse propinatum affirtur. numero 62. 63. 64. 65. 66. & 67.

Veneficij delictum est adeo graue, vt proditionem contineat. num. 68.

Et in milite, & magis in clerico plus quam in aliis est detestandum. num. 69.

Crimina sunt grauiora in Religiosis, quam in aliis, & sic maiorem pœnam sortiuntur num. 70.

Delictum propinati veneni debet puniri pœna ordina-

Statu-

Statutum deferens certam quantitatem dotis pro lucro Marito ob mortem Vxoris est fauorabile num. 143. & num. 145.

Et ad dignoscendum, an statutum sit odiosum, vel fauorabile, duo attenduntur, scilicet intentio statuentium, & an sit passim receptum. num. 144.

Statutum deferens lucrum dotis marito ob mortem Vxoris obseruatur passim in tota Italia, & plurimi recensentur loci. num. 146.

Et propterea dicitur fauorabile, & per consequens extendendum, etiam si esset intelligendum ad litteram, stante fauore publico. numero 147.

Lucrum dotis defertur marito propter onera matrimonij, num 148.

Et ob hanc, aliasq; rationes reprobatur Altograd. cons 29 nu. 25. & 149

Ratio, quod statutum loquens de dote data, non habeat locum in promissa, quia quando data est, maritus vtatur retentione, & quia dos data alienata sit, reiicitur aliis validioribus rationibus. num. 150. 151 & 156.

Statutum loquens de dote data, non dicitur excludere promissam, & quare. num. 152.

Dos promissa, dicitur alienata, prout dos data. numer. 153.

Et si dotis promissæ Maritus nihil lucraretur, sequeretur absurdum, quod esset melioris conditionis Pater, qui dotem non soluit, quam ille, qui dotem exbursauit. num. 154.

Pater tenetur reseruare filiæ pro secundis nuptiis, tam dotem datam, quam promissam. numero. 155.

Statutum, quod non exprimit rationem, & si non fiat ex ea extensio, tamen patitur extensionem, quando adest ratio vnica, & subintellecta. nu. 157. & tali casu extenditur etiam ad correctoria. num. 159.

Amplia, etiam si essent plures rationes ad idem conuenientes. num. 158.

Dos promissa, licet sit eadem quod dos data per fictionem, nihilominus sufficit eandem esse per fictionem, dum versamur in statuto fauorabili num. 160.

Dotis datæ appellatione venit etiam dos promissa, quando alias sequerentur plura absurda. numer. 161.

Plura absurda exarantur, quando marito non defertur lucrum dotis promissæ. num. 162.

Rem habere videtur, qui habet actionem. numero 163.

Dos ad certam diem promissa eodem modo est debita, sicut pure promissa, cum dies adiecta differat solutionem, non tamen suspendat substantiam debiti. num. 164.

Statutum Iuri communi conforme recipit extensionem, etiam ad casum fictum. num. 165.

Amplia, etiam si statutum, partim esset fauorabile, & partim odiosum. num. 166.

Et quando eadem est ratio in casu vero, prout in casu ficto, prout est in statuto loquente de dote promissa, tunc fictio habet quoque locum in statuto exorbitanti. num. 167.

Maxime quando agitur de fauore publico. ibidem.

Dos promissa appellatur dos, sicut dos data de veriori, ac crebriori sententia. num 168

Mulieres excluduntur a successione feudi, tam ob dotem datam, quam ob dotem promissam. numero 169.

Statutum excludens mulieres dotatas comprehendit etiam illas, quibus dos fuit promissa. num. 170.

Consuetudo Martini loquens de dote data, habet etiam locum in dote promissa. num. 171.

Pater, sicut non potest minuere dotem datam primo Viro, filiæ volentis transire ad secundas nuptias, sic quoque non potest detrahere de promissa. numer. 172.

DD. numero quinquaginta septem recensentur, qui firmant, statutum loquens de dote data habere locum in promissa. num. 173.

Et hanc opinionem semper sequuta fuit Rota Romana in pluribus decisionibus relatis. numero 174.

Dotis data appellatione venit etiam dos promissa, licet rubrica statuti loquatur generaliter de dotibus restituendis, & in nigro de dote data. numero 175.

Restituere verbum est æquiuocum, & varias habens significationes, & propterea comprehendit etiam dotem promissam. num. 176.

DD. numero triginta, & vltra authoritas non est attendenda dum firmant, statutum loquens de dote data non habere locum in promissa; quia id firmant ex falsa ratione, nimirum quod statutum sit correctorium Iuris communis. nu. 170.

Thobias Nonius cons 48 nu. 9 firmans statutum loquens de dote data, non habere locum in dote promissa reijcitur, quia mouetur falsa ratione, & pro contraria opinione plures adducuntur decisiones. num. 171.

Thesaurus decisione 109. firmat opinionem, quod statutum loquens de dote data habeat locum in promissa. num. 172.

Alexander in l si donaturus §. fin. nu. 7. distinguens quando dotem promittens est in mora; tunc deberi lucrum marito dotis promissæ, secus si non sit morosus reijcitur, nam data mora, tunc dos censetur soluta. num. 173.

Gratianus decis 230. vel firmat quod lucrum debeatur etiam de dote promissa, vel quatenus contrarium sentiat, sentit contra decisionem Rot. Rom. in terminis statuti Asculi. numero 174.

Rota Romana decisiones nonnullæ allegantur, per quas prætenditur firmari contrariam opinionem, nimirum quod statutum disponens de dote data non habeat locum in promissa nu 175.

Rota coram Seraphino decis. 248. ex qua ratione mota fuerit ad firmandam opinionem allatam in superiori numero. n. 176. & aliæ decisiones hic allegatæ, contrariam firmant opinionem.

Statu.

Statutum deferens lucrum marito non est correctorium iuris communis, & quatenus etiam esset, suffi. it illud esse confirmatum in forma communi, cum sit fauorabile. nu. 177.

Statutum loquens de dote data habere locum etiam in dote promissa concedi debet tam in iudicando, quam in consulendo nu. 178.

Maxime in Statuto Aesino, in quo consuluit Socin. Iun. cons. 25. vol 1. ibidem

QVAESTIO XXXI.

1 OB delictum † mariti dos vxoris non confiscatur *l. si marito publico ff solut. matrim. l. quisquis §. vxores sane C. ad leg. Iul. Maiest. l. si quis post hac & ibi scribb C. de bon. proscriptor. Carpan. ad constit. nouiss. Mediol. § omnium num. 175. Farin. quaest. 25. nu 111. Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. cap. 17. n. 2. & seqq. Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit 35. n. 1. Fontanell. de pact. nuptial. clausf. 6 glos 2. par. 2.*
2 *num. 9. Dexart. decis. Sardin. 94. num. 7.* nec † etiam quoad vsumfructum durante vita mariti *post Bald. Nouell. & Anton. Gomez Fontanell. d. glos. 2. par.*
3 *2. nu. 8.* licet bona † mariti publicentur ob crimen laesae maiestatis, & vxor illius fortunam sequatur *Guazzin. d. limit. 35. num. 2. Sanchez d. cap. 17. n.*
4 *24.* vbi † extendit ad vxorem, quę comitetur virum haereticum *Caball. resol. 232. num. 1. 2. & seqq.*
5 Et adeo haec † vera sunt, vt ratione suae hypothecę dotalis possit vxor impedire deuastationem, & demolitionem domus, nisi prius fuerit satisfacta de dote *Farin. quaest. 116. § 1 num. 35. & infra,* vbi remouet omnia obiecta allata per DD. testantes de contraria consuetudine, & volentes non posse impediri demolitionem domus in terminis Statuti illam simpliciter mandantis *Carpan. d. §. omnium nu. 296. & 297. Guazzin. d. limit. 35. num.*
6 *19.* qui volunt † idem procedere ad fauorem cuiuslibet creditoris *Fontanell. d. glos 2. par. 2. num. 10.* licet autem multi DD. relati a *Guazzin. d. limit. 35. num. 17* cum quibus vt postremo loco relatis
7 ipse pertransire videtur voluerint, † ratione d. hypothecae posse vxorem impedire alienum, ne assequatur possessionem bonorum mariti condemnati, nisi prius sua dote soluta, & conueniat etiam in eamdem sententiam *Dexart. d. decis. Sardin. 94.*
8 *num. 7.* nihilominus † iudicio meo melius sentire adducti per ipsum *Guazzin. ibid. numer. 16.* inter quos bene ratiocinatur *Farin. quaest. 25 nu. 116.* dum enim agitur de restituenda, non assecuranda dote, vxor nec posset ex vi suae hypothecae impedire subhastationem bonorum mariti pro satisfaciendis aliis creditoribus *Merlin. de pignor lib 3 quaest. 73. nu. 75.* adducens *Rot. in Bononien. subhastationis 25. Maij 1635. coram Motmanno.* Quapropter
9 est omnino adhaerendum *Farinac.* qui tamen † *n. 117. & 118.* limitat conclusionem, quando vxor habet in contractu dotali clausulam constituti, vel possidet bona mariti, quam limitationem quoad constitutum probant etiam *Carpan. d. §. omnium num. 294 & 295. & Guazzin. d limit. 35. num. 16.* & quoad possessionem facit regula generalis, quod vxor impedit executionem super bonis mariti ab ipsa possessis ex capite retentionis *Galles. de oblig. Cameral quaest 18. n. 12. Statil. de saluian. interdict. inspect. 3 cap 4. n. 25. & 26.* itant
10 † non possit ab ipsa auocari possessio, nisi per ius offerendi *vt per text. in l 1. §. cum autem C si antiq. credit.* voluit *Rot. coram Buratt. decis. 286. nu. 9.* & facit *Caualer. decis. 62. nu. 4. & decis. 429. in*
11 *princip* volens † vxorem possidentem non posse pulsari executiue, & concordat *Post. de manutent. obseruat. 54. n. 23. 24. & 25.* loquens de vtroque capite, possessionis scilicet, & clausulae constituti.
12 Quibus † alias per me adductis ad fauorem cuiusdam mulieris possidentis pro sua dote, obijciebatur, quod non propterea debebat retardari subhastatio *ex decis 180. num. 4. par. 7. recent.* sed replicaui illam decisionem emanasse in terminis vxoris, quae allegabat possessionem iure pignoris, vt ipsamet decisio se explicat in verbis, & quod casus noster versabatur in muliere allegante possessionem, quae de per se praesumebatur iure dominii, vt indiuidualiter de possessione iure dotis dixit *Rot. decis. 46. nu. 5. 6. & 7. par. 6. recent* & in.
13 super † addebam, quod si vere possideretur iure pignoris, non tamen mulier poterat a possessione expelli, dum prius de dote satisfacta non esset;
14 traditio namque † certa est, quod creditor non cogitur distrahere pignus, nisi reperiatur emptor, qui paratus sit dicto illo creditore anteriore soluere, quod superest, & pignus non auocatur a possidente, nisi postquam est illi satisfactum *Gratian. disceptat. 941. num. 4. Mangil de subhastat. quaest. 54. n. 11.* & audiui ita practicari in Tribunalibus Vrbis, & praesertim in illo supremo Signaturae Iustitiae, in quibus mandarur deueniri ad subhastationem muliere a sua possessione non amota.
15 Quae fuerunt † dicta circa non confiscationem dotis, procedunt etiam in dote confessata, quando sunt ei ipsa tempora ad opponendum *Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 82. Guazzin. d. limit. 35. num. 3. Farin. d. quaest. 25. num. 120 & infra Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. d. cap. 17. num.*
16 *6. & 7.* sed quia, † si fiscus prohibetur hoc casu opponere exceptionem non numeratę dotis, valet obiicere, & probare simulationem *Guazzin. d. limit 35 nu. 7. versic. bene verum est,* quod permittitur etiam cuilibet priuato habenti interesse super bonis mariti *Rot. recent. decis 683. num. 11. par. 2. & post Labyrint. creditor. Salgad. decis. 23.*
17 *nu. 13.* ideo satis vtile † esset videre, an, & in quibus casibus confessio dotis receptę praesumatur vera, vel simulata, sed nimium sermonem extenderemus, quia materia est satis ampla, & illam bene pertractarunt vltra alios DD. inferius allegandos *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 14. glos. vnic. par. 2. Merlin. de pignorib. lib. 3. quaest. 58. Antonel cons. 46. n.*

46. num. 5. *& seqq. Rot. coram Buratt. decis.* 108. *par.7. recent. decis.* 159 *post Labyrint. creditor. Salgad. decis.* 3. *decis.* 22. *& decis.* 23. afferam nihilominus nonnullas coniecturas, quas multis ab hinc annis pro Cliente adducebam.

18 Non potest † controuerti creditum dotis, cum de illo constet per confessionem mariti, quę etiam sine promissione præcedente probat in præiudicium creditorum posteriorum, nisi ex manifestis indiciis de simulatione doceatur *Bald. Nouell. de dot. par.* 10 *num.* 17 *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. *versic secundo ex eadem distinctione Mantic. de tacit. lib.* 11 *tit.* 20. *num.* 37. *versic & si maritus Gait de credit. cap.* 4. *num.* 1769. *& seq. Gratian. disceptat.* 984. *num* 21. *Buratt. decis.* 108. *n.* 6. dum voluit hanc confessionem tunc non præiudicare posterioribus, quando colligitur fuisse factam animo donandi; hodie vero tantum abest, vt simulatio probetur, vt potius constet de veritate

19 confessionis, quæ † suffulta pluribus coniecturis probat aduersus omnes creditores, etsi post mariti decoctionem emanasset *Rot. in Romana dotis* 31. *Ianuarii* 1652. *§. his non obstantibus coram b. m. Bichio apud Labyrint. Creditor. Salgad decis.* 3. *num.* 3. adminicula autem veritatis concurrere enumerantur.

20. Primo dotis † promissio, quæ fortissima coniectura reputatur *Antonin. de Amat. resol.* 5. *num.* 19. *Merlin de pignor. lib.* 3. *quæst.* 58. *num.* 87. *& seq. Rot. post ipsum decis.* 141. *num.* 10. *& penes Poss. de subhastat decis.* 166. *num.* 5. & remanet optimè iustificata per testes de illa deponentes *glos. in l. cum extra verb probanti C. de iur. dot Marsil singul.* 442 *Vrsil. ad Afflict. decis.* 337. *num.* 4. *Calà de mod articul. & proband glos vnic. §.* 2. *num* 64 vbi firmat de vno teste iuncta fama, *& num.* 1110. *Peregrin. decis Patau.* 34. *num.* 3. *Fontanell de pact. nuptial claus* 6 *glos.* 3. *par.* 7. *num.* 35. *& claus.* 4. *glos vnic. par.* 2. *num* 66. & an possit probari per famam scribit *Surd. cons* 9 ‡ *sub nu.* 47. *versic sexto quia, cum n n seqq.*

21 Secundo, quod † matrimonia absque dote de facili non contrahuntur *Aymon. cons* 40. *num* 1. *&* 2. dicens per hanc consuetudinem constituendi dotes ita debere præsumi, nisi contrarium probetur *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 13. *num* 4. *Marescott. var. resol cap.* 8. *num.* 11. *lib.* 1. *Fontanell de pact. nuptial claus* 5. *glos.* 1. *par.* 1. *num.* 7. *& seqq. Rot. coram Gregor. XV decis* 62 *num.* 4. *coram Buratt. decis.* 283. *num.* 7. *versic. quod quia, iuncta addit. litt. A. & par.* 5. *recent. decis.* 321. *num.* 20. attenta maximè verisimilitudine huius dotis solitę dari inter ciues huiusmodi conditionis *Gratian. disceptat* 362 *num.* 20. *Andreol. controuers.* 186. *n.* 11.

22 Tertio † quod eadem confessio emanauit de tempore, quo nulli creditores aderant, qui fraudari potuissent *Gratian. disceptat* 984. *num.* 21. *Rot. recent. decis.* 159. *num.* 11. *par.* 7. *& post Zacch. de oblig. Cameral decis.* 258. *num.* 4.

23 Quarto dum † apparet maiorem partem d. dotis fuisse verè solutam, argui debet etiam integra, & totalis illius solutio *Aymon. cons.* 158. *num.* 6. *Natt. cons* 547. *num.* 26. *Gratian. disceptat.* 362. *num.* 18. *Rot. recent. decis.* 124 *num.* 4. *par.* 2. *& d. decis.* 159. *num.* 2. *par.* 7.

24 Quinto, concurrunt † diuturna alimentorum præstatio, & iuramentum adiectum contractui *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst.* 58. *num.* 4. *Rot apud ipsum d. decis.* 141. *num.* 11. *&* 15. *& post Labyrint. Salgad. decis.* 3. *num.* 6. & quod alimentorum præstatio sit attendenda firmat *Caren. resol* 117. *n.* 15. *& pluribus Rot. Rom. decisionib allegatis Andreol.*

25 *d. controuers.* 186 *num.* 9. licèt † enim adnumeretur inter leues coniecturas tamen non debet sperni aliis concurrentibus *Merlin.* declarans, & concilians contraria *d quæst.* 58 *num.* 125.

26 Sexto, quia diuisione † secuta inter fratres fuit hęc dos inter debita recensita, quod non euenisset, nisi diuidentes sciuissent eiusdem dotis numerationem *Surd. cons* 489 *num.* 20. *versic secunda coniectura Gratian. disceptat.* 739. *num.* 1. *& seqq. Rot. post Merlin de pignor. decis.* 59. *num.* 20. quę

27 † coniectura esset magis consideranda, si diuisio fieret post mortem mariti inter fratres defuncti, quia tanto fortius cessaret suspicio præsumptę affectionis in vxorem, ac simulationis contractus, & intraret conclusio, quod confessio inter personas non suspectas emanata probat dotis numerationem *Merlin. d. quæst.* 58. *num.* 82. *Andreol. dict. controuers.* 186. *num.* 13.

28 Septimo † fuit ipsa confessio expleta non ad fauorem vxoris, sed patrui, vt ponderant *Marescott d. cap* 8. *num* 8. *lib.* 1. *Rot post Merlin. de pignor. decis* 59. *num.* 18 *& decis* 141. *num.* 14. nec est curandum de tenentibus opinionem contrariam, cum pro hac conclusione stet authoritas *Sac. Rot. Roman.*

29 Nec etiam † confiscabitur dos, quę debetur vxori pauperi à marito diuite *ex auth præterea C. vnde vir & vxor* prout dicit ad litteram *Text. in auth. bona damnatorum C. de bon. proscript.* ibi *vxores vero eorum dotem, & ante nuptias donationem accipiant, si vero sine dote sint de substantia viri accipiant partem legibus definitam, siue filios habeant, siue non. Farin. d. quæst.* 25. *num.* 123. *Carpan. ad constitut. nouiss §. omnium num.* 775. *& infra Guazzin. d. limit.* 35. *num.* 10. *Fontanell. de pact. nuptial claus* 5. *glos.* 4. *num.* 68. *Sanchez in precept. decalog lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 11. *&* 12. vbi relata contraria opinione *Peregrin.* tenet istam pro confiscatione quartę esse de iure veram, addens tamen, quod si contrarium esset in vsu, illud esset sequendum. Ego vero admiror, quod *ex Peregrin & Baiard.* referat *Guazzin. d. nu.* 10 quod mulier non possit obtinere contra fiscum, qui propter eius voraginem hodiè sit factus sine cōscientia, quia sic dicendo offenditur pietas, & iustitia Principum Christianorum, qui in nihilo minores Traiano glorientur dum fiscus in caussis superatur; nam causa illius nisi sub Principe malo bona est, vt hęc, & similia referendo testatur *Mastrill. de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 117. *& seqq.* à qua opinio-

opinione ad fauorem vxoris, quam vltra allegatos profitentur de iure veriorem *Constant. in l. 2. num. 119. & 120.* vbi probat pluribus mediis *C. de pan. fiscal lib. 10. & Caball. resol. 232. num. 11 & seqq* non est recedendum ex eo quod *Constant. d. nu. 120. & Caball. num. 35. & infra* dicant, quod Iudices fiscales non amplectentur hanc opinionem, nàm vt fatetur *ipse Caball. num. 39.* esset nimis durum recedere ab opinione fauente vxori, quæ est pluribus rationibus, & tantorum patrum testimonio roborata.

30 Confiscaretur † tamen dos prouenieus *ex d. auth. præterea*, si mulier duos viros habuisset, & à primo non exegisset, quia non posset dici pauper, dum haberet ius illam exigendi ab hæredibus primi mariti *Plot. cons 30 num. 46. Carpan. d. §. omnium num 778. Guazzin. d limit. 35. num. 12. Sanchez. d cap. 17 num 11. prope fin. versic. nisi*

31 *hac mulier*. Sed † an, & quando ex remedio eiusdem *auth. præterea* hæc dos debeatur extat integer liber, qui fuit inscriptus *Decisio Almæ Rot. Bononiensis verum sensum, totamq; materiam auth. præterea C. unde vir, & vxor bene explicans*, & disceptant etiam plene *Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 5 glos. 8. part. 9. p. r tot. Surd. decis. 61. vbi abunde Hodiern. Ciriac. controuers. 221. numero 38. & seqq. Cancer. variar. resolut lib. 3. cap. 16. numer. 103 & 104.* loquens remissiue *ad Barz. decis. Bononiæ 126 cum quinqua seqq.* quæ fuerunt compilatæ in casu supradictæ decisionis *Rot. Bononiensis Merlin. Pignatell. controuers 47. per tot lib. 2.* vbi solidissimis iuris fundamentis plene disputat articulum.

32 E contra † nec pro delicto vxoris potest confiscari dos in præiudicium mariti, nisi in casibus expressis *in l. quinque legibus ff. de bon. damnat.* nempe læsæ maiestatis, violentiæ, parricidii, veneficii, & homicidii *Farin. quæst. 25. num. 113. Guazzin. conclus. 13. limit. 37. num. 1. & 2. Sanchez. in præcept. decalog. lib. 2. cap. 17 num. 25. & 26.* vbi extendit ad crimen hæresis *Castagn. de benefic. deducto ne egeat quæst. 1. ampliat. 2. num. 10. & infra*, non enim delictum vxoris debet operari in præiudicium viri, & hęc traditio recipit fomentum ab eo,

33 quod † pro debito contracto per vxorem absque scientia viri non potest fieri executio in bonis dotalibus *Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit 1. num 118. Cancer var. resol par. 1 cap 13. nu. 99. & seqq Antonin. de Amat. resol. 45. num. 24. & 25* vbi remissiue ponit, quid dicendum, si debitum esset commune inter virum, & vxorem; hoc tamen dictum limi-

34 tatur duobus modis, primo si ære † alieno ante matrimonium contracto omnia bona vxoris fuissent in dotem assignata marito, quia tunc pro illius solutione posset in bonis dotalibus conueniri executiue *Post. de subhastat. inspect. 18. num. 256. Donat. Anton. de Marin. resol 63 numer 3 & seqq. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 254. per tot. iuncta*

35 *addit. numero 10.* secundo † si maritus præstitisset vxori litiganti consensum, & pro ea se liti obtulisset *Bertrand. cons 229. num. 4. & 5. Rot. coram Seraphin. decis. 891. num. 10. & apud Post. de subhastat decis 261. num. 7.* & quod pro expensis, quarum condemnationem mulier fuit passa in lite de consensu, & authoritate viri agitata, possit executio committi in bonis dotalibus scripserunt *Codex Fabrian. lib. 5 tit. 7. definit. 6. Schol. 2. Cancer. var resol. par. 1. cap. 9 numer. 206. versic sublimitat tamē Fontanell. de pact. nuptial clauf 6. glos. 1. par. 3. num. 47.* vbi quod ita iudicauit Supremus Cathaloniæ Senatus *Antonin. de Amat. resol. 45. num. 16.* ad quæ facit validissima ratio, quod licet

36 † in bonis aduentitiis exequi non possit pro debito filii, ne præiudicetur vsusfructui paterno *Gratian. decis. March. 76. num. 38 & seqq. Post. de subhastat. inspect. 18. num. 252.* permittitur tamen super illis executio, si pater consentiat in iudicio, quod filius litem agat *Boer. decis 7. num. 17. & post ipsum Codex Fabr. & Fontanell. in locis superius allegatis*. Nec est curandum *de Pappon. arrest. 49. tit. 4. lib. 18.* asserente contrarium, fuisse decisum ad fauorem mariti in illo Senatu, quia vltra quod nullam rationem, vel legem pro sua opinione adducit, contra ipsum stant allegati DD. & iudicia *S. Rot. Rom. & Cathalon. Senatus.*

37 Quando † vero in casibus relatis dos vxoris confiscatur remanet actio salua marito pro lucro dotis *Farin. quæst. 25. num. 115. Guazzin. de confiscat. conclus 13. limit. 37. nu. 5. Sanchez. in præcept. decalog. lib. 2. cap. 17. num 32 Constant. in l. 1. num. 119. versic. secundo consideratur C. de pan fiscal.*

38 *lib 10. Capyr. Latr. consultat 6 n. 218.* vbi † quod ad hoc, vt intret confiscatio dotis sufficit mulierem esse condemnaram in pœnam extraordinariam in crimine læsæ Maiestatis. Et quamuis *Sanchez d. num 32.* dicat confiscatione secuta in casibus expressis *in d. l quinque legibus* etiam lucrum debitum viro confiscari, non propterea est recedendum a regula, quam contra ipsum magis communiter firmant Scribb. & vrget efficacissima ratio, quia statim quod fuit per *d l. quinque legibus* dispositum confiscari dotem, fuit addita altera incipiens, & loquens per hæc verba, *& omnes omnino maritus actiones saluas habet contra fiscum*, ideoq; venit dicendum illam per istam declarari, tanto magis, quod in prima non fuit facta mentio lucri dotalis, quod tamen per hanc secundam legem debet intelligi reseruatum ex vi dictionis, & copulantis subsequentia cum præcedentibus, vt esse casum *in l. & quia, iuncta l præcedenti ff. de iurisd. omn. Iudic. ex glos. in eisdem legib.* firmat *Barbos. diction 110 num 7.*

39 Ad acquirendum † hoc lucrum attenditur statutum loci mariti, licet alibi sit celebratus contractus *Thesaur. decis. 106. numer. 3. Roland. de lucr. dot. quæst. 12. per tot Phanuec d. tract. glos 9. num. 1. & seqq. Rot. diuers. par. 4. decis. 741 sub num. 2. apud Post. de manut decis 647 num. 67. & post Gilian. ad statut Perus decis 43. num. 8. & 9. ac decis. 71. num 6. & 7* nouissime insignis ille iuris consultissimus *D. Lelius Altograd.* consuluit attendi locum habitationis mariti *cons 27. & cons. 28. vtrobique*

bique per tot.lib.2. regulam hanc, quod attendatur statutum loci mariti ponunt cum suis ampliationibus, & limitationibus *Phanuce. d. glos 9. a num 30. vsque in fin. Roland. quaest. 20. per tot. Carpan. ad Statut. Mediolan. par 1. cap. 298. num. 191 & seqq.* ipsi igitur erunt consulendi, dum ego solis tribus limitationibus recensitis ad vlteriora procedam.

40 Erit ergo prima, † quod non attendatur Statutum loci viri, sed vxoris, si maritus ad domum mulieris fuit traductus *Firman. in repertor. litt. M. fol. 313. col. 1. versic. maritus lucratur dotem, & litt. S. fol. 127. col. 3 in princip. Roland. de lucr. dot. quaest. 16. a num. 3. Tiraquell. de legib. connubial. glos. 2. numer 46. & seqq Paul. Aemill Gall. de except. quae oriri poss. in success. par. 2. tit. 4. except. 12. n. 26. & 27.* vbi declarat limitationem hanc non procedere, si maritus non habeat animum permanendi *Medic. decis. Senen. 71. num. 41. & 42.*

41 Secundo limitatur, si non vxor, sed alter pro ea dotem promisit, quo casu inspicitur locus celebrati contractus *Roland. de lucr. dot. quaest. 17. Phanuce. d. glos 9. num. 33.* vbi tamen loquitur dubitative *Carpan. ad statut. Mediol. d. cap. 298. numer. 212 par. 1. Paul. Aemill. Gall. d. except. 12. num. 18. Fenzon. ad statut. Vrb. cap. 131. num. 56. Rot. coram Merlin. decis. 608 num. 7. & seqq.*

42 Tertio † limitatur, si dos consisteret in bonis stabilibus existeret extra territorium loci mariti *Roland. de lucr. dot. quaest. 20. num. 11. & seqq. Phanuce. de lucr. dot. d. glos 9. numero 34. Menoch. cons. 469 num. 8 Thesaur. quaest. forens. 6. numer. 3. & 4. lib. 2. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 2. num. 118 & seq. Caren. resol. 116. numer. 3. versic. vel dos consistit, & num. 4 cum seqq.* apud quem referuntur quamplurimi concurrentes in hanc sententiam, & refutantur contrarii.

43 Lucrum hoc † dotis an debeatur, tam de dote data, quam de promissa, est quaestio valde controuersa inter Scribb. sed ego in iudicando tenui opinionem firmatam *ab Excellentiss. D. Dominico Philippuccio patritio Maceratensi ex primoribus huius Prouinciae Aduocatis* per rationes ab ipso adductas in allegationibus, quae in fine huius quaestionis imprimuntur.

44 Reseruato † ideo lucro dotis dos integrè confiscabitur, nec maritus vsumfructum consequetur *Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. cap. 17 num. 31.*

45 & † dum ipse conuenietur a fisco pro restitutione dotis gaudebit beneficio deducto ne egeat *l. si maritus la 1. ff solut. matrimon. Brun. de cess. bonor. quaest. 20. quarta principalis num. 29.* vbi, quod

46 non † tamen gaudebit hoc priuilegio fiscus pulsatus ab vxore pro restitutione dotis, quando fuerunt confiscata bona mariti *Sanchez d. cap. 17. num. 28. Castagn. de benef. deducto ne egeat quaest. 1. ampliat. 2. num. 1. & seqq.*

47 Eximetur dos † a confiscatione ob delictum mulieris, si per stipulationem, vel statutum debebit soluto matrimonio reddi alteri personae, quam vxori, vel illius haeredibus *Guazzin. de confiscat. d. limit. 37. num. 8. Sanchez d. cap. 17. num. 33.* pro-

48 nec † nec subiacet publicationi dos data filiae a patre in praeiudicium ipsius patris viuentis, sed tantum confiscatur, si patre mortuo fuit commissum delictum *Osasc. decis. 94. num. 7. Carpan. ad constit. nouiss. Mediol. Annium num. 306. Guazzin. d. limit 37. num 16. versic. sublimita*, & sic etiam †

49 mortuo viro dos viduae delinquentis semper publicatur *Barin. quaest. 15. num. 112. Sanchez d. cap. 17. num. 25.*

50 Quia autem posset † accidere, quod confiscatae vxoris reperiretur illa obligata pro viro, & posset dubitari de validitate obligationum, propterea poterit recurri ad ea, quae ego scripsi iudicans *in Auximana Saluiani 16. Iunij 1654.* quam resolutionem inferius habebis impressam, & licet mea sententia fuerit reuocata per hanc Rotam Maceratensem, dum ego adhuc essem Gubernatoris Marchiae in Ciuilibus Locumtenens, tamen postea in Vrbe fuit reuocata sententia Rotae, & confirmata mea, in cuius confirmatione eam Iudex, quam Aduocati Vrbis pertransiuerunt cum adductis per me *in d. resolutione*, quae tunc fuit in lucem edita.

Vt tandem hanc dotis materiam secundū meas vires absoluam, est insuper adnotandum, quod

51 † confiscatis bonis paternis fiscus debet dotare filias foeminas *Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 5. n. 76. Farinac. quaest. 144 num. 46 & 47. cum aliis per me allegatis quaest. 4. num. 33. & num. 78. & seqq.*

Quia supra fuit dictum, dotem confiscari in crimine veneficij, non existimaui inconueniens hic inferere ea, quae circa hoc crimen probandum deduxi in quadam causa, quae fuit de meo voto expedita.

Interdixerat F. Rector Iuuenum, qui Religioni addicti tempora probationis non sunt egressi E. ibidem tyrocinium profitenti, ne alloqueretur P. quem ipsum E. adhuc adolescentem infelicitate deperire cognouerat, & ad maiori malo obuiandum plures diligentias adhibuerat, ob quas ira percitus, P. post plures minas iactatas in eundem F. tandem quadam certa die sciens, illum secundum locum in mensa occupare venenum solimatum in quodam ferculo illi apparato apposuit, ex quo pluries degustato, ac demum ob insuauem saporem reiecto, indubitanter F. postremam vitae Scenam expleset, nisi medicamento vi elusa veneni incolumis euasisset.

52 Delicti † corpus fuit abunde iustificatum, considerando prius in facto, quod F. ferculum degustans amaritudinem, & insuauitatem saporis, quam tribus vicibus semper maiorem inuenit, & corrosionem in faucibus expertus fuit adeo magnam, vt ipsa loquela impediretur, quapropter fuerit coactus à mensa discedere, Medicum quaerere, medicamenta assumere, & in cubili decumbere, quod cochlearium ex Oricalcho, quo farreum venenatum comedebat, vbi ferculum illud attingebat, colorem ferè nigrum assumebat, in reliqua sui parte naturalem qualitatem asseruans, quam coloris mutationem fuit obseruatum accidisse etiam in altero

Sed si certum est, piam causam successuram esse, tunc nullo pacto detrahitur. num. 15.

Nisi tamen esset instituta hæres altera pia causa num. 17. Declara num 18.

Pia causa ad effectum detractionis Trebellianicæ dicitur etiam confraternitas laicalis. nu. 16.

Trebellianica non detrahitur, si fideicommissarius esset substitutus per verba directa. num. 19.

Nec de fideicommisso ordinato in contractu. n. 20.

Nec in donatione causa mortis. ibid.

Censetur prohibita ex interdicta alienatione bonorum vsque ad certum tempus. num. 21.

Idemque procedit in legitima. ibid. Vbi vide plures declarationes remissiue.

Trebellianica, & legitima non confiscantur, si fideicommissum fuit iniunctum in casu delicti. num. 22.

Non detrahitur ab eo, qui percepit fructus. numer. 23.

Et ad hunc effectum sufficit perceptio per decennium. num. 24.

Collaterales imputant fructus in Trebellianicam. num. 25.

Ac etiam ascendentes. num. 26.

Non tamen imputant filii primi gradus. numero 27.

Imputant tamen filii vlterioris gradus, & sic nepotes. num. 28.

Contrarium tenentes referuntur, & reiiciuntur. num. 29.

QVÆSTIO LXXX.

1 TRebellianicam ad fiscum † transire firmant *Guazzin. de confiscat. conclus. 13. amplat. 5. n. 1. Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. n. 126.* ea quidem ratione, quia 2 illius etiam † non agnitæ deductio transmittitur ad quoscunque hæredes extraneos *Gratian. disceptat. 743 num. 1. & 2. Altograd. cons. 31. num. 34 vol. 1.* & ideo, si videbimus in quibus casibus detrahi possit, sciemus etiam, quando fiscus valeat illam acquirere; quia tamen 3 de ea tractauerunt † diffuse plures Scribentes, & præsertim *Tomas. decad. 1 tract. 5. Caneer var. resol. par. 1. cap. 2. Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 9 num. 126. cum seqq.* breuiter me expediam.

4 Illam & liberis † primi gradus prohiberi posse est hodie opinio in statu Ecclesiastico magis recepta *Farin. in addit. ad quæst. 25. post 43. versic. quia tamen Seacc.* loquens indiu dualiter in casu confiscationis *d. cap. 9. num. 133. versic. tamen ego Rot decis. 185. numer. 13 decis. 226 num. 14. decis. 330. num. 24. & decis. 399. numer. 10. par. 5. recent. decis. 582. num. 34. ead par. 5. tom. 2. decis. 5. numer. 5. & decis. 171. numer 3 par. 6 recent* pro ea adducuntur plures concordantes à *Tomas. decad. 1. tract. 5. tit. 6. numero 382.* eamdem opinionem pluries firmauit Senatus Neapolitanus teste *Merlin Pignatell. controuers. 98. numero 6. tom. 2. Capyc. Latr. decis. 1. numero 25.* & non solum 5 † expresse, sed etiam tacite *Rot. recent. par. 6. decis. 5 num. 6. & 7. & decis. 171. num. 8. & 9. Add. ad Buratt. decis. 480. num. 22. versic. contrarium.*

6 Si quis autem † vellet videre DD. tenentes opinionem contrariam, quod nempe trebellianica prohiberi non possit filiis primi gradus, poterit adire *Andreol. controuers. 1. num. 1. & seqq. & Tomas. de trebellian. d. decad 1. tract. 5. tit. 6. nu. 381.* non tamen audeat in Statu Ecclesiæ recedere ab opinione Rotæ.

7 Censebitur ideo prohibita si † institutio sit facta in tota hæreditate *Buratt. decis. 480. num. 2. & 3. & ibi Add. num. 18. & 19* vbi quod procedit, siue verbum tota sit adiectum verbo executiuo, siue dispositiuo, 8 diceretur etiam † prohibita per verba absque diminutione *Gregor. XV. decis. 421 nu. 13. & ibi Beltramin. Add. ad Buratt. decis. 480. num. 20. Rot. recent. decis. 184. num. 9. par. 5.* vbi tamen aderant alia verba pleno iure, ac etiam includeretur 9 † prohibitio detractionis trebellianicæ ex prohibitione alienationis *Fusar. cons. 17. nu. 112. Rot. recent. par. 5. tom. 2. decis. 582 numero 31. & 10 32. & par. 6. decis. 5. numer. 9.* idemq; erit † dicendum, si substitutio sit facta absque detractione *Merlin. decis. 776. num. 12.* & quando pater † iniunxit 11 filio, vt tantum suam legitimam haberet, & reliquam hæreditatem restitueret *Rot. decis. 171. num. 6. & 7. par. 6. recent.*

12 Nec detrahetur † trebellianica, dum pia causa fuit substituta *Caren. resol. 249. n. 1. 7. & 11. Fontanell. decis. 100. numer. 15. Rot. recent. par. 5. decis. 27. num. 11. & par. 6. decis. 83. numero 5.* etiam à 13 principio † non esset certum, an pia causa debuisset succedere *Rot d. decis. 27. num. 12.* secus tamen 14 esset † dicendum si alteri mediate esset facienda restitutio, & dubium esset, an pia causa successura foret, quia tunc detrahitur trebellianica data cautione de restituendo eueniente successione ad fauorem eiusdem piæ causæ *Bellon. Iun. consil 84 num. 38. Rot. recent par. 2. decis. 373. numer. 7. & par. 5. 15 d. decis. 27 numer. 13.* si vero certum est, piam † causam esse omnino successuram, non distinguitur, an mediate, vel immediate succedat *Caren. d. resol. 249. numero 9. Rot. d. decis. 27. numero 14.* & 16 ad hunc effectum dicetur instituta † pia causa, etiam si fuerit confraternitas laicalis *Coccin. decis. 210. numero 1. & 2. Fontanell. decis. 110. numero 22.* quæ tamen detractionis trebellianicæ pro-17 hibitio non procederet † vbi esset instituta altera pia causa, quæ vellet trebellianicam detrahere *Fontanell decis. 100 numer. 16. & 17.* vbi declarat 18 hoc non habere † locum, si vna esset magis pia, quam altera.

19 Nec minus detraheretur † trebellianica, si fideicommissarius esset substitutus per verba directa, plene *Caren. d. resol 249. num. 12. & seqq.* nec de-20 ducetur † de fideicommisso ordinato in contractu *Caneer. var. resol. par. 1. cap. 2. numer. 9.* qui idem procedere affirmat in donatione causa mortis *Fontanell. decis 468. numer. 3.*

21 Potest etiam testator † prohibendo alienationem

tionem omnium bonorum vsque ad certam ætatem puta viginti quinque, vel triginta annorum facere, quod censeatur prohibita nedum detractio trebellianicæ, sed & legitimæ *Farin. in addit. ad quæst. 25. post num. 43. versic. limita primo.* vbi ponit plures declarationes, quæ poterunt ibi videri, dum dabitur casus, *& cons. 159. per tot.*

22 Euitabitur insuper † confiscatio trebellianicæ, imo & legitimæ, si fideicommissum fuit specifice iniunctum in casu delicti *Farin. cons. 173. per tot. & signanter à num. 7.*

23 Est etiam verum † non posse detrahi trebellianicam ab eo, qui fructus percepit *Andreol. contro.*

24 *vers. 157. nu. 20.* asserens sufficere † perceptionem illorum per decennium *Rot recent. decis. 484. num. 13. par. 5. tom. 2.* quæ traditio in collateralibus non

25 † recipit difficultatem *Rot. decis. 88. num. 13. par. 5. recent. & coram Merlin. decis. 293. numer. 23.* &

26 procedit etiam † in ascendentibus, qui fructus in trebellianicam imputare tenentur *Rot. decis. 62. n. 5. & 6. par. 5. recent. & coram Duran. decis. 76. num 5 & 6.*

27 Sed filii primi gradus † non tenentur in eam imputare fructus *l. iubemus C. ad Trebell. Fusar. cons. 123. num. 10. Tomas. decad. 1. tract. 5. tit. 9 numer. 26. Mang. l. de imputat. quæst. 125 num. 6. & 7. versic. à priori tamen Cancer. var. resol. par. 1. cap. 2. nu. 71. Seacc. de iudic. lib. 2 cap. 9. num. 1169 Rot. recent. par. 2. decis. 215. numer. 1. in fin.* etiam si detrahant duas quartas *Fusar. d. cons. 123. num. 10. DD. allegat. à Tomas. d. tract. 5. tit. 9. num. 38. Rot. coram Gregor. XV. decis. 266. numer. 6. & 7.* & hæc opinio est verior, ac tenenda, quicquid alii contradicant, cum sit magis communiter recepta.

28 Filii autem vlterioris † gradus, & sic Nepotes tenentur fructus in trebellianicam, imputare, quãuis primum locum obtineant *Mangil. de imputat. d. quæst. 125. numer. 18. 19. & 20. versic. quibus non obstantibus*, cum aliis adductis *à Tomas. d. tit. 9. num. 54. Merlin. de legitim. lib. 2 tit. 2. quæst. 32. num. 48. Seacc. de iudic. d. cap. 9. numer. 1175. lib. 2. Add. ad Gregor. XV. decis. 266. num.* 14 apud quos referuntur innumeri concordantes, & dicitur *Rot. Rom.* approbasse hanc opinionem.

29 Licet verò me non lateat † plures DD. & præsertim *Gratian. disceptat. 265 num 30. & seqq. Cancer. var. resol. par. 1 cap. 2. num. 73.* sequutos fuisse in contrariam sententiam, tamen non possum recedere ab opinione illorum, qui voluerunt fructus à Nepotibus debere imputari, quia est magis communis.

***

De Dote.

SVMMARIVM.

Dos ob delictum Mariti non confiscatur. nu. 1.
Extende etiam ad vsumfructum durante vita mariti. num. 2.
Et si bona Mariti ob crimen læsæ Maiestatis publicentur, & Vxor illius fortunam sequitur. n. 3.
Amplia dictam conclusionem in Vxore, quæ comitatur Virum hæreticum num 4.
Mulier ob hypothecam dotalem, quam habet in bonis mariti, potest impedire demolitionem, & deuastationem domus, nisi prius fuerit satisfacta de dote. num 5.
Amplia procedere etiam ad fauorem cuiuslibet creditoris. num. 6.
Vxor ratione hypothecæ dotalis potest impedire fiscum, ne assequatur possessionem bonorum mariti condemnati, nisi prius illos fuerit ipsi Vxori soluta. num. 7.
Contrarium tamen firmatur, quando agitur de restituenda, non de assecuranda dote, num 8.
Limita, quando Vxor habet in contractu dotali clausulam constituti, & possidet bona mariti. n. 9.
In isto tamen casu creditor habet ius offerendi. n. 10.
Via executiua non potest procedi contra Vxorem possidentem bona Viri, etiam ex clausula constituti appositi in contractu dotali. num. 11.
Vxor allegans possessionem bonorum mariti iure pignoris, non potest impedire illorum subhastationem. num. 12.
Secus tamen est, si alleget tantummodo possessionem, quæ per se præsumitur iure dominii. ibidem.
Mulier possidens bona mariti, etiam iure pignoris, non potest à possessione expelli, nisi prius de dote sit satisfacta, & quare. num. 14.
Dos etiam confiscata, quando sunt elapsa tempora ad opponendum, non potest confiscari. num 15.
Fiscus, & quilibet priuatus potest obiicere, & probare simulationem, & exceptionem non numeratæ dotis. num. 16.
Dotis confessio, ex quibus vera, seu simulata probetur remissiue. num. 17.
Confessio mariti de dote recepta probat creditum dotale in præiudicium creditorum posteriorum, nisi ex manifestis indiciis de simulatione constaret. num. 18.
Limita dictam conclusionem, quando esset facta confessio animo donandi ibidem.
Confessio receptionis dotis suffulta pluribus coniecturis probat aduersus omnes creditores, etiam si sit facta post decoctionem mariti. numero 19.
Confessio mariti de dote recepta, quod simulatè non emanauerit, fortissima Coniectura est dotis promissio, & huiusmodi promissio probatur etiam per testes. num. 20.
Altera coniectura ad tollendam simulationem in dicta confessione desumitur, quod absque dote

matrimonium contrahi non soleat. num. 21.

Maxime si dos constituta sit congrua. ibid.

Tertia præsumptio est, si confessio emanauerit tempore, quo creditores non aderant, quo casu confessio probat veram dotis numerationem. numer. 22.

Quarta desumitur ex solutione maioris partis dotis, quo in casu tota soluta præsumitur. numero 23.

Quinta, quando concurrit diuturna præstatio alimentorum, & iuramentum contractui appositum. num. 24.

Et dicta præsumptio proueniens ex diuturna præstatione alimentorum non debet sperni concurrentibus aliis præsumptionibus. num. 25.

Sexta desumitur, quando in diuisione bonorum dos inter debita fuit recensita. num. 26.

Maxime si diuisio esset facta post mortem mariti. num. 27.

Eoque magis, si confessio non esset facta ad fauorem Vxoris, quam opinionem sequitur Rot. Rom. num. 28.

Dos, quæ debetur Vxori pauperi a marito diuite, non confiscatur, nisi vsus contrarius vigeret, vbi de communi. num. 29.

Dos proueniens ex auth præterea, confiscatur si mulier duos habuisset viros, & a primo non exegisset, quia tali casu non potest dici pauper. numer 30.

Dos quando debeatur ex dispositione dictæ auth. præterea, remissiue. num 31.

Dos non potest confiscari ex delicto Vxoris in præiudicium mariti, nisi in casibus expressis. numer. 32.

Executio non potest consummari in bonis dotalibus ob debitum contractum ab Vxore absque scientia Viri. num. 33.

An autem hoc procedat, quando debitum sit commune remissiue. ibidem.

Limita supradictam conclusionem, si ære alieno contracto ante matrimonium, omnia bona Vxoris fuissent in dotem data Viro, quo casu in bonis dotalibus posset executiue conueniri. num. 34.

Limita secundo, si Vxori litiganti maritus præstiterit consensum. num. 35.

Extende hanc limitationem ad Patrem habentem vsumfructum in bonis filii. num. 36.

Lucrum dotale, remanet saluum marito, quando dos Vxoris confiscatur. num. 37.

Dotis confiscatio ad hoc vt intret, sufficit mulierem esse condemnatam in pœnam extraordinariam in crimine lesæ Maiestatis. num. 38.

Statutum loci Viri attenditur in lucro dotali, quamuis contractus sit alibi celebratus. numero 39.

Vbi tamen remissiue plures limitationes.

Limita, si maritus ad domum mulieris fuerit traductus. num. 40.

Limita secundo, si non Vxor, sed alter pro ea dotem promiserit, quo casu inspicitur locus celebrati contractus. num. 41.

Limita 3. si dos consisteret in bonis stabilibus existentibus extra Territorium loci mariti. num. 42.

Excellentissimi D. Dominici Philippouccij Patritij Maceratensis sequitur opinionem Author an lucrum dotis debeatur, tam de dote data, quam de promissa. num. 43

Lucro dotis marito reseruato, dos integra confiscatur, nec maritus vsumfructum consequitur. numer. 44.

Maritus dum conuenitur a fisco pro restitutione dotis gaudet beneficio deductione egeat. nu. 45.

Dicto tamen priuilegio non gaudet fiscus pulsatus ab Vxore pro restitutione dotis, quando fuerunt confiscata bona mariti. num. 46.

Dos non confiscatur ob delictum Vxoris, quando vel per stipulationem, vel per statutum debet reddi alteri personæ, quam ipsi Vxori. num 47.

Prout nec confiscatur dos fuit data a Patre in ipsius præiudicium, si delictum commissum fit Patre viuente num. 48.

Dos Viduæ delinquentis semper publicatur mortuo Viro. num. 49.

Decisio Auberti in Auximana Saluiani impressa 16. Iunij 1654 fuit reuocata a Sac. Rota Maceratensi, sed in Vrbe confirmata. numero 50.

Fiscus debet dotare filias confiscatis bonis paternis num. 51.

Corpus delicti in veneno propinato quomodo probetur n. 52. & n. 53 firmatur, veneficium maxetis, & coniecturis probari, cum sit difficilis probationis.

In corpore humano generatur venenum, vel ob aeris corruptionem, vel malignitatem humorum abunde prouenientem. num 54.

Venenum propinatum esse certæ speciei, debet iustificari ex relationibus Peritorum. num. 55.

Venenum propinatum esse malæ qualitatis debet probari, cum aliqua medicamenta sint, & saluti humanæ deseruiant. num. 56.

Propinatum venenum quæ signa soleat afferre in venenum accipiente. num. 57 & 58.

Venenum præsumitur propinatum, & non intus genitum, cum quis optima valetudinis statim in malam incidit, quia venenum genitum non producit tam repente suos effectus. num. 59.

Periti mali propinati veneni debent referre quantitatem propinatam esse sufficientē ad necandum hominem, vt delicti corpus iustificetur. n. 60.

Indicia in propinato veneno nedum sufficiunt ad transmittendam inquisitionem, sed etiam ad torquendum. num. 61.

Et quibus indiciis præsumatur, venenum ab aliquo fuisse propinatum affertur. numero 62. 63. 64. 65. 66. & 67.

Venefici delictum est adeo graue, vt proditionem contineat. num. 68.

Et in milite, & magis in clerico plus quam in aliis est detestandum. num. 69.

Crimina sunt grauiora in Religiosis, quam in aliis, & sit maiorem pœnam sortiuntur num. 70.

Delictum propinati veneni debet puniri pœna ordina-

 Vxo-

Statu-

Statutum deferens certam quantitatem dotis pro lucro Marito ob mortem Vxoris est fauorabile num. 143. & num. 145.

Et ad dignoscendum, an Statutum sit odiosum, vel fauorabile, duo attenduntur, scilicet intentio statuentium, & an sit passim receptum. num. 144.

Statutum deferens lucrum dotis marito ob mortem Vxoris obseruatur passim in tota Italia, & plurimi recensentur loci. num. 146.

Et propterea dicitur fauorabile, & per consequens extendendum, etiam si esset intelligendum ad litteram, stante fauore publico. numero 147.

Lucrum dotis defertur marito propter onera matrimonij, num 148.

Et ob hanc, aliasq; rationes reprobatur Altograd. cons 29 nu. 25. & 149

Ratio, quod statutum loquens de dote data, non habeat locum in promissa, quia quando data est, maritus vtatur retentione, & quia dos data alienata sit, reijcitur aliis validioribus rationibus. num. 150. 151 & 156.

Statutum loquens de dote data, non dicitur excludere promissam, & quare. num. 152.

Dos promissa, dicitur alienata, prout dos data. numer. 153.

Et si dotis promissæ Maritus nihil lucraretur, sequeretur absurdum, quod esset melioris conditionis Pater, qui dotem non soluit, quam ille, qui dotem exbursauit. num. 154.

Pater tenetur reseruare filiæ pro secundis nuptiis, tam dotem datam, quam promissam. numero. 155.

Statutum, quod non exprimit rationem, & si non fiat ex ea extensio, tamen patitur extensionem, quando adest ratio vnica, & subintellecta. nu. 157. & tali casu extenditur etiam ad correctoria. num. 159.

Amplia, etiam si essent plures rationes ad idem conuenientes. num. 158.

Dos promissa, licet sit eadem quod dos data per fictionem, nihilominus sufficit eandem esse per fictionem, dum versamur in statuto fauorabili num. 160.

Dotis datæ appellatione venit etiam dos promissa, quando aliàs sequerentur plura absurda. numer. 161.

Plura absurda exarantur, quando marito non defertur lucrum dotis promissæ. num. 162.

Rem habere videtur, qui habet actionem. numero 163.

Dos ad certam diem promissa eodem modo est debita, sicut pure promissa, cum dies adiecta differat solutionem, non tamen suspendat substantiam debiti. num. 164.

Statutum Iuri communi conforme recipit extensionem, etiam ad casum fictum. num. 165.

Amplia, etiam si statutum, partim esset fauorabile, & partim odiosum. num. 166.

Et quando eadem est ratio in casu vero, prout in casu ficto, prout est in statuto loquente de dote promissa, tunc fictio habet quoque locum in statuto exorbitanti num. 167.

Maxime quando agitur de fauore publico. ibidem.

Dos promissa appellatur dos, sicut dos data de veriori, ac crebriori sententia. num 168

Mulieres excluduntur à successione feudi, tam ob dotem datam, quam ob dotem promissam. numero 169.

Statutum excludens mulieres dotatas comprehendit etiam illas, quibus dos fuit promissa. num. 170.

Consuetudo Martini loquens de dote data, habet etiam locum in dote promissa. num. 171.

Pater, sicut non potest minuere dotem datam primo Viro, filiæ volenti transire ad secundas nuptias, sic quoque non potest detrahere de promissa. numer. 172.

DD. numero quinquaginta septem recensentur, qui firmant, statutum loquens de dote data habere locum in promissa. num. 173.

Et hanc opinionem semper sequuta fuit Rota Romana in pluribus decisionibus relatis. numero 174.

Dotis datæ appellatione venit etiam dos promissa, licet rubrica statuti loquatur generaliter de dotibus restituendis, & in nigro de dote data. numero 175.

Restituere verbum est æquiuocum, & varias habens significationes, & propterea comprehendit etiam dotem promissam. num. 176.

DD. numero triginta, & vltra authoritas non est attendenda dum firmant, statutum loquens de dote data non habere locum in promissa, quia id firmant ex falsa ratione, nimirum quod statutum sit correctorium Iuris communis. nu. 170.

Thobias Nonius cons 48. nu. 9 firmans statutum loquens de dote data, non habere locum in dote promissa reijcitur, quia mouetur falsa ratione, & pro contraria opinione plures adducuntur decisiones. num. 171.

Thesaurus decisione 109. firmat opinionem, quod statutum loquens de dote data habeat locum in promissa. num. 172.

Alexander in l si donaturus §. fin. nu. 7. distinguens quando dotem promittens est in mora, tunc deberi lucrum marito dotis promissæ, secus si non sit morosus reijcitur, nam data mora, tunc dos censetur soluta. num. 173.

Gratianus decis 230. vel firmat quod lucrum debeatur etiam de dote promissa, vel quatenus contrarium sentiat, sentit contra decisionem Rot. Rom. in terminis statuti Asculi. numero 174.

Rota Romana decisiones nonnullæ allegantur, per quas prætenditur firmari contrariam opinionem, nimirum quod statutum disponens de dote data non habeat locum in promissa nu 175.

Rota coram Seraphino decis 248. ex qua ratione mota fuerit ad firmandam opinionem allatam in superiori numero. n. 176. & alia decisiones hic allegatæ, contrariam firmant opinionem.

Statu.

Statutum deferens lucrum marito non est correctorium iuris communis, & quatenus etiam esset, sufficit illud esse confirmatum in forma communi, cum sit fauorabile. nu. 177.

Statutum loquens de dote data habere locum etiam in dote promissa concedi debet tam in iudicando, quam in consulendo nu. 178.

Maxime in Statuto Aesino, in quo consuluit Soccin. Iun. cons. 25. vol 1. ibidem

QVÆSTIO XXXI.

1 OB delictum † mariti dos vxoris non confiscatur *l. si marito publico ff solut. matrim. l. quisquis §. vxores sane C. ad leg. Iul. Maiest. l. si quis post hac & ibi scribb C. de bon. proscriptor. Carpan. ad constit. nouiss. Mediol. § omnium num. 275. Farin. quaest. 25. nu. 111. Sanchez in precept decalog. lib. 2. cap. 17. n. 1. & seqq. Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit 35. n. 1. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 6 glos 2. par. 2.* 2 *num. 9. Dexart. decis. Sardin. 94. num. 7.* nec † etiam quoad vsumfructum durante vita mariti *post Bald. Nouell. & Anton. Gomez Fontanell. d. glos. 2. par.* 3 *2. nu. 8.* licet bona † mariti publicentur ob crimen læsæ maiestatis, & vxor illius fortunam sequatur *Guazzin. d. limit. 35. num. 2. Sanchez d. cap. 17. n.* 4 *24.* vbi † extendit ad vxorem, quę comitetur virum hæreticum *Caball. resol. 232. num. 1. 2. & seqq.*

5 Et adeo hac † vera sunt, vt ratione suæ hypothecę dotalis possit vxor impedire deuastationem, & demolitionem domus, nisi prius fuerit satisfacta de dote *Farin. quaest. 116. § 1 num. 35. & infra*, vbi remouet omnia obiecta allata per DD. restantes de contraria consuetudine, & volentes non posse impediri demolitionem domus in terminis Statuti illam simpliciter mandantis *Carpan. d. §. omnium nu. 296. & 297. Guazzin. d. limit. 35. num.* 6 *19.* qui volunt † idem procedere ad fauorem cuiuslibet creditoris *Fontanell. d. glos 2. par. 2. num. 10.* licet autem multi DD. relati a *Guazzin. d. limit. 35. num. 17* cum quibus vti postremo loco relatis 7 ipse pertransire videtur voluerint, † ratione d. hypothecæ posse vxorem impedire fiscum, ne assequatur possessionem bonorum mariti condemnati, nisi prius sua dote soluta, & conueniat etiam in eamdem sententiam *Dexart. d. decis. Sardin. 94.* 8 *num. 7.* nihilominus † iudicio meo melius sentire adducti per ipsum *Guazzin. ibid. numer. 16.* inter quos bene ratiocinatur *Farin. quaest. 25 nu. 116.* dum enim agitur de restituenda, non assecuranda dote, vxor nec posset ex vi suæ hypothecæ impedire subhastationem bonorum mariti pro satisfaciendis aliis creditoribus *Merlin. de pignor lib 3 quaest. 73. nu. 75.* adducens *Rot. in Bononien. subhastationis 25. Maij 1635. coram Motmanno.* Quapropter 9 est omnino adhærendum *Farinac.* qui tamen † *n. 117. & 118* limitat conclusionem, quando vxor habet in contractu dotali clausulam constituti, vel possidet bona mariti, quam limitationem quoad constitutum probant etiam *Carpan. d. §. omnium num. 294 & 295 & Guazzin. d limit 35. num. 16.* & quoad possessionem facit regula generalis, quod vxor impedit executionem super bonis mariti ab ipsa possessis ex capite retentionis *Galles. de oblig. Cameral quaest 18. n. 12. Statil. de salutian. interdict. inspect. 3 cap 4. n. 25. & 26.* ita vt 10 † non possit ab ipsa auocari possessio, nisi per ius offerendi *vt per text. in l 1. §. cum autem C si antiq. credit.* voluit *Rot. coram Buratt. decis. 286. nu. 9.* & facit *Caualer. decis. 62. nu. 4. & decis. 429. in* 11 *princip* volens † vxorem possidentem non posse pulsari executiue, & concordat *Post. de manutent. obseruat. 54. n. 23. 24. & 25.* loquens de vtroque capite, possessionis scilicet, & clausulæ constituti.

12 Quibus † alias per me adductis ad fauorem cuiusdam mulieris possidentis pro sua dote, obijciebatur, quod non propterea debebat retardari subhastatio *ex decis 180. num. 4. par. 7. recent.* sed replicaui illam decisionem emanasse in terminis vxoris, quæ allegabat possessionem iure pignoris, vt ipsamet decisio se explicat in verbis, & quod casus noster versabatur in muliere allegante possessionem, quæ de per se præsumebatur iure dominii, vt indiuidualiter de possessione iure dotis dixit *Rot. decis. 46. nu. 5. 6. & 7. par. 6. recent* & in-13 super † addebam, quod si vere possideretur iure pignoris, non tamen mulier poterat a possessione expelli, dum prius de dote satisfacta non es-14 set; traditio namque † certa est, quod creditor non cogitur distrahere pignus, nisi reperiatur emptor, qui paratus sit dimisso creditore anteriore soluere, quod superest, & pignus non auocatur a possidente, nisi postquam est illi satisfactum *Gratian. disceptat. 941. num. 4. Mangil de subhastat. quaest. 54. n. 11.* & audiui ita practicari in Tribunalibus Vrbis, & præsertim in illo supremo Signaturæ Iustitiæ, in quibus mandatur deueniri ad subhastationem muliere a sua possessione non amota

15 Quæ fuerunt † dicta circa non confiscationem dotis, procedunt etiam in dote confessata, quando sunt elapsa tempora ad opponendum *Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 82. Guazzin. d. limit. 35. num. 5. Farin. d. quaest. 25. num. 120. & infra Sanchez in precept. decalog. lib. 2. d. cap. 17. num.* 16 *6. & 7.* sed quia, † si fiscus prohibetur hoc casu opponere exceptionem non numeratę dotis, valet obiicere, & probare simulationem *Guazzin. d. limit 35 nu. 7. versic. bene verum est*, quod permittitur etiam cuilibet priuato habenti interesse super bonis mariti *Rot. recent. decis 683. num. 11. par. 2. & post Labyrint. creditor. Salgad. decis. 23.* 17 *nu. 13.* ideo satis vtile † esset videre, an, & in quibus casibus confessio dotis receptę præsumatur vera, vel simulata, sed nimium sermonem extenderemus, quia materia est satis ampla, & illam bene pertractarunt vltra alios DD. inferius allegandos *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 14. glos. vnic. par. 2. Merlin. de pignorib. lib. 3. quaest. 58. Antonel cons.*

46. n.

46. num. 5. & seqq. Rot. coram Buratt. decis. 108. par. 7. recent. decis. 159 post Labyrint. creditor. Salgad. decis. 3. decis. 12. & decis. 13. afferam nihilominus nonnullas coniecturas, quas multis ab hinc annis pro Cliente adducebam.

18 Non potest † controuerti creditum dotis, cum de illo constet per confessionem mariti, quę etiam sine promissione praecedente probat in praeiudicium creditorum posteriorum, nisi ex manifestis indiciis de simulatione doceatur *Bald. Nouell. de dot. par. 10 num. 17 Conar var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 7. versic. secundo ex eadem distinctione Mantic. de tacit. lib. 11 tit. 20. num. 37. versic. & si mariti Gait. de credit. cap. 4. num. 1769. & seq. Gratian. disceptat. 984. num. 21. Buratt. decis. 198. n. 6.* dum voluit hanc confessionem tunc non praeiudicare posterioribus, quando colligitur fuisse factam animo donandi; hodie vero tantum abest, vt simulatio probetur, vt potius constet de veritate

19 confessionis, quae † suffulta pluribus coniecturis probat aduersus omnes creditores, etsi post mariti decoctionem emanasset *Rot. in Romana dotis 31. Ianuarii 1652. §. his non obstantibus coram b. m. Bichio apud Labyrint. Creditor. Salgad decis. 3. num. 3.* adminicula autem veritatis concurrere enumerantur.

20. Primo dotis † promissio, quae fortissima coniectura reputatur *Antonin. de Amat. resol. 5. num. 19. Merlin de pignor. lib. 3. quaest. 58. num. 87. & seq. Rot. post ipsum decis. 141. num. 10. & penes Post. de subhastat decis. 166. num. 5.* & remanet optimè iustificata per testes de illa deponentes *glos. in l. cum extra verb probanti C. de iur. dot Marsil singul. 442 Vrsil. ad Afflict. decis. 337. num. 4. Calà de mod. articul & proband glos. vnic. §. 2. num. 64* vbi firmat de vno teste iuncta fama, *& num. 110. Peregrin. decis. Patau. 34. num. 3. Fontanell de pact. nuptial claus. 6 glos. 3. par. 7. num. 35. & claus. 14. glos. vnic. par. 2. num. 66.* & an possit probari per famam scribit *Surd. cons. 9 sub nu. 47. versic. sexto quia, cum n.n seqq.*

21 Secundo, quod † matrimonia absque dote de facili non contrahuntur *Aymon. cons. 30. num. 1. & 2.* dicens per hanc consuetudinem constituendi dotes ita debere praesumi, nisi contrarium probetur *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 13. num 4. Marescott. var. resol cap. 8. num. 11. lib. 1. Fontanell de pact. nuptial claus. 5. glos. 1. par. 1. num. 7. & seqq. Rot. coram Gregor. XV decis. 62 num. 4. coram Buratt. decis. 283. num. 7. versic. quod quia, iuncta addit. litt. A. & par. 5. recent. decis. 321. num. 20.* attenta maximè verisimilitudine huius dotis solitae dari inter ciues huiusmodi conditionis *Gratian. disc. 362 num. 20. Andreol. controuers. 186. n. 11.*

22 Tertio † quod cadem confessio emanauit de tempore, quo nulli creditores aderant, qui fraudari potuissent *Gratian. disceptat. 984. num. 21. Rot. recent. decis. 159. num. 11. par. 7. & post Zacch. de oblig. Cameral decis. 258. num. 4.*

23 Quarto dum † apparet maiorem partem d. dotis fuisse verè solutam, argui debet etiam integra, & totalis illius solutio *Aymon. cons. 158. num. 6. Natt. cons. 547. num. 26. Gratian. disceptat. 362. num. 18. Rot. recent. decis. 124 num. 4. par. 2. & d. decis. 159. num. 2. par. 7.*

24 Quinto, concurrunt † diuturna alimentorum praestatio, & iuramentum adiectum contractui *Merlin. de pignor. lib. 3. quaest. 58. num. 4. Rot apud ipsum d. decis. 141. num. 11. & 15. & post Labyrint. Salgad. decis. 3. num. 6.* & quod alimentorum praestatio sit attendenda firmat *Caren. resol 117. n. 15. & pluribus Rot. Rom. decisi. nib allegatis Andreol.*

25 *d. controuers. 186 num. 9.* licèt † enim adnumeretur inter leues coniecturas, tamèn non debet sperni aliis concurrentibus *Merlin.* declarans, & concilians contraria *d. quaest. 58 num. 125.*

26 Sexto, quia diuisione † secuta inter fratres fuit hęc dos inter debita recensita, quod non cuenisset, nisi diuidentes sciuissent eiusdem dotis numerationem *Surd. cons. 489 num. 20. versic. secunda coniectura Gratian. disceptat. 739. num. 1. & seqq. Rot. post Merlin de pignor. decis. 59. num. 20.* quę

27 † coniectura esset magis consideranda, si diuisio fieret post mortem mariti inter fratres defuncti, quia tanto fortius cessaret suspicio praesumpte affectionis in vxorem, ac simulationis contractus, & intraret conclusio, quod confessio inter personas non suspectas emanata probat dotis numerationem *Merlin. d. quaest. 58. num. 82. Andreol. dict. controuers. 186. num. 13.*

28. Septimo † fuit ipsa confessio expleta non ad fauorem vxoris, sed patrui, vt ponderant *Marescott d. cap 8. nu 8. lib. 1. Rot post Merlin. de pignor. decis. 59. num. 18 & decis. 141. num. 14.* nec est curandum de tenentibus opinionem contrariam, cum pro hac conclusione stet authoritas *Sac. Rot. Roman.*

29 Nec etiam † confiscabitur dos, quę debetur vxori pauperi à marito diuite *ex auth praeterea C. vnde vir & vxor* prout dicit ad litteram *Text. in auth. bona damnatorum C. de bon. proscript.* ibi *vxores vero eorum dotem, & ante nuptias donationem accipiant, si vero sine dote sint de substantia viri accipiant partem legibus definitam, siue filios habeant, siue non. Farin. d. quaest. 25. num. 123. Carpan. ad constitut. nouiss. §. omnium num. 775. & infra Guazzin. d. limit. 35. num. 10 Fontanell. de pact. nuptial claus. 5. glos. 4. num. 68 Sanchez in praecept. decalog lib. 2. cap. 17. num. 11. & 12.* vbi relata contraria opinione *Peregrin.* tenet istam pro confiscatione quartę esse de iure veram, addens tamen, quod si contrarium esset in vsu, illud esset sequendum. Ego vero admiror, quod *ex Peregrin & Baiard.* referat *Guazzin. d. nu. 10* quod mulier non possit obtinere contra fiscum, qui propter eius voraginem hodiè sit factus sine cōscientia, quia sic dicendo offenditur pietas, & iustitia Principum Christianorum, qui in nihilo minores Traiano gloriantur dum fiscus in caussis superatur; nam causa illius, nisi sub Principe malo bona est, vt hęc, & similia referendo testatur *Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 10. num. 117. & seqq.* à qua opinio-

opinione ad fauorem vxoris, quam vltra allegatos profitentur de iure veriorem *Constant. in l. 1. num. 119. & 120.* vbi probat pluribus mediis *C. de pan. fiscal lib. 10. & Caball. resol. 231. num. 11 & seqq* non est recedendum ex eo quod *Constant. d. nu. 120. & Caball. num. 35. & infra* dicant, quod Iudices fiscales non amplectentur hanc opinionem, nàm vt fatetur *ipse Caball. num. 39.* esset nimis durum recedere ab opinione fauente vxori, quæ est pluribus rationibus, & tantorum patrum testimonio roborata.

30 Confiscaretur † tamen dos proueniens *ex d. auth. praterea*, si mulier duos viros habuisset, & à primo non exegisset, quia non posset diei pauper, dum haberet ius illam exigendi ab hæredibus primi mariti *Plot. cons 30 num. 46. Carpan. d. §. omnium num 778. Guazzin. d limit. 35. num. 12. Sanchez d cap. 17 num 11. prope fin. versic. nisi*

31 *hac mulier.* Sed † an, & quando ex remedio eiusdem *auth. praterea* hæc dos debeatur extat integer liber, qui fuit inscriptus *Decisio Alma Rot. Bononiensis verum sensum, totamq, materiam auth. praterea C. vnde vir. & vxor bene explicans*, & disceptant etiam plene *Fontanell. de pact. nuptial. claus 5 glos. 8. part. 9. p. r tot. Surd. decis. 61. vbi abunde Hodiern. Curiae controuers. 221. numero 38. & seqq. Cancer. variar. resolut lib. 3. cap. 16. numer. 103 & 104.* loquens remissiue *ad Barz. decis. Bononia 126 cum quinqua seqq.* quæ fuerunt compilatæ in casu supradictæ decisionis *Rot. Bononiensis Merlin. Pignateil. controuers 47. per tot lib. 2.* vbi solidissimis iuris fundamentis plene disputat articulum.

32 E contra † nec pro delicto vxoris potest confiscari dos in præiudicium mariti, nisi in casibus expressis *in l. quinque legibus ff. de bon. damnat.* nempe læsæ maiestatis, violentiæ, parricidii, veneficii, & homicidii *Farin. quast. 25. num. 113. Guazzin. conclus. 13. limit. 37. num. 1. & 2. Sanchez. in pracept. decalog. lib. 2. cap. 17 num. 25. & 26.* vbi extendit ad crimen hæresis *Castagn. de benefic. deducto ne egeat quast. 1. ampliat. 2. num. 10. & infra*, non enim delictum vxoris debet operari in præiudicium viri, & hęc traditio recipit fomentum ab eo,

33 quod † pro debito contracto per vxorem absque scientia viri non potest fieri executio in bonis dotalibus *Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit 1. num 118. Cancer var-resol par. 1 cap 13. nu. 99. & seqq Antonin. de Amat. resol. 45. num. 24. & 25* vbi remissiue ponit, quid dicendum, si debitum esset commune inter virum, & vxorem; hoc tamen dictum limi-

34 tatur duobus modis, primo si ære † alieno ante matrimonium contracto omnia bona vxoris fuissent in dotem assignata marito, quia tunc pro illius solutione posset in bonis dotalibus conueniri executiue *Post. de subhastat. inspect. 18. num. 256. Donat. Anton. de Marin. resol 63 numer 3 & seqq. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 254. per tot. iuncta*

35 *addit. numero 10.* secundo † si maritus præstitisset vxori litiganti consensum, & pro ea se liti obtulisset *Bertrand. cons 219. num. 4. & 5. Rot. coram Seraphin. decis. 891. num. 10. & apud Post. de subhastat decis 261. num. 7.* & quod pro expensis, quarum condemnationem mulier fuit passa in lite de consensu, & authoritate viri agitata, possit executio committi in bonis dotalibus scripserunt *Codex Fabrian. lib. 5 tit. 7. definit. 6. Schol. 2. Cancer. var resol. par. 1. cap. 9 numer. 206. versic sublimitat tamē Fontanell. de pact. nuptial claus 6. glos. 1. par. 3. num. 47.* vbi quod ita iudicauit Supremus Cathaloniæ Senatus *Antonin. de Amat. resol. 45. num. 16.* ad quæ facit validissima ratio, quod licet

36 † in bonis aduentitiis exequi non possit pro debito filii, ne præiudicetur vsufructui paterno *Gratian. decis. Marcb. 76. num. 38 & seqq. Post. de subhastat. inspect. 18. num. 252.* permittitur tamen super illis executio, si pater consentiat in iudicio, quod filius litem agat *Boer. decis 7. num. 17. & post ipsum Codex Fabr. & Fontanell. in locis superius allegatis.* Nec est curandum *de Pappon. arrest. 49. tit. 4. lib. 18.* asserente contrarium, fuisse decisum ad fauorem mariti in illo Senatu, quia vltra quod nullam rationem, vel legem pro sua opinione adducit, contra ipsum stant allegati DD. & iudicia *S. Rot. Rom & Cathalon. Senatus.*

37 Quando † vero in casibus relatis dos vxoris confiscatur remanet actio salua marito pro lucro dotis *Farin. quast. 25. num. 115. Guazzin. de confiscat. conclus 13. limit. 37. nu. 5. Sanchez. in pracept. decalog. lib. 2. cap. 17. num 32 Constant. in l. 1. num. 119. versic. secundo consideratur C. de pan fiscal.*

38 *lib 10. Capyc. Latr. consultat 6 n. 218.* vbi † quod ad hoc, vt intret confiscatio dotis sufficit mulierem esse condemnatam in pœnam extraordinariam in crimine læsæ Maiestatis. Et quamuis *Sanchez d. num 32.* dicat confiscatione secuta in casibus expressis *in d. l. quinque legibus* etiam lucrum debitum viro confiscari, non propterea est recedendum a regula, quam contra ipsum magis communiter firmant Scribb. & vrget efficacissima ratio, quia statim quod fuit per *d l. quinque legibus* dispositum confiscari dotem, fuit addita altera incipiens, & loquens per hæc verba, *& omnes omnino maritus actiones saluas habet contra fiscum*, ideoq; venit dicendum illam per istam declarari, tanto magis, quod in prima non fuit facta mentio lucri dotalis, quod tamen per hanc secundam legem debet intelligi reseruatum ex vi dictionis, & copulatiõis subsequentia cum præcedentibus, vt esse casum *in l. & quia, iunct. l. pracedenti ff. de iurisd. omn. Iudic. ex glos. in eisdem legib.* firmat *Barbos. diction 110 num 7.*

39 Ad acquirendum † hoc lucrum attenditur statutum loci mariti, licet alibi sit celebratus contractus *Thesaur. decis 106. numer. 3. Roland. de lucr. dot. quast. 12. per tot Phanuc d. tract. glos 9. num. 1. & seqq. Rot. diuers. par. 4. decis. 741. sub num. 2. apud Post. de manut decis 647 num. 67. & post Gilian. ad statut Perus decis 43. num. 8. & 9. ac decis. 71. num 6. & 7* nouissime insignis ille iuris consultissimus *D. Lelius Altograd.* consuluit attendi locum habitationis mariti *cons 27. & cons. 28. vtrobique*

biquer per tot.lib.2. regulam hanc, quod attendatur statutum loci mariti ponunt cum suis ampliationibus, & limitationibus *Phanucc.d.glos 9.a num 30. vsque in fin. Roland. quæst. 20. per tot. Carpan.ad Statut Mediolan par 1.cap.298.num.191 & seqq.* ipsi igitur erunt consulendi, dum ego solis tribus limitationibus recensitis ad vlteriora procedam.

40 Erit ergo prima, † quod non attendatur Statutum loci viri, sed vxoris, si maritus ad domum mulieris fuit traductus *Firman.in repertor.litt. M.fol. 313.col.1.versic.maritus lucratur dotem,& litt.S. fol. 127. col.3 in princip.Roland.de lucr.dot.quæst. 16. a num. 3. Tiraquell. de legib. connubial.glos.2. numer 46.& seqq Paul.Aemill Gall.de except.quæ orirì poss. in success.par 2.tit 4.except. 12. n.26.& 27.* vbi declarat limitationem hanc non procedere, si maritus non habet animum permanendi *Mendoz decis. Senen.71.num.41.& 42.*

41 Secundo † limitatur, si non vxor, sed alter pro ea dotem promisit, quo casu inspicitur locus celebrati contractus *Roland. de lucr. dot. quæst. 17. Phanucc. d. glos 9. num. 33.* vbi tamen loquitur dubitatiue *Carpan ad statut. Mediol.d.cap.298. numer. 212 par.1. Paul Aemill. Gall d.except.12.num.18. Fenzon. ad statut.Vrb. cap.131.num.56.Rot.coram Merlin.decis 608 num.7.& seqq.*

42 Tertio † limitatur, si dos consistens in bonis stabilibus existeret extra territorium loci mariti *Roland de lucr.dot.quæst.20.num.11.& seqq.Phanucc.de lucr dot d.glos 9.numero 34.Menoch.cons. 469 num.8 Thesaur quæst forens 6.numer. 3 & 4. lib.2.Giurb.ad consuetud Messan. cap.1.glos.2.num. 118 & seq.Caren.resol.116.numer.3.versic.vel dos consistit, & num. 4 cum seqq.* apud quem referuntur quamplurimi concurrentes in hanc sententiam, & refutantur contrarii.

43 Lucrum hoc † dotis an debeatur, tam de dote data, quam de promissa; est quæstio valde controuersa inter Scribb. sed ego in iudicando tenui opinionem firmatam *ab Excellentiss. D. Dominico Philippuccio patritio Maceratensi ex primoribus huius Prouinciæ Aduocatis* per rationes ab ipso adductas in allegationibus, quæ in fine huius quæstionis imprimuntur.

44 Reseruato † ideo lucro dotis dos integrè confiscabitur, nec maritus vsumfructum consequetur *Sanchez in præcept.decalog.lib.2. cap.17 num.31.*

45 & † dum ipse conuenietur a fisco pro restitutione dotis gaudebit beneficio deducto ne egeat *l. si maritus la 1 ff solut. matrim. ou Brun. de cess. bonor. quæst. 20. quarta principalis num.29.* vbi, quod

46 non † tamen gaudebit hoc priuilegio fiscus pulsatus ab vxore pro restitutione dotis, quando fuerunt confiscata bona mariti *Sanchez d cap.17. num. 28. Castagn. de benef deducto ne egeat quæst. 1.ampliat.2.num.1. & seqq.*

47 Eximetur dos † a confiscatione ob delictum mulieris, si per stipulationem, vel statutum debebit soluto matrimonio reddi alteri personæ, quam vxori, vel illius hæredibus *Guazzin de confiscat. d.limit.37.num.8.Sanchez d.cap.17.num.33.* pro-

48 ut † nec subiacet publicationi dos data filiæ a patre in præiudicium ipsius patris viuentis, sed tantum confiscatur, si patre mortuo fuit commissum delictum *Osasc decis.94.num.7.Carpan. ad constitutionis Mediol summum num.306.Guazzin dict.*

49 *limit 37.num 16.versic. sublimita*, & sic etiam † mortuo viro dos viduę delinquentis semper publicatur *Farin.quæst.25.num.112.Sanchez d.cap. 17 num.25.*

50 Quia autem posset † accidere, quod confiscatione vxoris reperiretur illa obligata pro viro, & posset dubitari de validitate obligationum, propterea poterit recurri ad ea, quæ ego scripsi iudicans *in Auximana Saluiani 16. Iunij 1654.* quam resolutionem inferius habebis impressam, & licet mea sententia fuerit reuocata per hanc Rotam Maceratensem, dum ego adhuc essem Gubernatoris Marchię in Ciuilibus Locumtenens, tamen postea in Vrbe fuit reuocata sententia Rotę, & confirmata mea, in cuius confirmationem tam Iudex, quam Aduocati Vrbis pertransiuerunt cum adductis per me *in d.resolutione*, quę tunc fuit in lucem ędita.

Vt tandem hanc dotis materiam secundũ meas vires absoluam, est insuper adnotandum, quod

51 † confiscatis bonis paternis fiscus debet dotare filias fęminas *Peregrin. de iur fisc.lib.5.tit. 1.n.76. Farinac.quæst.24 num.46 & 47. cum aliis per me allegatis quæst.4.num.33.& num.78.& seqq.*

Quia supra fuit dictum, dotem confiscari in crimine veneficij, non existimaui inconueniens hic inserere ea, quę circa hoc crimen probandum deduxi in quadam causa, quę fuit de meo voto expedita.

Interdixerat F. Rector Iuuenum, qui Religioni addicti tempora probationis non sunt egressi E. ibidem tyrocinium profitenti, ne alloqueretur P. quem ipsum E. adhuc adolescentem infeliciter deperire cognouerat, & ad maiori malo obuiandum plures diligentias adhibuerat, ob quas ira percitus P. post plures minas iactatas in eumdem F. tandem quadam certa die sciens, illum secundum locum in mensa occupare venenum solimatum in quodam ferculo illi apparato apposuit, ex quo pluries degustato, ac demum ob insuauem saporem reiecto, indubitanter F. postremam vitę Scenam explesset, nisi medicamento vi elusa veneni incolumis euasisset.

52 Delicti † corpus fuit abundè iustificatum, considerando prius in facto, quod F. ferculum degustans amaritudinem, & insuauitatem saporis, quam tribus vicibus semper maiorem inuenit, & corrosionem in faucibus expertus fuit adeo magnam, vt ipsa loquela impediretur, quapropter fuerit coactus à mensa discedere, Medicum quęrere, medicamenta assumere, & in cubili decumbere, quod cochlearium ex Oricalcho, quo farreum venenatum comedebat, vbi ferculum illud attingebat, colorem ferè nigrum assumebat, in reliqua sui parte naturalem qualitatem asseruans, quam coloris mutationem fuit obseruatum accidisse etiam in

altero

altero simili cochleario, quo fuerunt eædem epulæ facto periculo peruolutæ; quod ex residuo eiusdem ferculi fuit quædam portiuncula porrecta Cani, qui statim doluit, ingemuit, & euomuit; quod in extremitate paropsidis remanserat quędam parua quantitas pulueris albæ, quam experimentum, & peritia agnouerunt, esse solimatum artritum; quod fabricatis alijs ferculis fatrei, vno simplici, altero risagallo, & tertio solimato commistis, illud tantum, in quo aderat solimatum, denigrauit duo cochlearia eadem forma, quam dederant illę primę dapes, vt supra delibatę; quodque his omnibus, & alijs perpensis fuit à pluribus peritis iudicatum, venenum appositum in paropside F. fuisse solimatum, quod erat habile ad necandum quemuis hominem sanum.

53 Et postea † in iure, quod, cum veneficium sit difficilis probationis, ad illud in genere probandum exuberant indicia, & coniecturæ *Farin. quæst. 2. num. 30. Guazzin defens. reor. 3. cap. 5. nu. 1.* & remanet iustificatum per solum iudicium Peritorum *Farin. d. quæst. 2. num. 31. & seqq. Caball de homicid. numer. 630. & seq. Guazzin. d. cap. 5. nu. 3. cum seqq.* quos esse tales fuit probatum per alios testes iuxta practicam desumptam *ab eod. Guazzin. d. cap. 5. num. 8.*

54 Et quia † adest venenum intus corpus humanum genitum, vel ob aeris corruptionem, vel malignitatem humorum aliunde prouenientem, vt ratiocinatur *Andreas Cesalpin. artis Medic. lib. 3. cap.*

55 *47.* retulerunt Periti, venenum hoc † fuisse propinatum, & indiuiduarunt pro solimato ob rationes solide ab vnoquoque ipsorum adductas, quemadmodum edocuerant, ita fieri debere *Farin. d. quæst. 2 num. 34. Scace de iudic. lib. 1. cap 83. nu. 3. versic. item si in aliquo cadauere. Guazzin. d. defens. 3. cap. 5. numer. 3 & 12. Petr. ad Gramm. decis. 33. numer. 1.*

56 Prout etiam † fuit addita qualitas mali veneni, quia reperiuntur multa venena, quæ medica venera sunt, & saluti humanæ deseruiunt *l. qui venenum ff. de verb signif Decian. tract. crimin. lib. 9. c. 21. num. 8. Farin. quæst. 122. numer. 126. Crispolt. cas. milit. 26 num 17. & seqq.*

57 Quę rationes † per ipsos Peritos consideratę, sunt correspondentes effectibus veneni mali propinati ponderatis *à Sennert. Medicin. practic. tom. 2 lib. 6. par 5. cap. 3. versic. eodem modo, in, eodem modo nec venenum dum sumitur, certis notis patet. Equidem si talia signa adsint, & homo in ore aliquam insignem mutationem, & saporem abominabilem percipiat, & in faucibus ardorem sentiat, id omnino suspectum est; Ac proinde si quis insigniter male habere incipiat, dicatq; se in prandio, vel cæna proxime præcedente saporem abominabilem, faucium ardorem, vel aliam in ore insignem mutationem percepisse, id non leue in cibo, vel potu propinati veneni indicium est.*

58 Et in specie † de solimato tradiderunt *Mattiol. ad Dioscorid. lib. 6. cap. 28 & Andr Cesalpin. artis Medic. lib. 3. cap. 27. versic. argentum viuum sublimatum*, vbi inter alia Symptomata recensentur amaritudo, & corrosio.

59 Eoq; magis conuincitur † in eodem ferculo adfuisse venenum malum, dum F. prospera valetudine præditus, statim a cibo incidit in malam status mutationem, quæ iuncta cum alijs exaratis citra omnem dubietatis aleam suadet, venenum fuisse propinatum, non intus genitum, quod non tam repente suas produxisset operationes *Laurent. decis Auenionen 20. num 3. 7. & per tot. Decian. lib. 9. cap. 24. num. 4. prope fin. Farin d quæst. 2. num. 34. versic. & ideo Medici. Caball. de homicid. numer. 628. & resol 180. numer. 8. Guazzin d. cap. 5. numero 5.*

60 Sicuti † autem solimatum ratione qualitatis esse aptum ad occidendum, ita & respectu quantitatis hic propinatę opinati fuerunt iidem Periti, ne vllus vnquam delectus corpori delicti valeret impingi iuxta mentem *Farinac. d. quæst. 2. numero 30. & quæst. 132. num. 21.*

Crimen hoc vero fuisse patratum a P. conuincunt plurima indicia aduersus eumdem in processu

61 cumulata, quę † nedum sufficiunt ad transmittendam inquisitionem, sed etiam ad torturam; nem-

62 pe † inimicitia excitata inter ipsum, & F. qui prohibuerat allocutionem cum 8. *Farin. quæst. 49. num. 102. & seqq. Giurb. cons 13. numer. 6. & 7.* Minę

63 † plures iteratæ etiam post venenum traditum, quæ alio adminiculo concurrente attenduntur, & si minans non esset solitus illas exequi *Menoch. præsumpt 89. num. 6. lib 1 Farin. quæst. 50. nu. 11.*

64 accessus † insolitus P eodem mane commissi delicti ad cenaculum de tempore, quo fercula erant iam posita in mensa *Farin. quæst. 52 num 138. & 143.*

65 fama † incontinenti exorta, quod ipse venenum in paropside F. apposuisset, quę in delicto difficile probatu sufficit ad torquendũ *Boss. de part. suppos. numer. 20 Clar. quæst 21. versic. fama sola in fin.* & iuncta alteri adminiculo plenam probationem constituit *Menoch. de arbitrar. cas 89. nu. 87. 88. & 93. Farinac. cons 34 numer. 15. cons. 55. num. 48. & quæst. 47. numer 91.*

66 Plura mendacia † in substantialibus, quibus totus refertus est processus *Farinac. quæst. 52. num. 10. Giurb. cons. 14. num. 12. & cons 87. num. 27. &* ad, & ratione pluralitatis, licet substantiam non tangerent criminis eumdem tamen producerent effectum, si est danda fides *Farinac. d. cons. 34 numer. 16.*

67 Fuga tandem † ipsius P. ex carcere, vbi pro hoc veneficio fuerat interclusus, cũ sic fugiens habeatur pro conuicto, & confesso *Farin. cons 39. nu. 5. Vermigliol. cons 179 num. 26 & 27.*

Quæ indicia, sicuti ad omne delictum aperiendum exuberanter confluerent, ita etiam ad ipsum veneficium exprimendum, recensentur *à Farin. d. q. 122. n. 62.* quinimo ob difficultatem probandi sunt satis ad condemnandum *Farin. d. quæst. 122. numer. 53. 54. & seqq. Muscatell in pract. crim. rub. de simplic. homicid. num. 46 & seq.* vbi quod succedit in locum plenæ probationis.

Quod

68 Quod veneficium † cum sit adeò graue, vt pro ditionem contineat *Deciàn. lib. 9 cap. 22. num 4. Mastrill. de indult cap. 35. num 2. & seqq. Farin d. quaest 122. nu 3. Crispolt. cas. milit. 26 num 14.* sitq; 69 † omnino detestandum in milite, plus quam in aliis *Crispolt d cas 26. n. 15. & 16* magisq; † in Clerico, quia in castris Dominicis nobiliorem militiā profitetur *c. quid proderit distinct 61. Bellet. disquisit. clerical. par. 1 rub. de cleric. debitor §. 1. n 7.* ob quā 70 rationem esse grauiora crimina Religiosorum, & maiorem pœnam sortiri debere animaduertit *Foller. in pract. canon. c. 16. n. 10.* recensens dictum Apostoli ad Hebreos, *quod fidelis maiora meretur supplicia ex hoc, quod peccando filium Dei conculcat per cōtemptum*, & conquestionem Domini per os Hieremiæ dicentis, *quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa* Debet ideò plecti 71 pœna † ordinaria, licet homicidium secutum non fuerit, dum ad actum proximū fuit deuentum *DD. relati à Farin. d quaest. 122. nu. 19 Decian. lib. 9 c. 23. n. 3. propè fin. Anton. de Ball var. tractat. lib. 4. quaest. 1. numer. 43.* ea ratione moti, quia quoad propinquantem venenum iam fuit completum delictum, & quod medicamenta non debent de pœna detrahere, cum non possint ipsum delictum 72 minuere, à qua opinione † quamuis discesserint *Farin. d. quaest 122. numer. 20. 21. & 22. Mastrill. de indult. d. cap. 35 numer 10. Crispolt. d. 73 cas. 26. numer. 31. 32 & 33.* nihilominus † primam contra Clericum esse veriorem firmauerunt *Diaz in pract. crimin. canon. capit. 89 & Bellett disquisit. clerical. part. 2. rub. de pan. cleric. §. 23. numer. 10.* ad quam sententiam astruendam conueniunt ea, quæ in his terminis de milite ponderat *Crispolt. d. cas 26. num 35.*

Ad immanitatem autem huius criminis compescendam fuerunt adeo acres pęnę adinuentę, vt 74 in Perside † veneficis in lapide amplo caput impingerent, aliòq; superinducto confringeret *Alexand ab Alexand. dier genial lib. 3. cap. 5. fol. mihi 330. versic. & in Perside*, ac aliæ plures enumerentur *à Decian. lib. 9. cap. 25. per tot.* ex quibus ad-75 uersus † Clericum depositionis, & grauioris, longiorisque detrusionis in carcerē mulctam practicari *ex Diaz. cap. 95.* tenet *Farin. d. quaest. 122. n. 5.* & ex quadam speciali constitutione propinanti venenum perpetuum carcerem iniungi testatur *Bellat. d §. 23. numer. 10.* ideoque singulis omnibus libratis, & inhærendo ita æquitati, vt pœna condigna non auferatur censui eumdem P fuisse damnandum ad carceres Ergastuli per septennium.

Sequitur resolutio Authoris in Auximana Salsiani 16 Iunij 1654.

Ad roborandam sententiam Prætoris Cinguli, qui mandauerat immitti Cinthiam Sergii ex vi Salsiani in Possessionem fundi existentem apud Ioannem Marcum Poccionum, qui emerat ab Antonino de Bertinis, ac D. Francisca eius Vxore, deducebant informantes pro ipsa Cinthia, quod nullate-76 nus † erat impedienda immissio ob anterioritatem Iurium dotalium Franciscę, quę ab ipsa vendente cum viro non fuerant translata in emptorem *Gabr. cons 41. per totum, & signanter n 14. & 23. lib. 2. Andreol. controu. 162. n. 5. & 6. Antonell cons 96. 77 n. 2 & seqq.* Quinimò † ipsa cessio hoc casu operatur duntaxat renunciationē hypothecę, *ex Seappuce. de saluian. lib. 2. quaest. 7. nu 4. & Rot. diuers. part. 1. decis 472 n. 2.* firmauit *Rota Marchiæ penes Thomat dec. 109. n. 10* maxime, quia Francisca disertis verbis se cautelauerat super alijs bonis Mariti, ex quo colligitur, non fuisse comprehensum ius illud reseruatum, *post Rimin sen. cons 79. nu. 31. & alios tradit Andreol. dicta controuers. 162. numero 5.*

Quibus non obstare opitulabantur, quod DD. prædicti loquerentur in simplici [illegible] essione, & ppterea 78 nō procederēt hic, † vbi venditio fuit ab Vxore in solidum cum viro expleta, adiect s clausulis, & obligationibus amplissimis, etiam de euictione, quo casu, & si vxor non sibi præiudicet respectu viri, sibi tamen infert præiudicium quoad Emptorem. *Boer. dec. 23. n. 7. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 79 7. gloss. 3. par. 13 n 37.* eo magis † quia Mulier obligans se pro omnibus contentis in Instrumento videtur transferre iura sua dotalia, & retentionē, donec fuerit satisfactū de dote *Alex. cons. 47. lib. 3.*

80 Etenim respondeba[illegible] † *Thomat. d. dec 109 & Seappuce d. quaest. 7.* loqui in terminis termina[illegible]ibus, & vlterius, quod Mulier quomodocumque contrahens cum Marito, semper censeatur renunciare tantum suæ hypothecæ, cum omnis modus concipiendę obligationis exæstimetur color quęsitus, *Thomat. d. dec 109.* ideoque idem esse, quod venditio cum amplissimis clausulis, siue renunciatio simplex sequatur.

81 Præiudicari verò Mulieri, † respectu emptoris, & ipsi admittebāt, sed DD. allegatos explicare quodnā esset huiusmodi præiudicium, scilicet, vt Mulier pro sua dote recuperanda nequeat redire, nisi in subsidium, ad Bona alienata. *Boer. d dec. 23. n. 9. Fontanell. dicta part 13. num. 39. & 40* quod volebant, fuisse etiam animaduersum *per Thomat. d. dec. 109. n. 13.* & ideò potius comprobari opinionem fauentem Actrici.

Nec obstare addebant *consilium Alex. 47* adductum a Domino Aduocato Poccioni, quia illud loqui, autumabant in diuersissimis terminis, videlicet in Muliere vidua alienante, seu donante fūdū, in quo habebat iura dotis, quo casu non intrant præsumptiones Mulieris contrahentis cum viro.

82 Minus obstare † volebant Argumentationem desumptam à simili, quod nempe creditor vendens Pignus, non teneatur de euictione *l. periculum 30. vbi gloss. ff. de Pignor. & hypoth.* & nihilominus illam prǽstare teneatur, si promisit *tot. tit. C. Credit. euict. pignor. non deb* quasi quod idem sit in Muliere vendente cum viro rem ipsi pro dote hypothecatam, quæ licet alias euictionem non deberet, teneretur tamen seruare pacta conuenta.

Putabant enim hanc ratiocinationem solui ex diuersitate rationis, cum de cōtractu Creditoris nihil lex præsumat, de Muliere autē vendente cum viro Iu-

O ra ve.

ra velint, illam fuisse adhibitam ad cautelam, & solum renunciasse iuri suæ hypothecę, vt superius.

83 Nec aliquid speciale† asserebāt videre, ob quod dicta præsumptio debeat cessare in contractu venditionis cum obligatione de euictione, cū Doctores omnes tradant quemcumq; modum seruatum a viro, & Vxore simul contrahentibus, esse fucum, & semper vigere eādem legis præsumptionem. *Mantic. de tacit lib. 3. tit. 10 n. 44 Marescott var. resol. lib 2. cap. 5 à n. 1. vsque ad 14 Cyriac. controu. 37. num. 19. 20. 21.* & alii passim.

Demum considerabant, *dec. 576. num. 31. vers. altera verò exceptio, part. 5. recent* ex aduerso allegatam, minimè pertinere ad hunc casum, & non esse recipiendam doctrinam *Andreol. dicta controu. 162. sub. n. 7.* non solum, quia opinio contraria reperitur fulcita Auctoritatibus numero pluribus, sed etiam, quia rationes adductę per ipsum non subsistunt, dum putat, Emptorem posse vti iuribus dotalibus Mulieris vendentis vna cum Viro in casu Euictionis, ex regula generali, quod Emptor, & Successor possit vti omnibus Iuribus, & exceptionibus suo Authori, & Venditori competentibus, quia Vxor non est Venditrix, neque Auctrix Emptoris,

84 quoniam† vt fuit dictum, contrahens cum Viro de re ad eum spectante existimatur solum adhibita ad cautelam, & Maritus dicitur Venditor. *l. si lique. st. C. de inoff donat. Amat. dec. 27. n. 11. Ossasc. dec. 140. n. 2. Afflict. dec. 209 n. 2. & 3. Franc. Marc. decis. 507. n. 7. & 10. Cyriac dicta controu 37. n 31.* Neque Emptor potest dici successor dictę Mulieris, tum quia ipsa retinuit sua iura, tum quia, cum pecunia præsumatur iuisse ad manus Mariti *Amat. dicta dec. 27. n. 13. Capic. dec. 78. n 9. Crauett. cons. 91. n. 1 & 2.* ac Alii adducti *per Thomat dicta dec 109 n. 8.* nulla iura potuit acquirere à Muliere, quæ nihil recepit *l. eum, qui à Debitore ff. qui potior. in pignor. Gratian. discept foren. 269. numer. 8. Thomat. dicta dec. 109. numer. 12.*

Et cum ex his acerrimè cōtendentes persuadere molirentur, sententiam pro Cinthia fore confirmandam, Ego inter fremitus Patronorum deprehendi, Punctum huius difficultatis valde exemplarem, à multis tactum, à nullo discussum, & à paucis intellectum, propterea à suis primordiis repetendo

85 materiam, intelligebam, præsumptionem†, quod Vxor quocumque modo, & in quonis genere contractus se obligans cum, vel pro Viro iudicetur intercessionem præstare, quę semper inualidatur, desumi à *Senatus Consulto Velleiano*, & dispositione *Authen. si qua Mulier*, vt ponderant omnes scribentes *in l iubemus, & dict Authen. C. ad Velleian.* quod sicuti nullus Doctor refricat, ita vti rē in iure clarissimam confitebantur & ipsi Informantes pro Cinthia.

86 Cuius tamen Authenticę, † & Senatus Consulti Beneficium potest deficere, adeo vt Vxor obligata pro viro, efficaciter teneatur, & si nihil in eius vtilitatem conuersum fuerit, dummodo ipsa obligatio Mulieris fuerit iuramento vallata *Bart in dicta Authen si qua mulier. n 2. 3. & 4. & ibi communiter scribentes. Trentacinq. var. resol lib 3. resol. 2. n. 3. & resol 3. n. 10. rubr. de fideiussor. Maur. de fideius. sor. par. 2. sect. 8. cap. 3 n. 87 & seqq. Mauson. de eaus. execut. limit. 10. n. 12. Codex Fabrian. lib. 4. tit.*

87 *21. definit. 9.* vbi† quod hęres Mulieris, quę iurauit, non potest petere rescissionem Contractus, nisi obtenta restitutione à Principe *Marescot. d. resol. 5. n. 17 lib. 2. Merlin. de Pignor. lib. 2 quæst. 18. n. 63. & 64. Antonin. de Amat. resol. 100. nu. 6 & seqq. Merlin. Pignatell. controu. 56 n. 7. Peguer. dec. Catalon. 146. n. 10. Thesaur. dec. Pedem. 223. n. 8. Rot. post Paris de saluian. dec. 56 n 6. & 7. coram Penia dec. 489 n. 1. & 2. & dec 171. n. 8. part. 4. diuers. dec. 112. n. 2. part. 2. recent. dec. 775. n. 6 part. 3 dec. 731. n 6. post Cene. de Cens dec. 32. n. 9 & seqq. post Pic. ad Statut. vrb. dec. 15. n. 2. & 3. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 100. nu. 1. & 2.* vel dum specifice

88 † fuerit ipsis Authenticę, & Senatus Consulto pariter cum iuramento renunciatum *Trentacinq. d. resol. 2. n. 14. & seqq. Carol de Graf dict. except. 27. n. 22. 23. & seqq. Facchin. controu 60. & 61. vtrobique per totam lib. 2. Scapp. de iure non scripto, lib. 4. c 16. n. 7. Roderic. de annu. reddit lib. 2. quæst. 5. n. 39. Guttierez de iuram. confirm. par. 1. c. 20. n. 2. & seqq. & c. 55. n 6. vers. sed contrarium Gallerat. renunciat. 63. n. 5. & 6. cum seqq. centur. 1. Caren. resol. 85 n. 4. & 18 Gratian. disceptat. 669 nu. 23. Maur d c. 3. n. 93. & infra Hering. de fideiuss. cap. 7. n. 507. & seqq Capye. Latr. dec. 153. n. 7. Rot. post Parif. dicta dec. 171. nu. 9 par. 2. recent d. dec. 775. n. 7. par. 3. d. dec. 731. n. 7. coram Gregor. XV. dec. 321. n. 3.* & Articulo ad partes discusso *in Romana Societatis officii 1602. corā Pen.* inter ipsius impressas *dec. 950. nu 10. & seqq. & post Pic. ad Statut Vrb. dec. 1. num. 14. cum seqq.*

Quæ duę limitationes, sicuti hodie applicantur, & inducunt efficaciam obligationis Vxoris pro

89 viro, ita etiam semper verę sunt, nisi tamen† Mulier remaneret indotata *Trentacinq. d. resol. 3. nu. 11. Maur. dicto c. 3. n. 103. cum seqq. Hering. dicto c 7. n. 515 Guttierez dicto c. 55 n. 7. Marescott. dicta resol. 5. n. 19 & sequen. Antonin. de Amat. d. resol. 100. n. 8. & seqq. Thesaur. d dec 223 n 9. & seqq. Sperell. dec. 164. n. 30. & 31. post Cenc. de Cens dec. 33. n. 5. & seqq. post Giltan ad St atut. Perus. decis.*

90 *5. nu. 5.* Quod tamen† non præsumeretur, sed esset probandum ab ipsa, quę se indotatam ex contractu allegaret *Gallerat. renunciat 66. num. 6. centur. 1. Merlin de Pignor. lib. 2. quæst. 18. n. 68. vers. subdit. Castrensis, & n. 74 Giurb. obseruat. decisiu. 80. n. 11. vers. Probandum ergò est. Monac. ad Minad. dec 29. n. 3 in fin. vers. Mulieri tamen. Rot. in Asculana Bonorum 26. Martij 1628. coram Reuerendiss. Domino Vrgellen inter eius impressas dec. 141. n. 7. post Cene. de Cens dec. 485. & apud Post.*

91 *de Manut. dec. 233. vtrobiq; n. 8.* ad quam† indotationem inducēdam considerantur sola bona dotalia, non autem paraphernalia, vel patrimonialia *Salgad. Labyrint creditor. par. 2. cap. 4. num. 81.*

92 Vel nisi versaremur† in Regno Neapolis, vbi huiusmodi renūciatio ex vi specialis pragmaticę, & si iurata,

nullum operatur effectum *Seaglion. ad pragmat. Velleian. n. 37. & seqq. Mauson. dicta lim. 10. n. 13. Capyce Latr. dicta dec. 153. n. 4. Montan. controu. 4. nu. 14. Donat. Anton. de Marin. variar. resol. cap. 276. lib. 1 & cap 236 n. 7. & 8. lib. 2.* & per non discordem sanctionem idem profitetur in Regno Siciliæ *Antonin. de Amat. dicta resol. 100. n. 23.* Prout

93 etiam † nihili æstimanda foret Renunciatio, si esset inobseruatę solemnitates Statuti; quod presumeret Iuramentum dolose extortum *Marescott dict. c. 5. n. 18. Merlin. Pignatell dicta controu. 56. n. 14. & 15. Rot. in Ariminen. Dotis 11. Maij 1620. coram Coccinopenes Post. de subhast. dec. 52. n. 14. & 15.*

94 Quod tamen † pateretur maximam difficultatem, si deficeret indiuidualis approbatio Apostolica, cũ cõstitutiones laicales non possint aliquo pacto vires infringere iuramẽti *Seap. de iur. non scrip. lib. 2. c. 3 p tot. Rot apud Post. de subhast. d. dec. 52. n. 16.*

95 Nec me fugit †, *Rotam in Romana Argintorum coram Gregor. XV. inter eius impressas dec. 333. ibi, quę Beltram. n. 10. & dec 363* resoluisse, Mulieris obligationem non sustineri absque causa, quæ nõ respiciat Vtilitatem ipsiusmet Mulieris, & fideiussionem pro Marito esse semper læsiuam, nec posse inseruire pro causa ad satisfaciendum Statuto illã

96 exposcenti: Attamen † *in Romana Saluiani 13. Nouembris 1614. coram Innocentio Decimo impressa penes Pacif. de salu. dec. 56. n. 10. & seqq. & decis. 619. n. 5. & seqq. par. 2. recent.* Rota contrauit anterelatas decisiones, & determinauit, quod fideiussiones Mulierum pro Maritis, seruatis solemnitatibus Statutariis sint validę, & ex eis oriatur obligatio productiua Actionis; concordant *Seraphin. dec. 1187 per totam Buratt. dec. 783. n. 3. & seqq. Gratian. discept Foren. 952. n. 21. & 28. Fenzon. ad Statut Vrb. post c. 151. dec. 24 per totam, & indiuidualiter n. 6. & seqq.* ibi quod Beltram. se ipsum decepit, nec dissentit *Rot. corã Penia. dicta dec. 950. n. 16. vers nec ad rem post Statil. de saluian. dec. 227.*

Et in omnem euentum obligatio hęc Franciscę

97 minime careret causa, fuit enim concepta † ad effectum soluendi æs alienum Mariti, & subueniendi indigentiis Domus, ad quę Vxor tenetur pro Viro *Merlin. de Pignor lib. 2. quæst. 18 n. 85.*

98 86, vbi quod sufficit †, Maritum esse obligatum in Forma Camerę, vel alio modo habente executionem paratã, vt dicatur adesse periculum Carceris imminentis *Rot post Pacif. decis 171. numer. 5. 6. & 7. part. 2. recent. decis 775. numer. 3. & 4. & part. 3. dec. 731 n. 3. et 4.*

99 Quam Causam † comprobat Decretum Iudicis adiectum contractui, facit enim præsumi omnia solemniter gesta *Rot. coram Greg. XV. dec. 406. n. 7. & ibi Add n. 20. part. 2. recent dec. 646 n. 1.* Ma-

100 xime, sit ipse iudex hoc testetur, cum simile testimonium importet ipsam Causæ cognitionem *Ciarlin. c. 217 n. 19. & seqq. Rot. recent. dec. 103. n. 5. dec. 287. n. 5. part. 3. dec. 98. n 3. dec. 345 per totã,* vbi quod dicens contrarium debet probare *dec. 490. n. 2, dec. 546. n. 1. & 2. par. 4. & dec. 265. n. 2. & seqq. part. 4. tom. 2.* quæ adeo indubitanter in decreto Iudicis præsumitur, vt sufficiat expressio, etiam ęquipollens, vel indirecta *Pie. ad Statut. Vrb. gloss. 21. num. 33. Thomas de Tutor. tit 19. nu. 239. Rot. coram Penia decis. 888. num 8 & decis. 1431 num. 6. & 7. post Pie. ad Stat. Vrb. decis 25. num. 7. & 8.*

101 Vlterius ego Expendebam, † quod Mulier non erat in causa, nec conquerebatur de inualiditate contractus, sed solum tertius non habens ab illa causam pro obtinenda Immissione cõtra Poccionum, deducebat, non competere eidem retentionem ob nullitatem obligationis, quæ tamen ex adductis non adest, & propterea quatenus potuisset nullitas attentari, non tamen valuisset afferri a Tertio, eum solum indulgeatur ipsi Franciscę, vel eius hæredibus illam ad Inquisitionem iudicialem, adducere *Rot. post Cenc. de Cens. dec. 206. nu. 7. par. 7. recent. dec. 88. n. 8 & 9. dec. 126. n. 15. decis. 164. n. 59 & 57 & dec. 305. num. 29. & 50.*

102 Et si Mulier ipsa viueret, † opponere minimè posset, obstante iuramento apposito obligationi, a quo debuisset prius relaxationem habere, *Pic. ad Statut Vrb glos. 23. n. 18 & seqq. Rot. post. ipsum dec. 54. per totam, coram Gregor. XV. dec. 64. n. 6. & ibi Add n. 14. & post Fenzon. ad Statut. Vrb.*

103 *dec. 137. per totam.* Ipsa verò defuncta, † nec dum viuebat, conquesta, superstite adhuc Viro, & subsequenter non quæsita actione pro restitutione dotis, non possent hodie illius hæredes opponere rescissionem obligationis iurium dotaliũ pro Vito *Bald Nouell de dot. par. 11. n. 42. Cancer. var. re.*

104 *sol. par. 3 cap. 15. num 116.* Et licet † *Antonin. de Amat. resol 43 n. 31 & 32.* fretus auctoritate *Fontanell de Pact nuptial. claus. 7 gloss 2. par. 6. n. 48. & seqq.* & regula, quod omnes actiones actiuę, & passiuæ transfunduntur in hæredem, se tuletit in oppositum, nihilominus sicuti *Fontanella* non tangit obiectum actionis minimè quęsitę Mulieri, non dato loco restitutioni dotis in vita, & videtur potius *n. 52,* ire cum *Cancerio* ad quem refert lectorem, ita nec difficultatem hanc tollit ide *Antonin.* cuius opinioni esset tamen omnino deferendum, si actio fuisset mulieri viuenti quæsita, vt fusius firmat *Andreol. controu. 237 per totã,* qui *n. 9.* videtur, restringere regulam ad Priuilegium, quod viuente Vxore, executionem sortiti valebat, Sed vera ex relatis sententiis fit vera, nihil interest in terminis instantis disceptationis, quia dubitationes istę procedunt duntaxat, quando nõ remanet illęsa saltẽ dimidia portio dotis, in quibus terminis contendunt allegati *Bald. Nouell Canc. Fontanell & Antonin* quæ indago facti deficit hic,

105 dum † non solum adsunt residui floreni quatuor centum, si trecenti obligati essent consumpti, sed remanet etiam pro integra dote ius illibatum super aliis bonis Mariti, quæ reseruatio facit sustineri ne dum obligationem, sed & alienationem totalem dotis, *Hodiern. ad Surd. dec. 86. nu. 21.* cum ibi relatis, & aliis adductis supra *§. quæ duæ limitationes.*

Data igitur validitate obligationis poterat Poccio-

106 nus † p euictione pulsare Frãciscã in solidũ obliga-

tam, sicuti conuenire potuisset Maritum vendentem, cum hæc sit natura fideiussionis, & obligationis insolidum *Hering. de fideiussor. c. 24. n. 48. & seqq. Rot. post. Cenc. dec. 549. nu. 6. penes Zaccb. de oblig. Camer dec 23. num. 8. 9. 10 & seqq. & coram Caualer. dec. 190. per tot.* fuit enim per hanc obligationem effecta correa principalis debendi. *Rot. post. Zacch. dec. 113 num 2 & 3 & dec. 275 num. 7.* & quamuis inspecto Marito, ad quem spectat negotium, dicatur fideiussisse, Quoad Poccionum, cuius fauore sequuta fuit obligatio, dicuntur ambo duo Rei insolidum debendi. *Capyc Latr. decis. 153. num. 1. & 2 Rot coram Gregor. XV dec. 521. n. 7. post Cenc. decis. 180. n. 4 cum seq. & dec. 529.*

107 *num. 9. & 10.* & in terminis † Vxoris se obligantis cum Viro, quod non possit allegare præsumptionem fideiussionis, & quod pecunia fuerit recepta per Virum in præiudicium Emptoris, vel Creditoris, senserunt *Bald. in l. Mater sub n. 11 C. de rei vēdit. Ronchegal de duob. Reis in l eandem numer. 60. Boer. dicta dec 23. n. 7. Afflict. decis 209. sub num. 4. & ibi Vrsil. num. 7. Crauet cons. 91. nu. 4. Honded. cons. 45. num. 31. & 32 lib. 1 Valasc. consult. 83. num. 8. Codex Fabrian. lib 5. tit 7. desinit. 8. num. 6. in allegat. Costa de ratione rata quæst. 42. num. 8. Fontanell. de pact. nuptial. dicta claus. 7. glos. 3. par. 13. num. 37. Caren resolut. 89 num. 3. & 4.* & in puncto fideiussionis de euictione, & obligationis vxoris cum marito *Tost.* impressus post hęc scripta *resol 55. n. 46 47. 48. & 49.*

108 Non obstat, † quod *Mangil. de Euiction. quæst. 75. num. 4. 5. 6.* let ipserit, quod vendentibus Vxore, & Marito rem dotalem, ex quo præsumptio est, pretium ad Virum peruenisse, euictione sequuta, Vir solus ad illius restitutionem cōpellatur, quia, vltra quod præsumptio hęc exorta ex Velleiano hodie cessat ob adducta, idem *Mangil* se fundat in *cons. 19 nu. 4. lib. 3 Peregrini*, qui nihil dicit, prout non dicit aliquis Doctor, nam stantibus præmissis aberraret à principiis iuris, & deciperetur in ipso intellectu terminorum.

109 Sicuti igitur † Vxor ad iudiciū vocata potuisset repellere ex vi anterioritatis suę hypothecę Agētem Saluiano *Scappuec. de Salutan. lib. 2. quæst. 6. per totam. Cenc. de Cens. quæst. 58. n. 42. & 43. Merlin. de Pignor. lib 5. quæst 76. n. 35. Rot. post ipsum*

110 *dec. 141. n. 18.* ita etiam potest dictus Poccionus creditor eiusdem Mulieris ex regula, quod omnes Exceptiones debitori competentes possunt exerceri per Creditorem *Gregor. XV. dec. 362. num. 10. Thomat. decis. 116. n. 3. Dixart. decis Sardin. 16. num 7 & seqq. Rot. post Merlin de Pignor. dec. 30.*

111 *n. 1. &* tollitur † omnis amaritudo cū Poccionus habeat pro euictione obligata omnia bona Vxoris, & ideo possit de iuribus de talibus excipere, etiam deficiente cessione. *Codex Fabrian. lib. 8 tit. 8. definit. 9. Donat. Anton. de Marin. var. resol lib. 1. cap. 71. nu. 1.* quorum opinio nititur à traditis per *Cirtac. controu. 335. n. 9. & seqq. Rot. post Merlin. de Pignor. dec. 50. n. 65. & 66.* & fuit agnita à *Rota Luc ensi apud Andreol. controu. 62. n. 7.*

112 Et sicuti sola obligatio † Franciscę Exceptionem hanc opponi posse operatur, ita etiam eumdem producit effectum nuda cessio iurium dotaliū à Muliere ad fauorem Emptoris absoluta *Vrsill. ad Afflict. dec. 74. n. 8. Viscont. ad dec Franch. 478.* qui ambo adducunt *consilium Alex. 47. lib 3 Altograd. cons. 16. num. 1 & seqq. lib. 1. Rot. post Merlin. de Pignor. decis. 33. num. 10. & 17.*

113 Cui consilio *Alex.* fuit replicatum futiliter, † quod termini erant diuersi inter Viduā, & Nuptā, cum non cadant eędem malę iuris præsumptiones, quæ semper militant aduersus contractum Vxoris initum cum Marito, quia sicuti hę præsumptiones fluunt à sola *Authentica si qua Mulier*, vtique deferuntur hic, vbi per renunciationem iuratam fuit illius dispositio abrogata. Dixi ex sola *Auth* nā ipsū

114 † Senatus Consultum Velleianum cōplectitur tā nuptam, quam innuptam *l. 1. ibi ne pro vllo Famina intercederent*, & paulo post, *Aequum autem visum est, ita Mulieri succurri ff. ad Velleian. l. si Matri C. eod. Scaglion. ad dictam Pragmaticam Velleiani num. 52 Franch decis. 623. num. 6. Montan. controu. 4 num. 14.*

Subductis ergo istis præsumptionibus nullum percipio discrimen inter Viduam, & Nuptam, nisi

115 quod Vidua † potest disponere de tota dote, *Giurb. ad consuetud. Messan. c. 14 glos. 3. n. 4. Merlin. de Pignor. lib 2. quæst. 18. n. 50. & seqq.* saltem, dum extat legitima causa. *Surd cons 78. n. 10. vers. Respenderi etiam potest. & cons. 112. n. 36. vers secundo respondeo. Barbos in l. 1. par. 5. n. 42. vers præterea ff. solut. Matrim.* vbi dicitur amplius, quod ex opinione eorum, qui volunt, posse dotem absumi, procedit, moriente Vxore *Caren. resol. 184. n. 3. & seqq.* tradens remissiue, quę sit iusta causa alienandi dotem in his terminis; Nupta vero etiam cum causa nequit consumere, nisi dotis medietatem, *Thesaur. quæst. foren. 6. n. 4 lib. 4 Gratian. discept. foren. 128. num. 13 & 723. nu. 18. Cyriac. controu. 216. num. 20. Hering. de fideiussor. dicto cap. 7. nu. 515. Gatt. de Credit cap. 4 quæsit. 7. num. 963. Fontanell. de pact. nuptial. claus 4 glos. 23 nu. 21. Salgad. labyrint. Creditorum part. 2. cap. 4 numer. 68. Merlin. de Pignor. dicta quæst. 18. n. 71. Hodie in. ad Surd. dec. 86 num. 16. Rot post Zacch. de oblig.*

116 *camer. decis. 100. nu. 8.* nisi † tamen vtraque esset constituta in tali ætate, quod nō possent nouę Nuptię sperari, quia tunc tota dos alienari valeret, *ex Dec. cons. 536 n 3 Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 4 glos. 9 par 5 num. 188. & claus 7. glos. 2. par. 6. n. 46 Caren. dicta resol 184. num. 7 vers nec consultatio Decij. Capyce latr decis 109. n. 5 lib. 1.* Iccirco ideo, in cuius obligatione non distinguuntur, nulla dari valet dissimilitudo, ob quam cessio inita ab vna, non debeat operari eumdem effectum, quem producere solet ab altera, maxime seruatis solemnitatibus constitutionis Mar-

117 chię, cū alias † de iure communi queant Feminę maiores, sicuti Masculi, omnes explicare contractus. *Cyriac. controu. 128. num. 42. & seqq. & controu. 181. nu. 28 & seqq. Rot. post Giltan. ad Statut. Pe-*

tut. Perus. decis. 54.*num*.12. *& par.6.recent.decis.* 238.*nu* 13. Ob quæ visum est quod D. Aduocatus Poccioni bene applicauerit *decis.576.num*.31.*par.* 5. *recent*, quia data validitate obligationis in Muliere, nequit excogitari varietas inter cessionem a Matre, vel a Filio absolutam.

Prout etiam omnibus malis præsumptionibus irritatis iure conserebat idem D. Aduocatus, quod Vxor vendens Prędium sibi hypothecatū pro dote, & promittens Euictionem, adstringeretur illā præstare, exemplo † Creditoris, qui, & si alias non teneretur, vendendo pignus, deberet tamen promissionem illius conuentam explere, *Mangil.de euict. quæst.* 44.*n*.18. *Merlin.de pignor.lib.*4.*quæst.*101. *n*.13. vt tenetur etiam consentiens venditioni, & promittens, qui pollicitatione refixa; nullam obligationem haberet. *Mangil. de Euiction.* qui sufficiat pro omnibus *quæst*.113. *num*.1.*&* 2.

118

119 Obiectum † vero, quod cessio Vxoris importet nudum hypothecę lapsum, euanescere visum fuit, dum *à Thomat decis*.109.*n*.10.*& Andreol controuers*.162.*n*.4. adducuntur *Scappucc.de Saluian lib.* 2. *quæst.* 7.*num*.4. *Rot.diuers.par*.1.*decis.* 472.*nu.* 2.*& Gabr.cons*.41.*num*.14 *& seqq. lib*.2.

120 Etenim *Scappucc.* nititur † duplici assumpto, cuius Neutrum adaptatur; nō primum, quod iuxta *decis. Amat.* 27.*num*.11. Anterioritas dotis non sit considerabilis, etiam si Vxor vendidisset, vel se in solidum cum Viro obligasset, nam non propterea diceretur vendidisse, & se obligasse, cum censeatur adhibita pro forma, tanquam fideiubens pro Marito, ad quem pretium peruenisse pręsumitur, Quia Doctores adducti per *Amat. & Scappuc.* loquūtur inter ipsam Vxorem, & Virū, fundati in præsūptione exoriente ex toties relata *Authen. si qua Mulier*, sicuti eisdē terminis recentis scripserunt *Cyriac. dicta controu.* 37. *cum allegatis, & omnes alii, qui possent ad hunc effectum referri*; Ideoque dum ex rationibus ponderatis adimitur iudicium eiusdem *Authentica*, equidem deerunt omnes præsumptiones inde proficiscētes in præiudicium Emptoris, vel Creditoris. Quo enim † ad ipsos Iugales ego pro comperto habeo, non posse præiudicari doti per Maritum restituēdæ, quæ opinio est tā indubitāter in iure firmata, vt licet disceptent Doctores, an Mulier cū viro promittens dotem communi fi. he, iuuetur Velleiano, & affirmatiuam fuerint amplexi *Honded. dicto cons* 45. *num*. 23 *&* 24.*lib*.1. *Maur. de fideius. dicto c*.3.*n*.30.31. 32. *&* 33. *Hering.eod.tract. dicto cap.*7.*n*.453. *Penia dicta decis.* 950.*n*.8.*&* 9. *Capyc.Latr.consultat.* 54. *n*.5.*&* 6. Negatiuę autem adhęserint *Bald. cons.* 106. *lib*.5. *& alii relati per Mart Medic.dec*.48. *n* 4.*& n*.20. *vers non insistimus*, vbi vindicat a cōtrariis, *& dec.* 49. *n*. 7. 8. *&* 9. *Merlin. Pignat.controu.* 56.*n*.5.*&* 10. Tamen certū est, quod Mulier obligata, & si respectu Mariti intercesserit, & si quid soluerit, possit ab illo, vel eius Hæredibus repetere, nihilominus quoad Generum, & filiā existimatur sēper Correa principalis debendi *Giurb.ad consuetud. Messan. cap.* 3. *gloss.* 6. *numer*. 1. *Antonin. de Amat. resol.* 37. *numer* 47. *vers. Idemque procedere.*

121 Dum verò † conatur secundo probare, quod, cum hypotheca dotalis non sit in esse deducta, licet adsit in potentia, possunt multa contingere, ob quę antelatio non sortiatur effectum, vel ex parte eius, qui habet anterioritatem, vt quia nolit contra illa bona experiri, vel ex alia causa, & propterea non possit tueri Possidentem saluiano conuentum, non applicatur facto, quoniam hypotheca est iam deducta ad actum restitutionis dotis soluto Matrimonio ob mortem Vxoris, & eodem tempore successit casus Euictionis ob molestias Pocciono illatas, & fallitur etiam in Iure, quia, cum Emptor habeat Bona Franciscæ obligata, potest etiam ipsa inuita vti iure Prelationis, quod illi competebat, *ex l.si cui C. de non num. pecun. Castren. in l. cum Seruum n.*2.*vers. nisi tertius, C. de seru. fugitiu. Ladercb.cons.*8.*num*.19. *Ciriac.controu.*252.*n*.42. *Decisio* 472. *num.* 2. *Rota diuers.part*.1.-nihil ad rem, vt colligitur ex verbis, quæ, vt oculo statim subiiciantur, libet referre.

Secundo respondebant, quod non est verum, Dominam Claricem potuisse, non obstante Censu, exercere hypothecam super Casale, quia cōsenserat Impositioni Census, & de euictione illius promiserat, in praiudicium cuius propter illius consensum nihil facere poterat. cum saltem obstasset sibi Exceptio. Vnde licet sibi praiudicauerit, respectu Census super Casali, non tamen sibi praiudicauit, quin possit tandem suam hypothecam exercere super illis Bonis Albani sibi specialiter hypothecatis, l. iubemus C. ad Velleian. & ita etiam respondebant ad id, quod pro parte Illustriss D. Cardinalis dicebatur de credito Affictuariorum, quod D. Clarix ad illud teneatur, eo quia de Anno 1574. *consenserat locationi, & sic ad illam, & omnia in ea contenta tenebatur, & quod postea de Anno* 1578. *eandem ratificauerit, quia, licet hoc sibi noceat, vt teneatur illi stare, non tamen sibi nocet, quominus super aliis Bonis, in quibus sibi non praiudicauit, possit pro rata exercere hypothecam sua dotis l. Iubemus C. ad Velleian Bald. singul.*27.*Socein. cons.* 200.*col*.1.*vers. & primo quod dicta renūciatio in* 1. Hactenus Rota.

Hæc decisio, in qua nullum sit verbum de cessione, tantū abest, vt probet id, ad quod allegatur, vt potius faueat Emptori, nā affirmat, Vxorē posse exercere hypothecam super aliis bonis, & quia promiserat de Euictione, non posse regredi ad Casale, cū illi obstasset Exceptio, quasi quod Rota habuerit pro efficaci obligationem Mulieris pro Euictione, & approbauerit regulam, quem † de Euictione tenet Actio, eūdē agēdo repellit exceptio *l.vindicantem ff. de Exception Rot.coram Merlin. dec.*543.*n*.6.*& par.*6.*recent.decis.*176.*num*.2.

122

Gabriel vero dicto cons. 41. refert iura, quæ loquuntur in simplici renūciatione, non autē in cessione, dū vero suadere pertētat, cessionē Vxoris, nō operari ad fauorem Emptoris, nisi pecunia ad ipsā peruenerit, adducit leges, & Doctores verba facientes de cessione ipsius crediti dotalis, circa quod

123 quod nulla hodie inuestigatio versatur, quia, † dum primus creditor retinendo creditum, ac hypothecam, cedit vltimo Creditori sua iura, videtur cessisse duntaxat temporis prælationem, adeo vt postremus primum, & primus postremum occupet locum, *vt admittere omnes scribentes in l.creditor, qui prior. §. si tecum ff. qui potior. in pignor. testatur Menoch. præs. 119. num. 1. & 2. lib. 3. & ratiocinatur subtilissime Salgad. labyrint. Creditor. par. 3. cap. 13. per totum, & signanter nu. 44 cum*

124 *seqq.* Et in puncto, † quod Viro vendente, & Vxore cedente iura, non dicatur facta cessio dotis, sed solius loci, in quem Emptor ingressus excludet omnes, qui contraxerunt post Mulierem, quæ subingrediens locum Emptoris, cui ipsa cessit, non amittit iura sua, sed recuperat post omnes Creditores intermedios in bonis Viri; præscripsit Senatus Neapolitanus apud *Franch. decis. 478. per totam. conueniunt Minad. decis. 29. & ibi Mo-*

125 *nac. in addit. nu. 11.* firmans, † quod Vxor habere non poterit recursum contra bona Mariti, quę per tertios possidentur, quia est ipsi satisfactum per cessiones, quibus primi Creditores vtuntur, & quod alias bis satisfieret eidem Vxori, cui remanet consultum agendi contra Maritum, heredes, & bona per ipsos possessa, *Giurb. obser. decisiu. 80. n. 20.* quod tamen secus esset resoluendum,

126 si Fœmina † cessisset integra iura suæ dotis primis Emptoribus, & postea voluisset transferre ad aliorum vtilitatem, nam primi duntaxat Emptores vterentur cessione, non autem secundi, in quos nihil transfudisset Mulier, cuius iura erant iam consumpta per cessionem primo emanatam, *vt perpēdūt Minad Monac. Giurb. allegati, & Frāch. decis. 75 per totam. & ibi Add.*

127 Et adeo ex hac † cessione iura dotis transfuerunt in Emptorem, vt ex eo, quod ipse valet regredi contra Mulierem pro Euictione promissa, non solum transmigrauerit prælatio descendens ex tempore, sed etiam priuilegiata ex lege, quæ alias nunquam vadit ad successorem singularem. *Neguf. de Pignor. membr. 4. par. 2 sub numer. 107. Campegg. de Dot. par 1 quæst 82 sub num. 1. Constant. Rogger. eod. tract. quæst. 9 sub num. 21. vers. adde rationem. Merlin. de Pignor. lib. 3. quæst. 47. numer. 40. & seqq.*

128 Quamuis autem aliqui Doctores velint †, remissionem hanc prælationis prodesse etiam intermediis, qui abdicato primo, præcedent etiam hunc Emptorem, attamen vltra cessionem, quæ dando iura cessionario, operatur, quod sit imago cedentis, certum etiam est, quod, cum renunciatio Mulieris restringatur ad fauorem illius personæ, cui fuit accommodata, ita vt proficiat illi tantummodo, & possessione ab eo, vel habente causam ablata, Mulier reintegretur ad hypothecam *ex l. iubemus C. ad Velleian. Menoch d. præs. 119. num. 3. Gallerat. renunciat. 66. num. 8. centur. 1. Franch. decis. 477. num. 4. Codex Fabrian. lib. 4. tit. 21. definit. 15. Merlin. de Pignor. lib 4 quæst. 110 num. 20. Rot. post ipsum decis. 68. num. 15. & seqq.* Prælatio, de qua agitur, iuuat illum solum, cui fuit remissa *Salgad. dicto cap. 13. num. 68. & 69.*

Nec ab re cessio hæc non restringitur ad solam

129 liberationem fundi è nexu hypothecę, quia † sicuti differunt inter se vendere, & venditioni consentire *l. aliud est vendere ff. de regul. Iur. Mangil. de Euict. dicta quæst. 113 nu. 1. & seqq.* Nam simplex consensus nudam renunciationem inducit *l. cum te ff de remission. Pignor. Bart in antiq. lectur. l. iubemus num. 6. C. ad Velleian.* & ipsa renunciatio nihil tribuendo, sed tantum a se abdicando non continet aliquam obligationem, siue intercessionem Vxoris *Bald Angel. & Castren. in d. l iubemus Bart Castr. & Salycet. in l. etiam C. ad Velleian Fulgos cons. 209. num. 1. & 2. Gallerat. renunciat. 66. num. 1. 2. 3. & 4. centur. 1.* ita ambo distinguuntur realiter à cessione, cuius natura trāsfundere est, *vt in propriis terminis aduerterunt Franch. d. decis. 478. iuncta decis. antecedenti 477. & Cancer. var. resol lib. 3. cap. 15. nu. 119. & 120.* quibus terminis, hac explicatione discretis, facile conciliantur, vel confutantur qui aduersari posse videntur.

130 Ad hoc autem, † vt huiusmodi cessio profecisset Emptori, non fuit necesse, pretium deuenisse ad Vxorem, quia, si fuisset soluta pecunia, cedens nihil penes se retinuisset, sed creditum totaliter in cessionarium transtulisset, at hic retinetur creditum, & hypotheca effecta tamen posterior, transfunditurque sola temporis antelatio, vt demonstrando discrimen inter vtramque cessionem arguit *Salgad. dicto cap. 13. num. 44. 45. 46. 48. 54. & seqq.*

Et quatenus etiam pecunia debuisset Mulieri exbursari, quod tamen in his terminis nunquam præsumerem opinari, equidem necessitati huic fuit satisfactum in ipso instrumento, dum Vir, & Vxor in solidum confessi fuerunt, pecuniam recepisse, & cessante ob superius adducta, dispositione *Velleiani, & Authen si qua Mulier*, quæ si vigeret, faceret præsumi pretium totaliter a Viro receptum, non est cur dubitetur, Vxorem accepisse illam pecuniam, ad cuius solutionem Euictione sequu-

131 ta, valide compelli posse, firmaui, maxime † cum ad fauorem Emptoris, quicquid fit inter ipsos coniuges, semper præsumatur, quod Vxor receperit, *vt in terminis Cessionis dixit Minad. d. decis. 29. & expendunt Doctores allegati superius §. data igitur vers. & in terminis*, ex quorum scriptis, si debita attentione legentur, omnis occasio dubitandi dicetur adempta.

Cui argumentationi fuit perperam responsum, ipsosmet Doctores explicare, *& Thomat. d. decis.*

132 *109. num. 12.* animaduertisse † quodnam sit hoc præiudicium, vt scilicet possit Mulier in subsidium ad bona alienata redire, quia nec vnquam id somniauit *Thomat.* nec dixere *Boer Fontanell & alii*, qui, dum concesserunt Vxori regressum subsidiarium ad Bona alienata, moti fuerunt, ne illa indotata relinqueretur. Vt autem conuincatur explicationem hanc temerè, ac ceruicosè istis Docto-

ribus

ribus tributum minime substineri, poterit considerari, quod non solum regressus hic indulgetur Mulieri obligatę, cedenti iura, & pretium confessę recepisse, si fuit lęsa in dote, sed etiam si renunciauit simpliciter Pignori. *Thesaur. d. decis. 223. num. 17. & 18. Cost. remed subsid 85 num 1. 2. & 5. Cancer. dicto cap. 15 num. 99. 100. & 101. Castill. decis. Sicil 234 n. 6* nec adessent alia bona Mariti, in quibus releuari valeret, *Roland. cons. 70. num. 1. & seqq lib 2. Guttierez dicto cap. 1. n. 17. 18. & 19. Cod. Fabr. lib. 4. tit. 21 definit. 13 & definit. 26. Monac. ad Minad. d. decis. 29 numer. 4. vers. sed in contrarium*. Et tamen in hoc casu nulla est pręsumptio ad fauorem Emptoris, Mulierem aliquid recepisse, quia, vt iam distinxi, renunciatio nullam comprehendit obligationem. Sed fortius hoc comprobatur *ex eodem Fontanell. dicta par. 13. n. 35. & 36.* firmante, quod, si Pretium vere deuenit ad Virum consensus ille Mulieris, quod solutio fiat Marito operabitur illius obligationem, & tandem se refert *ad par. 12. præcedentem num. 54. & 55.* vbi quod, licet præsumptio sit, dotem fuisse solutam Patri administranti, stante tamen obligatione solidi indiscriminatim, contra Filium etiam ad condemnationem proceditur, & quod ita

133 seruatur in Cathaloniæ Senatu. Que† tamen obligatio Vxoris, etiam iurata, minime substineretur, si non esset illi consultum super bonis Mariti, sed enormiter læderetur in dote: *Thesaur. d. decis. 223. num. 9. & seqq. Cost. de ration. rat. quæst. 42. num. 8. cum cæteris supra relatis in §. Quæ duæ limitationes*. Ex quo expresse colligitur, regressum semper concedi ex sola causa lęsionis antedictæ, & si re uera Mulier ipsa Matrimonio constante pecuniam recepisset, nisi tamen effectam esse locupletiorem probatum existeret, iuxta distinctionem *Afflict. dec. 31. num. 5.* quam communiter amplectuntur scribentes.

Quod vero tempus pro lęsione inspicienda

133 spectandum sit, † an obligationis, & renunciationis sequutæ, an vero restitutionis dotis, non conueniunt Doctores, nam tempus obligationis attendendum, scripserunt *Salgad. labyrint. Creditor. par. 2. cap. 4. nu. 77. 78. & 79. Merlin. de Pignor. d quæst. 18. num. 43 67. 68. & 74. Rot. post Gilian. ad Statut. Perus. decis. 91. num. 7.* diem vero restitutionis firmauerunt *Seraphin. priuileg. iuram. 76 num. 12. Cancer d. cap. 15. num. 102. Gallerat. d. renunciat. 66. sub num. 5 vers. est modo aduertendum. Fontanell de pact. nuptial. clausf. 7. glos. 2. par. 6. num. 17. & 18. Gratian discept Foren. 723. num. 30. Hodiern. ad Surd d decis. 86. numer. 22. & 23. Afflict. decis. 313. Magon decis Florent. 68. num. 6. Vincent. de Franch d decis. 477. nu. 14 Cod. Fabr. lib. 4 tit. 21. definit. 13. & lib. 8. tit. 14. definit. 7. Rot. post Zacch. de oblig. camer. decis. 100. numer. 6* hanc opinionem magis æquam appellans. Alterutra autem ex istis opinionibus relatis etiam per *Altograd. co nsil. 26. sub numer 22. & 23. vol. 2.* sit in iudicando sequenda, parum hodie refert discutere, cum Mulier non petat, nec fuerit probata læsio, quinimo adsint multa bona Viri, vt probant Te

134 stes examinati. An vero obligatio † mulieris lęsiua rescindatur in totum, vel pro parte, cum hodie non sit opus discutere, eruntconsulendi *Thesaur. Iun. quæst 65. lib. 2. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. par. 6. a numer. 21. Bottilier. de success. cap 2. theorem. 88. & Salgad labyrint. Creditor. par. 2. cap. 4. num. 7 8. 9. & a numer. 68. vsque & per tot num. 82.*

Quæ difficultates, si fuissent excitatę in causa diffinita per *Thomat. d. decis. 109.* in cuius casu, volui enim oculariter videre instrumentum, aderant iuramentum, renunciatio Authen. si qua Mulier, cessio iurium, & obligatio in solidum pro euictione, vtique Rota Maceratensis non decidisset articulum contra Emptorem, & sententia ibi lata, non remansisset, prout remansit iniusta.

Cumque propterea resoluerim, sententiam Pretoris fuisse abolendam, non me deterruit in-

135 ualiditas † obligationis Vxoris deprompta ex metu Reuerentiæ erga Virum, quia deficientibus verberibus, vel minis, lęsione, vel aliis in simili ponderatis per scribentes, solus metus reuerentialis non est satis ad infringendum contractum. *Guttierez de iuramen par. 1. cap. 1. num. 15 & 16. Thesaur. quæst. Foren. 51. num 3. & 4. lib. 1 Fontanell de pact nuptial claus 7 glos. 2 par 6. num. 3. & seqq. Doctores relati ab Hodiern. controu. 16. num. 21. Arias de Mesa variar resol. lib 3. cap. 36. numer. 3 & per totum Caren. resol. 85. numer. 15. 16. & 17. Merlin. Pignatell controu. 39. numer. 24. lib. 1. Buratt decis 628. num 5. & 6 & Add. nu 9.*

136 Presertim accedęte† pręsentia Consanguineorū, & decreto Iudicis, quod omnem metum excludit. *Amat. decis. March. 46 numer 31. Sperell. decis 16. num. 56. Rot. coram Gregor XV. decis. 120. numer. 24. & 25. coram Buratt. decis. 783 num. 12. coram Duran. decis. 158 num. 8. & post Cenc. de cens. decis. 32. num. 20.*

Et ita &c.

Adsit Deus, & Virgo Deipara.

Reuer. Pater In proposita facti specie, An Statutum desferens lucrum Marito ob mortem Vxoris, loquens de dote data, locum sibi vendicet in dote promissa, quando dies solutionis post mortem Vxoris cesserit.

Pro negatiua opinione. Primò adducitur, sta-

137 tutum † esse contra Ius commune, quia priuat Mulieres facultate disponendi de tota dote, & hęredes illius successione eis debita, & contra eiusdem voluntatem defert lucrum Marito; ideò esse

138 † stricte intelligendum, absque eo quod extensionem pariatur de dote data ad dotem promissā, vt post DD. ex aduerso relatos, firmat, aliis recensitis *Altograd. cons 29. nu. 14. 15. & seqq. vol. 2.* Quod eo magis procedit in statuto Æsino, de quo agitur, quia est præcisum, ad litteram debet intelligi, & non admittere interpretationes alienas à littera: ac proindè, cum aliud sit dare, aliud promitte-

mittere, non est interpretandum, vt loquens de dote data extendatur ad promissam, sed de data præcisè intelligendum sit.

139 Secundo, quia quando statutum loquitur† cum certa qualitate, non habet locum, nisi illa qualitas concurrat, & probetur *l. mancipia. 5. C. de seru fugit. cum alijs per Altograd. d. conf. 29. num. 13.*

140 Tertiò qui a dos † promissa non est proprie dos data. *l. vltima* ibi *Dos data, vel promissa. C. sol matrim Altograd. d. conf. 29. num. 11. & pluribus relatis. num. 16*

141 Quarto quia hęc opinio firmatur † communi DD. calculo, vt præter triginta tres DD. ex aduerso allegatos, alios addit *Altograd. d. conf. 29 num. 10 & 16.* vbi vocat verissimam, & receptissimam, & contrariis respondet, eamque dicitur ex aduerso fuisse approbatam sexies *à Rota, vt coram Giptio in Asculana lucri dotis. 22. Maij 1598. relata per Gratian. dec. 230. coram Seraphin. dec. 248. coram Gregor. XV dec. 21. num. 4. apud Salgad. in labyrint. Credit. dec 14. num. 4. & dec. 18 numer. 1. & coram Albergato in Romana lucri dotis 1650. & alibi semper.*

142 Quinto quia, cum † huiusmodi statutum sit contra Ius commune, indiget specifica summi Pontificis confirmatione, qua non valet. *Merlin. decis. 698. num. 6. & decis. 740.*

Quibus tamen non obstantibus, si ad veritatis trutinam reuocabimus rationes, & autoritates, & in disputatione veritas limabitur, inueniemus profectò affirmatiuam opinionem, tanquam melioribus suffultam rationibus, & fortè frequentiori DD. calculo receptam esse probabiliorem, & veriorem.

143 Primò, quia † statutum deferens Viro ob mortem Vxoris certam quantitatem dotis pro lucro, est fauorabile *Purpurat. in l. cunctos populos. num. 130. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Rot. coram Seraphin. inter eius impressas decis. 250. numer. 2.* nam vltra rationem communiter receptam, de qua infra, semper subintelligitur illa, vt Mariti facilius inuitentur ad contrahenda matrimonia. *Seraphin. d. dec. 250. num. 2.* quod Reip. interest, vt Ciuitates liberis hominibus repleantur, & Imperium hominum adiectione amplietur *l. 1. ff. sol. matrim. l. cum ratio. 1. § fraudis. ff. de portion. damn. quæ liber relinq. l. 2. C. de indict. viduit. toll. l. 2. C. comm. de Manumiss. cum vulg.*

144 Quod comprobatur, † quia ad cognoscendum an dispositio statutaria sit fauorabilis, vel odiosa, duo attenduntur, Alterum principalis intentio statuentium, Alterum, an statutum sit passim receptum, vel ne, vt perbelle firmat *Rot. viden. dec. 53. per tot. & signanter num 7. recent. part. 3.*

145 Cum † ergo vtrumque hic concurrat, & ratio, qua mouentur statuentes ad concedendum huiusmodi lucrum Viris sit propter onera matrimonii, & vt facilius inuitentur ad illud contrahendum, quod est fauorabile, vt deduxi, dum Viri non ità facilè contrahunt matrimonia, prout Mulieres, *Soc. in l. cum fuerit. 15. numer. 4. ff. de condit. & demonstr. Saluiol. in repetit. Rubr. ff sol. matrimonium 93. Rip. in d. rubr. sub num 69 vers. ad illud respondet;* & passim huiusmodi statutum sit receptum

146 per Italiam, † vt in Ciuitate Romæ adest *statutum lib. 1. cap. 131. & ibi Fenzon* Bononię *Buratt. dec. 174.* Florentię, & Bononię *Rot. in recent. decis. 174 & 229 part. 4. tom. 1.* Ianuę *in Romana, seu Ianuen. Quarti dotalis coram Ghislerio.* Perusiæ *Rot. decis. 43. apud Gilian. ad dictum statutum.* Ferrarię *Rot. recent. decis. 113. part. 2.* Neapolis *Afflict. decis. 226.* Mediolani *Carpan. cap. 298. part. 1.* Lucæ *Thesaur. decis. 195. Phanucc. in tract. de lucr. dotis,* quem composuit super d. Statuto. Vercellar. *Thesaur. d. decis. 195. Osasch. dec. 21.* Rauennę *Bero. cons. 41. vol. 1.* Spoleti *Mantic. decis. 337.* Ciuitatis Castelli *Gregor. XV. decis. 5.* Nouarię *Curt. Iun. cons. 129.* Casalis *idem Curt. d. cons. 129. num 8. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. num. 36.* Eugubij *Bart. cons. 133. vol. 1.* Callij *Rimin. Iun. cons. 600.* Cæsenę *Coccin dec. 43. & dec. 213.* Fani *Gregor. XV. decis. 5.* Anconę *Amat. decis. Marchiæ 27.* Firmi *Rot. diuers. dec. 261. part. 4. Coccin. dec. 60.* Imolę *Merlin. decis. 38.* Maceratæ *in Maceraten. lucri dotis. lune 10. Aprilis 1617. coram Innocentio Decimo. Gratian. discept. 607.* & passim per totam Italiam, sequitur necessariò

147 † huiusmodi statutum esse fauorabile, ac late extendendum, & maxime stante fauore publico, vt deduxi. *Crescent. dec. 3. num. 7. & seqq. de Constitut.* etiam quod illud esset intelligendum ad litteram, nec vllam interpretationem admitteret. Ità, pluribus relatis firmat *Alderan. Mascard. de gener. statut. interpret. conclus. 4 à numer. 148. vsque ad 155* & videtur etiam sentire idem *Altograd. cons. 30. sub num. 50. vers. Nam respondetur Primò,* ibi, *& hic intraret consideratio, an hoc statutum sit fauorabile, vel odiosum*, & clarius *cons. 97. num. 4. vol. 2.*

148 Secundò, quia † lucrum dotis defertur Marito propter onera Matrimonij, vt de crebriori infinitis allegatis, testatur *Rol. de lucr. dot. quæst. 4 nu. 10. & seqq. & cons. 74. numer. 60. vbi de communi. vol. 1. Aret. § fuerat. sub num. 29. vers. 5. adducitur ratio. Instit. tit. de act. Dec cons. 67 sub num 1. circà fin. vers. sed prædictis minimè obstantibus, & numer. 2. & maximè in vers. sed lucrum dotis. Decian. cons. 31. sub numer. 5. vers. quia secundum communem opinionem. vol. 2. Peregrin. cons. 89. num. 19. vol. 1 Rot dec. 43. nu. 10. vbi de magis communi apud Gilian. ad statut. Perus. & dec. 72. in princ. apud Fenzon. ad statut. Vrb.* & precipuè propter eas impensas, quas ab initio supportant in vestiendo, & conducendo Vxorem, vt considerat *Salicet. in l. cum in ff. 6. C. de donat. ante nupt. Abb. cons. 1 lib. 1 sub num. 7 vers. Nullam ergo aliam bonam. Alex. in l. si cum dotem. 23. § transgrediamur. num. 12. vers. hæc autem secunda ratio ff. sol. matr. Soccin. in l. cum fuerit. 15. prope finem. vers. sed magis placet ff. de condit. & demonstr. Felin. in rubric. de sponsal. sub nu. 8. vers. Et matrimonium de præsenti. Ias. in § Item si quis in fraudem. numer.*

30. In-

30. *Institut. tit. de action. Rip. in rubr ff sol matrim. numer 67. prope finem. Adrian. Neguf quæst.* 443. *num.* 12. sed huiusmodi ratio multò magis procedit in dote promissa, quam in data *Salicet. in l. si constante col.* 2. *numer.* 4 *vers Nota ad quæstionem. C. de donat. ante nupt. Ruin. cons.* 133. *nu.* 4. *vol.* 4. *Ant. cons.* 179 quem refert, & sequitur *Add ad Bart in l iubemus.* 14. *§. sanè in littera D. post med. vers. & adde, quod Antonius C. de sacros. Eccles Phanuccius de luer dot. in verb. restituenda num.* 12. *Matth. Brun. cons* 90. *sub num* 2. *vers Et huius lucri ratio. Cutell. de donation. contemplat. matrim part* 2 *special* 31. *num.* 6. *Post. resol* 81. *nu.* 13. *&* 14 *& fuit dictum in Ariminen legati.* 20. *Nouembris* 1596 *coram Litta*, & sequitur *Rot. d. decis.* 72. *in princ vers imo multo magis. apud Penzon. ad statut Vrb. & dec.* 14. *num.* 7. *apud Salgad. in labyrinth. Credit.*

149 Neque resistunt † responsiones allatæ huic rationi *per Altogr id. d cons.* 29 *num.* 25. *& seqq. vol.* 2. Primò, dum dicit, non censeri vnam tantum rationem onerum matrimonii, sed aliam, quo casu non licere argumentari à rationis identitate; quia, præter quam quod ratio onerũ, relictis aliis, est communiter approbata a Doctoribus, ex deductis, & præsertim *ex Rol. d quæst.* 4. vbi, relictis aliis, hanc, vti magis receptam sequitur, & fatetur idem *Altograd. cons* 23. *num.* 38. *&* 39. *vol.* 2. quando etiam subintelligatur alia, vt Mariti facilius inuitentur ad contrahendum matrimonium, multò magis allicerer illos, si lucraretur quoque partem dotis, nedum datæ, sed promissæ, quandoquidem vnus quisque maius semper lucrum appetit, quam minus, & infrà latiùs deducam in resolutione tertiæ responsionis.

150 Multò minus refragatur † secunda responsio, maiorem rationem concurrere in dote data, quam in promissa; Tum, quia, quando data est, vtitur retentione, quæ facilius conceditur, quam petitio: Tum, quia dos data iam alienata est, & extrà substantiam Patris, quod non contingit in dote promissa: Tùm, quia est diuersa ratio, quoniam in statuto dicitur data ad exclusionem promissæ, vt scilicet Maritus Vxore orbatus minus grauetur in reddendo, & minus sua bona diminuat, quod non consideratur in promissa tantum, & vbi est diuersa, aut minor ratio non admittitur extensio de casu ad casum.

151 Quia, pace tanti Viri, † hæ rationes nihil concludunt, quoniam maiorem recipit vtilitatem, Maritus, si vltra retentionem lucri dotis datæ, habeat quoque actionem petendi lucrum dotis promissæ, quando cesserit dies *Mantic. dec.* 337. *per tot. Add. ad Buratt. dec.* 432. *sub num.* 11. *vers. Notandum tamen. Rot dec* 14. *num.* 5. *apud Salgad. in labyrinth credit. Altograd d cons.* 30. *prope fin. vers Quatenus vero vult* Et licet facilius concedatur retentio, quam petitio, attamen ex hoc non sequitur, vtilius non esse habere plura remedia retentionis quoad datam, petitionis quoad promissam, & hanc rationem, licet non ita clare sentit *Ruin. cons.* 225. *sub numer.* 4. *vers nec est verum. vol.* 1. Quinimò, cum durante anno concesso ad restitutionem dotis possit contingere, vt cedat dies solutionis partis dotis promissæ, vt inferius deducam, si facilius conceditur retentio, quam petitio, plus dotis retineret Maritus, minus grauaretur in reddendo, & minus deberet petere.

152 Neque subsistit †, in statuto dici dotem datam ad exclusionem dotis promissæ, sed quia à communi contingentia dotes iam antea solent esse Maritis solutæ, cum Matrimonium dissoluitur, ideò dictum verbum, data, quod exprimitur causa frequentioris contingentiæ, non excludit casum minus frequentem. Ità hanc difficultatem resoluit *Phanucc. de lucr. dot. in verb. restituenda num.* 6 *Soccin. Iun d. cons.* 35. *sub num.* 8. *vers. Nec minus videntur, & num* 9. *vol.* 1. *Rot. dec.* 248. *sub n.* 6 *vers & eo modo. diuers part.* 4.

Nec aliquid operatur, dotem datam esse alienatam, & extrà substantiam Patris, quia dos promis-

153 sa † potest dici etiam alienata, nam abesse videtur ex bonis promittentis id, pro quo quis est alteri obligatus, vt benè considerat *Paschal. de vir. patr potest. part.* 1 *cap.* 4. *num.* 113. Et si grauatur Pater soluere dotem promissam, adimplet officium paternum. *l qui liberos.* 19. *ff de rit. nupt. l. fin.*

154 *C. de dot. promiss.* releuatur † tamen Maritus a patre onerum supportatorum, dum facit expensas respectu totius dotis, & datæ, & promissæ, aliàs enim sequeretur absurdum, quod esset melioris conditionis Pater, qui dotem non soluit, quam qui soluit vt considerat *Soccin. d cons* 35 *numer* 5 *vol.* 1, *Ceph. d. cons.* 336 *sub num.* 27. *vers Nono si statu-*

155 *to*; Et tamen † passim videmus, Patrem non tantum teneri reseruare pro secundis nuptiis filiæ dotem datam, quæ è Patris substantia exierat, sed etiam dotem promissam, quæ non exierat, & alienata non erat, vt po't multos firmant *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. numer.* 35 *Soccin Iun. d. cons.* 35. *sub num.* 27. *vers. Octauo prædicta confir-*

156 *mantur* Prout neque † concludit ratio diuersa, quia illam retorquendo dico, quod Maritus Vxore orbatus minus grauaretur, & Bona sua non ita diminueret in reddẽdo dotem, dum posset contingere in spatio anni, quem habet ad restituendam dotem, cedere diem solutionis dotis promissæ, cuius partem lucrando id minus teneretur restituere, minus diminueret eius Patrimonium, & maiorem quantitatem retineret.

157 Nec afficit † tertia responsio, quod, quando in statuto non exprimitur ratio, non potest ex ea fieri extensio, quia, cũ illa, vel vnica sit, vti communiter approbata a DD. etiam subintellecta alia, magis inducente Maritos ad contrahendum matrimonium, perinde est, ac si esset expressa *gl ff & DD. in l quamuis* 15. *C. de fideic. vbi Bald. in princ. vers. & cum vna sola. Castr. num.* 4 *Ias numer.* 6. Adeò vt ab ea licite fiat extensio, etiam in correctoriis, *vt post Castr. Ias. Surd. & alios, firmat Buratt dec.* 22. *num.* 6. *& seqq.* & præsertim, quia hic non agimus de extensione, sed de comprehensione,

sione, quæ facilius admittitur, vt perbelle respondet *d. decis. 53. num. 12. recent. part. 3.* quia eadem ratio onerum decidit omnes casus, tam dotis datæ, quam promissæ, qui veniunt sub ratione, non vi extensionis, sed comprehensionis, *vt post Petr. Cyn. Alex. & Abb. tradit Surd. cons. 302. num. 22. cum aliis relatis per Rot. in recent. dec. 84. numer.* 158 10. & 11. *part. 4. tom. 2.* Vel etiam si † essent plures rationes, eum tamen conueniant ad idem, & omnes multo magis procedant in dote promissa, quam data; desumitur quoque argumentum ab identitate rationis, vt latè aduertit *Monterent. ad statut. Bonon. lib. 4. sub rubr. de dot. restitut. col. 4. per tot. Gratian. disceptat. 331. nu. 5. cum trib. seqq.* Et licet id libenter admittat *Altograd. cons. 30. sub num. 50. vers. Nam respondetur Primò ibi; licet non me lateat, & infrà vers. quod ego hic libenter admitto;* quando non agitur de extensione statuti ad correctionem Iuris communis, attamen ex dedu- 159 ctis supra † *ex Buratt. post alios, quos allegat decis. 22. numer. 26. & seqq.* etiam in correctoriis admittitur extensio. *Surd. dec. 139. numer. 8. & dec. 192. num. 15. & 16. Gregor. XV. decis. 293. numero 12. & seqq. Buratt. dec. 253. num. 9. & ipsemet Altograd. cons. 97. numero 2. cum trib. seqq. vol. 2.*

160 Minus quarta subsistit, aliam esse † dotem datam, aliam esse promissam simpliciter, quia quoad lucrum, de quo agitur, quod est fauorabile, eadem est dos data, & dos promissa, vt probauimus, vel saltem, si impropriè, & per fictionem esset eadem, sufficeret, dum versamur in statuto fauorabili, vt fatetur idemmet *Altograd. d. cons. 30. sub num. 50. vers. Nam respondetur Primò.*

161 Tertiò principaliter † quia sub appellatione dotis datę in statuto venit dos promissa, quando aliàs sequerentur plura absurda. Absurda autem 162 maxima † essent, quod Mulier, quę plus contulisset in matrimonii fauorem, & eius onerum, quia totam dotem soluisset, & plus in vinea matrimonii operata esset, plus perderet de sua dote, quam quæ nihil, vel parum operata esset, & dotis paruam quantitatem soluisset. Et è contra Maritus, qui pendente vrbana dilatione concessa, dicta onera de proprio sufferret, minus lucraretur, & tanquam de bono opere lapidaretur, afflictoque afflicto, qui non percepit fructus; & in vinea matrimonii sumptus fecit, adderetur, atque odia ampliarentur, quæ omnia essent iniquissima, & impiissima. *Cephal. cons. 336. sub num. 27 vers. Nono, & num. 34. vol. 3. Ruin. d. cons. 133. sub num. 7. vers. Et quia clausula. vol. 1. Socin. Iun. cons. 35. num. 15. vol. 1. Peregrin. cons. 89. numer. 28. vol. 1. Matth. Brun. cons. 90. sub numero 2. vers. si essem Gratian. dec. 230. num. 17. cum aliis per Altograd. d. cons. 30. sub numero 43. vers. Quintò quia alias dicendo.*

163 Quarto, quia † qui habet actionem, rem habere videtur. *ad text. in l. qui actionem. 15. ff. de reg. Iur. l. 2. §. peruenisse ff. de hered. vel act. vendit.* Ità in proposito argumentatur *Bart. in d. cons. 133. vol. 1. nu. 3. Socin. iun. d. cons. 35. n. 7. Add. ad Bart. in d. §. sanè in littera D.* nam dos ad certam diem promissa, eodem modo est debita, sicuti purè pro- 164 missa, nam debitum est formatum, & dies † adiectus differt exactionem tantum, non tamen suspendit substantiam debiti, & ipsam obligationem. *Surd. dec. 151. num. 6. Rot. recent. dec. 642. num. 4. part. 4. cum alijs per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 13 num. 36. & 37.*

Cui argumento non satisfacit responsio, illud procedere per fictionem, quæ non habet locum in statutis exorbitantibus, & odiosis, quia, cum iam 165 sit probatum, † statutum deferens lucrum dotis esse fauorabile, & inferius deducam, non esse exorbitans, sed conforme Iuri communi, iam sequitur, extendi etiam ad casum fictum, vt post plures *Alderan. Mascard. de gener. statut interpret. conclus.* 166 10. *num. 40. & 41.* vbi ampliat, † etiamsi statutum partim esset fauorabile, & partim odiosum. 167 Imò, † quando eadem est ratio in casu vero, prout in ficto, vt hic, tunc fictio habet quoque locum in statuto exorbitanti. *Alderan. Mascard. vbi supra num. 37. & 42.* & præsertim ad effugiendum absurda. *Alderan. Mascard. d. conclus. 10. numer. 36.* eoque magis, quando agitur de fauore publico *Alderan. Mascard. vbi proximè. num. 16.*

168 Quintò, quia dos † promissa ita appellatur dos, sicut data, vt ex veriori, & crebriori sententia firmat *Rol. de lucr. dot. quæst. 5. per tot. Marescott. variar resol. lib. 1. cap. 42. num. 4.* vbi de veriori, & communi plures Rotæ decisiones allegans; Et ex communi vsu loquendi dicitur data, quamuis solum promissa sit, prout audimus quotidie dici, Talis dedit filiæ suæ mille pro dote, cum primum ita promiserit *Rol. d. quæst. 6. à num. 6. & 7.* & iste communis vsus loquendi passim seruatur, & fuit, & est notorius, quo casu sufficit allegatio, absque alia probatione. *Dec. cons. 284. num. 10. cons. 540. num. 12. Crauett. cons. 133. num. 5 Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt lib. 1. interpret. 1. dubit. 3 sol. 11. num. 7.* & in puncto satis esse omnibus notum, communiter dici, Talem pro dote suę filię tantum dedisse, licet per eum fuerit solum promissum, testatur *Rot. diuers. d. decis. 248. num. 9. & 10.* vbi receptissimum apud omnes dicit. *par. 4.* & hunc casum esse alienum a dubitatione, *dicit Gypt. ad decis. Bonon. 26. in littera A. vers. vbi constituit duos casus.*

169 Hinc videmus, † Mulieres excludi a successione feudi, tam propter dotem datam, quam propter promissam *Cutell. de donat. contempl. matrim. par. 2 special. 31. num. 10.*

170 Prout quoque, † statutum excludens Mulieres dotatas, comprehendere, tam eas, quę verè, & realiter habuerunt dotem, quam illas, quibus fuit promissa *Anchar. Iun. quæst. 33. lib. 3. nu. 5.* vbi de communi testatur.

171 Hinc quoque † proficiscitur consuetudinem Martini, quamuis introductam iuxtà terminos *l. Dos à Patre profecta. 4. C. sol. matrim.* quæ loquitur de dote data, & soluta, adhuc habere locum in dote promissa *Rot. diuers. d. decis. 248. numero 8. & d.*

& d. decis. 641 numer. 3. recent. part. 4.

172 Hinc etiam † fit, quod, licèt Pater non possit minuere dotem datam primo Viro eius filiæ, si vult illa transire ad secundas nuptias, vt fuit dictum *in Romana dotis 26. Aprilis 1616. coram Vbaldo §. Nec facit*, procedit quoque, si dos non fuit data, sed solum promissa *Soccin Iun. d. cons. 35 sub num. 13. vers. confirmatur vol. 1.*

173 Sextò, quia hanc † opinionem sequuntur magis communiter scribentes.

Bart. cons. 132. vol. 1. qui, licet loquatur in casu moræ, adducit tantum vnam rationem pro moroso; & alias in non moroso *vers. Præterea non probatur, & vers. Præterea confitendo.* ex quibus idè vult clarè cessante mora, vt benè declarat *Cagnol in l. 2. num. 22 de pact. inter empt. & vendit* & considerat *Gratian. d. decis. 230 num. 13.*

Bald. in l. fin. num 3. C. de dot. promiss. quem pro hac parte adducit *Soccin. d. cons. 35. nu. 10. vol. 1.*

Angel. cons. 180.

Salicet. in l. si constante sub num. 4. vers. Nota ad quæstionem C. de donat. ante nupt. vbi dicit tutiorem.

Ias. in rubr. ff. sol matr. num. 20. vbi testatur de veriori.

Soccin. Iun. ibidem part. 1. num 53. & in cons. 35. vol 1. quem refert, & approbat *Gregor XV. decis. 204. num 26. in fine*, & clariùs *Rot. d. decis. 248. diuers. part. 4. sub num. 6. vers. quia fuit responsum, & num. 7.* vbi dicit illum melius sensisse, dum erat Iuuenis, *in d. cons. 35.* quàm senior factus *in cons. 114. vol. 3. nu. 3* & nimirum, quia quanto iuniores, tanto perspicaciores, & satis apparere ex falsa causa motum suam primam veriorem, & æquiorem mutasse sententiam.

Bolognin. in d. rubr. ff. sol matr. num. 157.

Rum. ibid num 283. & cons. 133. num 4. & seqq. volum. 4.

Parpal. ibid. in repetit num. 29.

Alciat. in l. restituere videtur 75 ff. de verb. signific.

Guid pap. decis. 565 num 3.

Tiraq. in l. si vnquam in verb donatione largitus nu 74. C. de reuocan. donat. & de retract. conuent. in fin. num. 36. & seqq. in quo loco illum approbat *Rot. decis. 72. circà finem apud Fenzon. ad statut. Vrb.*

Cephal. cons. 336. vbi alias rationes adducit *vol. 3.*

Port Imol cons. 85. num. 33.

Gratian. decis. 230. num 13. vbi dicit, hanc esse magis receptam opinionem, veriorem, & maiori auctoritate roboratam *& num 17. vsque ad fin.*

Menoch. de præs. lib. 6. præs. 1. num. 22. vers. Existimo.

Barbos. in cap. plerumque num. 16. in fin. de donat inter Vir. & Vxor.

Peregrin. decis. 18, num. 15. & in addit. ad cons. 3. Paul Leonij.

Syluan. cons. 2. num. 76. & 77.

Adrian. Negus. quæst. 443. à nu. 9. vsque ad fin.

Rot. Bononien. decis. 25. à num. 1. vsque ad 15. vbi de magis communi.

Add. ad Bart. in l. Iubemus. 14. §. sanè. C. de sacr. Sanct. Eccles. vers. & adde. vbi dicit opinionem *contra Bartolum* esse communem.

Ans cons. 179.

Cutell. de donat. contempl matrim. par. 2. special. 31. numero 10. vbi citat, idem tenere quatuor Doctores mox allegandos.

Canet. in repetit. cap. si aliquem. Constit. de success. vers. sed si dos fuerit promissa tantum.

Blasch. Lancea in d. cap. si aliquem. quæst. 8. numer. 108.

Cumia ibidem. verb. maritata. num. 311.

Regen Vrsin. de success. feud. part. 3. quæst. 1. art 2.

Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 23. numero 16. & 17.

Posth. resol. 81. à numero 1. cum seqq. & pracipuè. num. 10.

Fenzon. ad statut. Vrb. cap. 131. num. 10. lib. 1.

Add. ad Gregor. XV. decis 5 num. 11.

Add. ad Buratt. decis. 432 num. 11.

Boer. decis 22. nu. 13. vbi de communi, & refert, ità tenere duos infrascriptos Doctores.

Alber. Brun. in tract. de statut. quæst. 7. membr. 4.

Io. de Garron. in l. hac adictali. vers. & subijcit pro veritate huius articuli C. de secund. nupt.

Alex. cons. 63. num 26. vol. 4. vbi de communi, quem approbat, reiecta contraria opinione, *Rot. d. decis. 72. apud Fenzon ad statut. Vrb.* & pro hac illum esse numerandum, dicit *Mart. in rubr. ff. sol. matr sub num. 17. vers. sed in veritate*, vbi subdit, pro hac parte multò plures numerari Doctores.

Afflict. in Constit. Regni 2. part. in verb. licentiam sub num. 11. vers. & Alexander.

Paul Leonius cons. 3. cui le subscripserunt, *vltrà Cephal. & Peregrin.*

Decian. &

Panciro l.

Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 42. num. 5.

Calcan. cons. 31. numer. 17. & sub num. 19. vers. Etiamsi statutum loqueretur per verbum dotis data, vel recepta, vbi dicit, *Bart. in d. l. Iubemus. 14. §. sanè*, & alios disputantes malè dixisse;

Matth. Brun. cons. 90. numer. 3. & 6. vers. quamuis Bartolus.

Corn. cons. 67. num. 1. vol. 1.

Gabr. cons 165. nu 9. vol. 2. dum secundò refert opinionem *Cephal. d. cons. 336. vol. 3. & Port. d. cons. 85. num. 32* & pro hac opinione illum allegat *Rot. in recent. d. decis. 642. numer. 3. & Merlin. d. quæst. 13 sub numer. 34.*

Ioseph. Ludou decis Perus. 21. à nu. 9. vsque ad 14. vbi testatur de communiori.

Add. ad Iason. in § fuerat. num. 17. sub littera B. Instit. tit. de Action.

Thesaur decis. 190 nu. 9. qui pro hac opinione allegatur *in d. decis. 642. num. 3. & per Merlin. d. quæst. 13. sub n. 34. vers. licet illi casus.*

Gabr.

Gabr. Saray. ad Mathesil sing. 73. n. 1. & nu. 3. vers. & ità contrà Bart. tenent communiter Doctores.

Et Mart. in d. rubr ff sol. matr. licèt contrariam opinionem sequatur, hanc dicit habere multò plures Doctores, & appellat communem, *& numer.* 14. pro hac opinione citat sex alios Doctores vltrà superius relatos, prout eos quoque refert *Osasc. d dec. 21. num. 5. nempè.*

Cuman. cons. 106.

Abb. cons. 46 sub numer. 2. vers. venio ad secundum. vol. 1.

Curt Iun. cons. 4. num. 17.

Carol de Tocco gloss. t. Longobardarum l. in tit. de his, quæ sine voluntate Mundualdi ad Maritum anhelant. l. fin.

Paris cons. 34 num. 1. vol. 3.

Soccin. sen. cons. 80. num. 27. vol. 4.

174 Et hanc † opinionem verè semper sequuta fuit Rota Romana, *vt per Gregor. XV. dec 5. dec. 21. & dec. 394. n. 15 & seqq. & apud Fenzon. ad statut. Vrb. de cis. 72. circa fin.* vbi dicit contra *Rol. de lucr. dot. quæst. 6.* esse opinionem magis veram, cū alijs decisionibus allatis *per Add ad Gregor d. dec. 5. n. 11. & per Add. ad Buratt. d. decis. 432 sub n. 11. vers. Imò si statutum.*

175 Postremò in casu † proposito appellatione dotis datę venit dos promissa, quia, cum rubrica d. statuti Æsini loquatur generaliter de dotibus restituendis, licet in nigro addat verbum, *datum*, generaliter est intelligenda. vt comprehendat, tam dotem datam, quam promissam, vt fusissime probat *Altograd d. cons. 30. per tot. vol. 2.* in nihilo obstante

176 te dictum verbum † *Restituendis*, quia est verbum æquiuocum, & varias habens significationes, vt benè ratiocinatur *Altograd. d. cons. 30 sub n. 47. vers. Nam respondetur, & n. 48. & seqq.* & præsertim *vers quo stante ad exclusionem dotis promissæ.*

Ex quibus, quamuis omnia argumenta in contrarium deducta sint sublata, vt quoque aduertit *Thesaur. d. decis. 190. numer. 6.* attamen respondendo singulis.

177 Non obstat primum, † in quo dicitur, dictum statutum esse contrà Ius commune, quia non esset ponere os in Cœlum attentare, hanc conclusionem non subsistere in iure, dum illud esse conforme Iuri communi, expressè probat *text. in l. vnic. §. illo proculdubio. C. de rei vxor. action.* ibi, *Vt si decesserit Mulier constante matrimonio, dos non in lucrum Mariti cedat, nisi ex quibusdam pactionibus,* & ibi *gloss. in verb pactionibus* explicat, *idest pacto facto de dote lucranda si prædecedat Vxor,* & sequitur, *ibidem Angel* & concordat *text in cap. vlt §. sanè soluto matrimonio. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, *sanè soluto matrimonio sicut dos ad Mulierem, sic &; donatio propter nuptias redit ad Virum, nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote,* ex quo textu tradit *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 33. numer. 1.* huic pacto legem non resistere, sed assistere, illudq; à Iure esse receptum Si ergo à lege communi admittuntur huiusmodi pactiones, admitti quoque dicendum est statuta, quia quod potest fieri pacto, potest & statuto *l vltim. in fin. C. de fideiussor. Surd. cons. 85. numer. 30 Rot. diuers decis. 191. numer 2. part. 2.* quod præsertim procedit in casu proposito, quia adest pactum de dote lucranda ad formam statuti,

178 Et quicquid sit † de supradicta opinione, certum est, ex deductis in primo argumento opinionis affirmatiuę, dictum statutum esse fauorabile, tanquam alliciens homines ad contrahenda matrimonia, quod continet bonum publicum, propter quod est latè interpretandum, quamuis sit præcisum. Prout quoque appellatione dotis datæ venire etiam dotem promissam nedum vi extensionis, sed etiam comprehensionis deduxi superius *§. Neque refragatur tertia responsio. vers. præsertim, quia hic* stante maximè generalitate Rubricę, vt in vltimo fundamento. Et quando etiam aliud esset dare, aliud promittere, certum est tamen in casu proposito, vltrà obligationem dedando, quæ oritur ex ipsa promissione, resultare constitutionem dotis, ità vt eam mutare, & minuere promittens non possit, *vt ex gloss. in l. 1. §. Accedit. C. de rei vxor. action. in verb fecerit,* considerat *Phanuce. vbi suprà num. 23.*

179 Neque resistit † secundum, in quo fuit dictum, qualitatem prius esse verificandam, quando statutum facit mentionem de illa; quia, quando dos data habenda esset; pro qualitate, esset qualitas, & accidens non inducens differentiam in substantia, quia eadem est dos data, & soluta, ac dos promissa, vt benè respondet *Phannucc. in d. verb. Restituenda. sub num. 22. vers. quartò, quia dos est res* vt supra latius fuit deductum, ex quibus etiam patet responsio ad tertium Argumentum.

180 Multò minùs † refragantur authoritates triginta trium Doctorum ex aduerso allegatorum, & aliorum, quoniam non sunt attendendæ, quia, ferè omnes se fundant in ratione falsa, nempè huiusmodi statutum, tanquam correctorium Iuris communis, esse strictè intelligendum, & non pati extensionem, cuius tamen contrarium superius fuit deductum. Et ex dicta falsa ratione mouentur *Bart. in d. l. Iubemus. 14. §. sanè. C. de sacros Ecclesi num. 7.* contra quem esse communem opinionem, testatur *idem Add. in littera D. Matthesil. sing. 73. Soccin sen. in l de diuisione. num. 5 ff. sol. matr. Ias in l si donaturus. §. fin ff. de condit. caus. dat. & in Rubr. ff. sol. matr. nu. 24. Bero. cons. 53. per tot. Decian cons. 31. lib. 2. Rol. de lucr. dot. quæst. 6. Surd. cons 45. n. 17. & seqq. Faccbin. controu. Iur. lib. 10. cap. 26. Thesaur. Iun. quæst. 75. num. 3 & 4. lib. 2. Mantic. de tacit & ambig. lib. 12. tit. 5. sub num 12. vers sed hac sententia Gail. lib. 2. obseruat. 79. num. 4 Osasc. decis. 21 sub numer. 11. vers. Tertio huic sententia, & num. 12. 13. & 20. Campeg. de dot. part 5. quæst. 14. Cagnol. in l. 2. nu. 20. C. de pact. inter Empt. & Vendit. Angel. cons. 158. in princ. Aret. in Rubr. ff. sol. matr sub numer. 13. vers. In dispositione autem statuti, Crott. in eadem*

dem rubr. ff sol matr. numer 85. *Niconit. ibidem. numer.* 175 *& 178. Mart. ibid. quaest.* 7. *numer.* 19. *Barbos ibid part.* 4. *sub numer.* 6. *versf sed videndum est. Castr in l. Mulier. ff de condit. Instit. Bald. cons.* 333. *vol.* 4. *& in cons.* 407. *numer primo in fin & numer.* 2.

181 *Thob Non* † *cons* 48. *num.* 9. *& per tot.* ex eadem ratione *Bartoli*, & loquitur de consuetudine Martini, & dicit, non procedere in dote promissa, cuius contrarium fuit firmatum *in Rota. d. decis.* 248. *diuers part.* 4. *& decis* 642. *numer.* 3. *recent. par* 4 vbi testatur de magis communi opinione, & in Rota semper fuisse obseruatam contrariam opinionem testatur *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quaest.* 13 *numer.* 35. *&* 36. & ita etiam loquitur *Capyc. decis.* 176.

182 *Thesaur. vero decis* † 190. stat pro nostra opinione, *& numer.* 17. *vers. borum opinio* & *numer.* 18. *&* 20. est *cons. Augustini Molignati* super dicta consuetudine Martini, in quo firmat contrarium, quod reprobatur ab ipso *Thesaur. d. decis.* 190. *& à Rota, vt supra*; Et *Thesaur. d decis.* 190. allegatur pro nostra sententia *in decis.* 642. *numer.* 3. *recent. part* 4.

183 *Alex in l si donaturus* † *§ fin. numer.* 7. *& Phannuce. in tract. de dot in verb. Restituenda numer.* 30. *&* 38. loquuntur, quando promissor dotis est in mora, secus autem, quando non esset in mora, sed huiusmodi distinctio penitus confunditur, quia est extra terminos nostrę quaestionis, nam, quando cessit dies solutionis dotis promissę, quoad existentem in mora habetur pro soluta, vt probat *Rol de lucr. dot. quaest.* 5 *Gregor. XV. decis.* 21. *numer.* 4. & hanc distinctionem esse alienam a dubitatione dicit *Add. ad d. decis. Bonon.* 26. *in littera A. circa fin.*

184 *Gratian* † *decis* 230. *numer.* 13. *& per tot.* firmat nostram opinionem, & quatenus contrarium sensisset in eodem statuto Asculi contrarium firmauit *Rot. d. decis.* 72. *apud Fenzon. ad statut. Vrb.*

185 Decisiones † vero allatę, Primo *Asculana lucri dotis.* 22. *Maij* 1598. *coram Giptio*, pluribus adhibitis diligentijs, non potui eam videre, & miror, quod de ea non fiat mentio *in d. decis.* 72. *apud Fenzon. ad statut. Vrb.* prout fit mentio *in decis.* 248 *num.* 11. *part.* 4. *diuers de Asculana.* 29. *Maij* 1596. *coram Giptio*, *& per Add. ad Buratt. d decis* 432. *num.* 11.

186 *Seraphin* † *decis* 248. nihil firmando dictam opinionem supponit, quia dato supposito vero, obiectiones tollit aliis rationibus *Gregor. XV. decis.* 21. *numer.* 4 nihil firmat, sed facit pro nostra opinione, vt deduximus, prout sunt *decis.* 14 *num.* 4. *& decis* 18. *numer. primo apud Salgad.* in quibus non disputatur iste articulus, sed tantum dicitur, non fuisse controuersum, appellatione dotis simpliciter venire etiam dotem promissam *Decisio vero in Romana lucri dotis Aprilis* 1650. *coram Albergato* est eadem *cum dicta decis.* 18. *apud Salgad.*

Postremo neque obstat vltimum fundamentum, ex quo cessare praetenditur omnis scrupulus, & reddere causam in statu Victorię, nempe huiusmodi statutum esse contra Ius commune, ac propterea debere doceri de confirmatione specifica, cum non sufficiat in forma communi.

187 Quia, † pręterquam quod supra firmatum fuit, huiusmodi statutum esse conforme Iuri communi, dato etiā esse contrarium, attamen, cum sit fauorabile, sufficit confirmatio in forma communi *Duran. decis.* 36. *num.* 41 *& seqq Rot. in recent. decis.* 438. *numer.* 47 *& seqq. part.* 4, *tom.* 2. *cum alijs per Add. ad Gregor. XV. decis.* 267. *numer.* 14. *in fine*, *& per Add. ad Buratt. decis.* 6. *numer.* 5. *& alias sapissime.*

188 Cum ergo magis † communis, & recepta sit opinio. Maritum lucrari partem dotis etiam promissę, licet statutum loquatur de dote data, & in puncto statuti Aesini adsit *cons Soccin. Iun.* 35. *vol. primo* nefas esset in consulendo, & in iudicando ab ea recedere.

Dominicus Philippuccius Aduocatus
Maceraten.

De Alimentis.

SVMMARIVM.

Alimenta consequendi ius non transit in fiscum. num. 1.
Etiam si debeantur ex legato. num. 2.
Vita, & militia an confiscentur, remissiue. num. 3.
Alimenta remanent bannito, qui retinet omnia, quae sunt de iure naturae. num 4.
Quando non remaneant, remissiue. num. 5.
Praeterita transeunt ad fiscum numer. 6 *non praestantur reo confiscato de bonis publicatis nu.* 7.
Alimentorum onus transit ad fiscum vna cum bonis confiscatis. num. 8.
Alimenta debentur vxoribus damnatorum & si indotatis, ac illorum filijs, & pro qua rata. num. 9.
Non debentur a fisco succedente solum in certa pecuniarum quantitate. num. 10.
Debentur a fisco carcerato pauperi. num. 11.
Quando debeantur a creditoribus debitori paupe. ri carcerato, remissiue. num. 12.
Alimenta non possunt sequestrari. num. 13.
Et licet de rigore possint capi in executionem, tamen, si debitor nihil aliud habeat, debet ei aliquod moderatum relinqui, ex quo viuere possit num. 14. 43. *&* 47.
Vt debeantur nec ne, attenduntur redditus, & non proprietas, & quare. num. 15.
Filius familias gaudet priuilegio l. 1. *&* 2. *ff & C. quod cum eo. num.* 16.
Dum non fuit specifice renunciatum. numer. 17.

P *Etiamsi*

Etiamsi fuerit obligatus in forma cameræ. n. 18.

Statutum volens contra instrumentum non posse opponi aliquam exceptionem, præterquam solutionem, excludit à beneficio deducto non egeat. num. 19.

Non attenditur, dum illius qualitates non verificantur. num. 20.

Beneficium deducto ne egeat operatur libertatem personæ, & reseruationem alimentorum. numer. 21.

Et hoc casu omnia bona debitoris adiudicantur creditori, cum onere alendi debitorem. numero 22.

Alimenta præstanda debitori gaudenti beneficio deducto ne egeat taxantur, vt conueniunt similibus personis depauperatis, non qualia debebantur ante status mutationem. num. 22.

Merlin. decis 782. num. 5 declaratur. nu. 23.

Beneficium deductione egeat non conceditur, nisi probata paupertate. num. 24.

Maximè in executiuis. num. 25.

Et paupertas debet probari superuenta casu fortuito, cessante omni culpa debitoris numero. 26.

Alimenta, quæ debent præstari debitori gaudenti beneficio deducto ne egeat, taxantur nulla habita consideratione filiorum debitoris, & quare. numero 27.

Executio potest committi in fructibus fideicommissi, viuente fideicommissario. num. 28.

Filij in bonis fideicommissi auiti præferuntur pro alimentis creditoribus patris. num. 29.

Habent tamen actionem subsidiariam aduersus creditores occupantes bona patris. nu. 30.

Debent ali à matre, cum pater est pauper. numero 31.

Vxor pro debito a marito contracto causa alimentorum tenetur ad illius solutionem in subsidium. numero 32.

Contrarium est verius. num 33.

Et redditur ratio num. 34.

Paupertas mariti, vt vxor in subsidium teneatur, debet adesse de tempore debiti contracti, non autem superuenire de tempore solutionis. numer. 35.

Alimentorum materia traditur remissiuè. numero. 36.

Hypotheca generalis comprehendit omnia bona præsentia, & futura, iura, actiones, & nomina debitorum. num. 37.

Creditoribus non potest præiudicari ex pacto inter debitores, & alios inito. numero 38.

Super alimentis debitoris competit creditori actio saltem in subsidium. num. 39.

Alimenta sunt personalia, nec possunt alteri cedi, vel assignari. num. 40.

Et redditur ratio. num. 41.

Alimentorum commoditas potest cedi, & assignari creditori. num. 42.

Debitor ex causa onerosa non iuuatur beneficio deducto ne egeat, nisi in casibus a iure expressis. numero 44.

Et non potest retinere, etiam vnum denarium pro se. numer 45.

Nec iuuatur beneficio deducto ne egeat, si creditor est pariter inops. numer. 46.

QVÆSTIO XXXII.

1 Alimenta, seu ius † illa consequendi in confiscatione non venit *Surd. de alim. tit. 8. quæst. 59. nu. 14. & seqq. Carpan. ad constit. nouiss. Mediol. §. omnium nu. 192. & 193.* vbi loquitur † de alimentis debitis etiam ex 2 legato *Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. numer. 1098. & infra Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 7. 8. & seqq. Bottilier. de success. cap. 3. theorem. 1. 10. n. 3 28.* vbi, *& per plures seqq.* disputat, an † vita, & militia cadat sub confiscatione; sed illa remanent ad ipsum bannitum, qui retinet † omnia, quæ sunt de 4 iure Naturæ *Seacc. d. cap. 9. num. 1102. & seqq. Arias de Mesa d. cap. 6. numer. 9. & infra* vbi tradit 5 etiam † quando bannito non reseruentur ipsa alimenta *Scanarol. de visitat. carcerat. §. 5. num. 12.* quæ tamen conclusio verificatur in alimentis fu6 turis † tantum, non autem in præteritis, quæ sicuti transmittuntur ad hæredes, ita & ad fiscum *Surd. de alim. tit. 8. d. priuileg. 59. numer. 21. & 22. Seacc. d. cap. 9. num. 1106. & seqq.* licet autem alimenta non veniant in confiscatione, non propte7 rea † sequitur, quod quis sit alendus de bonis confiscatis, quæ illi ob delictum auferuntur *Seacc. d. cap 9 num. 1109. cum seqq.* vbi adducit contraria, & respondet.

8 Econtra autem, si † condemnatus debet alicui alimenta, illud onus alendi vna cum bonis transit in fiscum *Carpan. ad statut. Mediol. cap. 312. num. 17. & cap 313. num. 2. vol 2 & ad constit. nouiss. §. omnium num 76. & seqq* vbi quod debentur filijs, 9 & vxoribus damnatorum, etiam indotatis, & quod si necessitas † expetat, debent consignari omnia bona, non vero pro rata legitimæ, vbi illa pro alimentis non sit sufficiens *Mauson. de caus. executiu. ampliat. 31. num. 19.* & ego dixi *quæst.* 10 *35. n. 28.* sed fiscus † succedens solùm in certa pecuniarum quantitate non tenebitur ad hoc onus *post Bald. in l. data opera num. 60. C. de his qui accus. non poss. Carpan. d. § omnium num. 769.*

11 Estq; tantus fauor † alimentorum, vt fiscus teneatur illa præstare carcerato pauperi, & si causa delicti *l Iudices C. de Episcopal audien. Afflict. decis 71. num. 2. Surd. de alimen. quæst. 72. per tot. Nouar. pragm. de carcerar. collect. an 4. nu. 3.* & licèt in aliquibus locis non seruetur, credo tamèn, quod male fiat, & ego nunquàm ab ista traditione recederem, ne carceratus fame pereat; quandò 12 verò † debeantur alimenta à creditoribus debitori pauperi, erit adeundus *Scanarol. de visitat. carcerat. lib. 3. §. 5. & ibid. à cap. 1. vsque & per tot. c. 6.* in quibus locis benè casus omnes explicauit.

Et

13 Et ratione fauoris † specialis à iure alimentis indulti, non possunt illa sequestrari, ne alimentandus fame pereat *Paitell. annotat. 73. numer. 85. Giurb. decis. 4. num. 49* & ideò, si bona alicuius sequestrantur, relaxatur sequestrum pro rata alimentorum *l. final. §. nam si tales C. de ordin cognit. Surd. de alim d. tit 8. priuileg 80 num 4. Caroc de sequestr. par. 3. quæst. 13. Coll. remed subsid. 106. illat. 4. num. 1. Nouar. pragm. de carcerat. collectan.* 14 *144. num. 10.* & quamuis † *Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 24. nu. 7. ex decis in Romana pecuniaria 18. Iunij 1607. coram Manzanedo §. non obstat cum seqq.* asseruerit posse alimenta in executionem capi, debet tamen aduerti, quod *Rot. ibid.* sequendo æquitatem determinauit pro moderata reseruatione alimentorum, dummodo alia bona non extarent.

15 Ad effectum vero, vt alimenta † debeantur, nec ne, attenduntur redditus bonorum, & non proprietas, cum quis non teneatur vendere proprietatem, nec ornamenta vestium, & similia *Bald. cons. 30 lib. 2. Tusch. conclus. 160. num. 10. Rot. post. Merlin de pignor. decis. 119. num. 17.*

Fuit in quæstione antecedenti firmatum, maritum pulsatum à fisco pro restitutione dotis vxoris confiscatæ gaudere beneficio deducto ne egeat, & ideò poterit videri, quomodò eidem debeant per fiscum in hoc casu alimenta præscribi, & pro maiori intellectu adducam ea, quę deduxi in *Recanaten. pecuniaria de anno 1654.* dum habui discutere similem casum taxationis alimentorum pro simili debitore priuilegiato, quę sunt. Fuit † resolutum D. franciscum gaudere beneficio *l. 1. & 2. ff. &* 17 *C. quod cum eo,* quibus non fuit specificè † renunciatum *Buratt. decis. 44. & decis. 281. num. 7. Mer-* 18 *lin. decis. 782. num. 5. & 6.* obligatione † Cameræli minimè obstante, cum per eam huiusmodi renunciatio non induceatur *Gratian. disceptat. 799. num. 27. Rot. post Mehalor de fratrib. par. 1. cap. 10. in fin. & coram Buratt. d. decis. 281. num. 10. & infra iuncta addit sub num. 21.*

Er licet statutum Recaneti *lib. 2. rub. 20 vers. & nulla exceptio* disponat contra executionem instrumenti politi in libro Iustitiæ nullam posse exceptionem opponi præter solutionem, quo casu 19 hoc beneficium censetur † exclusũ *iuxta theoricã Bartol.* communiter receptam *in l. si filius familias ff. quod cum eo Anton. de Canar. de execut. instrum. nu. 63. Cancer. var. resol par. 2. c. 3. nu. 115. vers. si autẽ statutum & n. 116. Giurb. dec. 44 n. 9. & seqq. Grat. discept. 799 n. 14. & 61,* attamẽ visũ fuit illud 20 nõ obstare, quia † eius qualitates minimè verificãtur *Gratian. discept. 607. n. 2. & 6. Merlin. dec. 698. n. 8.*

21 Quia autẽ in hoc priuilegium † operatur libertatem personæ, & reseruationem alimentorum *Gratian. d. disceptat. 799. n. 5. Buratt. d. dec. 281. n. 7. &* 22 *seqq Merlin d. dec. 782. n. 3. & infra* ideò omnia † bona eiusdem Francisci adiudicaui Communitati creditrici iniuncto onere alimentorum *ad tradit. per Bald. in l. 2. n. 3. C. quod cum eo Ladereb. consil. 30. num. 13. Coll. remed subsid. 28. n. 6. versic. &* priuilegiato *Gratian. disceptat. 799. numer. 45.*

22 Quæ alimenta debent † taxari non secundum qualitatem personarum ante status mutationem, sed qualia conueniunt pauperibus, & similibus personis depauperatis *Castren. in l. si maritus 44. num. 2 ff solut matrim. Ias. in l. eum hi §. vult igitur numer. 1 ff de transact. Barbos. in l. maritum 13. numer. 5. & 7 ff solut. matrim Coll. d. remed. 28. numer. 6. Cancer var resol par. 1. cap 9. numer. 108 Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7 glos. 3 par. 11. numer. 33. & seqq.* & plenè *Salgad Labyrint. credit. par. 1. cap. 24. n. 10. cum seqq. & signanter n. 19. & infra,* vbi dantur plurimi concordantes.

Nec obstat *decis. Merlin. 782. num. 5.* quod 23 filius † fit tutus pro alimentis iuxta suam dignitatem taxandis, quia omisso, quod ibi *Rota* loquitur perfunctoriè, nèc discutit quantitatem alimentorum, certum est, quod debet intelligi de hominibus pauperibus similis dignitatis, vt ad propositum animaduertit *Fontanell. loc. alleg. n. 37.*

Et meritò quidem, quia sola ratione paupertatis fuit huiusmodi beneficium introductum, adeo vt 24 non † pauper ab illo excludatur, & debeat necessariò paupertatis probatio præcedere *Brun. de cess. bonor. quæst principal 25. n 5. versic. contrarium Barbos in d. l. maritum n 23. versic vlterius Coll. d remed. 28. num. 6. versic secundo requiritur Fontanell. allegat num 27. & 28 Afflict. dec. 377 à num. 7. versic. contrarium Cauaier. decis 3 4. in* 25 *prin.* maximè in † executiuis, in quibus debet omninò probari inopiæ calamitas *Bartol. in extrauagan. ad reprimendum, versic summariè numer. 29 Coll. d. remed 28. num. 8. versic-quintus, & vl-* 26 *timus,* & quidem superuenta † casu fortuito omni debitoris culpa cessante *Io. Campez. de dot. quæst 250. per tot. par. 3. Surd de alimen. tit. 1. quæst 78. numer. 42. & seqq. Coll. d. remed. 28. numer. 7 versic quinto requiritur Fontanell. allegat. num 91. & 92 Donat. Anton. de Marin. resol. 145. num. 7. & 8. par. 1.*

Nec in ista alimẽtorum taxatione habetur ali- 27 quis respectus ad filios, quia cum † onus illos alendi non respiciat directò dignitatem, vel statum priuilegiati, sed potius obligationem paternam, minimè attendi debet, eo quia in hac deductione non considerantur obligationes mariti, sed tantum ipsius status, & dignitas, vt recta contraria sẽtẽtia ratiocinatur *Barbos. in d. l. maritũ n 9.*

Minus obstabit bona debitoris esse onere fideicõmissi vinculata, quia, vltra quod suppositum deficit 28 in facto potest executio committi in † fructibus ipso fideicommissario viuente, vt indiuidualiter resoluit *Rot. in Bononien. pecuniaria 3. Iunij 1633. apud Post de subhastat. decis 23. num. 4.*

29 Et licet in fructibus † fideicommissi auiti filii præferantur pro alimẽtis creditoribus patris *Gratian. disceptat 832. num. 31. & seqq.* tamen quia 30 ius petendi alimenta † aduersus creditores occupantes bona patris est subsidiarium *Coll. remed subsid. 4. n. 6. Add. ad Buratt. decis. 657. num. 13* 31 debet cessare stantibus diuitijs † matris, quæ

dum pater premitur inopia, tenetur alere filios *l. si quis à liberis, §. idem in liberis ff. de liber. agnoscend. Barbos in d. l. maritum numero 9.*

Postquam autem ingressi sumus materiam alimentorum volo apponere casum valde practicabilem, & qui forsan posset etiam discuti in confiscatione bonorum vxoris, an scilicet vxor te-

32 neatur † in subsidium pro solutione debiti contracti a marito pro alenda ipsa vxore, & quamuis eam teneri voluerint *Donat. Anton. de Marin. resol. 275. numer. 3. & 4. Merlin. de pignor lib. 3. quaest. 5 numer. 14 Bottilier. de success. cap. 3. theorem. 111. numer. 19. & allegati per Andreol. controuers 267. numer. 1. lib. 4* ego existimo veriorem

33 opinionem contrariam, quod † vxor ad nihilum teneatur, concurrens cum *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. par 5. numer. 171. & seqq. Andreol. controuers 267 numer 4. & infra* vbi adducit *Flores de Mena. Rited. Baron. Scot. & Cost.* sicq; fuit decisum a Rot. Bonon. *penes Camuncul. decis. 13. per tot* & vltra alias ratio-

34 nes mihi videtur efficacissima illa, quod † aequitas *l. si me, & Titium ff. si cert. pet.* in qua fundatur opinio contra vxorem, procedit aduersus eum, qui praetendit causam lucratiuam, sed vxor illam non habet, cum dederit marito dotem pro alimentis habendis, vt in puncto considerant *Fontanell. d. glos. 9. part. 5. numero 174. & Andreol. dicta controuers. 267. numero 5.*

Si quis tamen vellet tenere opinionem contrariam, quam ego nunquam amplecterer, debet

35 animaduertere, quod † inopia mariti ad hunc effectum debet adesse de tempore debiti contracti *Gratian. disceptat. 107. numer. 7. & seqq. & disceptat. 713. numer. 10 & 11 Staiban. Iun. resol. 64. num 36.* vbi, quod secus esset resoluendum, si inopia superuenit de tempore solutionis *Merlin. d. quaest. 5 num 15.*

36 De reliquis spectantibus † ad materiam alimentorum vltra *Sura & Coler.* qui scripserunt amplos tractatus, & alios supra adductos, poterunt videri *Salgad de Reg. protect. par. 3. cap. 1. & cap. 2. Merlin. de pignor. lib. 2. quaest. 24 & lib. 3. quaest. 1. & quaest. 51. Giurb. obseruat. 19. Capyc. Latr. decis 176.*

Sequitur decisio S. Rot. Rom. in Romana pecuniaria lun. 18. Iunij 1607. coram R. P. D. Manzanedo.

Domini dixerunt scuta bismille, de quibus agitur, debere consignari creditoribus, relictis tamen moderatis alimentis pro DD. Crescentiis, de quorum quantitate postea videatur, moti ea potissimum ratione, quod huiusmodi duo millia scuta non fuerint a D. Salustia de bonis proprijs, sed de fructibus bonorum mariti promissa, & non ex matris pietate, sed ex partium conuentione, quod ex instrumento dictae conuentionis satis elicitur, cum in illo DD. Crescentij cesserunt omnia illorum bona D. Salustiae illorum vxori, & matri respectiue, & promiserunt in futurum ita parce vi-

uere, quod non requirerent maiores expensas pro eorum victu, & vestitu, quam illas, quas eorum bona, & fructus sufferre possent, & ne de summa necessaria pro dicto victu, & vestitu à D. Salustia illa persoluente controuerti, & dubitari contingeret, illa taxarunt ambae partes liquidarunt, & conuenerunt ad summam annuam scutorum duorum millium monetae ab ipsa D. Salustia illis persoluenda, ex quibus constat huiusmodi duo millia scuta, non ex bonis D. Salustiae, sed ex fructibus bonorum DD. de Crescentijs fuisse ab ipsismet in praedicta cessione omnium suorum bonorum sibi reseruata, quae reseruatio non potest operari, quin huiusmodi scuta duo millia sint obnoxia creditoribus, quibus antea erant obligata.

Praecipue cum licet ex instrumento fuissent denuo illa duo millia scuta a DD. de Crescentiis acquisita, illa etiam venirent in generali hypothe-

37 ca creditorum, quae comprehendit † non solum praesentia, sed etiam futura bona, iura, actiones, & nomina creditorum quaecunque *ex text. in l. fin. C. qua res pign. oblig. poss.* cum adductis *per Neguf. de pignor. in 2. memb. 2. partis principalis num. 1.* facit etiam, quia DD. de Crescentijs fecerunt praedictam cessionem omnium suorum bonorum D. Salustiae, ratione expressa in instrumento, nempe, quia versa vice ipsa D. Salustia pietate mota erga ipsius maritum, & filios promisit erigere montem vsque ad summam scutorum 125. vt illos a debitis, quibus erant obnoxii liberaret.

Vnde ipsa obligatio erigendi montem fuit respectiua ad cessionem a marito, & filiis D Salustiae factam, quae pietatem exercuit in promissione de erigendo montem, & non in assignatione duorum millium scutorum pro victu, & vestitu, marito, & filijs facta, cum non ex bonis proprijs D. Salustiae, sed ex reseruatione fructuum bonorum mariti, & filiorum D. Salustiae cessorum processerint, & ex taxatione, & liquidatione inter partes

38 de praedicta summa in instrumento † contenta, quae conuentio non praeiudicat creditoribus, cum alias facile possent debitores bona creditoribus obligata cedere consanguineis cum assignatione fructuum pro alimentis, quod non est admittendum.

39 Et vtcunque sit, competit † creditoribus ius super pecunijs etiam ex causa alimentorum spectan. ad debitorem, saltem in subsidium, vt in casu nostro *iuxta glos in fin. l stipendia C. de execut. rei iudic. Specul de execut. sentent. & rei iudic. § sequitur num. 6 vers. quid si debitor. glos verb. reddi. tur in cap. peruenit & ibi Abb. num. 11. & 12. & Imol. nu 19 cum pluribus seqq. de fideiuss.*

40 Non obstat, quod cum † alimenta sint personalia, cedi, & assignari alteri non possunt, vt tradit *Bart in l cum Titio § 1. ad l falcid. per text. in l.*

41 *si vsusfructus ff. de iur. dot.* ea ratione, quia † a persona separari non possunt; alia enim sunt alimenta vnius personae, alia alterius *§. finitur de vsufruct. l. stipulatio ista §. si quis autem ff. de verb. oblig.*

Quia

Quia respondetur, quod quamuis ius formale alimentorum cedi non possit, commoditas ta-
41 men † illorum percipiendorum cedi potest, & creditoribus assignari, & hypothecari *l. necessario §. final ff de peric. & commod. rei vend. l. arboribus §. vsufructuarius ff. de vsufruct.* notat *Bart. in l. 1. num. 8 C. de pet bon sublat. lib.* 10. facit *text. in l. fin. § Lucius ff de contrah. empt. vbi Bart. & Salic. Ias in l. 2. §. item si in facto numer. 7. ff de verb. oblig. Tiraquell. de retract. lignag. § 1 glos. 2. num. 47. cum Pinell in l 1. C de bon. mat. 3. part. numer. 70. ad fin. Molin. plures referens de primogen. lib. 1. art. 2. num. 11. & 12. Peregrin. de fideic. art. 40 num. 113.*

Vnde quamuis ista duo millia scuta dicantur alimenta DD. de Crescentiis debita, illorum annua commoditas exprimi potuit creditoribus, assignari, & obligari, & sic cadit sub prædicta generali creditorum hypotheca ex præfatis, nec facit quod executio non possit fieri super alimentis
43 † debitoris, quia debitor ex causa onerosa non
44 iuuatur beneficio, vt † non conueniatur vltra quam facere possit, & deductione non egeat nisi in ea sibus a iure expressis *l. Herennius ff. de reiu-*
45 *dic.* vnde nec vnum † denarium sibi retinere valet *l. penult ff de cess bonor. Bald. in l. final. num. 5. C. qui bon. ced. poss Campegg. de dot. part. 3. quæst. 239. numer. 2 Rot. diuers. decis 48. numer. 9. part. 2.* quę magis procedunt in nostro casu, cum inter creditores dicantur adesse plures inopes, & mise-
46 rabiles personę, contra quas debitor † nunquam iuuatur beneficio deductionis alimentorum, cum magis sit facienda creditori, quam debitori *Bart. in l. Martianus numer. 4. & ibi Alex. testatur de magis communi numer. 1. ad fin. ff. solut. matrim. Bald. in l. 2. num. 5. versic. quod cum eo & in l. Præses numer. 1. C. de seruit. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78 num. 34. & seq.*

Sed nihilominus ex istis duobus millibus scutis
47 DD. censuerunt alimenta † esse præstanda DD. de Crescētijs cum moderata quantitate, & de eius taxatione voluerunt particulariter videre, dū tamē prout in facto pro creditoribus dicitur, D. Octauianus nō possideat alia bona, tā in statu Ecclesiastico, quā e extra illū, & D. Melchior non fruatur fructibus Clericatus Camerę, quod si de prędictis eō-stasset, omnino alimēta illis denegarētur, & prędicta scuta bis mille itegre creditoribus assignarētur. &c

---

De Feudo, emphiteusi, & maioratu.

SVMMARIVM.

Bona feudalia, an confiscentur, vide remissiuè num. 1.

Emphiteusis an subiaceat confiscationi remissiuè. num. 2.

Laudemium an debeat solui à fisco, remissiuè. numer. 3.

Maioratus an publicetur, remissiuè. num. 4.

Possessus a bannito, qui potest impune offendi, spectat ad vocatos, exclusо fisco num. 5.

Maximè si fuit institutus cum prohibitione alienationis. num. 6.

Filius heretici quando succedat in maioratu, remissiuè. num. 7.

Maior natu est idem, quod senior, vel antiquior numer 8.

Si vocatur, tunc patruus excludit nepotem. numero 9.

Excluditur tamen patruus a nepote, si pater mortuus fuit in bello, iuxta sententiam Senatus Lusitani. num. 10.

Maioratus quando differat a primogenitura. n. 11.

Representatio patris non fit per filium in maioratu num 12.

Maxime in maioratu particulari. num. 13.

Ac etiam si vocatus fuit, qui tempore mortis est maior. num. 14.

Vel si vocatio fuit successiua. num. 15.

Exclusio magis dilectorum facit præsumi exclusos minus dilectos. num. 16.

Representatio est fictio, & præsumptio iuris. numer. 17.

Conditio si sine liberis est subintellecta in maioratu relicto ab ascendente. num. 18.

Declara vt. num. 19

Patruus excludit nepotem, dum bona fuerunt semel in lineam ingressa. num. 20.

Declara. num. 21. & 22.

QVÆSTIO XXXIII.

1 Feudalia bona, an † subiaceant confiscationi, saltem quoad commoditatem vltra *Guazzin. de confiscat. conclus 13 limit. 34. & conclus. 27. n. 54. & seqq.* agit plene *Farin. consil. 119. consil. 124. & consil 135. per tot. & quæst. 25. n. 62. & infra*, cui addendi sunt *Sanchez in præcept. decalog. lib. 2. c. 19 n 39. Cabal. resol. 181. Vermigliol. cons. 9. per tot & cons. 438. n. 5. Ciriac. controuers. 341. n. 12. & seqq Paschal de patr. potest. par. 4 cap. 5. n 28 & infra; ibi Francisc. Maria Prat. remissiue ad Romit. in rub. pragm. de sentent. forindicat. n. 17 cum seqq.*

2 De bonis emphiteuticis † ad eundem effectum discutiunt materiam *Farin d quæst. 25. numer. 59. 60. & 61. Sanchez in d. capit. 19. numer. 18. & infra Guazzin. de confiscat. conclus. 13 limit. 33. & d. conclus. 27. numer. 66. ac infra*, & fusius, quam omnes alij supra adducti *Fulgin. de iur. emphiteut. tit. de successión. in bon. emphiteut. quæst. 4. per tot. & tit. de laudem. quæst. 31.* vbi an fi-
3 scus † succedens teneatur soluere laudemium, & canonem.

4 Pro materia maioratus poterunt † consuli *Guazzin. de confisc. concl. 13. limit. 32 & d. concl. 27. num. 67. Sanchez in præcept. decalog. lib. 2. c. 18. per tot. & signanter a numer. 34. Tomas. decad. 1. tract. 9. tit. 16.*

tit 16 cap.1. Salgad. Labyrint. creditor. part. 3. cap. 15. numer. 7.

Si autem maioratus possideretur ab eo, qui per bannum subsequutum efficeretur incapax, vt fuit 5 dictum de bannitis, qui possunt impune offendi † vigore constitutionum Papalium, tunc excluso fisco spectat ad vocatos *Capyc. Galeot controuers. 33. num. 50. tom. 2.* cuius traditio procedit absque 6 dubio, si maioratus fuerit † institutus cum prohibitione confiscationis, vt aduerterunt *Tomas. loco supra allegato, & Guazzin d. limit 31. num. 6.*

Ad quos autem ex vocatis deuoluatur, ego habui casum Perusiæ, vbi post longam disputationem habitam, an patruus excluderet nepotem, iudicans ad fauorem patrui, edidi tunc resolutionem in fine huius quæstionis iterum impressam.

7 Quando filius† heretici possit succedere in maioratu vide *Caren. de offic. Sanctiss. Inquisition. par. 2. tit. 1. §. 31. num. 168. & infra.*

Sequitur resolutio Authoris in Perusina Maioratus 19. Iunij 1653.

Ex Instrumento Commendæ erectæ per Hieronymum Baldellium Seniorem excerpta fuit hæc verba illius voluntatis declaratoria; *Et quod primus Commendatarius sit, & esse debeat d. D. Hieronymus fundator, & post eum, & eius mortem, dicta Commenda pertineat ad d. Capitanum Antonium eius fratrem, si viueret, sin autem, & post eius mortem d. Commenda pertineat ad Maiorem natu masculum legitimum, & naturalem dict. D. Hieronymi fundatoris, & deinde successiuè vadat de Maiore natu in Maiorem natu masculum in Filios, & descendentes ipsius D. Fundatoris, volens donec durabit linea masculina legitima, & naturalis d. D. Fundatoris à principio eorum natiui. tatis veræ, & non fictæ, & non à lege, vel canone præsumpta.*

Hieronymo Iuniore Fundatoris nepote, qui bona d. Commendę vltimus possedit, Ciuiliter mortuo, Nicolaus, natu maior inter filios Lutij filij Hieronymi Senioris fundatoris, coram me institit Immitti in eorumdem bonorum possessionem, excluso Laurentio filio vltimi Possessoris; Quam immissionem concedendam esse existimaui, quia licet in terminis Primogenij Patruus à Ne-8 potibus excludatur, Attamen, quando † vocatur Maior natu, quod est idem cum Seniore, vel antiquiore, quia hoc casu ætas sola dicitur considerata *Capyc Galeott. contr. 48. num. 20. vol 1. Prat. disceptat. foren. 38. num. 57. Redenasc. conf. 82. num. 4. Censal. ad Peregrin. artic. 13. num. 86.* 9 tunc ex receptiori Doctorum calculo, Patruus † maior ętate excludit Nepotem Iuniorem, *Honded. cons. 70. num. 11. & 22. lib. 2. Gratian discept. 695. per tot Mangil. de Imput. q. 77. n. 169. Fusar. de subst it. quæst. 387. num. 48. & seqq.* et quicquid in eadē quæstione *num. 46. & seqq.* dixerit pro Nepote, in additione ad eamdem *num. 38. & 46.* fatetur opinionem pro Patruo esse veriorem, *Mart. de suc cess. legal par. 4. quæst. 21. artic. 13. num. 58. & seqq. Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 22. n. 300. & seqq. Capyc. Galeott. d. contr. 48. per tot. Redenasc. 10 consf 82. per tot.* Adeoque hæc opinio † præualuit in Senatu Lusitano, vt Patruum à Nepote excludi voluerit duntaxat, quando frater illius decessisset in bello, cum tunc ob eius gloriam viuere dicatur, ita vt non sufficeret, fuisse captum ab Hostibus, *Cabedo decis. 147. par. 1. Tomas. de Maioratu tit. 8. num 46.*

11 Et licet inter Maioratum, † & Primogenituram nullam constitui differentiam sentiant multi Doctores, Attamen, vltra quod non desunt, qui solidius, & verius firmant opinionem contrariam apud *Cancer d. cap. 22. num. 301. & seqq. Thesaur. lun quæst. 20. num. 5 lib. 2. Capyc. Galeott. d. contr. 48. num. 58.* ac alios desuper allegatos, posset illorum Sententia procedere, quando ageretur de vocatione vnius ex pluribus Filijs, & sic habito respectu inter Fratres, non autem quando agitur de vno solo respectu Filiorum Fratris, nam hoc casu magnum discrimen adest, quia si vocatur Primogenitus, exoritur circa vocationem dubietas, cum tam Filius primo natus ex Primogenito iam defuncto, quam Secundogenitus mortuo primo, nomen Primogeniti assumat, sed quando vocatur Maior natu, intelligitur solum venire, qui ætate maior est, *Menoch. cons. 442. num. 20. Honded. d. cons. 70. nu m. 42. Fusar d quæst. 387. num. 48. Tomas. de Maioratu tit. 2. num. 23. Capyc. Galeot. dict. controu. 48. num. 59. Redenasc. cons 82. nu. 1.*

12 Nec enim Filius minor in his terminis potest † Patrem repræsentare; quia concurrerent plures fictiones, quod nempe repræsentaret Patrem, & pro maiore haberetur, vt animaduertunt *Fusar. cons. 39. num. 28 vers 13. & Capyc. Galeott. dict. 13 contr. 48. num. 17.* tum quia sumus† in Maioratu super bonis particularibus constituto, in quo repræsentatio minime datur, *Fusar. in addit. ad quæst. 387. num 51. vers. limitatur decimo, Redenasc. cons. 17 num 32. & 33.*

14 Eoque libentius in hanc † Sententiam deueni, cum ex verbis Institutionis Commendæ appareat Maiorem natu fuisse vocatum de tempore mortis Possessoris, vt suadent verba, *Post eius mortem*, & dictio, *Successiuè*, incontinenti apposita, quo casu certum est, quod voluntas Disponentis fuit vocare tantummodo, qui eo Tempore haberet qualitatem maioris ętatis, *Mart. de Success. legal. d. artic. 13 num. 49. & seqq. Gratian. discept. 695. num 13. & seq. Fusar. in addit. ad d. quæst 387. n. 51. vers. limitatur octauo*, & prius dixerat *cons 39. 15 num. 27.* & in puncto, quod stante † vocatione successiue admittatur is, qui est maior de tempore cedentis fideicommissi, voluit *Mart. de consect. lib. 8. tit. 10. num. 3.*

Visumque fuit etiam clare constare de voluntate Fundatoris circa exclusionem Nepotis, & inclusionem Maioris natu, ex eo quod ipso Fundatore defecto vocauit Fratrem, & reliquit Filios ætate minores, vnde sicuti voluit exclusos pro-16 prios † Filios, qui erant prędilecti, ita, & multo magis voluit excludere Nepotes ob Filios, & Pronepo-

nepotes ob Nepotes maiores natu, vt in similitratiocinatur, *Fusar.conf.39 num.23. verf. 8.& num. 24. & feq.* & quia idem Fundator abhorruit fictiones, & præsumptiones, ibi, *volens donec durabit linea masculina legitima, & naturalis d fundatoris à principio eorum natiuitatis vera, & non ficta, & non à Lege, seu Canone præsumpta,* dicendum est omnino voluisse excludere Nepotem Iuniorem, qui non alio pacto posset excludere Pa-
17 truum, nisi per † repræsentationem, quæ est fictio, & præsumptio Iuris *Caee. inter conf. Fusar.* 40.*num.26.* quę tamen fuit à Fundatore reiecta.

18 Non obstat, quod cum simus † in Maioratu relicto ab Ascendente adsit conditio subintellecta, si vocatus decesserit sine liberis *per text. in l.cum Auus, ff. de Condit. & demonstrat. & l.cum acutissimi, C. de Fideic.*

19 Quia cum Fundator † vocauerit Maiorem natu, quæ qualitas non reperitur in Nepotibus, vtique dispositio *d.leg.* omnino cessare videtur, *Parif. conf.19.num.94.vol.2. Mantic.de Coniect. lib. 10. tit. 8. num. 6 Tomas. decad 1.tract.de maiorat.tit 12. cap. 6.numer.9.* quę consideratio fuit habita *à Thesaur.d.quaest.20.numer.2 lib.2* & tamen ea non obstante refert, senatum iudicasse pro patruo. Quorum opinionem non inuitus amplexus fui, quia dispositio *Leum Auus, & leg.cum acutissimi* vti fundata in præsumpta affectione Testatoris, vel aliàs Disponentis, cessat extantibus coniecturis in contrarium, vt hic, *Mantic. superius allegat num. 16. Fusar.quaest.393.nu.2. & 4. iuncto num. 108. Altograd. conf 45.num.4.& seq vol. 1.* non solum, quia Fundator præferendo Fratrem Filijs non videtur habuisse hanc affectionem ad Descendentes, vt fuit superius ponderatum, *§ visumque fuit*, sed etiam quia ipsemet Fundator voluit, nullam præsumptionem Iuris habere locum in huiusmodi vocatione Maioris natu ad bona, de quibus agitur, vt pariter fuit consideratum sub eodem *§.visumque fuit, verf & quia etiam.*

20 Nec afficit quod bona fuerint ingressa † in lineam Hieronymi Iunioris, & ideo ne detur transitus per saltum de linea ad lineam, Filius ipsius excludat Patruum, *Morisc inter conf Fusar. 41. nu. 139 & seqq Redenasc.conf 17.nu. 24.*

21 Quia doctrinæ huiusmodi, & similes † applicantur tantummodo in terminis Primogenituræ, non autem quando vocatur Maior natu, nam tunc Filius admissi Iunior excluditur à Maiore natu, *Alexander conf 4.num 14.& 10 vol.4. Gabriel. conf. 107. num. 8. & 9 lib. 1.* vbi licet consuluerit pro contraria opinione, attamen sequitur consilium *Alexandri* quando constat de voluntate præferendi Antiquiores, vt hic, *Peregrin.conf.64.num. 17. vol. 2.& conf 34.num.17.vol.3. Thesaur. Iun. quaest.foren.35.num.16.& 17.lib. 1.* vbi quod ita fuit iudicatum, & post plures alios, *Bellon. Iun. conf. 11.num.39.& seqq.* quibus addo *Mangil. de Imput. quaest.77.num.169.& Mantic.de Coniect. lib.8.tit.10.num.3.* videturq. posse colligi *ex Morisc. d.conf.41.sub numer. 142. verf qua hactenus diximus, & numer. 143. cum seqq.*

Si autem aliqui Doctores loquerentur etiam in
22 Maioratibus, id procederet, quando † ex dispositione Fundatoris includeretur etiam Filius Maioris natu vt loquitur *Thesaur. Iun. d. quaest. 20.num.4.& Prat.disceptat.38.numer. 52* intelligendus venit de primogenitura, quia de illa dicit *Thesaur.* ab eo allegatus *quaest. 12. nu.12.& seq. lib. 2.* alias enim idem *Thesaur.* esset sibi contrarius, cum *in d quaest.35.* ad quam se remittit determinauerit pro patruo aduersus filium admissi ad maioratum, vel erunt intelligendi de Maioratibus ordinariis, & in quibus de conditionibus à principio appositis non constat; Non autem de illis, in quibus fuit ab initio præscripta certa forma succedendi, vt in hoc, de quo agitur, cum illa, vti indicans voluntatem Fundatoris, debeat attendi, & in omnibus seruari, *Peguer.decis. 113. numer. 8.* qui propterea infert, Nepotem Iuniorem excludi à Patruo maiore natu, & in omnem euentum Doctores tenentes contrariam Sententiam conuincuntur ab allegatis numero, & auctoritate prę-ponderantibus.

Ex quibus ita &c.

De Melioramentis.

SVMMARIVM.

Melioramenta in bonis confiscatis spectant ad fiscum, qui tenetur soluere illorum pretium. numer. 1.

Quæ sint reficienda remissiuè, num. 2.

Pactum reseruationis dominii in venditione donec pretium soluatur est de iure validum. num 3.

Importat, quod dominium non discedat à venditore. num 4.28. 29.& 30. vbi respondetur contrarijs vel quod importetur specialis hypotheca. num. 5.

Sed nũquam dominium dicitur translatum in emptorem quo ad iuris effectus. num. 31.

Maxime stante iuramento. num. 32.

Non obstante clausula constituti. num. 33.

Cum semper transeat fundus venditus in emptorem hac reseruatione vinculatus. num. 34.

Hypotheca importatur per obligationem cameralem. numer. 6.

Clausula constituti transfert omnem possessionem ciuilem, & naturalem. num. 7.

Quo ad omnes effectus. num. 8.

Probat possessionem constitutarij n. 9.

Etiam si agatur de probando primo extremo in saluiano. num. 11.

Possessio venditoris præsumitur continuata vsque ad diem venditionis. num. 10.

Podere vnum constituitur ex pluribus petiis terrarum, licet diuisis, & separatis. num. 12.

Scriptura & si informis probat contra producentem. numer. 13.

Produ-

Productionis scripturae impugnatio debet à parte acceptari, ne operetur probationem contra producentem. num. 14.

Et nihilominus Iudex potest vti probatione impugnata ad fauorem impugnantis num. 15.

Sententia executioni non demandata potest ex nouiter deducendis iustificari. num. 16.

Etiam in Saluiano, dum non agitur ad effectum exequendi, sed faciendi numerum. numer. 17.

Clausula deducens, ius, & iustitiam, & omni modo meliori *operantur, quod sententia possit se qui super narratis, & probatis, quamuis aliter fuerit in libello conclusum. num. 18.*

Et faciunt sustineri sententiam etiam in saluiano. numer. 19.

Melioramenta quamuis illiquida retardant immissionem, licet offeratur cautio de illis reficiendis. numer. 20.

Declara vt num. 21.

Terminus ad liquidanda melioramenta in specie non datur nisi petenti. num. 22.

Melioramenta vt dicantur liquidata, debet probari copulatiuè, quid fuerit impensum, & quid melioratum. num. 23.

Et quare. num. 24.

Melioramentorum consistentium in plantatione arborum valor aestimatur detracto melioramento successiuo à solo, ita vt debeat refici, quod minus fuit impensum, & si plantauerit possidens iure dominii. num. 25.

Contrarium tenentes referuntur. num. 26.

Sed reprobantur. num. 27.

Melioramenta, ex quibus nulla, vel modica resultat vtilitas, non sunt reficienda. num. 35.

Melioramentorum, & damnorum datur ad inuicem compensatio. num. 38.

Et ad hunc effectum sunt aestimanda, meliorationes, & deteriorationes. num. 37.

Melioramenta facta post litem motam non sunt reficienda. num. 38.

An dicantur illiquida, remittitur arbitrio Iudicis. num 39.

Et dum sunt illiquida, admittitur cautio de illis reficiendis. num. 40.

QVÆSTIO XXXIV.

1 Meliotamenta † in bonis confiscatis reuocato contractu spectare ad fiscum, qui tenebitur soluere illorum pretium tertio possidenti, sentit post *Bald. in l. vltim. §. emptor autem numero 6. C. commun. de legat. Guazzin. de confiscat. bonor. conclus. 21. num. 39. Sanchez in praecept. decalog. lib. 2. cap. 23. numer. 204. Farin.* qui & si loquatur remissiuè *quaest. 190. num. 79.* tamen *ex Repert. inquisit.* refert melioramenta in re vendita ab hęretico retineri per emptorem, quando reuocatur alienatio; quę autem

2 † melioramenta sint reficienda tradit *idem Sanchez d. cap. 23. à numer. 135. Marescott. var. resol. lib. 2 à cap. 108. vsque & per tot. cap. 114. Fulgin. de iur. emphiteut. tit. de melioramẽt.* & ego apposui aliqua practicabilia in resolutione edita *in Perusina Saluiani 17. Decembris 1652.* quę sequitur hic impressa.

Incassum excipiunt Reu. Thomas, & fratres de Barattinis iniustitiam, & nullitatem sententiæ à R. P. D. Vicario Perusino latæ ad fauorem Io: Pauli, & filiorum de Picciolis; Etenim de iustitia constat, considerando, quod dum Picciolus de anno 1626. vendidit bona, de quibus agitur, Io: Baptistę Martinello pro scutis 1300. sibi reseruauit eorundem bonorum dominium, donec de

3 pretio satisfieret, quod † pactum esse de iure permissum, dixerunt *Bald. in rub. C. de contraben. empt. quaest. 13. Dec. cons. 440. in princ. Gratian. decis. Marcb. 13. numer. 1. & seqq. Hodiern. ad Surd. dec. 157. n. 3. Merlin. de pignor. lib. 2. quaest. 47. n. 4.*

Vnde siuè sequi velimus opinionem, quod do-

4 minium † hoc casu non discedat à venditore, *Surd. decis. 157. per tot. Magon. decis. Florent. 91. n. 6. & seqq. Gratian. decis. Marcb. 13. num. 5. & seq. Amat. decis. 6. num. 3. Merlin. decis. Lucens. 33. nu. 4. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 3. numer. 8. & seqq. Franch. decis. 506. per tot. & ibi*

5 *adden* siue, quod per huiusmodi † reseruationem importetur specialis hypotheca, *Gratian. discept. forens. cap. 523. nu. 13. & seqq. Fontanell. de pact. nup. claus. 7. glos. 2 p. 9. num. 14. & 15.* semper certum est, quod ex hoc Instrumento hypotheca resultat, cum vltrà ipsam dominij reseruationem leg antur expressè obligata bona, & adsit obliga-

6 tio † Cameralis, quæ continet in ventre hypothecam, *Zacch. de obl. cam. q. 5. num. 37. & seqq.*

Possessio Martinelli debitoris de tempore contractę obligationis controuerti minime potest, quia fuit in processu causę probata possessio Picciolli, qui eadem bona vendidit Martinello, & in ipsum per clausulam constituti appositam in ven-

7 ditionis Instrumento † transtulit omnem possessionem ciuilem, & naturalem *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 27. numer. 6. Add. ad Buratt.*

8 *decis. 179. litt. A.* quę possessionis translatio † est considerabilis quoad omnes effectus, *Add. ad Ludouis. decis. 457. num. 6. Thomat. decis. 15. num. 3. Rot. par. 5. recent. decis. 217 numer. 5.* Et in pun-

9 cto, quod † possessio Constitutarij probetur hoc modo, post constitutum, senserunt *Post. de manuten. obser. 20. numer. 4. & per tot. ac Duran. decis. 40. num. 3. & 4. & decis. 49. num. 4.*

Conuincitur autem ex eo, quod idem Martinellus de anno 1636. vendidit hęc bona Barattinis, qui hodie possident, vt ex Instrumento venditionis per ipsosmet Barattinos vltimo loco produ-

10 cto, quæ Martinelli possessio † præsumitur continuata vsque quo Vendidit eisdem Barattinis *Antonell. consil. 21. num. 3. & 4. Post. de manuten. obser. 17. n. 9. 10. 11. & seqq.* & per constitutum in illo

11 appositum † probatur primum extremũ in Saluiano, quod est Martinelli debitoris possessio, *Ludouis. decis. 491. numer. 10. Buratt. decis. 780. num. 2. Duran.*

Duran.decis.40.numer.3.decis.193 num.2.& seq. ac decis 401.num.6.

Nec valet refricari identitas ex eo, quod Picciollus vendidit vnum podere, & Martinellus plu- 12 res petias terrarum, quia eædem † plures petiȩ, licet diuisȩ, & separatȩ constituunt idem, & vnum podere iuxtà doctrinam *Bart.in l.scia §.Tiranna, ff de fund instruct.Surd.decis.241.nu.13.& seqq. Caualer.decis 160.num.1.*& bene colligitur ex articulatis, & probatis per Barattinos, qui easdem petias terrarum emptas a Martinello restrinxerunt sub vno podere, cuius confines concordant cum vendito à Picciollo.

Non obstat, quod dictum Instrumentum sit informe, & a Procuratore Picciolli fuerit illius productio impugnata.

Quò enim ad informitatem verior est opinio, 13 quod scriptura † licet informis probat contrà Producentem, *Masoard. conclus 71 num 15.& seq. Gen.de script.priu.quaest.4.num.151.& seqq. Gait.de cred cap.2 tit. 8.num.2660.& seqq. Buratt. decis. 381.num.1.& ibi Add.littera B num.* 11.firmat, quod hęc opinio est tenenda, licet alias Rota variauerit. Quo verò ad impugnationem 14 † productionis, vltrà quod ad effectum denegandi vsum Picciollo, erat necesse, quod Barattini acceptassent impugnationem *Gratian cap 279. num. 36. Giurb.dec.100.num.33.Hodiern.ad Surd.dec. 196. num.* 2. est etiam verum, quod Iudex potest 15 † vti probatione impugnata ad fauorem impugnantis, *Rot.diuers decis. 101.num.11.par.2.Hodiern.ad d.decis Surd 196.num. 4.& 5.*

Minus facit, quod cum hoc Instrumentum desideraretur in Iudicio coram R.P.D.Vicario illius sententia iniustitiæ subiaceat.

Quia, omisso, quod absque dicto Instrumento primum extremum probatur, Sententia execu- 16 tioni † non demandata, potest etiam ex deducendis coadiuuari, *Caualer decis 633.num 5.& dec. 655.num.4.Buratt decis.251 num. 10 & seqq.* Et licet sententia in Saluiano nequeat canoniter de- 17 ductis iustificari, id tamen procedit, † quando agitur de illa exequenda, non autem confirmanda ad effectum faciendi numerum, vt colligitur ex *Buratt. d. decis. 258.* & indiuidualiter *decis.584. numero 6.*

Pariter non obstat, quod fuerit pronunciatum in Iudicio Saluiani a principio non deducto, & sententia non conformis libello vitio nullitatis laboret.

Quoniam obiectum corruit in facto, & in omnem euentum ex clausulis deducens &c. Ius, & iu- 18 stitiam &c. & omni &c. appositis † in libello potest sententia sequi super narratis, & probatis, quamuis aliter fuerit conclusum, *Viu. decis. 315.num. 19 5.& decis 395.num 2.& seqq* vbi quod † sententia substinetur in Saluiano, *Statil. de Saluian. inspect. 1. cap. 3. num. 70. & seqq. Barbos.claus.76. num.2.& seqq.*

Et propterea Sententiam Vicarij confirmando, immissionem decreui prestita cautione de reficiendis melioramentis coram me a Barattinis prȩten- 20 sis. Nam licet exceptio melioramentorum † quãuis illiquida retardet immissionem, etiam si offeratur cautio de illis reficiendis, *Rot. dec.188.nu. 6.& 7.par.5.recent* vbi dantur concordantes, 21 attamen cum in terminis datis † ad probandum non fuerint in specie probata, immissio non impeditur, *Rot. decis. 48.num.16 par.7.recent.*

Futilis autem esset replicatio, quod termini non fuerint assignati ad liquidandum in specie. Tum quia sibi ipsis debent Barattini imputare, qui potuerunt probare, & non probauerunt, Tum 22 quia terminus † ad liquidandum in specie non debet assignari, nisi petitus, *Poll.de manut obser.1. numer. 51.& seqq.*

Ad effectum autem, vt dicerentur probata in specie, & retentio competeret erat necesse, quod 23 Testes † deponerent copulatiuè, quid melioratum, & quid impensum, iuxtà practicam edoctam à *Mangil. de euict.quaest. 154.num 23.Rot. decis. 48.num 14 & 15.par.7 recent. apud Merlin. de pign decis 81.num.22 decis 90. num. 15. & decis. 137.num.25.26.& 27.in Mediolanen.bonorum 19. Ianuarij 1650.coram Arguell.§.melioramenta ve-* 24 *rò*, & ratio est quia, quod † minus est, semper est reficiendum, *Glos.in l. in fundo litt. C ff de rei vendic Statil.de Saluian inspect.2.cap 2 num 250. Rota in Imolen.Saluiani 18 Aprilis 1636 coram Macchiauello, §.nam cum refici*, quæ loquitur in terminis Saluiani, & Tertii possidentis iure dominij, & in *Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Decembris 1644 coram R.P.D Bichio, § tum etiã quia non probatur*, vbi dantur aliæ decisiones ad materiam.

Quę opinio caret omni difficultate, cum simus in prędiis rusticis, in quibus valor melioramento- 25 rum † consistens in plantatione arborum facta etiam a Domino ęstimatur detracto melioramento successiuo ab ipso solo, ita vt attendatur quid minus sit expensum de tempore plantationis, *Borgnin in addit.ad decis.28.nu.2.& 4 par.1. Barz. decis Bononien.23 num. 16. vers in quorum omnium æstimatione, Mangil.de euict quaest.153 nu. 22 & 23. Thomat. decis. 59 num. 64.* & sequitur *Rot.in Sabinen.melioramentorum 4 Iunij 1635 §. quantum autem attinet coram Coccino.*

26 Nec me † præterit *Fulgin.de emphyteus. tit. de melioramentis quaest.7.num.3.& Antonell. Maceraten.cons.14.num.11.& seqq.* mordicus defendere, quod opinio supradictorum procedit tantum in bonæ fidei possessore, non autem in Domino, qui habet dominium plantationis, & humoris ter- 27 ræ. Attamen † contra ipsos stat magis communis schola DD. volentium dispositionem *l. in fundo* procedere tam in possidente bona fide, quam iure domini, *Rota in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. coram Arguelles, impressa apud Merlin.de pignor.decis 137.numer. 28.* & bene faciunt decisiones allegatę superius in *§. ad effectum autem.*

28 Videtur etiam difficultas hæc posse euitari ex eo, quod

ex eo, quod † reseruatio dominij ad fauorem Picciolli operatur, vt non fuerit translatum dominium in Martinellum emptorem, sed remanserit penes venditorem, vltra DD. allegatos supra in § vnde fiue, tradunt *Gratian. c. 175 per tot. & signanter num. 8. Ciriac. controuers 164. num. 12. 3. & seqq. Rot. diuers decis 728. num. 4. vers nec refragatur part. 4. penes Cenc. de censibus decis 79. num. 17. & 18* plura cumulat *Merlin. de pignor. lib. 4. quaest. 41 sub num. 53. vsque, & per tot. 60. & in addit. ad num. 56.* vltra decisiones illic adductas refert firmasse *Rotam in Romana Vineæ 29. Aprilis 1648. coram R. P. D. Meltio, Cenc. de censibus quaest. 26 per tot & ibi num. 6 vers & bene conferunt,* responder decisioni *in Firmana Saluiani coram Merlino, quæ est dec 135 par. 6. recent.* quod nempe census ibi fuit habitus pro valido, quia erat solutum pretium mediante accollatione Censuum, quibus venditor grauabatur, & quia pactum reseruatiuum fuerat positum post contractum perfectum, & dominium translatum in Emptorem. In casu autem, de quo agitur non fuit completus contractus, nec translatum aliquod

29 dominium, cum facta fuerit † venditio saluo pacto reseruationis, vt colligitur ex illis verbis appositis in principio Instrumenti, dedit, cessit, salu is infrascriptis, & non alias &c. cum clausula *saluis* limitet, ac restringat totam dispositionem, post *Paris. & Theodos. Rub. Barbos clauss. 144. num. 6.* & per alteram *non alias* importetur forma, & adimatur consensus ab actu, idem *Barbos. clauss. 81 num. 2. & seqq.*

Et licet *merlin dict. quaest. 41. a num. 61. vsque, & per tot. 69 & Hodiern. ad Surd. decis 157. num. 12. & seqq.* ratiocinentur pluribus, quod hæc re-

30 seruatio importet simplicem hypotheeam, † tamen opinio contraria est melioribus fulcita rationibus, ac magis recepta in Tribunalibus, pluriesque firmata a Rot. desuper allegata, & signanter articulo ad partes discusso in *Romana Saluiani 8. Aprilis 1639. coram R. P. D. Dunozetto, apud Post. de subhast. decis. 118. per tot.*

Nihilominus in terminis, in quibus hodie versamur, videntur difficultates ab ipsis excitatæ, non posse obstare, quia non agitur de vendicando fundo, sed de pretij solutione, Ideoque inferri valide potest, quod Barattini possidentes ex titulo emptionis fundum, cuius dominium est reseruatum Picciollo, donec pretium soluatur, non possunt

31 considerari vti *Domini*, † sed dumtaxat sicuti bonæ fidei possessores, cum non potuerit in ipsos stante reseruatione dici translatum dominium, saltem quoad Iuris effectus, *Rot. in Romana Officij Notariatus 25. Maij 1604. coram Cardin. Pamphilio post. merlin. de pignor. decis 2. num 2. & 3.* ad quorum possessorum bonæ fidei fauorem non dicuntur liquidari melioramenta, nisi probetur copulatiuè, quantum melioratum, & quantum impensum. *Post. de manutenen. obser. 12. nu. 55. Rot. penes ipsum decis. 429. num. 7. & par. 4. recent dec. 206. num. 4. Merlin. decis 546. per tot. & quæ est eadem cum decis 116. part. 6. recent.*

32 Vltra quæ, † ipsemet *Merlin. d. quaest. 41. num. 68. ibi, Et maxime concurrente,* adhæret opinioni *Ciriac. controuers 425. num. 55.* volentis omnino impediri translationem dominii ex pacto reseruatiuo, si appositum fuit Iuramentum, vt hic; Quæ

33 procedunt in nihilo obstāte † clausula, *Constituti,* apposita ad fauorem emptoris, *Claud. Beriazzol. ad cons crimin. patris 540. littera D. Gratian. cap. 175 num. 6.* & alii relati per *Ciriac. dict. controu. 164. num. 4. & seqq Scappucc. de salu. interdict. lib.*

34 *2. quaest. 14 num. 2. & seqq.* ita vt fundus † non potuerit transire ad Barattinos, nisi huiusmodi reseruatione vinculatus, *Gratian. cap. 730. numero 6. & 7.*

Insuper ne exceptio melioramentorū impediret immissione animaduertebam. Primo, quod vinea in illis partibus declaratur a Testibus potius dam-

35 nosa, quam vtilis, & quando † modica, vel nulla percipitur vtilitas retentio minime datur, post *Castrens Riminald. iun. & Rolan. Statil. de Salu. insp ectione 2. cap. 2. num. 192.*

Secundo, quod si Barattini meliorarunt fundum plantando, illum reddiderunt etiam deteriorem, euellendo plures quercus fructiferas, ex quibus

36 resultabat vtilitas bene † considerata per Testes, ac propterea debet dari ad inuicem compensatio, *Statil. d. cap. 2. num 258. Rot post ipsum decis 81.*

37 *num. 5.* & ad hunc effectum erant æstimandæ † deteriorationes, & melioramenta adhoc vt quod melioramenta excederent deteriorationes, & è conuersò refundi omninò deberet, *Fontanell de pact. nuptial. claus 11. Glos. vnic. num. 11. & seq.*

Tertio quod non potuit percipi ex actis quanta melioramenta perfici debuissent, cum post hoc Iudicium motum de anno 1648. visum fuerit col-

38 ligi ex Testibus examinatis fuisse † facta multa ex dictis melioramentis, quæ propterea reficienda non sunt, *Rot. decis 130. num. 18. part. 7. recent.* & in terminis Saluiani post *Merlin. de pignoribus decis 91. num. 8.* & ideo erant prius separanda ab aliis factis ante litem excitatam.

Ex quibus omnibus simul coaceruatis exceptio melioramentorum redditur illiquida, & dicitur

39 requirere indaginem altiorem, circa † quod Iudicis arbitrium plurimum pollet, *Contard. de manut. q.*

40 *24. n. 27. & 28.* vnde merito fuit admissa † cautio de illis reficiendis, *Contard. ibidem Statil. dict. cap. 2 numero 254.*

Et ita &c.

De Iuribus actiuis, & passiuis.

SVMMARIVM.

Omnia iura actiua, & passiua damnati transeunt per confiscationem in fiscum num. 1.

Et transeunt bona cum omnibus suis Seruitutibus oneribus, & obligationibus, num. 2.

Fiscus

Fiscus tenetur ad omnia onera hereditaria ante condemnationem contracta. num 3.

Ac ea omnia, quæ transmittuntur ad heredem extraneum, & non aliàs. num. 4.

Limita tamen in iuribus conditionalibus, quæ in fiscum non transeunt. num. 5.

Nisi ageretur de contractibus conditionalibus, qui ad heredes, & ad fiscum transeunt, num. 6.

Amplia hoc quoque procedere, tàm in iuribus actiuis ex contractu descendentibus, quam in passiuis. num. 7.

Fiscus an sit propriè hæres damnati, licet apud DD. sit controuersum, tamen certum est, quod habetur loco heredis extranei. num. 8.

Amplia, licet succedat in bonis vacantibus. nu. 9.

Fiscus succedit in locum illius, cuius bona confiscantur. num 10.

Et sic tenetur releuare indemnem fideiussorem condemnati, sicut ipse condemnatus tenebatur. numer. 11.

Fideiussor, si ob non præsentationem Rei cogatur soluere pœnam, confiscatis Rei bonis, agit contra fiscum ad omne damnum num. 12.

Fiscus, qui pœnam à fideiussore non exigit, non potest ipsum molestare, quia fideiussor est semper tutus exceptione cedendarum. num. 13.

Creditor fideiussoris condemnati, antequam agat contrà fideiussorem, debet fiscum excutere, qui debitori condemnato successit. num. 14.

Fiscus habet ius dicendi de nullitate testamenti patris, si prius ipse decesserit, & postea fuerit sequuta condemnatio filij. num. 15.

Secus si filius fuisset bannitus ante mortem Patris, numer. 16.

Fiscus succedit patri cōdemnati, si filius delinquat patre viuente, & inquisitione formata sententia sequatur. num. 17.

Ius deliberandi transit in fiscum. num. 18.

Prout etiam ius abstinendi, ea immiscendi competens heredibus suis ad fiscum transmittitur. numer. 19.

Ius petendi legitimam quando ea debetur titulo particulari ad fiscum transit, licet non sit agnita, secus vero si deberetur ex titulo vniuersali, & agnita non esset. num. 20.

Ius reiciendi grauamen è legitima fiscus non habet, si filius non fuit in vita conquestus. num. 21.

Contrarium autem firmatur. num. 22.

Accrescendi ius, an transeat in fiscum remissiue. numero 23.

Ad fiscum transmittitur quantitas reseruata a donante ad effectum de illa disponendi, si donans fuerit bannitus, & confiscatus. numero 24.

Contrarium tenet senatus Siculus, & alij relati num. 25. cum quibus Author pertransit.

Fiscus vsumfructum, quem habet Pater in bonis filij, non potest confiscare patre delinquente. numero 26.

Intellige dictam conclusionem, quando pater commisit delictum, per quod amisit patriam potestatem, quo in casu vsusfructus cum proprietate consolidatur secus vero si ob delictum commissum patria potestas non sit amissa. numero 27.

Et quando vsusfructus patris confiscatur, fiscus tenetur ad præstanda filijs alimenta. num. 28.

Intellige tamen, si tempore publicationis bonorum filij erant nati, & quando pater non commisit crimen læsæ Maiestatis. num. 29.

Fiscus non acquirit alimenta debita delinquenti eius vita durante. num. 30.

Excellentissimi D. Rossij Torelli Aduocati Perusini laudes. num. 31.

Ius impugnandi donationem inofficiosam non transit ad fiscum. num 32.

Ius reuocandi donationem non transit in fiscum, quando competijsset actio donanti si damnatus non fuisset. num. 32.

Nec transit ad heredes. num. 33.

Ius acceptandi, vel ratificandi donationem factam damnato, & per ipsum non acceptatam, non habet fiscus. num. 34.

Ius adeundi, & ius patronatus, an transeat ad fiscum remissiue. num 35.

Fiscus pulsatus pro solutione debitorum damnati non tenetur in solidum, sed tantum, quantum vires hereditariæ patiuntur. num 36.

Fiscus non tenetur conficere inuentarium quando succedit in bonis confiscatis, vel vacantibus. numer. 37.

Tenetur tamen si succederet vti hæres. numero 38.

Virgines Vestales eximebantur e nexibus patriæ potestatis. num. 39.

Patria potestas soluitur per ingressum Religionis. numero 40.

Et hoc procedit, tam in Monaco, quam in Moniali ob identitatem rationis. num. 41.

Monacus sicut transit in potestatem Abbatis, ità Monialis in ditionem Monasterij, & Prælatorum eiusdem Congregationis. num 42.

Et potestas dictorum Prælatorum est dominatiua, seu economica, & politica num. 43.

Monialis transit in potestatem Abbatissæ, cum hæc iurisdictionem habere dicatur. num. 44.

In bonis quæsitis post professionem emissam nullus patria potestatis effectus consideratur, & propterea vsusfructus non debetur patri. num. 45.

Successio monialis defertur monasterio, adeo vt nec per ictum oculi in moniale resideat. numer. 46.

Institutio restricta ad vitam heredis, de veriori, intelligitur etiam in proprietate. num. 47.

Institutus, detracto vitio temporis, manet hæres perpetuus, substitutus vero post mortem censetur tantum per fideicommissum vocatus numer. 48.

Dies mortis, cum sit omnino incertus, facit dispositionem in illud tempus collatam esse conditionalem. numero 49.

Fideicommissum ante euentum conditionis non est in bonis nostris. num. 50.

Et tunc

Et tunc tantum incipit deberi, quando conditio fuit purificata. numer. 51.

Conditioneq; non purificata nec est transmissibile ad descendentes. num. 52.

Fideicommissarius, pendente conditione habet spem succedendi a iure approbatam, quae est tanta potentiae, vt etiam fiat transmissio ad haeredes extraneos. num. 53.

Tempus purificatae conditionis est attendendum. numer. 54.

Pater nullum ius habet in bonis filij post professionem delatis, sed penes ipsum remanet vsusfructus quaesitus antequam filius religionem ingrediatur & quare. num. 55.

Vsusfructus non consideratur, & non constituitur, nisi quando bona sunt cum effectu acquisita. numer. 56.

Vsusfructus vt formetur, requiritur haereditatis aditio. numer 57.

Filius ingrediens religionem dicitur ciuiliter mortuus. numer. 58.

Legitimam non augent bona obuenta post mortem num. 59.

Possessio naturalis corpore, ciuilis animo retinetur. numer. 60.

Manutentio datur habenti ciuilem, & naturalem possessionem num. 61.

Possessionis commodum amittit, qui scit, & patitur bona ab alio possideri. num. 62.

Antiquior possessor est manutenendus, si probet quod iunior clam possideat. numer. 63.

Sciens suam possessionem occupatam, nisi statim reclamet, illius commodo priuatur. num. 64.

Vsufructuario ad acquirendos fructus non sufficit sola naturalis possessio, sed debet omnino illam adipisci media fructuum perceptione. numero 65.

Vsusfructus reseruatione retinetur naturalis possessio, & ciuilis transfertur. num. 66.

Limita quando adesset pactum in contrarium. numer. 67.

Vsufructuarius spoliatus sua naturali possessione habet quasi ciuilem Iuris vsusfructus pro manutentione impetranda. num. 68.

Limita, quando vsufructuarius fuit negligens illam recuperare per modicum tempus, etiam per triduum. numer 69.

Probatio ambigua, & de necessitate possessionem non iustificans, non attenditur num. 70.

Citatio non reproducta nullum producit effectum. numer 71.

Procurator sine speciali mandato non potest declarare, suos principales non possidere. num. 72.

Vnam rem in solidum duo nequeunt possidere. numer. 73.

Vsusfructus consistit in possessione. num. 74.

Ob translationem possessionis in alium videtur renunciatum iuri percipiendi vsumfructum, & si de eo expressa mentio non fiat, & quare. numer. 75.

Vsufructuarius habet ius percipiendi vsumfructum sibi reseruatum propria authoritate. numer. 76.

Reseruatio vsusfructus intelligi debet pro reseruatione fructuum. num. 77.

Maxime quando integer vsusfructus non est reseruatus, quia tunc possessio est penes habentem dominium, & soli fructus censentur relicti. numer. 78.

Ex donatione cum reseruatione vsusfructus transfertur in donatarium vtile, & directum dominium, exceptis fructibus Donatori reseruatis. num. 79.

Obseruantia operatur vt in contractu tantum censeatur deductum, quantum fuit postea seruatum. num. 80.

Et obseruantia non requiritur, quod sit praescripta, sed inducitur minori tempore quam decem annorum. numer. 81.

Quinimo sufficit, quod partes semel ita contractum intellexerint. num. 82.

Obseruantia contractum declarat, quando illius verba non sunt adeo clara, vt omnino excludant contrarium intellectum. num. 83.

Et quando verba non sunt adeo clara, obseruantia recipitur, etiam si intellectus esset de iure verior. ibidem.

Possidens tempore motae litis, est manutenendus. num. 84.

In summarijssimo possessorio non attenditur quis debeat possidere, sed quis in possessione reperiatur. numer. 85.

Possidere, & esse in possessione quam differant inter se remissiue. num. 86.

QVAESTIO. XXXV.

1 Constituitur regula generalis, quod omnia † iura actiua, & passiua damnati transeunt per confiscationem in fiscum *l. 2. C. ad l. Iul. de vis. publ. l. si ademptis C. de sent pass. l. si vt proponis C. de bon. damnat. Guazzin. de confiscat. conclus. 13. ampliat. 22. per tot. Guazzin. filius tract. moral. lib. 2. de Iudic. c. 49. n. 2. & 3 Gratian. disceptat. forens c. 423 n. 14. & seqq. & c. 840. n. 36. Altograd. consil. 95. n. 1. & 138. vol. 1.* vbi quod

2 bona † transeunt in fiscum cum omnibus suis seruitutibus, oneribus, & obligationibus *& cons. 37. n. 15. vol. 2. Merlin. de pignor. lib. 5. quaest. 51. n. 1. Capyc. Latr. consultat. 131. n. 37 & seqq.* volens fiscum

3 † teneri ad omnia onera haereditaria ante condemnationē contracta *Rot. coram Merlin. dec. 703. n. 1.*

4 *& 5.* ea videlicet omnia, quae † transmittuntur ad heredem extraneum, & non alias *Carpan. ad constit. nouiss. Mediol. in §. omnium num. 376. & seqq.*

5 Quae tamen regula limitatur † in iuribus conditionalibus, quia ista non transeunt in fiscum *l si mādauero §. is cuius ff. mandati l. quoties vbi Castren. num. 4. ff. de nouat. Farin. quaest. 25. n. 142. Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit. 25. num. 1. & seqq. Altograd. d. consil. 95. numer. 44. vol. 1.* nisi tamen agere-

6 ageretur † de contractibus conditionalibus, quos ad heredes, ac etiam ad fiscum transire conueniunt magis communiter scribentes teste *Arias de Mesa var. resol. lib. 3. capit. 42. num. 4.* & adeo
7 † veram hanc traditionem profitetur, vt non solum in iuribus conditionalibus actiuis ex contractu descendentibus, sed etiam passiuis illã procedere firmet ex *Sanchez. in praecept decalog. lib. 2. cap. 14. numer 23. & seqq. & ex plurib. alijs relat idem Arias de Mesa d. cap. 42. num. 6.* ratio autem est,
8 quia licet controuertant DD † an fiscus sit proprie haeres *Peregrin. de iur fisc. lib. 5. tit 1. numer. 53. & 60. Gratian. disceptat forens. 840. numer. 35.* certum tamen reputatur quod est, successor vniuersalis, habetur loco haeredis extranei, & quamuis succedat per anihilationem personę non per illins repręsentationem, dicitur nihilominus haeres anomalus *Guazzin. de confiscat. conclus. 20. numer. 1. & seqq. Rouit ad pragm. 1. de bon. pro. dit. numer. 14. & 15. Cabed. decis 81. numer. 5. part. 2. Altograd. dicto cons. 95. numer. 42. 131. & seqq. vol. 1. Vbert de citat tom 3. cap 14. numer.*
9 41. firmans † idem esse, quando succedit in bonis vacantibus *Merlin. de pignor. lib 5. quaest 51. numer. 1 & 2 Fontanell. de pact. nuptial claus. 5. glos. 4. numer. 63 & seqq.* vbi habetur remissiuè quid importet, fiscum succedere vti haeredem,
10 vel non; & † succedit in locum illius, cuius bona confiscantur *Bellon. Iun. de iur. accresc. cap. 7. quaest. 46. numer. 3 Capyc. Latr. consultat. 131. num. 36. & 37.*

11 Vnde fideiussorem † condemnati tenetur seruare indemnem, sicuti debuisset ipsemet delinquens *Arias de Mesa var. resol. lib. 2. capit. 12.*
12 *numer. 2.* & adeo hanc † indemnitatem debet fiscus pręstare, vt si quis fideiubeat de pręsentando ipsum reum, & ob non praesentationem solnat paenam, confiscatis deinde bonis eiusdem Rei tenebitur reficere fideiussori omne damnum ex causa
13 prędicta passum, si vero † non fuisset exacta paena, non poterit fideiussorem molestare, qui erit semper tutus exceptione cedendarum *Constan. in l. 1. numer. 84. C. de pan. fiscal. lib. 10. & facit Gratian. disceptation. forens. 423. numer. 72. Caball. resol. 190. numer. 2. & resol. 234. numer.*
14 *20. & seqq.* quinimo si quis alius † creditor vellet agere contra fideiussorem damnati deberet prius excutere fiscum, qui debitori confiscato successit *Constan. in rub. numer. 13. versic. aduertas tamen C. de iur. fisc. & C. de fiscal. vsur. numer. 29. libr. 10. Arias de Mesa dicto capit. 12. numer. 3. libr 2.*

15 Et ob eandem † rationem acquisitionis omnium iurium, ius dicendi nullum testamentum patris transmittitur in fiscum, si pater prius decesserit, & postea fuerit secuta condemnatio *Carpan. ad constitut. nouiss. Mediol. §. omnium numer. 425. Bellon. Iun. de iur. accrescen. capit. 7. quaest. 46. numer. 57. & seqq. Arias de Mesa. variar. resol. libr. 3. dicto capit. 42. numer. 8. & seqq.*
16 sed si fuisset † bannitus ante mortem patris, ius hoc dicendi testamentum nullum non posset transire in fiscum *Guazzin. de confiscat. conclus. 13. limit. 25. n 23 Giurb cons. 56. nu. 21. & infra Bellon. dicta quaest. 46. numer. 34. Arias de Mesa d. cap. 42. num. 7.*

17 Prout etiam † transit in fiscum hęreditas patris, si filius illo viuente delinquat, & patre mortuo inquisitione formata sententia sequatur, vt pluribus relatis, contrariisq; reiectis probat *Arias de Mesa dicto capit. 42. numer. 12. & seqq.* ratiocinans
18 † ius deliberandi transire in fiscum, *& n. 18.* fir-
19 mat ius † immiscendi, & abstinendi competens hęredibus suis pariter ad fiscum transmitti.
20 An autem † ius petendi legitimam, & eius supplementum etiam non agnitum transeat ad fiscum poterit consuli item *Arias de Mesa dicto capit. 42. numer. 20.* qui indistinctè sentit transire, ego autem distinguerem, quod aut legitima debetur titulo particulari, & tunc etiam non agnita transmittatur, aut titulo vniuersali hęreditario, & non possit fieri transmissio, nisi pręcesserit agnitio ex dictis *quaest. 24. numer. 111.* quae hic erunt addenda.

21 Ius autem † reiiciendi grauamen a legitima non transire in fiscum, si filius non fuit in vita conquestus scripserunt *Gratian. disceptat. forens. 983. numer. 11. Mastrill. decis. 181. numer. 3. & seqq. Fusar. de substitut. quaest. 196. numer. 11. & infra Mangil. de imputat. quaest. 48. numer. 19 Arias de Mesa dicto capit. 42. numers*
22 *21.* Contrariam autem † opinionem, cum qua existimo pertransceundum, solide, & erudite defendunt *Farinac. consil. 159. numer. 39. & seqq. vsque in fin. & in addit. impress. post. 3. vol. consil. ad quaest. 25 sub numer 45. vers. hinc, & opinionem Alciati. Merlin Pignatell. controuers. 49. sub numer 15 vers. tertio in ea inspectione, & numer. 17.* vbi quod ista fuit opinio Senatus Neapolitani *tom. 2. Ciriac. controuers. 148. per tot. Merlin. de legit. in postrem. edit. lib. 3. tit. 1. quaest 32. numer. 3. vers sed contrariam, & tit. 2. quaest 17 numer. 2 prope fin. vers. contra, & numer 8. cum seqq.* & sequuta fuit *Rota Romana in Anconitana legitima* 28. *Ianuarij* 1630. *coram Reuerendissimo D. Dunozetto par. 5 recent decis. 341. numer. 3. & seqq* vbi assignatur ratio inconnincibilis, quod cum onus a legitima reiiciatur ministerio legis, non est opus, quod Filius in vita contradicat, dum lex pro ipso prouidit, & fuit etiam iudicatum Perusię per illam Rotam *in Perusina fideicommissi, & transactionis de Rodulphis, vt in decis impressa*, quam habeo penes me *§. nonum super praetensa prohibitione* qua causa postea deuoluta per appellationem ad sacram Rotam Romanam fuit ibidem confirmata sententia Rotę Perusinę, vt *in decis.* quę fuit inscripta *Perusina fideicommissi de Rodulphis* 14. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. Cerro §. legitima autem cum seqq.*

23 Dubitari † etiam solet, an in fiscum transeat ius accrescendi, sed quia quęstionem pertracta-

uit, & omnem lapidem mouit *Bellon. Iunior de iur. accrescen. capit. 7. quaest. 66. per tot.* ideò ad illum poterit recurri.

24 Ab amico interrogatus, an quantitas à donante reseruata ad effectum disponendi transeat in fiscum, si donans fuerit bannitus, & confiscatus, respondi extare pro fisco doctrinam *Cutell. de donat. contempl. matrim. tom. 1. discurs. 2. part. 2. numero 13. & Giurb. cons. 55 per tot.* qui ad satietatem enucleat articulum huiusmodi reseruationis, *& in fin. consil. subsequentis 56.* testatur fuisse iudicatum pro fisco, sed aduersus fiscum

25 stetit Senatus † Siculus apud *Mastrill. decis. 277. Castill. decis. 142. Mut decis. 49.* quas decisiones licet *Giurb. in fin. dicti consil. 56.* fateatur adesse, non tamen à sua opinione recedit, sed pertinaciter putat esse cum ipso ad fauorem fisci resoluendum. Eruditissimus *Arias de Mesa dicto capit. 42. numer. 23. & seqq.* post vtramque opinionem allatam residet cum decisione Senatus

26 Siculi contra † fiscum, prout & ego resideo, cum omnibus fundamentis, & rationibus adductis per *Giurb.* respondeat tam bene *idem Arias de Mesa*, vt nullam relinquat difficultatem, & hanc eandem opinionem sequitur *Carpn. var. resol. cap. 4. num. 77.*

27 Vsumfructum, † quem habet pater in bonis filij, non posse patre delinquente confiscari autumauit Senatus Lusitanus apud *Georg. de Cabed. decis. 185. part. 1.* at mihi arridet distinctio, quod, aut pater commisit delictum, pro quo venit patria potestate priuandus, & quia cessat causa acquisitionis vsusfructus, fit consolidatio cum proprietate, nec datur transitus in fiscum, si vero ob delictum commissum non amittitur patria potestas, vtique veniet in confiscatione ille vsusfructus iuxta doctrinam *Eoer. decis. 7.* quam amplectuntur *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 4. numer. 70. & 71. Sanchez. in praecept. decalog. lib. 2. capit. 16. numer. 4. 5. 6.*

28 *& 7. Farin. quaest. 24. numer. 33.* & hoc † casu confiscatione secuta fiscus tenebitur ad alimenta filiorum *Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 31. Sanchez dicto capit. 16. numer. 25.* loquens de fi-

29 lijs † natis ante publicationem bonorum, & excipiens crimen laesae Maiestatis diuinę, & humanę *Arias de Mesa var. resol. lib. 3. capit. 37. numer. 6. & 13. Altograd. dicto consil. 95. numer. 1. & per tot.* vbi plura ad hoc propositum affert etiam de alimentis debitis ex contractu; non

30 tamen † fiscus acquireret confiscando alimenta debita delinquenti, etiam illius vita durante *Farin. quaest. 25. numer. 145. Arias de Mesa var. resol. libr. secundo capit. 6. numer. 7.*

Postquam autem verba feci de vsufructu volui apponere decisionem casus contingibilis a me compilatam in hoc Sacro Auditorio Rotę Prouinciae Marchiae, vbi hodie assideo, in qua discutitur, quę remedia competant vsufructuario spoliato ad possessionem vsusfructus recuperandam, & alteram non contemnendam quaestionem, quam habui de facto Perusiae in terminis cuiusdam filii religionem ingressi, post cuius professionem emissam fuit purificata conditio, ob quam haereditas filio Monaco deferebatur, & fuit dubitatum, an illa bona deuoluerentur ad Monasterium, an verò pater viuens vsumfructum assequi deberet, & defendente causam pro Monaste-

31 rio *Excellentiss. † D. Rosato Torello in eadem Ciuitate Perusina celeberrimo Aduocato & in omni scientiarum genere versatissimo, qui vltra singularem doctrinam habet etiam praeclarissimam morum suauitatem, & animi integritatem* fuit a me decisum patrem nullum habere vsumfructum ex rationibus adductis in resolutione, quę hodie hic inferius denuo datur typis.

Ius impugnandi donationem inofficiosam non transit in fiscum *Arias de Mesa dicto capit.*

32 *42. numer. 22.* sicuti nec transit ius reuocandi † donationem, quando competijsset actio donanti, si damnatus non fuisset *Carpan. ad constitut. Mediol. §. omnium numer. 437. & seqq. & ad statut. eiusdem Ciuitatis capit. 324. numer. 213. Altograd. cons. 37. numer. 11. & infra vol. 2.* nec

33 enim † transit ad haeredes *Franch. decis. 339. numer. 3. iuncta addit. Viscont. sub eod. numer. 3. Sanfelic. decis. 192. numer. 3. Sperell decis. 81. numer. 36. Rot. recent. decis. 69. numer. 80. par. 7. inter impress. Merlin. decis. 692. numer. 80. Altograd. dicto cons. 37. numer. 11. & seqq.*

34 & minus transmittitur † facultas acceptandi, vel ratificandi donationem factam damnato, & per ipsum non acceptatam *Carpan. dicto §. omnium numer. 436.*

35 Quid autem † dicendum sit de iure adeundi, & de iure patronatus, erit videndum in duabus sequentibus quęstionibus, quia cum vterque articulus non careat magnis difficultatibus, volui super vno quoque disputationem separatam assumere.

36 Est tamen aduertendum, † quod fiscus conuentus pro solutione debitorum, non tenetur in solidum, sed tantum, quantum vires haereditariae patiuntur *l. 1. §. an bona ff de iur. fisc. Capyc. Latr. consultat. 131. numer. 4.* quamuis enim hęredes inuentario non confecto teneantur

37 de proprio, fiscus † potitur hoc priuilegio, vt non teneatur facere inuentarium, quando succedit in bonis confiscatis, vel vacantibus *Farinac. quaest. 25. numer. 183. 184. & 185.* sub quo numero idem comprobauit in additione *impress. post 3. volum. consil. Guazzin. de confiscat. conclus. 20. numer. 6. & 23. Gizz. ad decis. Capyc. Latr. obseruat. 15. numer. 5. Tomas. decad. 1 tract. 7. tit 7. num. 36.* vbi quod cum succedit in bonis confiscatis, vel vacantibus non debet fiscus conficere inuentarium, ad quod conficiendum tamen teneretur, si succederet vti hęres *Tomas. ibidem numer. 33. Farinac. dicta addit. ad quaestion. 25. sub numer. 185.* quicquid cogitandum relinquat *Constan. in l. 1. num-*

*n.158.C.de pœnis fiscalibus lib. 10.*dum ex allegatis per ipsum in princ. numeri apparet hanc opinionem magis communiter teneri.

Sequitur resolutio Authoris in Perusina bonorum 17. Iulij 1653.

Quemadmodum † ante actis temporibus Virgines ab ethnico Sacrorum Pontifice inter Vestales adscriptæ è nexibus patriæ potestatis eximebantur *Aul. Gell. noct. Atticar. lib. 1. capit. 12. Alex. ab Alex. dier. genial lib. 5. cap. 12 col 3. fol. mihi 270. vers. quibus hoc etiam tributum est:*

40 ita & † hodie Moniales veriorem religionem professæ e ditione Patris egrediuntur, cum per religionis ingressum soluatur patria potestas *Glos. in l. si ex caus. §. pen. litt. L. & ibi Scribb. ff de minor. Bald in l. Sacrosancta numero 1 vers. Monachi vero C. de Sacrosanct. Eccles. Paris in repetit. capit. in præsentia numero 154.156. & seq. de prob. Couar. in capit. quia nos numero 5. vers. idem operatur religionis professio de testam. Boer. decis. 121. numer. 11. & 12 Valasc. consultat. 24. num. 3. Clementin. de patr potest. cap. vlt. n. 167. & seqq.* vbi quod hæc opinio est communis, & ab ea non est recedendum in practica *Medic. de mort. part. 2. n. 243. vers. 7. §. Filius Otnotim. in §. Filius fam. n. 7 instit. quib. mod. ius patr. potest solu Fontanell. decis. 531. num. 12. & seqq*

41 Quæ patriæ potestatis † amissio ob identitatem rationis consideratur tam in Monaco, quam in Moniali *Guttier. qui testatur de communi cons. 28. num. 5* nam sicuti Monachus † transit in Potestatem Abbatis, ita Monialis in ditionem Monasterij, & Prælatorum eiusdem Congregationis, vt in specie de Monialibus S. Benedicti Congregationis Cassinen. quale est Monasterium S. Magdalenæ, extat *Bulla 15 Gregorij XIII. Bullar. tom. 2. ex Tamburin. de Iur. Abbatissar. disput. 24 quæsit. 1 num.* 1. quorum Prælatorum potestas

43 † est dominatiua, seu economica, & politica, siue iurisdictionis, vt inquit idem *Tamburin. de Iur. Abbat. disp. 1. quæsit 2. tom.* 2 Quinimmò, & in ip-

44 sius † Abbatissæ potestatem posset forsan dici transire Monialem, cum etiam illa quodammodo iurisdictionem habere dicatur *Tamburin de Iur Abbatiss. quæst 32 quæsit. 1 num. 3.*

Propterea cum ex testamento D. Petri de Patritijs, in quo instituerat hæredem in vita duntaxat D. Magdalenam vxorem, & post eius mortem *DD.* Ludouicam, & Camillam filias, & si illæ non viuerent, earum filios, fuisset per obitum Magdalenæ delata successio in dimidia hæreditatis eiusdem Petri D. Barbaræ Moniali professæ in ædibus Diuæ Magdalenæ, Filiæ dictæ Camillæ iam defunctæ, & D. Darij de Montesperellis, qui coram me contendebat sibi eorundem bonorum vsumfructum deberi, ipsum ab hac pretensione excludendum existimaui, cum in bonis post professionem quæsitis nullus patriæ potestatis effectus consideretur, & ideo vsusfructus non debeatur *Paris in repetit. d. capit. in præsentia numer. 154. vers. secundo conclusio Castill. de vsufr. cap. 65. nu.*

8. Azor. instit. moral lib. 12. cap. 18. quæst. 9. Molin. de Iustit. tom. 1. disputat. 140. col. 4. vers. hoc tamen fundamento fol mihi 475. & seq. Sanchez. in præcepta decalog. lib. 7. cap. 13. numer. 44. tom. 2. alias enim sequeretur absurdum, quod daretur Patri

46 vsusfructus in bonis Monasterij, cum successio † in illis fuerit delata ipsi Monasterio immediatè, adeo vt nec per ictum oculi penes Monialem residere potuerit *Sanchez lib. 7. cap. 12. numer. 36. & seqq d. tom. 2. Ciriac. controuers. 144. numer. 21. Altograd. cons. 96. numer. 16 & seqq. Rot. post Censal. ad Peregrin. decis. 37. num. 5. & 6.*

Non obstat, quod cum ista bona fuerint debita absque aliqua conditione dicantur fuisse quæsita vsque ab initio secuta morte Petri Testatoris; quasi quod Magdalena instituta in vita tantum habeatur loco vsufructuariæ, & illius obitus fuerit consideratus potius ad differendam, quam ad suspendendam executionem substitutionis.

47 Quia iuxta opinionem † veriorem institutio restricta ad vitam hæredis intelligitur etiam in proprietate, *Duran. decis. 76. num 68. qua est de.*

48 *cis. 62. num. 77 par. 5. recent.* Sic enim † institutus detracto vitio temporis manet hæres perpetuò, substitutus vero post mortem censetur tantum per fideicommissum vocatus, *Bellon. Iun. de iur. accresc. cap. 7. q. 17. numer. 74. & seqq. vsq. in fin. & quæst. 19 numer. 59. & 60. Fontanell. decis. 575. numer. 15. & 16.*

49 Dies autem mortis † hæredis est suspensiuus, cum enim sit omninò incertus *l. prima, & l. hæres meus, ff. de condit. & demonstrat Capyc. Latr. consultat. 03. num. 38. Fontanell. d. decis. 575 num. 14.* Facit dispositionem in illud tempus collatam esse conditionalem *l. dies incertus, ff de condit. & demonstrat. Eusar. quæst. 488 num. 3. & 11. Altograd. cons. 60 n. 77. & cons 76. num. 4. vol. 1.*

50 Quapropter † huiusmodi Fideicommissum ante euentum conditionis non est in bonis nostris *l. substitutio 42 ff de acquir rer. domin. l si ita sit scriptum 46. §. si sub conditione, ff. de leg.* 2. ità vt

51 tunc † tantum incipiat deberi, quando conditio fuit purificata *l. legata sub conditione 41. ff de con-*

52 *dit. & demonstrat.* & per † prius nec fuerit transmissibile ad ipsos descendentes, *Gregor. XV. decis. 551. numero 1. & 2. Buratt. decis. 568. numero 1.*

53 Neque obest, † quod interim conditione pendente dicatur fideicommissarius habere spem succedendi a iure approbatam, quæ est tantæ potentiæ, vt etiam ad hæredes extraneos fiat transmissio *l spem, C. de donat.*

Quia huiusmodi transmissio procedit in spe descendente ex contractu, non autem in ea, quæ exoritur ex vltima voluntate, vt articulo ad partes discusso firmauit, *Rot. in Romana Fideicommiss de Marianis 16. Martij 1643. coram R.P.D. Dunozetto post Censal. ad Peregrin. decis. 37. numer. 11. & seqq.*

Sed quidquid sit de spe, siuè iure quæsito,

Q 2 ac il.

ac illius transmissione, hodie non videtur opus aggredi hanc disputationem, quia non controuertitur successio Barbaræ, quæ vti vocata succedit ex propria persona, cum dicatur tantummodo hæc bona non fuisse effectiuè acquisita, nisi post obitum Magdalenæ, iam emissa à Barbara profes-
54 sione, secutum, quod † tempus conditionis purificatæ esse attendendum dixit eadem *decis. 37. numer. 16.*

55 Et ideò cum † pater nullum ius habeat in bonis post professionem delatis, sed penes ipsum remaneat duntaxat vsusfructus quęsitus antequam Filia religionem ingrederetur *Sanchez d. cap. 13. n. 39. & seqq. Gratian cap. 464. num. 1. & seqq.* et forsan ratione, quia patriam potestatem requisitam ad acquirendum vsumfructum in aduentitijs sufficit adfuisse de tempore acquisitionis; dum enim fuit semel suum operata effectum, licet postea expiret, non ideo extinguitur vsusfructus iam ab illa in esse deductus post *Gomez. Pinell. Molin. & Alios aduertit Castill. de vsufr. cap. 3. num. 45.* etiam si deueniretur ad eum casum, à quo initium habere nequiuisset *Surd. cons. 116. num. 47. & fuit consideratum per illam Rot. in Florentina Successionis 8. Iulij 1648. §. nec refert si opponatur.*

Sequitur necessario, quòd D. Darius nullum ius fouet super istis bonis, in quibus non erat aliqua vsusfructus acquisitio ante professionem Bar-
56 barę radicata; etenim † vsusfructus non consideratur, & non constituitur, nisi quando bona sunt cum effectu acquisita *l. vnic. §. dies autem, ibi, tunc enim constituitur vsusfructus, cum quis vti,*
57 *frui potest, ff quando dies vsufr. leg. ced.* maximè † quia hęreditas hæc adita minime fuerat, & tamen ad formationem vsusfructus aditio requirebatur *d. §. dies autem l. si seruo hereditario ff. quib. mod. vsusf. amitt. Castill. d. tract. capit. 6. numero 16.*

Pront nec in istis bonis visum fuit deberi legitimam D. Dario nam cum illa debeatur patri, sta-
58 tim quod † Filius religionē ingressus emisit professionem, eo quia tunc dicitur ciuiliter mortuus, *Rot. post Merlin. de Legit. decis. 103. & decis. 195. num. 16. in recent. par. 5. decis. 116 n. 16 & seqq. decis. 181. in prim. decis. 223. & decis. 267. ac d par. 5.*
59 *tom. 2. dec. 503.* vtiq; ista † bona post mortem obuenta legitimam minime augent, *Afflict. decis. 382. per tot. Gabr. consil. 137. nu. 2. & 5 lib 2. Peregrin. de Fideicomiss. artic. 36. n. 19. Mangil. de Imputat. quæst. 9. n. 79 videtur inclinasse, Rot. dec. 347. par. 1. diuers.* & nouissime post supradictos omnes *Tomas. de Legit. tit. 9. num 55.*

Et ità &c.

Altera resolutio Authoris in Maceraten. manutentionis 29. Ianuarij 1657.

60 Necratione † possessionis naturalis, quæ corpore, nec ciuilis, quę animo retinetur *Bart. in l. 1. num. 8. & seqq. ff. de acquir. possess. Donat. Anton. de Marin. var. resolut. cap. 164. num. 2. vol. 1.* valuit manutentionem habere R. D. Beuilacqua, cum
61 vtraque careat, & pro manutentione † consequenda alterutra requiratur *Post. de manuten. qui sufficiat pro omnibus obseruat. 16 per tot.*

Non enim adest naturalis, quę ex facultate ipsis attributa à quatuor annis, & vltra à die donationis desuxis reperitur penes DD. de Virginijs, & Franceschinis Donatarios eiusdem Beuilacquę, qui
62 sciens †, & patiens, istos possessionem hanc habere, illius commodum amisit *Giouagnon. cons. 9. num. 88. vol. 1. Menoch. remed. retinen. 3. num. 726. Bossace. de interdict. vti possidetis cap. 10. n. 4.* dum
63 vult, antiquiorem † possessorem, ad hoc, vt manuteneatur, debere probare, quod vltimus clam
64 possederit *Caualer. decis. 656. num. 12.* vbi quod, † nisi statim sciens reclamat, vtilitate possessionis priuarur: quod eo magis verificatur in vsufructua-
65 rio, † cui non sufficit habere naturalem, illa nam, quę sola non est potens ad fructus acquirendos, sed debet omnino adipisci media fructuum perceptione, *Aretin in § Is vero ad quem num. 2. instit. de rer. diuis. Gratian. discept. Forens cap. 807. numer. 4.*

66 Prout etiam deficit ciuilis, † quæ ex donatione domini cum reseruatione vsusfructus, vti eidem dominio inhęrens, fuit translata in supradictos Virginium, & Franceschinum Donatarios *l. quisquis C. de donat. Honded. cons. 18. numer. 46. & seqq. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 1194 per tot. Boer. decis. 172. num 9 & seqq Put. decis. 215. num. 2. & seqq. lib. 3. in nou. Thomat. decis. 183. num. 27. lib. 2. Post. de manuten. obseruat. 20. num. 55 Rot. post ipsum decis. 299 num. 4* quæ translatio adeo
67 per necesse infertur, vt † nisi adsit pactum contrarium, semper censeatur adesse *Rot. coram Duran. decis 134. num 4. & 5. penes Post de manuten. decis 620. num. 5. & 6. ac conueniunt Mascard. & Honded. desuper allegati.*

68 Et licet secundum † aliquos vsufructuarius sua naturali spoliatus, habeat quasi eiusdem iuris vsusfructus pro manutentione impetranda *Gratian. disceptat. forens. cap. 311. num. 9. Post. de manuten obseruat. 16. num. 17. Boer decis 28 numer. 4. Rot. recent. decis. 366. num. 3. part. 1.* attamen, omissis alijs, quæ solide respondebantur, certum est hodie, quod Reu. Beuilacqua sciens naturalem occu-
69 patam, quia neglexit † illam recuperare, amisit etiam ciuilem, ad cuius amissionis effectum negligentiam modici temporis, etiam tridui, sufficere dixerunt *Alex. cons 35. num. 12. lib. 6 Crauett. cons 235. numer. 1.* quos semper fuit secuta *Rot. coram Merlin. decis 18. num. 4. & 5. & alibi passim sicuti refert Addit. ad Buratt. decis. 604. numero 24.*

Nihil vero obesse autumaui, quod ex duabus citationibus, instantibus donatariis præsentatis, pręponderetur probata possessio Beuilacquę, quia, vltra quod prima continens petitionem licentię pro asportatione lignorum emanauit, ne contrauenitetur pręcepto in contrarium iudicialiter facto, & secunda interpellans eundem Beuilacquam pro traditione medietatis seminis in cultura bonorum erogandi, potius qualificat Virginium, & Francę-

Franceſchinum poſſidentes, quorum onus erat prædia ferere, prout fecisset Beuilacqua, si poſſediſſet, nec ſemen a ſe experi deſideraſſet, vnde 70 † probatio hæc de neceſſitate non concludens, & habens poſſibilitatem contrariam, dum omnes isti actus poſſunt conuenire poſſidentibus, nullatenus attendi debet *cap. in præſentia de probat. cum alijs a me adductis in Firmana vſus aquæ §. Minus attendi verſ. & debuiſſet*; citationes istæ 71 nullum † queunt producere effectum, tanquam nullę ob deficientiam reproductionis *Ridolphin. in pract. Iudic. part. 1. capit. 2. num. 70.* cuius formulam per Notarium extendendam, tradit *Scacc. de Iudic. capit. 89. num. 9. verſ. ad quartum lib. 1.* 72 & expeditæ etiam † fuerunt per Procuratorem, qui ſine ſpeciali mandato non potuit ſuos principales declarare non poſsidentes *Rot. deciſ. 268. num. 2. part 4. recent. & apud Poſt. de manutent. deciſ. 574. num. 8.*

Quinimo aduertebam, quod, cum Beuilacqua antecedente reſeruatione medietatis vſusfructus dederit eiſdem donatariis facultatem accipiendi poſſeſſionem Bonorum, de quibus agitur per hæc verba; *e di più poſſino pigliare il poſſeſſo de Beni donati alle dette Signore dal detto Signor Gioſeppe, e particolarmente delle Vigne poſte nella Contrada di Santa Croce, e di più della Poſſeſſione poſta nella Contrada di Trodica hereditaria del Signor Franceſco Gentiloni per la rata che a lui tocca*, vtique videtur a ſe abieciſſe omnem poſſeſſio-73 nem, cum duo † eandem rem in ſolidum nequeant poſſidere *l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. poſſeſ. Rot. apud Poſt de manutent. deciſ. 196. num. 5. deciſ. 206 num. 7. deciſ. 500. num. 5. deciſ. 576. n. 4.*

74 Etpropterea, cum † vſusfructus in poſſeſſione conſiſtat *Pinell. de bon. matern. l. 1. part. 2. nu. 12. Caſtill. de vſufruct. capit. 6. numer. 18. & ſeqq. faciæque text. in l. vnic. §. dies autem, ibi, tunc enim conſtituitur vſusfructus, cum quis vti frui poteſt ff. quando dies vſusfruct. legat. cedat, cum alijs ſupra adductis §. non enim in fin. cum duob. §§ ſeqq.* 75 equidem ea in alios tranſlata † videtur renunciatum Iuri percipiendi vſumfructum; nam, & si de eo expreſſa mentio non fiat, nihilominus ſemper intelligitur ineſſe, quando ex actu renunciato de neceſſitate infertur, vt poſt *Menoch. Decian. & Surd. perpendit Dexart. deciſ. Sardin. 100. num. 79.*

Quam renunciationem non intellexi de totali vſufructu, cum fuiſſet antecedenter expreſſe re-76 ſeruatus, ſed tantum de iure, † quod habet vſufructuarius percipiendi fructus auctoritate propria, cuius meminit, pluribus relatis, *Caſtill. dicto tract. capit. 5. num. 20. iuncta addit.* adeout Beuilacqua voluerit conſequi medietatem illorum è manibus donatariorum, alias enim actus poſſeſſionis (cuius effectus eſt fructuum perceptio) do-77 natarijs traditæ periret; ad quem interitum † euitandum reſeruatio vſusfructus intelligitur de ſolis fructibus *Granett. conſ. 122. num. 7. & ſeqq. Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 2. interpr. 2. ſol. 1. n. 24. & 25. poſt aliam ſolut. 4. eiuſdem interpretationis 2. ſol. 129 ſecundum impreſſionem Venetam, & iuxta typos Lugdunenſes. fol. 214. Caſtill. dicto tract.* 78 *cap. 29. num. 22. & 23.* maxime, † cum agatur non de toto vſufructu, ſed tantum dimidia parte illius, quo caſu, ne aliqua diſcordia exoriatur, poſſeſſio eſt penes Perſonam habentem dominium, & ſoli fructus cenſentur relicti *Pinell. de bon. Matern. d. l. 1. par. 2. n. 14 Menoch præſumpt. 136. nu 5 lib. 4.*

79 Nec † repugnat naturæ huiuſmodi donationis ad tradita per *Magon deciſ. Florentin. 124. num. 4. verſ. ex aduerſo, & num. 5. & Capyc Latr. deciſ. 151. num. 23 24. & 25.* aſſerentes, ex ſimili donatione cum reſeruatione vſusfructus transferri in Donatarium vtile, ac directum dominium, exceptis fructibus Donatori reſeruatis.

Iste autem intellectus non ſolum ex allegatis fulcitur validis iuris argumentis, ſed etiam deſumit vires ab obſeruantia contractus ſubſecuta, cum Beuilacqua per plurium annorum interuallum permiſerit, Donatarios omnimode poſſidere, & integrum vſumfructum omnium fundorum habe-80 re, quę † obſeruantia ita efficaciter operatur, vt tantum iudicetur deductum in contractum, quantum fuit poſtea ſeruatum *Vit. deciſ. 484. n. 7. verſ. idcirco cum num. ſeqq. Surd. deciſ. 134 num. 9. Ciriac controuerſ. 27. numer. 5. Antonin de Amat. reſolut. 42. num. 8 Fontanell de pact. nuptial. clauſ 6. gloſ. 3. part. 2. numer. 20. 21. & 22.* nec requiritur, 81 † quod ſit præſcripta, nam inducitur minori tempore decem annorum *Ciarlin. controuerſ. 106. num. 90. & 91. Capyc. Galeott. controuerſ. 31. nu. 63. lib. 1. Rot. deciſ 448. num. 3 par. 1. recent.* & ſuf-82 ficit, † quod partes ſemel etiam contractum eo modo intellexerint *Fontanell. de pact. nuptial. d. gloſ. 3. part. 2. numer. 40. & deciſ. 482. numer. 11. Larrea deciſ Granaten. 45. num. 24.*

83 Quamuis autem in claris iſta † obſeruantia interpretatiua minime admittatur, attamen ad illius excluſionem opus eſt, verba eſſe tam clara, vt omnino excludant contrarium intellectum; ſi enim non excludunt, illa recipitur, etiam ſi intellectus diuerſus eſſet de iure verior, & tributus ab obſeruantia malus, ac de iure non tenendus *Add. ad Ludouiſ. deciſ 184. num. 8. Fontanell. deciſ 85. nu. 24. & 25. ac deciſ 457. num. 8 & 9.*

Ideoque reſeruando R. D. Beuilacquę actionem melius experiendi Iura ſua in alio Iudicio, de-84 creui, manutenendos † eſſe DD. de Virginijs, & Franceſchinis poſſidentes de tempore motę litis *ad text. in §. retinendæ inſtit. de interdict. cum ſimil. vulgat.* etenim, vltra iuſtitiam eorum poſſeſſionis ex pręmiſſis abunde reſultantē, in ſummariſſimo interdicto interim non attenditur quis debeat poſſidere, ſed quis in poſſeſſione reperiatur *Poſt de manuten. obſeruat. 2. num. 29. Rot. poſt. ipſum deciſ 444 num. 3. & deciſ 646 nu. 21. & ſeqq. Fontanell. deciſ 187. num. 4. & ſeqq.* apud quos ſatis oſtenditur, quam differat inter ſe poſſidere, & eſſe in poſſeſſione.

Et ità &c.

De Iure adeundi.

SVMMARIVM.

IVs adeundi hæreditatem, sicuti non transmittitur ad hæredes extraneos, ita nec ad fiscum in confiscatione bonorum. nu. 1. & 38.

Ius adeundi quando in aliquo casu posset transmitti ad hæredes extraneos, tunc etiam fiscus acquirere posset. numer. 2.

Non consideratur vti ius, sed vti mera facultas n. 3 & 46.

Ius adeundi non continetur sub donatione, vel renunciatione includente omnia etiam iura, numer. 4 & respondetur contrarijs.

Ius adeundi non comprehenditur sub nomine bonorum, & iurium. num. 5.

D. Hyacintus Grattianus è Firmo laudatur. ibid.

An, & quando debitor possit repudiare hæreditatem, ac alia iura in præiudicium creditorum, etiam habentium hypothecam. num 6. 7 & 8.

Repudiatio hæreditatis omnino valet in præiudicium creditorum cum hypotheca, & etiam ipsius fisci num. 7. 8. & 9 vbi reprobantur contrarij.

Differentia inter renunciationem, & repudiationem. numer. 7.

Distinctio Carleuall. inter creditores ex causa lucratiua, vel onerosa reijcitur num. 10.

Vlpian in l. cum quidam, & Paul. in l. in fraudem ff. de iur. fisc. conciliantur. num. 11. 12. & 13.

L. in fraudem ff de iur fisc. non continet aliquam specialitatem pro fisco numer. 14. vbi reprobantur contrarij.

Pater potest in præiudicium creditorum remittere filio vsumfructum bonorum aduentitiorum ante agnitionem, secus postea. num. 15.

Ius adeundi transire in fiscum, si confiscatio fiat mortuo Patre post hoc ius delatum, fuit opinio Giurbæ, qui refutatur. num. 16. & infra.

Ad effectum transmissionis non sufficit sola delatio, sed requiritur agnitio iuris delati. num. 17.

Ius adeundi transire in fiscum, si bannitus succedit ab intestato, firmauit Guazzinus, qui refutatur num 18.

Ius adeundi transmittitur iuxta sententiam Bertazzol. num. 19.

Contrarium est verius ibid.

Ad effectũ trãsmissionis iuris adeũdi nõ differt successio ab intestato à successione testamentaria. n. 20

Ius adeũdi transire in fiscum, quando bannitus potest impunè offendi fuit opinio Guazzini, quæ reprobatur. num. 21.

Ius adeundi est personale. num. 22.

Ius adeundi nec in hæredes, nec in fiscum, nec in cessionarium, nec in donatarium, nec in alias similes personas potest transmitti. num. 23.

Bannum cum qualitate, quod quis possit impune offendi, nihil plus operatur, quam quod bannitus habeatur pro mortuo num. 24.

Ad fiscum non transeunt nisi ea, quæ possunt ad hæredem extraneum transire. numer. 25.

In confiscatione non comprehenduntur bona, & iura futura, sed tantum, quæ pertinent ad delinquentem de tempore publicationis bonorum. nu. 26.

Bannitus efficitur incapax successionis; & acquisita post bannum spectant ad sequentes in gradu exclusò fisco. numer. 27.

Hæreditas bannito delata quamuis non adita potest transire in fiscum. numer. 28.

Limita nisi condemnatio sequeretur post elapsum tempus deliberandi, quia tunc non fit transmissio nec in extraneum, nec in fiscum. num. 29.

Ius adeundi transit in fiscum, quando fiscus succedit in locum indigni num 30.

Ius adeundi in donatione omnium bonorum, & iurium non continetur. num. 31. & infra

Ius adeundi non dicitur esse in bonis nostris, ad effectum transmissionis numer. 33.

Ius adeundi est quid facti. numer. 34.

Ius adeundi est causa corpori adhærens, & facultas, quæ cum corpore extinguitur. num. 35.

Ius adeundi est quid mere personale inseparabiliter cohærens personæ. num. 36.

Ius adeundi non venit in cessione bonorum. n. 37.

Hæres antequam adeat nullum ius habet in bonis, vel ad bona, quod sit in esse formatum, licet illi competat ius adeundi, quod est solum ius acquirendi, non ius rei quæsitæ. num 39.

Hæres nõ dicitur esse locupletior ãtequã adeat. n. 40.

Donatarius non potest mortuo donatore ex persona ipsius donatoris adire hæreditatem ipsi donatori delatam. numer. 41.

Ius adeundi si transmitteretur ad hæredes efficeretur hæres qui iam mortuus est, quod est impossibile. num. 42.

Hæres esse nõ potest in morte, qui nõ fuit in vita ibid.

Iuris adeundi si fieret transmissio, penderet ex alieno motu, & voluntate hæredem esse, quod est in iure vetitum. num. 43.

Ius adeundi est ius plenum, formatum, & in iudicium deducibile. n. 44. & 45.

Ius adeundi præscribitur spatio 30. annorum. n. 45.

Ius adeundi dicitur ius, non quia sit ius, sed quia est facultas, quæ à lege, & a iure proficiscitur. numer 46.

Ius adeundi in quantum est potentia declarandi animum a lege proueniens est quid facti. ibid.

Facultas duplex est numer. 47.

Facultas, quæ dirigitur ad conseruationem iuris quæsiti non præscribitur. ibid.

Facultas, quæ tendit ad acquirendum aliquid de nouo deducibile in iudicium tẽpore præscribitur. ibid.

Ius adeundi est potentia quædam ordinata ad acquisitionem, non ad conseruationem rei, & præscribitur. numer. 48.

Ius adeundi est in contractum deducibile. n. 49.

Ius adeundi deducitur in contractum tanquam potentia ad actum redacta, & sic hæreditas ipsa. numer. 50.

Disponens de iure adeundi, prout est pura potentia, ne dispositio sit, inanis, & ne in contra-

contractum deducatur id, quod nihil est in necessarium antecedens prius videtur ipsam hereditatem adiuisse, & illam in contractum, & dispositionem deduxisse. num 51.

Ius adeundi hereditatem ascendentium transmittitur à filijs. num. 52.

Et est speciale in filijs. ibid.

Filij dicuntur domini etiam viuente Patre ob rationem repræsentationis Patris, & successionis, num 53.

Hæreditas patris est transmissibilis vigore suitatis, etiamsi non fuerit secuta immissio. ibid.

Priuilegium transmittendi hereditatem absque aditione proficiscitur ex potentia sanguinis nu. 54.

Decisio S. Rot. Rom. in Bononien. vsusfructus. 24. Ianuarij 1622. coram Coccino declaratur sub. numer. 54.

Hypotheca contracta super fundo censuato ad fauorem posterioris creditoris remanet extincta, adiudicato fundo anterioribus creditoribus. num 55.

Quod procedit in quacunque hypotheca posteriori ibid.

De natura contractus census est, vt fundus sit liber ab alijs omnibus obligationibus, cuius causa non potuisset idem census substineri super fundo alteri obligato neque etiã de consensu venditoris. n. 56.

Promissio super libertate fundi facta in instrumento census non afficit, nisi quatenus intersit emptoris census. numer. 57.

Et interesse emptoris census non potest controuerti, dum fuit euictus fundus, super quo erat impositus census. num. 58.

Fructus debentur ratione damnorum, & interesse ex natura venditionis numer 59.

Sicuti debentur etiam, quando in impositione census asseritur, fundum esse liberum ab alijs obligationibus. numer. 60.

Obligatio fideiussoris non potest distingui ab obligatione principalis. num. 61.

Obligatio restricta ad aliquam causam non debet extendi vltra causam expressam. numer. 62.

Ad solutionem fructuum census non potest quis cogi, nisi data existentia ipsius census. num. 63.

Solutio promissa in defensione cedulæ bancariæ succedit in locum ipsius cedulæ. num. 64.

Adiudicatio resobligata non datur illam obligantibus numer. 65.

Renuncians hæreditati nihil super illam prætendere potest. numer. 66.

Hæreditas potest repudiari in præiudicium creditorum. numer. 67.

Super iure adeundi non potest contrahi à creditoribus aliqua hypotheca, cum non dicatur esse in bonis debitoris. num. 68.

Statutum Vrbis concedit marito dotem vxoris defunctæ si liberos cum vxore susceperit. n. 69.

Statutum Vrbis reseruat filijs communis matrimonij dotem, quam maritus lucrari debet per mortem vxoris. num. 70.

Statutum Vrbis in casu prædicto non concedit Patri, nisi vsumfructũ iuxta Rota interpretationẽ. n. 71

Lucrum dotis à statuto delatum potest repudiari etiã in præiudicium creditorum. n. 72. & 74.

Procedit quoad creditores chirographarios, secus quoad hypothecarios ex sententia Ancarani, qui reprobatur. num. 73. & num. 86.

In generali hypotheca non veniunt bona, in quibus debitor habet spem de præsenti, nisi exprimatur. numer. 75.

Ius acquirendi non dicitur esse in bonis nostris, sicuti nec ius adeundi. nu. 76. 84. & 127.

Ius acquirendi est potius facultas, & potentia acquirendi, quam merum. ius. num. 77. & 81.

Ius acquirendi appellatur ius, quia est facultas, quæ à iure, & à lege proficiscitur. num. 78.

Ius acquirendi, in quantum est potentia declarandi animum à lege proueniens, est quid facti. numer. 79.

Ius apud I. C. accipitur multis modis. num. 80. 81. 82. & 83. vbi referuntur modi

Ius adeundi non potest exercere creditor, nisi debitori sit plene quæsitum per agnitionem, petitionem, vel aliam voluntatis declarationem. n. 85.

Vbi lex generaliter loquitur de omnibus creditoribus, non est facienda differentia inter creditores chirographarios, & hypothecarios. num 87.

Maritus potest repudiare lucrum dotis in præiudicium creditorum tam actionem personalem habentium, quam hypothecariam. num. 88.

Et si repudiatio sit facta post mortem vxoris. n. 89.

Hæreditatis ius non dicitur delatum, nisi post mortem. numer. 90.

Lucrum dotale non potest renunciari in præiudicium alterius, quando per petitionem, acceptationem, vel per aliam voluntatis declarationem fuit acquisitum. numer. 91.

Lucrum acquisitum, & incorporatum amittere damnum est. numer. 92.

In lucro dotali vt dicatur ius quæsitum, requiritur acceptatio numer. 93.

Ius quæsitum non dicitur, etiam in re, quæ deberetur ipso iure, nisi interuenerit declaratio, & petitio, sine qua non potest quæri respectu realis, & effectualis acquisitionis num. 94.

Ius quæsitum denotat factum hominis, per quod quæritur illud ius. num. 95.

Ius quærendum est illa facultas acquirendi, quæ appellatur ius delatum, pendens ex voluntate hominis, an velit acquirere nec ne. num. 96.

Hæreditas acquiritur ipso iure statim mortuo patre, hæredibus suis etiam ignorantibus. num. 97.

Declara. numer. 103.

Hæres suus succedens ab intestato non habet titulum à defuncto. numer. 98.

In hærede suo lex disponit, non pater. num. 99.

Filij ad hæreditatem patris non veniunt acquisitiue, sed contemplatiue. num. 100.

Legitima quæritur ipso iure filio, absque eius facto, sicuti etiam ius agendi ad supplementum. 101.

Acquisitio hæreditatis, quæ ipso iure procedit in filio, procedit sub conditione, nisi repudiare, vel ab ea abstinere velit. num. 102.

Lex

Lex non potest cogere ad adeundam hareditatem. numer 104.

Liberalitas non potest exerceri in nolentem ibid.

*Hareditas vt efficaciter, & irreuocabiliter sit acquisita filijs, requiritur eorū volūtas, & aditio.n.*105

Aditio tribuit nomen haredis n 106 *&* 137.

Legitima, vel eius supplementum non acquiritur irreuocabiliter filijs priusquam ipsi petant. n. 107.

Lex, vel statutum aliquid inducens ad fauorem alicuius habet tacitam conditionem, si ei placuerit, vel eo vti velit. num. 108.

Etiamsi ipso iure id sit dispositum. num. 109.

Ius adeundi transmittitur ad heredes. num. 110.

Lucrum dotale transmittitur ad heredes, vt quarendum, non vt quasitum. num. 111.

Hareditas transmittitur vt adeunda, non vt adita. numer. 112.

Legitima transmittitur ad heredes, vt agnoscenda, non vt agnita. num. 113.

Legitima potest repudiari. num. 114.

Ius a lege delatum non est ius quasitum, sed ius quarendum num. 115. *& n.* 127.

Repudiatio lucri dotis non dicitur amissio, sed non acquisitio. num. 116.

Nemo cogi potest ad acquirendum. num. 117.

Filius inuito patre non acquirit. ibid.

Pater in aduentitijs filij potest repudiare vsumfructum, etiam in praiudicium creditorum. n. 118.

Libertus non acquirendo legatum, vel hareditatem iam delatam potest praiudicare patrono. n. 119.

Hares potest restituere integram hareditatem absque retentione trebellianica, non obstantibus creditoribus numer. 120.

Repudiatio est declaratio voluntatis, qua quis ostendit, se nolle acceptare ius sibi delatum. n. 121.

Repudiatio est actus, per quem quis non vult acquirere in ijs, qua pendent ex repudiantis voluntate. num. 121.

Repudiatio iuris delati non est alienatio. num. 123.

Nolens acquirere, cum possit, non dicitur alienare. num. 124.

Patrimonium per alienationem diminuitur. numer 125.

Patrimonium non dicitur diminutum, si debitor desinat acquirere ibid.

In repudiatione lucri dotis non requiruntur solemnitatee Constit. Aegidiana. num. 126.

Repudiatio est abdicatio, & priuatio iuris delati, & quarendi, non iuris quasiti. num. 127.

Ius acquirendi lucrum differt a lucro agnito, & acquisito. numer. 128.

Ius acquirēdi hareditatem differt ab hareditate. ibid.

Repudians lucrum dotale ante agnitionem non abdicat a se lucrum, quod nondum quasiuit, sed solam potentiam acquirendi, qua de prasenti competit. numer. 129.

Repudians hareditatem non aditam non se priuat hareditate, sed facultate illa adeundi. nu. 130.

Nec minuit patrimonium, sed non acquirit ibid.

Nec transfert dominium, quod non habet, sed solum abdicat a se potentiam acquirendi. ibid.

Hareditas repudiari potest in praiudicium creditorum. numer. 131.

Repudiatio facta per maritum de lucro dotis non potest retractari per creditores. num. 132.

Quia creditoribus non fuit illatum damnum ibid.

Lex dat marito annum ad restituendam dotem. numer. 133.

Sine declaratione, seu protestatione non potest fieri effectualis, & incommutabilis acquisitio. n. 133.

Repudiatio excludit animum acquirendi. num. 134.

Ex titulo superueniente potest mutari causa sua possessionis. num. 135.

Et prasumitur mutatio tituli possessionis, quando titulus superueniens est magis vtilis, & proficuus n. 136

Legatarius non possidet titulo legati, nisi post acceptationem. numer. 138.

Vbi docetur per instrumentum de repudiatione, cessat prasumptio in contrarium num. 139.

Prasumptio non debet plus operari, quam veritas. numer. 140.

Prasumptio nihil operatur, quando apparet probatio in contrarium. num. 141.

Repudiatio retrotrahitur ad tempus iuris delati. numer. 142

Renunciatio non verificatur nisi in iure quasito. numer. 143.

Ius quasitum amittitur renunciatione. num. 144.

Renuncians hareditatem videtur primum adiuisse. numer. 145.

Momentanea non habentur in consideratione. n. 146.

Obligans se restituere dotem ad formam statuti deferentis lucrum dotale, censetur deduxisse lucrum in pactum, ad quod cum interuensat voluntas, & consensus acceptandi dictum lucrum, non potest postea illud repudiare in praiudicium crediterum. numer. 147.

Obligans se restituere dotem ad formam statuti non dicitur deducere lucrum in pactum, sed tantum dictam restitutionem. num. 148.

Lucrum dotale est diuersum a dote. nu 148.

Relatio est facienda ad ea, de quibus facta est expressa mentio, non autem ad ea qua veniunt ex interpretatione num 149.

In conuentionibus non fit extensio de casu ad casum. numer. 150.

Lucrum, quod defertur contra dispositionem iuris communis, dicitur materia stricti iuris. numer. 151.

Dispositio referentis limitatur secundum id, ad quod fit relatio. num. 152.

Nec potest referri ad illud, cui repugnat proprietas verborum. ibid.

Pluralitas in iure aliquando resoluitur in singularitatem. num. 153.

Lucrum dotale tunc non potest repudiari, quando fuit deductum in pactum expresse. nu. 154.

Partes semper prasumitur contraxisse iuxta formam statuti. num. 155.

Statutum de lucro dotis semper de iure tacitè inest in pactis dotalibus num. 156.

Licet de ipso statuto nulla fiat mentio ibid.

Expres-

Expreßum dicitur, quod oculis corporeis legi potest, & verbi natura includitur num. 157.

Expressa dispositio dicitur illa, quæ non eget interpretatione, & ita clare constat de voluntate contrahentium, vt intellectus non laboret in intelligendo. num. 158.

Tacitum dicitur, & non expressum, quod affirmatur per interpretationem, & præsumptionem num. 159.

Expressum non dicitur, quod ex coniecturis apparet. numer. 160.

Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus numer. 161.

Conuentio, quæ refertur ad statutum, regitur regulis ipsius statuti, & illius recipit omnes qualitates. numer. 162.

Statutum deferens marito lucrum dotis intelligitur quatenus ipse velit. num. 163.

Lucrum dotis debitum ex pacto habente relationem ad statutum debetur quatenus acceptetur. numero 164.

Pactum deductum in successione feudi intelligitur secundum feudorum consuetudines. nu. 165.

Consuetudo sublata per contrariam consuetudinem, statutum, decretum, aut Principis priuilegium, si pacto approbetur, censetur approbata cum omnibus qualitatibus, quæ intersunt. num. 166.

Lucrum dotale deductum in pactum non potest repudiari in præiudicium creditorum. n. 167.

Declara si pactum sit pure, & simpliciter deductum. numer 168.

Statutum vt locum habeat, debent probari illius qualitates num. 169.

Fundans se in statuto, omnes eius qualitates probare tenetur num. 170.

Et si vna qualitas deficiat, statutum non procedit, quia omnes qualitates copulatiue sunt probandæ. num 171.

Licet essemus in qualitatibus à iure præsumptis. numer. 172.

Macerata statutum circa lucrum dotale non intrat, nisi probatis copulatiue omnibus illius qualitatibus. num. 173.

Repudiatio non sustinetur, quando repudianti non prodest, & alteri nocet. num. 174.

Anima est dignior cunctis rebus, & omnibus debet anteponi. num. 175.

Debitor non potest renunciare lucro absque peccato mortali, si illud renunciando fiat impotens ad debita soluenda. num. 176.

Intellige si debitor renunciet absque vlla iusta causa, secus si ex causa. num. 177.

QVÆSTIO. XXXVI.

1 IVs adeundi hereditatem, sicutì non esset transmissibile ad heredes extraneos, ita nec transite ad fiscum in confiscatione bonorum tenent *Anton. de Ball. var. tract. lib. 4. quæst. 9. numer. 46. & 47. Surd. decis. 140. num. 19. Farin. quæst. 25. n. 141. Cancer. var. resol par. 3. cap. 21. n. 160 sub versic. hinc neque Ricc. ad Franch. decis. 102. versic. item ius adeundi Garon. var. resol. cap. 1. num. 76 vsque in fin. & signanter num. 82. Bellon Iun. de iur. accrescend. cap. 7 quæst. 46. nu 48. Salgad. Labyrint. creditor. par. 2. cap. 25. numer. 84. Bottilier. de success ab intest. capit. 2. theoremat. 71. num. 3. Arias de Mesa var. resol. lib. 3. capit 42. numer. 17. Garon var resol cap. 1. num. 82.* nisi tamen in aliquo † casu posset transmitti ad heredes 2 extraneos, quia tunc & fiscus acquirere posset *Farinac. d. quæst. 25. numer. 141. Guazzin. de confiscat conclus 13 limit 25. numer. 10.* non conside- 3 ratur † enim vti ius sed vti mera facultas, latè 4 *Altograd. consil. 47. numero 77. vol. 2.* & ideo non † continetur sub donatione, vel renunciatione includente omnia etiam iura *Franch. decis. 60. nu. 1. & 2. decis. 101. numero 26. & 27. & ibi Amend. numer. 2. & 23. Salgad. Labyrint creditor par 2. cap. 25. num. 82. & seqq* vbi more suo plene discerpit materiam *Bottilier. de success. ab intest. cap. 2. d. theoremat. 71. numer 3.* contra quos, ac alios hanc opinionem tenentes, licet *Redenasc. cons. 46 numero 31.* dicat stare *Rot. decis 341. per tot. part. 4 tom. 2 recent* ob quam nihil audet determinare, sed cogitandum relinquit *Andreol. controuers 208. per tot* attamen est aduertendum, quod eodem articulo ad malleum, & incudem reuocato *Rot. in Firmana fideicommissi de Formonit 9. Iunij 1634. coram Eminentissimo Panzirolo* existimauit, non esse attendenda fundamenta dictę *decis. 341.* quę est *Bononien. vsusfructus 24. Ianuarij 1622. coram Coccin.* sed pertransiuit cum opinione *Fran-* 5 *chi*, & sequacium scribentium, ius adeundi † nullo pacto comprehendi sub nomine bonorum & iurium, & cum hac eadem decisione concordauit postea *in Romana fructuum census coram R. P. D. Verospio 11. Maij 1635. §. non etiam visa fuerunt* vbi in fine concludit, fuisse recessum a decisis in supradicta *Bononien. vsusfructus, & in Romana Domus ad transtiberim 18. Iunij 1638. coram eodem Eminentissimo Panzirolo post Zacch. de obligat. Cameral. decis. 208. numero 8. 9. 10. 11. & 12.* & iuxta illam iudicauit *Excellentiss. Dominus Hiacyntus Gratianus è Firmo* omni genere virtutum refertus, dum in Prouincia Marchię munus Locumtenentis ciuilis summa cum sui laude exerceret *in Maceraten. lucri dotis 17. Maij 1649.* vt ex Voto decisiuo per ipsum desuper edito, *in §. nec dicatur cum alijs seqq.* quod pariter hic imprimendum curaui, quia est valde ela- 6 boratum, & bene etiam declarat † materiam, an & quando debitor possit repudiare hereditatem, ac alia iura in pręiudicium creditorum, & si habentium hypothecam, & DD. per eumdem allatis ego addo *Caren. resol. 102. Ariae de Mesa var. resol. lib. 2. capit. 41. Bottilier. de success. capit. 1. theorem. 41. Salgad. Labyrint. creditor. part. 2. capit. 14.*

vbi

vbi assignat † differentiam inter repudiationem, & renunciationem, apud quos omnes firmatur posse debitorem in præiudicium omnium creditorum, & si habentium hypothecam repudiare iura delata, sed non quæsita, quam traditionem procedere etiam contra fiscum omninò censeo, quicquid 8 multorum authoritate † contrarium attentauerit *Bottilier. d. cap.* 41. *num.* 13. eum contra ipsum, & sequaces stent magis communiter DD. vt potest videri apud *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 25. *num.* 12. *& seqq. Merend. controuers. lib.* 17. *cap.* 43. *num* 12. *Carleuall. de iudic. tom.* 2. *disputat.* 25. *num.* 15. *& infra* vbi firmat præiudicari 9 † fisco, qui prætendit causam lucratiuam confiscationis, vel alterius pœnæ *Caren. d. resol.* 202. *num.* 10. *& seqq. Arias de Mesa d. cap.* 41. *num.* 1. *& per tot. Salgad. d. cap.* 14. *num.* 121. qui omnes non tantum adducunt validissimas rationes, sed etiam innumeros concordantes.

10 Nec est curandum † de distinctione Carleuall. *d. disputat.* 25. inter creditores ex causa lucratiua, vel onerosa, cum ex mente omnium supra allatorum scribentium liqueat, repudiationem valere quoad omnes, prout in specie reprobatur *ab Arias de Mesa d. cap.* 41. *num.* 27. vbi dicit illam esse valde commendandam in foro interiori, sed non in exteriori, & quod *Carleuall.* non potuit illam persuadere Senatui Neapolitano.

11 Antinomiam † inter *Vulpian. nl. cum quidam, & Paul. in l in fraudem ff. de iur. fisc.* multi conati fuerunt concordare, vt patet apud *Genu. in conciliat. leg. fol. mihi* 339. *Carleuall. d. disput.* 25. *num.* 5. *& seqq. Bottilier. d. theoremat.* 41. *Salgad. d. cap.* 14. *num.* 75. *& infra.* Sed sicuti inter ipsos conciliatores maior discordia exoritur, quam quod ex eisdem textibus argui possit, cum vnius intellectus reiciatur ab altero, ita satis mihi videtur esse, quod magis communiter DD. ferantur in eam opinionem, quod repudiatio iuris adhuc per agnitionem non quæsiti valeat in præiudicium omnium creditorum, & fisci.

12 Mihi tamen valde arridet † intellectus, quem communiori Scribentium calculo acceptum refert *Caren. d. resol.* 202. *num.* 22. *cum seqq.* quod *d. l in fraudem* tunc procedat, quando ius est radicatum, & procedit ex contractu, non autem in iure quærendo, licet delato, cum quo conuenit *A-*
13 *rias de Mesa d cap.* 41. *num* 13. prout placeret † etiam distinctio allata *per Giurb. ad consuetudin. Messan. cap.* 5. *glos* 8. *num.* 13. quod si non constet de aliqua fraude repudiantis, præiudicet omnibus repudiatio, si autem vere de fraude doceatur, nec creditoribus, nec fisco nocere possit; & cum istis duobus intellectibus censerem posse sufficienter conciliari supradictos textus, qui ad inuicem pugnare videntur.

14 At e contra † valde displicet declaratio allata a pluribus, quod *d. l. in fraudem* contineat specialitatem ad fauorem fisci, quia fiscus in pœnis habens causam lucratiuam postponitur omnibus creditoribus, vnde si illi remanent præiudicati, multo magis debebit idem præiudicium pati fiscus, qui post illos consideratur, vt aduertit *Giur b. d. glos* 8. *nu.* 13. *versic. nam si priuatus*, maxime quia alter *text in d. l. cum quidam*, qui contrarium probat, loquitur & ipse de fisco, vt ponderant *Carleuall d disput.* 25. *n.* 9. *et Arias de Mesa d. cap* 41. *n.* 8. *et* 12.

15 An autem pater † possit in præiudicium creditorum remittere filio vsumfructum bonorum aduentitiorum, distinguit *Arias de Mesa var. resol. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 14. quod ante agnitionem potest remittere, sed non post, quam distinctionem secuti fuerunt *Fontanell de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 9 *par.* 5 *sub numer.* 77. *et num.* 120. ac plures alii adducti *per Salgad. Labyrint. creditor. par.* 2. *cap.* 16. *num.* 50. *& infra.*

Sed redeundo vnde discessimus ego diligenter perpensis rationibus adductis in supradictis Rotæ decisionibus, & à DD. in principio allegatis non possum assentiri *Giurb. cons.* 55. *num.* 16. volenti, 16 ius † adeundi transire in fiscum, si confiscatio fieret mortuo patre post ius hoc delatum, nam ram *d. d. decis Rotal.* quam iidem D. D. superius allega-
17 ti firmant ad effectum † transmissionis non esse sufficientem solam delationem, sed requiri omnimodam agnitionem iuris delati, vt indiuidualiter vltra adductos notant *Castill decis* 142. *num.* 3. 10. *& infra & Mastrill. decis.* 277. *n.* 22. *cum seqq.* sicuti etiam est cauendum à *Guazzin. de confiscat. d. conclus.* 13. *limit.* 25. *numer.* 38. qui ex *Berta-*
18 *zol cons.* 489. voluit † ius adeundi transire in fiscum, si bannitus succedit ab intestato, quia *Ber-*
19 *tazol.* dum generaliter loquens firmat † ius adeundi transmitti, non debet attendi contra tot Patres, *& Rot. decis* firmantes opinionem contrariam, dum vero distinguit inter successionem ab inte-
20 stato, & ex testamento, ista distinctio non fuit † amplexa a *Farin. cons.* 128. *per tot.* secundum quod pro veritate redditum fuit iudicatum, & equidem nescio videre quoad effectum transmissionis iuris adeundi, quid differat successio ab intestato a successione testamentaria, dum rationes ponderatæ per scribentes æqualiter in vtroque casu procedunt.

Restrictio illa posita ab *eod. Guazzin. d. limit.* 25. *num.* 31. qui adducit authoritatem *Carpan. ad nouiss. constit. Mediol in cap. omnium nu.*
21 391. quod nempe † ius adeundi transeat in fiscum quando bannitus potest impune offendi, nescio vbi fundetur, quia licet bannitus ex hoc remaneat incapax omnis successionis, non tamen po-
22 test fieri transmissio iuris † adeundi, quod est omninò personale, vt comprobant DD. in princ.
23 allegati, qui ideo voluerunt, nec in † heredes, nec in fiscum, nec in cessionarium, nec in donatarium, nec in alias similes personas transire posse.

Et conuincuntur fortissima ratione, nam aut ius adeundi successit post delictum commissum, & secuta sententia banni fiscus vult illud confiscan-
24 do acquirere, & non potest, quia bannum † cum quali-

qualitate, quod quis possit impune offendi, non potest plus operari, quam quod sic bannitus habeatur pro mortuo *Mastrill. decis. 277. numer. 6. & decis. 283. num 61. 67. 68. 69. & 70. Altograd. cons. 98. sub numer. 92. versic. & etiam nunc. vol. 1. Ciarlin. controuers. forens. tom. 2. cap. 161. num. 63. 64. & 65.* at in casu mortis alicuius hoc ius non defertur in hæredem extraneum, vt diximus,
25 ergo nec etiam † in fiscum, ad quem non transeunt, nisi ea, quę possunt ad eumdem hæredem extraneum transire *Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 46. Bellon Iun. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 46. num. 16.* & in puncto iuris adeundi *Mastrill. d. decis. 277. numer. 22. & seqq.* Si verò superuenit ius hoc adeundi post sententiam, & nec minus potest venire in fiscum, etiam si ob aliud posset obstante duplici ratione, tum quia bona, & iu-
26 ra † futura in confiscatione non comprehenduntur, sed tantummodo ea, quę pertinent ad delinquentem de tempore publicationis bonorum *Guazzin. Iun tract. moral lib. 2. cap. 49. n. 1. 2 17. & 18. lib. 2 Bellon Iun. de iur. accrescend. cap. 7. quæst. 46. num. 29. & per tot. quæst.* vbi distincte exemplificando materiam bene declarat, tum
27 quia sic bannitus † efficitur incapax, vnde nihil potest fiscus auferre, sed aperitur locus sequentibus in gradu, ad quos spectant omnia quęsita post bannum excluso fisco, vt assumendo vtrumque caput huiusmodi rationis firmat *Caball. resol. criminal. 264. n. 11. & seqq.*

Si vero iidem *Guazzin. & Carpan.* dicere vo-
28 luissent, hæreditatem † bannito delatam, etiam non aditam posse transire in fiscum ex capite iuris deliberandi, & crederem, quod ipsi bene essent locuti ob rationes abunde deductas *ab Artas de Mesa d cap 42. n 12. & infra lib 3. & Bellon. Iun. de iur. acresc. c. 7. quæst. 46. n. 52. 53. 54. 55. & 56.*
29 vbi tamen, quod si condemnatio † sequeretur post elapsum tempus deliberandi, non fieret transmissio, nec in extraneum, nec in fiscum, & concordat *Giurb. cons. crim 55. num. 15.* Bene tamen ve-
30 rum est, quod ius adeundi transit † in fiscum quando succedit in locum indigni, vt per *eumdem Bellon. d quæst. 46 sub num. 47 versic. nec obstat* & fuit dictum per me *quæst. 24 num. 24. & 25.*

Decisio S. Rot. Romanæ in Firmana fideicommissi de Formonis 9. Iunij 1634. coram Emmentiss. Cardinali Panzirolo.

In vltima decisione facta in hac causa *sub die 27. Ianuarij 1620. coram b m. Remboldo* firmatum fuit constare de fideicommisso purificato ad fauorem Alberti Formoni super bonis donatis a Francisco Formono, Verum, quia ante donationem Francisco, præfato per mortem Prosperi fratris fuerat delata illius hæreditas, licet non adita, contingit dubitari, an in dicta donatione omnium bonorum, iurium, & actionum, contineantur etiam bona, quæ fuerunt Prosperi, itaut sint restituenda Alberto ad dictum fideicommissum vocato.

Et D. D. responderunt bona possessa per Prosperum non esse restituenda Alberto, quia Francisco donatori per mortem fratris erat solum dela-
31 tum ius adeundi illius hęreditatem, quod ius † in donatione omnium bonorum, & iurium non continetur *Corn cons. 202. numer. 17 versic. vnde videtur & cons. 254. num. 1. lib. 4. Anton. de Virgil. de legit. person cap 12 num 6. post princ. versic. verum Cancer. var. resol. par 3. cap. 21. numer. 160. Franch. decis. 60. num. 1. & seqq. Rot. in Romana Portionis hæreditatis 5. Maij 1600. coram b. m. Corduba.*

32 Et ratio est, quia ius † adeundi non venit, nec sub nomine bonorum, nec sub nomine iurium; & quidem quod sub nomine bonorum non compre-
33 hendatur, nec † in bonis nostris esse dicatur ad effectum transmissionis, est *text. in l. pretia rerum ff. ad l. falc. Rip in l. cum filius familias numer. 75. & ibi Ias. numer. 110 ff. de legat. 1. Ias. in l. emancipata num. 15 C. qui admitt. Marant. in l. is potest numer. 216. ff. de acquir hæredit. Rebuff in l. vnic. num. 23 C. de sent quæ pro eo Alex. cons. 113. num. 4. lib. 3. Corn. d. cons. 206. num. 17. lib. 3. & d. cons. 239. num. 3. & 5. lib. 4 Soccin cons. 52. num. 11. lib. 4. Grat. cons. 35. num. 33 lib. 1. Bursat. cons. 61. nu. 11. lib 1. Cephal cons. 321 numer 29. & seq. Papon. cons. 4. num 12. & seq. Cancer. var. resol. part. 3. d. cap. 21 nu. 160. Bernard. Greue ad obseruat Gaill. concl. 35. num 54. Surd. decis. 140 numer. 4. & seq. Franch. decis. 17. num. 8. in fin. & in d. Romana portionis hæreditatis 5. Maij 1600. coram b. m. Corduba.*

Quod vero nec etiam sub nomine iuris conti-
34 neatur ex eo patet, quia est † quid facti *Bald. in l. fin §. hoc etiam num. 9. in fin. C. de episcop. & cleric. Ias. in l. cum filius familias num. 108. & seq. de leg. 1. Rimin sen. cons. 136. num. 3. & seq. lib. 1. Cephal cons. 321 num 37. & 38. Menoch. cons. 101. n. 6 Noal de transmiss. cap. 8 numer. 1. Castill decis. 142 num. 10. Surd. decis. 140. num. 6.* & solum est
35 causa † corpori adherens, & facultas, quæ cum corpore extinguitur *Bart. in l. 1. numer. 43. versic. tertio arguo C. qui admitti Menoch. cons. 101. nu.*
36 *19. 20. & 21.* & est quid † mere personale inseparabiliter cohęrens personę, late *Papon. cons. 4. nu. 15. & 16 Surd. cons. 463. numer. 3. & 6. vers. sexto videamus Noal. de transmiss. d. cap. 8. numer. 146. Peregrin. decis. Patauin. 151. num. 2. & 3.*

Hinc etiam est, quod non solum in generali donatione omnium bonorum, & iurium non continetur vt supra dictum est, sed nec etiam venit
37 in illorum † generali cessione *Corn. locis supra citatis Marant. d. l. is potest numer. 27 ff. de acq. hæred. Tiraq. de retract. lignag §. 26. glos. 1. nu. 29. late Bardell. cons. 1. num. 26. versic. hinc dicitur.*

38 Nec venit in generali † confiscatione omnium bonorum, & iurium *Nell. de bannit. prima part. secund. temp. quæst. 30. Dec. cons. 438. incip. accurate num. 6. & 10. & cons. 445. num. 65. in fin. Rutn. cons. 23. numer. 26. & seqq. lib. 5. Bertazzol. crim. cons. 510. num. 16. Cephal cons. 321. num. 24. & seqq. Bardell. dicto cons. 1. numer. 26 ad med. vers.*

verſ. alibi dicitur Anton. de Virgil. de legit. perſon. d. cap. 12. num. 6. Surd. d. deciſ. 140 numer 6. & 19. Caſtill deciſ 142. num. 3. & ſeqq. Maſtrill. deciſ 2:7. numer. 22. & ſeqq. vbi numer. 50. teſtatur de communi.

39 Inde etiam fit, quod hęres † antequam adeat nullum ius habet in bonis, vel ad bona, quod ſit in eſſe formatum, licet illi competat ius adeundi, quod eſt ſolum ius acquirendi, non ius rei quę-

40 ſitę, & ideo hæres † non dicitur eſſe locupletior antequam adeat *Bart. in d. l. is poteſt num 216. ff. de legat. 1. Imol in l. emancipata numer. 15. C. qui admitti Marant. in d. l. is poteſt numer. 216. ff de acquiren. hared. Rebuff l. vnic. num. 23. & 24 C. de ſentent quæ pro eo Alex. conſ. 113. numer 4. lib. 3. Decian. conſ. 10. num. 15. & ſeq. lib. 5. Corn. conſil. 239. num. 3. lib. 4. Papon conſ 4 num. 14. & ſeq. Baroeli. conſ. 1. num 26 Poſſidor Rip. obſer. 35. nu. 2. & 3. Amend. ad Franch. deciſ 101. numer. 1. & ſeq. Monter. deciſ. 35 numer. 54 Peregrin Patauin. deciſ. 151. num. 2. & 3.*

Et ex his clare reſultat, quod cum iam obiiſſet

41 Franciſcus † donator, cui hæreditas Proſperi fuerat delata, hodie Albertus Formonus non poteſt ex perſona Franciſci donantis hæreditatem adire *Bart. in d. l is poteſt numer. 13 & 14 ff de acquir. hared Bald. in l. ſi infante numer. 24. C. de iur. delib.* vbi, quia deficit fundamentum illius, in quo hęreditas debet eſſe ſita *Papon. dicto conſ. 4. nu-*

42 *mer. 16.* alias ſi iuris adeundi fieret † tranſmiſſio ad hęredem, non ſolum efficeretur hæres, qui iam mortuus eſt, quod eſt impoſſibile, cum hæres, quis in morte eſſe non poſſit, dum non fuit in vita, vt ponderat *Cephal. d conſ 231. num. 31. ver-*

43 *ſic. vel quia ſi fieret tranſmiſſio*, verum † etiam heredem eſſe penderet ex motu, & ex voluntate aliena, quod eſt iure vetitum *Aret. in l. Iulianus numer 1. & melius Peregrin. d. deciſ. Patau. 151. numer. 3. circa med. verſic. quia actus aditionis.*

44 Non obſtat, quod ius † adeundi non ſolum ſit ius vt eſt *text. in l. ſi mater* ibi *ius adeundi hareditatem C. de inſt. & ſubſt.* ſed etiam ſit ius plenum

45 † formatum, & iudicium deducibile, eo quia pręſcribitur 30. annis, & facultatum non datur pręſcriptio, vt ad hunc effectũ ponderat *Gomez. var. tom. 1. cap. 9. num. 1. poſt med verſ aduerte tamen quod iſta ratio nullo modo concludit.*

46 Quia talis potentia † adeundi dicitur ius, non quia ſit iuris, ſed quia eſt facultas, quę a lege, & a iure proficiſcitur, nam in quantum eſt potentia declarandi animum a lege proueniens, eſt quid facti, *Aret. in d. l. Iulianus 10. numer. 1. verſ. poſſumus dicere ff de legat. 1.* proinde illius pręſcriptio non arguit, quod non ſit facultas, quia facul-

47 tas duplex † eſt, altera conſideratur tanquam ſonans in factum, quę ſcilicet dirigitur ſolum ad conſeruationem iuris quęſiti, & hæc facultas non eſt obnoxia pręſcriptioni, altera vero facultas, quę dirigitur ad acquirendum aliquid de nouo deducibile in iudicium, & hæc licet ſit quid facti, di-

citur tamen ſonare in ius, & tanquam habens maximum iuris tempore pręſcribitur, vt late exornat *Barboſ. in l. eum notiſſimi num 67. & ſeqq. pluribus C. de praſcript. 30 vel 40. ann.* & ideo cum

48 ius † adeundi ſit potentia quędam ordinata ad acquiſitionem, non ad conſeruationem rei, non eſt mirum ſi vocatur ius, & pręſcriptioni ſit obnoxia ex prędictis.

49 Pariter non obſtat, quod ius † adeundi ſit in contractum deducibile *Bertrand conſ. 95. num. 1. quaſt. 3. Ladereb. conſ 28 ſeu 36. nu. 17. cum alijs allegatis*, quia tunc non deducitur in contractum ius adeundi, prout eſt pura potentia, ſed deduci-

50 tur, prout † eſt potentia ad actum redacta, & ſic hæreditas ipſa, vt optime *Bart. in l. is poteſt num 5 ff de acquir. hared.* nam eo ipſo, quod quis diſpoſuit de illo iure adeundi, prout eſt potentia pura, ne diſpoſitio ſit inanis, & ne in contractum deducatur id, quod nihil eſt, quis in neceſſarium

51 antecedens prius † videtur ipſam hęreditatem adiuiſſe, & illam in contractum, ac diſpoſitionem deduxiſſe *Corn. conſ. 199 num. 6 lib 3 & conſ 211. num. 2. lib. 2. & conſ 236. num. 11. lib. 4. Noal. de tranſmiſſ. cap. 8. num. 104. & Surd. deciſ. 138. numer. 25.*

52 Minus obſtat, quod ius † adeundi hęreditatem aſcendentium a filijs tranſmittatur per *text. in l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit.* & eſt etiam *text. in l. vnic. C. de his qui ante apertas tab.* quia reſpondetur, quod ſpeciale eſt in prędictis duobus locis, quod ius adeundi tranſmittatur; Tanta eſt

53 enim in filiis repręſentatio † Patris, & tanta eſt ratio ſucceſſionis, vt illorum dicantur domini etiam viuente Patre; ideo vigore ſuitatis hęreditas Patris eſt tranſmiſſibilis, etiam ſi immixtio ſecuta non fuerit, & iſta ex beneficio legis, & ipſo iure adita reputatur *vt late Noal. de tranſmiſſ. d. cap. 8. num. 16. Anton. de Virgil. de legitimat. perſ. cap 12. num. 6. verſic ratione ſuitatis* idemq; pri-

54 uilegium tranſmittendi † abſque aditione proficiſcitur ex potentia ſanguinis ob eandem rationem, quando deſcendentes non ſunt in poteſtate aſcendentium *Noal. d cap 8 numer. 28 Anton. de Virgil. d cap. 12 num 6. verſic. ſecundo limitatur*; in caſu autem noſtro agitur de hęrede tranſuerſali.

Demum neque obſtare videtur *deciſio Bononien. vſusfructus 24. Ianuarij 1622. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino.*

Quia illius fundamentis mature perpenſis exiſtimarunt Domini vnanimiter, potius eſſe reſpondendum ad fauorem Hieronimæ ex rationibus, de quibus ſupra, quam pro Alberto, qui ſe ex iuribus dictæ deciſionis tuebatur.

Et ita parte vtraque &c.

Sequitur altera deciſio eiuſdem S. Rota Romana in Romana fructuum cenſus luna 21. Maij 1635. coram R. P. D. Veroſpio.

Quæſitum fuit in dubio propoſito, an eſſet extinctus cenſus, quem D. Helena S. Crucia dicebatur emiſſe ab Horatio de Bubalis, & eiuſdem dubij

dubii effectus erat, verum censeretur durare obligatio, quam D. Abbas Ioannes Antonius Costa accedendo obligationi venditionis fecerat ad fauorem eiusdem emptricis pro solutione fructuum dicti census, cum visus erat Abbas declarasse eam suam obligationem, vt tenere deberet solum pro tempore, quo dictus census duraret; & quod attinet ad dubium pœnale, siue ad extinctionem eiusdem census non visum fuit DD. controuerti posse eamdem extinctionem, quia domus super quā

55 † impositus fuerat census, qui dicitur resolutus, adiudicata fuerat Camillo, & Octauio duobus filiis Horatii, qui erant creditores ratione dotis maternæ ex hypotheca longe anteriori, vnde sublata fuerat hypotheca contracta fauore posterioris creditoris occasione huius census ex *notat. in l. 1. C. si antiq. credit. & in l. 3. ff. de distr. pign. & per glos. in l. eum qui à debitore suo C quibus mod. pign. vel hypoth solu.* quod pluribus rationibus cōprobatur *Bald in cons. 123. lib. 1. Fontanell de pact. nupt. clauf. 5. glos. 8. part. 7 numer. 51.* & fuit resolutum in his terminis *in Romana fideicommissi de Remedijs 7. Maij 1604. coram Litta & in alia Romana census 29. Aprilis 1630 & 14 Nouembris 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto*; Et cum hęc generaliter locum habeant in quacunque hypotheca, quæ posterior sit ea, cuius causa secuta sit liberatio pignoris fauore anterioris creditoris, videri poterant eo magis admittenda in hoc casu,

56 tam attenta natura huius † contractus, quę est vt fundus sit liber ab aliis omnibus obligationibus, cuius causa non potuisset idem census substineri super fundo alteri obligato, neque etiam de consensu venditoris, vt probat *Nauarr. in tract. de vsur quæst. 28. numer. 118. Boscacc. de censib. part. 2 numer. 46.* quam etiam habita ratione promissionis factæ in eodem instrumen-

57 to super libertate eiusdem fundi, licet † enim hanc promissionem sæpius Rota declarauerit non afficere nisi quatenus interfit emptoris, vt fuit dictum *in Romana census de Caualerijs 26. Iunij 1596. coram Penia, & in Perusina fideicommissi de Almericis 16. Februarij 1586. co-*

58 *ram Orano* Tamen non poterat † controuerti interesse creditoris huius census, cum secuta fuisset euictio domus, super qua fuerat census impositus propter hanc ipsam causam anterioris obligationis, & hypothecæ, qua eadem domus erat grauata.

Neque poterant ij fructus dici debiti, saltem ratione damnorum, & interesse, quæ patiebatur creditrix census propter nullitatem obligationis,

59 cum videretur † id esse tam e natura venditionis *l. ex his prædijs C. de euict. l. euicta ff eod. tit. & l. Lutius cum decederet § vltim. ff de act. empt.* quam etiam conforme promissioni venditionis, qua-

60 tenus in instrumento † venditionis, & impositionis eiusdem census asseruit, esse fundum liberum ab alijs obligationibus, vt fuit dictum *in eadem Romana census 26. Iunij 1596. coram Penia, & in Romana de Alexijs 29. Maij 1586. coram Cantuccio, & in Tudertina census 26. Maij 1602. coram Iusto* Hęc enim difficultas tollebatur ex qualitate eius obligationis, quam fecit Abbas, quia licet hęc damna peti possint a fideiusso-

61 re, qui se obligauit simpliciter † pro toto contractu, quasi non videatur distingui tunc posse illius obligatio ab obligatione personali *ex notat. per DD. in l. quæro ff locat. & in l. centum capite ff. de eo quod cert. loc. post glos. ibi in verb. augeri, & per Alex. cons. 34. numer. 5 lib 2.* non tamen idem est, si fideiussor voluerit obligationem restringere ad certam aliquam causam, cum tunc natura eius-

62 dem obligationis † non patiatur, vt extendatur vltra causam expressam, vt notant *DD. super d. l. quæro vbi Salic sub numer. 1. & in fine*, & probat *text. in l. si in pignore 54 ff. de fideius. & l. fideiussores Magistratuum ff eod. tit. Bero. cons. 193. numer. 45. lib. 1.* & fuit in his terminis resolutum *in Romana census 14. Nouembris 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto* Ea autem obligatio, quam fecit Abbas ad fauorem emptricis duplici ratione visa fuit non posse comprehendere damna hęc, quia non solum illa erat restricta ad fructus, ad quorum

63 solutionem † non potuisset cogi, nisi data existentia ipsius census *ex notatis per Nauarr. in tract. de vsuris numer. 118. quæst. 28. & per Boscacc. in tract. de censib. part. 1. numer. 19* & probat text. in his terminis *in l. formam §. illam ff. de censib. & in l. 2. C. de alluu & respondit Rom.* motus authoritate dd. iurium *in cons. 417. numer. 4* sed quia neque iidem fructus fuerant promissi simpliciter, aut absolutè, cum solum voluerit Abbas cogi posse ad illorum solutionem in defensione præstationis cedulæ Bancariæ, quæ renouari deberet a venditore tertio quoque anno,

64 donec duraret census, vnde sub eadem † conditione videri debebant promissi hi fructus, in casu scilicet quo ipse census extaret, cum illorum solutio succedere deberet in locum ipsius cedulę ex regula *tex. in l. 1. §. hæc actio ff si qs testā. lib. esse iuss. fuer.*

Non etiam visa fuerunt obstare, quę deducta fuerunt super obligatione, quam dicebatur fecisse in

65 hoc censu alii duo filii Horatii, cum vel non † potuerit ad illorum fauorem obtineri adiudicatio propter regulam *l. vindicantem ff. de euict.* vel saltem subsistere deberet census pro dimidia, ex qua iidem filii erant hæredes matris, hæc enim exceptio ex facto remouebatur, quia Franciscus, & Gregorius, qui potuissent repelli exceptione propriæ obligationis, repudiauerunt hereditatem Matris, Alii vero duo filii Horatii, nempe Octauius, & Camillus, quibus hęredibus matris facta fuit adiudicatio, non erant obligati in hoc instrumento census. Vnde eidem Octauio, & Camillo obstare non poterat exceptio propriæ obligationis, quo minus euincere potuerint hunc fundum tanquam creditores anteriores, sicut Octauius, & Horatius non poterant aliquod ius prætendere super

66 hęreditate materna, cui † renunciauerant. Nec dubitari potest quin licuerit illis repudiare ean-

67 dem † hereditatem, non obstante præiudicio cre-

ditorum, ad quorum fauorem reperiebantur obligati, cum ius adeundi dictam hereditatem tanquam 68 positum in mera facultate debitoris non dicatur † esse in illius bonis, & proinde non potuerit super eo contrahi aliqua hypotheca fauore creditorum, aut alia actio competere, cuius ratione liceret eisdem creditoribus experiri contra bona obligata ex causa anteriori etiam occasione eiusdem iuris argumento *text. in l. pretia rerum ff. ad l. falcid. & l. qui autem ff. quæ in fraudem credit. & notant DD. in d. l. qui autem & in l. in fraudem ff. de iur. fisc. Surd. decis. 140. numer. 8 Vincent. de Franch. decis. 101. n. 21.* & late discusso articulo fuit resolutum in *Firmana fideicommissi de Formonis 9. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Panzirolo* in qua decisione fuit recessum ab alia *decis. facta coram Reuerendiss. D. meo Decio sub die 24. Ianuarij 1632. in una Bononien. vsusfructus.*

Demum non visum fuit obstare, quod mater horum filiorum decesserit ante Horatium ad effectum ne dos, cuius causa obtenta fuit adiudicatio dici posset debita illius filijs, quia licet ex dispositione 69 † statuti Vrbis concederetur marito dos in casu, quo idem maritus superstes sit vxori defunctæ, & liberos ex ea susceperit, *vt in cap. 131. lib. 1. eiusdem statuti* tamen hæc difficultas videri poterat 70 sublata ex eodem statuto, cum † eam dotem, quam maritus lucrari debet per mortem coniugis reseruare in eo iubeatur filijs communis matrimonij. Vnde hoc statutum sæpius interpretata fuit *Rota* 71 non concedere † patri nisi solum vsumfructum, *vt in Romana successionis de Taglioferris 9. Iulii 1606. coram Litta & 29. Martij 1607. coram Card. Marco Montio. & in Romana lucri dotis 20. Februarij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano inter recent. decis. 653. part. 2. & in Romana lucri dotis 19. Decembris 1608. coram Gregorio inter impress. decis. 398.*

Et ita vtraque &c.

Sequitur votum decisiuum Excellentiss. D. Hyacinti Gratiani in Maceraten. lucri dotalis 17. Maij 1649.

72 Potuisse D. Barnabeum Pijssimum etiam in præiudicium Creditorum repudiare lucrum dotis sibi ex statuto delatum non est hæsitandum, authoritate *Vlpiani in l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit. Dec. cons. 259. Phanucc. de lucro dot. gl. 8. num. 17. n. 20. Rol. eod. tit. quæst. 40. per tot. Surd. cons. 116. num. 79. & seq. Gallerat. de Renuncia. lib. 1. cap. 2. num. 54. Franch. decis. 101. nu. 5. Ioseph Ludouic. decis. Lucen. 21. n. 58. Grat. decis. 17. n. 5.* & hanc sententiam communiter insectantur Doctores.

73 Et licet † *Anchar. cons. 101.* restringat hoc conclusionem ad Creditores tantum chirographarios, asserendo non procedere dispositionem *tex. in d. l. qui autem* aduersus Creditores hypothecarios, cum ad illorum fauorem fuerit facta obligatio omnium bonorum, iurium, & actionum, ni- 74 hilominus, † eius reiecta opinione, & multorum sequacium, contrarium firmant *Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 14. art. 1. num. 9. Mangil. de im-putat. quæst. 4. num. 24. & quæst. 17. n. 9. Franc. decis. 101. num. 15.* vbi late, ac diffusè examinando sententiam Ancharani, concludit contra eum maiores authoritates, & rationes vrgere, pro vt etiam refert, ac sequitur *Grat. decis. Marck. 17. num. 16. vltra Soc. Iun. cons. 124. Paris. cons. 127. num. 26. lib. 1. Gallerat. lib. 1. cap. 2. num. 55.* vbi ait Creditores etiam habentes hypothecam non posse conqueri, si Debitor repudiat, quia licet in ge- 75 nerali hypotheca veniant bona etiam futura, † non tamen veniunt ea bona, in quibus habet Debitor spem de præsenti, nisi exprimatur *Angel. Aret. cons. 36. in princ.*

Nec dicatur, quod si non veniunt bona, quæ acquiri possunt, venit tamen ius acquirendi, quia 76 † nec etiam ius acquirendi dicitur esse in bonis nostris, pro vt dicitur de iure adeundi *Dec. cons. 442. Natta cons. 140. vol. 1. Menoch. cons. 116. numer. fin. vol. 2. Amendol. ad Franch. decis. 101. num.* 77 *2. & 23. Surd. decis. 140. num. 5.* Est enim † potius quædam facultas, & potentia acquirendi, quam merum ius *Bal. in l. Deo nobis prope finem C. de Episcop. & Cler. Salic. & Castr. in l. licet. 8. C. de iur. delib.* Et si appellatur ius, appellatur non quia 78 sit iuris, † sed quia est facultas, quæ a iore, & lege 79 proficiscitur, nam † in quantum est potentia declarandi animum a lege proueniens est quid facti *Rot. in Firmana fideicommissi de Formonis 9. Iunij 1634. coram Eminentissimo Panzirolo.*

Nec est mirum, quod ius sit quid facti, & pro fa- 80 cultate, seu potentia interpretetur, quia hoc † Nomen ius in nostra Iurisprudentia multis modis capitur *l. ius 11. ff. de iust. & iur.* & ad propositum 81 nostrum † ius desumitur pro facultate, & potentia, pro vt alias etiam desumpsit *Rota in Romana fructuum census 21. Maij 1635. coram Verospio. & in Romana Domus ad Transtiberim 18. Iunij 1638. coram Panzirolo* Nisi etiam velimus desume- 82 re † ius pro ordinatione ciuilis Societatis *secundum Aristot. 1. polit.* Vnde dicitur Vsusfructus est 83 ius vtendi, & fruendi, idest † ordinatio seu constitutio quædam, qua constituitur alicui facultas, & potentia vtendi, & fruendi re aliena. Idem in itinere, quod est ius eundi, hoc est ordinatio, seu constitutio, qua decernitur facultas eundi per fundum alienum, vt exponit *Vaccon. d. Vacun. declarat. Iur. ciu. lib. 1. cap. 10. num. 1* pari modo dicendum in casu nostro ius acquirendi lucrum esse constitutionem, seu statutum, quo datur, & constituitur 84 facultas lucrum dotale acquirendi: vnde † cum huiusmodi acquirendum lucrum sit potius facultas, quam ius, non est considerandum in bonis nostris *Mart. de success. legal. p. 4. q. 14. numer. 5. art. 1. Rot. in d. Firmana de Formonis coram Pan-* 85 *zirolo*, & † propterea non potest Creditor illud exercere, nisi prius sit plene Debitori quæsitum per agnitionem, petitionem, vel aliam voluntatis declarationem *Grat. discept. 132. num. 5. Sanchez de Matr. lib. 6. cap. 4. num. 8.*

86 Et tandem † contra Anchar. esse communem, & veriorē sētētiā testatur *Grat. d. discept. 132. n. 2.*

vltra

ultra Vine. de Franc. in d. decis. 101. num. 15. & alios supraselatos, omnes moti, quia cum † *d. l. qui autem* loquatur generaliter in omnibus creditoribus, non est a nobis facienda ulla differentia inter Chirographarios, & hypothecarios. Adde supradictis *Peregr. de fideic. art. 3 nu. 130. ad med. Fachin contr. iur. lib. 13. cap. 46. Sanchez de Matr. lib. 6. disput 4. num. 8. vers. aliqui temperant Giurb. ad consuet. Mess. cap. 5. gl. 7. num. 12 p. 1.* Itaque ex supradeductis elicitur, Maritum † posse repudiare lucrum dotale in præiudicium Creditorum, tam actionem personalem habentium, quam etiam hypothecariam, pro ut ità seruasse Rotam *in Romana de Fabijs 30. Maij 1580. coram Blanchetto refert Grat. ubi sup. num. 2.*

89 Et hoc procedit etiam † si repudiatio fuerit facta post mortem Vxoris, pro ut in casu nostro *Paris. cons. 127 lib. 1. num. 25. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 40. Cauagnol. ad decret Mont ferrat. 74. §. 5. quæst. 7. num. 9 vers. ampliatur Grat discept 132. numer. 15. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 1. gl 8. par. 1. nu. 16. vers. Imo lucro*, & deducitur *ex text. in d l qui autem 6. ff. quæ in fraud cred.* ibi *Qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel testamentariam non est in eo causa, ut huic adicto locum faciat, noluit enim acquirere, non suum proprium patrimonium diminuit*; & sic textus loquitur de repudiatione hæreditatis, quę non potest fieri, nisi post

90 mortem, quia † in vita non est delatum ius hereditatis, ut est textus expressus *in l. delata 151. ff. de verb. sign.*

91 Intellige tamen, dummodo † ante repudiationem tale lucrum, pro ut est in casu nostro, non fuerit per petitionem, per acceptationem, vel per aliam voluntatis declarationem acquisitum, quia tunc in alterius prejudicium illi renunciari nunime posset *Rimin al. Iun. §. 1. n. 92. Instit per quas person. nob. acquir Fontanell de pact. nupt. claus. 4.*

92 *gl 9 par. 5. n. 77. cum alijs ibi relatis*; quia † acquisitum, & incorporatum lucrum amittere damnum est *Dec. in l. 1. C. de inst. & subst. Surd. cons. 321. num. 12. Natt. cons. 282. ad fin Menoch. cons. 36. nu. 53. Rot. decis. 12 num. 16 par. 2 diuers.*

Non obstat, quod asseritur pro parte Creditorum, D Barnabeum nullo modo potuisse remittere lucrum dotale in eorum prejudicium post mortem suę Vxoris, cum tunc temporis esset ei ius delatum ex dispositione Iuris municipalis radicatum in sua persona cum spe certa de præsenti, & consequenter acquisitum, Quia aliud est dicere post mortem Vxoris fuisse D. Barnabeo ex dispositione legali delatum ius lucri dotalis; aliud est asserere fuisse ei illud acquisitum, & in eo perfectè radicatum. Nam primo casu non negatur ius lucri dotalis fuisse delatum, sed non valet consequentia fuit delatum, ergo fuit acquisitum. Re-

93 quiritur enim † acceptatio, ad hoc ut dicatur ius quęsitum *Sanchez de Matrim. lib. 6. disput. 4. numer. 8. Mart. de success. legal in d. q. 14 numer. 5.* Mortua igitur Vxore, statim Marito defertur ius lucri dotalis, sed quia consistit in eius voluntate acceptare, vel non acceptare, petere, vel non petere illud lucrum, id circo ante acceptationem, vel petitionem, vel aliquem alium actum positiuum acceptandi nunquam dicitur ius quęsitum,

94 † licet essemus in re, quę deberetur ipso iure, quia tunc etiam requiritur declaratio, & petitio, sine qua non potest quęri respectu realis, & effectualis acquisitionis *Grat. discept. 458. numer. 17. & discept. 271. ultra, apertam gl in l. scimus vers. ipso iure C. de inoffic. testam. & Hodiern. ad Surd. de-*

95 *cis. 140. num. 9.* Qua propter † ius quæsitum semper denotat factum hominis, per quod quæritur illud

96 ius, & nunquam defertur a lege, a qua † venit tantum ius quærendum, quod est illa facultas acquirendi, quæ appellatur ius delatum pendens ex voluntate hominis, an velit acquirere, nec ne *Tex. in l delata 151 ff. de verb sign.*

Nec est dicendum, quod imò ad acquirendum ea, quę veniunt ex dispositione legis non requiritur factum hominis, cum acquirantur ipso iure, ut

97 procedit in hæredibus suis, quibus † etiam ignorantibus statim mortuo Patre ipso iure acquiritur

98 hæreditas *l. si fratri 3, C. de iure deliber.* vnde † nec titulum à defuncto habent succedentes ab intestato, sed a lege *Bald in l si emancipati 8. opposit. C. de collat. Cephal. cons. 725. numer. 39. Surd. cons.*

99 *357. num. 9. idem decis. 272 num. 2. & 4.* cum † nec parens ipse, sed lex in eos disponat *l. lege obuenire 130. ff. de verb sign Cephal d. cons. 725 numer. 37.*

100 Imò † non acquisitiuè ad hæreditatem Patris veniunt filij, sed continuatiuè *Tiraquel. de primogen. quæst. 40. numer. 96. & in præfat. l. si unquam C. de reuoc. donat. num. 15.*

101 Idque dicitur etiam in legitimà, † quæ ipso iure quæritur filio absque eius facto, pro ut etiam ius agendi ad supplementum *l. scimus. 36. C. de inoffic. testam. Anch. cons. 101 n. 8. vers. potest responderi.*

Quoniam non est recedendum a superius firma-

102 tis non obstantibus prædictis; etenim illa † acquisitio hæreditatis, quæ ipso iure procedit in filiis, procedit reuocabiliter, & tacita sub conditione, nisi repudiare, vel ab ea abstinere velint *Grat. discept. 271. numer. 11. cum omnibus ibi relatis* Ideò

103 supracitata † iura intelligere nos oportet, quod quæratur hæreditas filijs ipso iure ipsis volentibus, secus nolentibus, ac repudiantibus *Giurb. ad con-*

104 *suetudin. Messan. cap 5. gl. 4. par. 1. num. 14.* lex † enim potest alicui concedere, & deferre hæreditatem, pro ut concedit, & defert, sed non potest illum cogere ad illam adeundam, etiam si sit lucrosa, cum in nolentem liberalitas exerceri non possit *l. hoc iure. 19. § non potest ff. de donat. Giurb. lo-*

105 *co supr cit. cū omnibus ibi adductis*; Vnde † ad hoc ut efficaciter, & irreuocabiliter hæreditas fit acquisita filijs, requiritur eorum voluntas, & aditio, ad quam nemo cogitur *Crass. §. acquisitio quæst.*

106 *4. numer. 8.* & Aditio † tribuit nomen hæredis *Dec. in l haredem 60, ff. de reg. iur. Couar in cap. Ramaldus §. 2. numer. 8. de testam. Pinell. in l 1. part. 1. num. 73. C. de bon. Mater. Tiraquell de mort. saisit. p. 7 declar. 2.*

107 Sic etiam procedit in legitima †, vel eius supplemento, quod non acquiritur prius irreuocabiliter, quam si ipsi peterent *gl. in l si mus 36 C. de inoffic. test. vbi Ias n.1 Burs cons 355. n. 45 Corn. cons 126. nu.9 vol 2. Peregr. cons 71. n.9. vol. 2 & cons 46 à n.14. vol.3 Riminal Iun. cons 559 n.18. & 19. Cephal. cons 479. nu.22 Montier. decis 35. numer. 83.*

108 Lex enim, † vel statutum aliquid inducens ad fauorem alicuius tacitam habet conditionem, si ei placuerit, eoque vti velit *cap ad apostolicam 16. de regular Sanchez de Matr. lib. 9. disput. 2. n.2. Mant. de tacit & ambig lib. 4. tit. 29. num 14. Cartar. decis 22. num. 6 Valasc. decis 143. num. 16.* li-
109 cet † ipso iure id sit dispositum *Tiraquel. in l si vnquam gl. reuertatur C. de reuoc. donat. Surd. decis 70. numer 25.*

Et erronea est consequentia facta ex parte
110 Creditorum, videlicet huiusmodi ius † transmittitur ad hæredes *vt per Rol. de lucr. dotis quæst. 47. num. 5.* Ergo tanquam acquisitum repudiari non
111 potest. Quia lucrum † dotale, si transmittitur ad heredes, transmittitur vt quærendum, non vt
112 quæsitũ, vt dicitur de hereditate, quę † trāsmittitur non vt adita, sed vt adeunda *Grat discept. 271. num. 16. Surd. decis. 140. num. 14. eum seqq.* & le-
113 gitima † quoq; transmittitur ad heredes non vt
114 agnita, sed vt agnoscenda; ideoque † repudiari potest, vt firmarunt Principes nostrę Iurisprudentię Professores (non obstantibus aliis contradicentibus) & signanter *Facchin. contr lib 13. cap. 46. Mangil. de imput. q. 4 n. 19. & seqq. & q. 217 num. 9. & seqq. Giurb. ad consuet. Mess. cap. 5 gl 7 numer. 1 & 2 Ios Tim q. 74. lib. 3. Cotta de remed. subsid. prælt d. p. num. 20. Menoch cons. 1220. num. 14. & seqq. lib. 13. Cancer var resol. par. 1 cap. 3. num. 41. & seqq. Peregr. de iur. fisci tit. de public. bon. num. 111. Franc decis 101. Grat. discept. 458. num. 19. & 20.*

Si igitur ad habendum Ius quæsitum requiritur factum hominis, & actus positiuus acceptandi,
115 petendi, agnoscendi, concludendum est ius † à lege delatum non esse ius quęsitum, sed ius quęrendum, vt disertissimè aduertit *Gallerat. de renunc. lib. 1. cap 2 numer. 14. & 15.* & est illud, quod defertur cum plena acquirendi potestate de præsenti ex libera voluntate, & est propriè facultas acquirendi, ex qua oritur postea ius quęsitum, si is, cui defertur illa facultas acquirendi, intendens acquirere, accipit, petit, agit, vel aliquem alium actum gerit, per quem apparet voluntas acceptandi lucrum delatum. Vnde cum Barnabeus nolens acquirere, repudiauerit illud lucrum, non dicitur præiudicasse Creditoribus in iure quęsito, sed in iure delato, & sic in iure quęrendo, quod absque vlla hesitatione fieri potest, cum huius-
116 modi † repudiatio non dicatur amissio, sed non acquisitio *l. profectitia 5. § si pater repudiauerit ff de iure dot.* vel omissio acquirendi. *vt rub.*
117 *ff de acqu. vel omitten. hæred* Et † nemo cogi potest ad acquirendum, & propterea filius inuito patri non acquirit *Nizol. allegat. 28. num. 38.*

118 Hinc est, quod pater † in aduentitijs filij potest repudiare vsumfructum, etiam in prejudicium creditorum *Bero. cons. 43. num. 6 vol. 1. Grat. discept. 271. numer. 34. Cauale. de vsufr. numer. 186* sicut
119 pariter † libertus, non acquirendo legatum, vel hereditatem jam delatam, potest prejudicare patrono *l. 1. §. vtrum autem ff. si quid in fraud. patr. Bargal de dol. lib. 6. reg. 22. numer. 7.* & similiter
120 † hæres potest restituere integram hęreditatem absque retentione Trebellianicę, non obstantibus creditoribus *l. debitorem 20 ff. quæ in fraud. cred. Cost. de remed subsid prælud. 1. num. 22 Fenzon. ad statut. Vrbis cap. 109. num. 9. & seq. lib. 1.* ratio est, quia nemo potest cogi ad acquirendum, & repudiando quis lucrum delatum, non dum quę-
121 situm, nihil amittit, cum Repudiatio † nihil aliud sit, nisi declaratio voluntatis, qua quis ostendit se nolle acceptare ius sibi delatum *Galle-*
122 *rat. de Renunc. lib. 1. cap. 2. nu. 2.* siue † est actus per quem quis non vult acquirere in ijs, quę pendent ex Repudiantis voluntate *Castren. cons. 393. vt attingamus num. 2. lib. 1.*

123 Hinc dicitur Repudiationem † Iuris delati non
124 esse alienationem. Nolens † enim acquirere cum posset, non dicitur alienare *l. si sponsus 5. § si maritus hæres ff de donat. inter Vir. & Vxor. l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. cred.* vbi legitur nolentem acquirere cum posset, atque repudiantem hęreditatem, vel legatum non dici alienare in fraudem creditorum, neque diminuere patrimonium, sed id agere tantum ne locupletetur, concordat *text. in l. non fraudantur 134. ff de reg. iur.* ibi *Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur, & est tex. in l. alienationis verbum 28. §. qui occasione ff. de verb signif* ibi *Qui occasione acquirendi non vti-*
125 *tur, non dicitur alienare* Quia † per alienationem diminuitur patrimonium, at dici non potest diminutum patrimonium, si Debitor desinat acquirere *d. l. qui autem Dec. cons 260 num 1 Couar. de sponsal p. 2. cap. 2. num. 12. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. glos 8. par. 1. num. 16.*

126 Et istis iuribus respondetur obiecto † quod in repudiatione dicti lucri oportebat adhibere solemnitates constit. Ægidianæ.

Et si quis dicat, Repudiationem esse abdicationem, ac priuationem, quę semper præsupponit aliquod ius de præsenti, & iam quęsitum ipsi repudianti, & tanquam talem non posse permitti in præiudicium creditorum.

127 Respondetur verum esse Repudiationem † esse abdicationem, & quandam priuationem, sed esse abdicationem, & priuationem non iuris quęsiti, sed iuris delati, & sic quærendi, quod cum sit mera facultas, vtique remitti potest etiam in præiudicium creditorum, quia adhuc non dicitur in bonis nostris, vt supra decantatum est, & late firmatur per *Rot. in d. Firmana fideicommissi de Formonis 9. Iunij 1634. coram Eminentissimo Panzirolo.*

128 Longe enim differt † ius acquirendi lucrum ab ip-

ab ipso lucro agnito, & acquisito, quemadmodum ius adeundi hæreditatem distare ab hæreditate dixit *Bart. ante alios in l. is potest ff de acquirend hæred.*

129 Hinc propterea dignoscitur, quod qui repudiat lucrum dotale ante agnitionem, non abdicat à se ipsum lucrum, quod nondum quæsiuit, sed potentiam solam acquirendi, quæ de præsenti competit, sicuti repudians † hæreditatem non aditam, non se priuat hæreditate, sed facultate illam adeundi; non minuit suum patrimonium, sed non acquirit, nec transfert dominium, quod non habebat, sed solum abdicat à se potentiam acquirendi, ità pulchrè inquit *Paul de castr. cons. 419. viso puncto col 1. vers nec. obstat. lib 2.*

130 (margin number beside "petit, sicuti repudians † hæreditatem").

131 Et propterea validissima † est repudiatio hæreditatis delatæ, etiam in præiudicium Creditorum, vt vltra *tex. in l non fraudantur 139 ff de reg. iur. l. si sponsus 5. ff de donat inter Vir. & Vxor. l. qui autem 6. ff quæ in fr aud credit* dixerunt *Peregr. de iur fisc. lib 6. num. 38. Giurb ad consuetud. Messan. cap. 5 gl. 8. par 1. num. 5 Surd decis 140 num. 8. Rice decis. 95. n 3 cum alijs ibi cumulat.* quia per talem repudiationem non abdicatur ipsa hæreditas, sed potentia illam adeundi.

132 Ideoque † Repudiationem à præfato Barnabeo factam de lucro dotali retractare minimè possunt Creditores *Dec cons. 260. Guttier. in cap. quamuis de pact. num. 31. Cost. de remed. subsid. prælud. 1. num. 21. & alij relati per Giurb loc. supracit.* quia illud lucrum non dum erat acquisitum, & consequenter ob huiusmodi repudiationem fuit tantum abdicatum ius quærendum, & Creditoribus aliquod damnum fuisse illatum minimè dici potest per iura supracit. *& latè Scacc de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 291 cum seq. Mart de success leg d. quæst. 14. par. 4. art. 1.*

Nec ad superius dicta elidendum dici potest, D. Barnabeum cum repudiauerit lucrum dotale, à se abdicasse non facultatem acquirendi lucrum, sed ipsum lucrum, quod iam ei erat quæsitum, & incorporatum cum suo patrimonio. Nam si ad acquirendum lucrum requiritur petitio, vt supra dictum est, in casu nostro, nulla erat necessaria ex parte Barnabei, quia iam possidebat bona dotalia, & frustrà vtique petijsset lucrum quod intus habebat.

Quoniam respondetur, nullo modo posse affirmari, fuisse quæsitum lucrum per dictum Barnabeum ex possessione bonorum dotalium post mortem Vxoris, quia illa possidebat onere restituendi, non animo lucrandi: lex enim ad dotem restituendam dat annum Marito a die obitus Vxoris defunctæ sine filiis *l. 1. §. exactio autem dotis C. de rei Vxor. act.*

Et licet non esset necessaria aliqua petitio ad consequendum illud, quod intus ipse poterat habere in bonis dotalibus possessis, nihilominus †

133 erat necessaria aliqua declaratio, seu protestatio, sine qua non potest fieri effectualis, & incommutabilis acquisitio *Bald. in l. scimus numer. 1. C. de inoff. testamen. Corn. cons 264. col. 1. lib. 1. relat. per Grat. decis 4. numer. 30.* & tamen nullus actus, seù nulla declaratio apparuit suæ voluntatis, per quam possit præsumi voluisse illud acceptare, imò in contrarium apparet formalis repudiatio,

134 † quæ omnino excludit animum acquirendi *secundum Galerat.*

Et si dicatur, quod, cum post mortem Vxoris præfato Barnabeo esset delatum a statuto lucrum dotale, præsumendum sit in consequentiam, eundem commutasse titulum suæ possessionis, videli-

135 cet de tit. dotis ad tit. lucri dotalis, quia † ex titulo superuenienti potest mutare causam suæ possessionis *l. non solum 33. §. 1. ff de vsucap. Mant. decis 245 num. 4 & 12. Buratt. decis. 127.*

136 *num 18. vbi adden* Imò præsumitur † mutasse, quando titulus superueniens est magis vtilis, & proficuus, vt hic in casu nostro *Angel & Imol in l. duo fratres ff. de acquir. hæred. Aymon. cons. 33. num. 11. Gratian discept 752. num 25.*

Tollitur tamen obiectum negando D. Barnabeo superuenisse titulum lucri dotalis, quia in iure delato, seu quærendo non nascitur titulus ante acceptationem, sed potentia illum acquirendi, & sic in casu nostro, titulus nascitur postquam lucrum est acquisitum; post mortem enim Vxoris statutum defert Marito lucrum Dotale, quod potest acceptari, & repudiari; si acceptatur, tunc lucrum est acquisitum, & ex hac acquisitione oritur titulus, & Maritus tunc potest possidere titulo lucri dotalis; si repudiatur euanescit acquisitio, & consequenter titulus rei acquisitæ; Sic videmus in hærede, cui non competit titulus heredis, nisi post aditionem hæredi-

137 tatis; Aditio † enim dat nomen heredis *Verall. decis 420. par. 2. Giurb. ad consuet Messan. cap 5.*

138 *glos 4. part. 1. numer. 15.* & legatarius † non possidet titulo legati, nisi post acceptatum legatum.

139 Sed ponendo falcem ad radicem, si † admittitur Barnabeum mutasse titulum possessionis, & sic possedisse post mortem Vxoris titulo lucri dotalis bona dotalia, non potest admitti, nisi per præsumptionem, vt supra decantatum est. Verum cum edoceatur in casu nostro per publicum documentum, Barnabeum repudiasse, cessat supradicta præsumptio *l. cum indebito 25. §. 1. ff. de probat. Natt. cons 162. num. 29. Rot. decis 294.*

140 *num 31. part. 6. rec.* Non † debet enim plus operari præsumptio, quam veritas *l. si is qui pro emptore 15. ff. de vsucap. Tiraq. de ll. connubial. glos 5 num. 60.*

Et si dicatur, Barnabeum renunciasse tempore inhabili, quando scilicet erat iam lucrum quæsitum per supradictam præsumptionem. Responde-

141 tur hoc dici non posse, quia † præsumptio nihil operatur, quando apparet probatio in contrarium, *vt vulgatis iuribus*, tantò magis in casu

142 nostro, in quo † repudiatio retrotrahitur (& hoc est valdè notandum) ad tempus iuris delati, sicut dicitur de legato, quod quamuis transeat ipso

iure in legatarium, tamen illa acquisitio dicitur imperfecta, & reuocabilis ante acceptationem, & sub tacita conditione, nisi repudiatur. Vnde cum postea repudiatur fingitur non esse quęsitum dominium *tex.* ad litteram, cui non potest replicari *in l. 1. vers. vtrum autem ff. si quid in fraud. patr.* ibi *Quamuis enim legatum retrò nostrum sit, nisi repudiatur: attamen cum repudiatur retro nostrum non fuisse palam est adde gl in l. qui autem in verb. legatum, vbi Bart. ff. quę in fraud. Cred. Ias. in §. item si quid num. 121. inst. de act Sanch. de matr. lib. 6. disput. 4 num 8. vers septimo infertur Grat. discept. 271 num. 11.*

Non officit, quod dictus Barnabeus in repudiatione lucri dotalis vsus fuerit etiam verbo renunciauit, vt in instrumento ibi *Refutauit, Repudia-*143 *uit, ac Renunciauit* Quę † renunciatio non potest verificari, nisi in iure quęsito, *Vt late per Gal.* 144 *lerat. de renunciat. par. 1. cap. 2.* Et ius † quęsitum sola renunciatione amitti dixit *Cuiac. obser-*145 *uat. lib. 3. cap. 11* Vnde † renuncians hęreditatem videtur primum adiuisse *Surd. decis. 70. num. 11. Soc. cons. 147. num. 7. & 8. vol. 1.* saltim ordine intellectus, alias Renunciatio esset de vento, & frustratoria.

Quia respondetur, quod licet quis renunciando videatur prius acquirere, attamen dicta Renunciatio non est principaliter ordinata ad acquirendum, sed ad renunciandum, & huiusmodi acquisitio fuit facta tanquam necessarium antecedens ad renunciationem, de qua agitur, & licet induxerit acquisitionem, solummodo fuit facta ad finem ipsius renunciationis, & non ad effectum retentionis. Igitur tale ius acquisitum, tanquam momentaneum nullius debet esse momenti, 146 cum † momentanea non habeantur in consideratione *l qui sic soluit 55. ff. de solut. Rol. à Vall. cons. 15. vol 1. num. 34. Grat. decis. March. 17. nu. 28. cum omnibus ibi relat. Scacc. de iudic. lib. 2. capit. 2. numer. 296. cum seq. vbi late de hac materia.*

Nec est habenda in aliqua consideratione promissio D. Barnabei de dote restituenda iuxta formam statutorum Maceratę, in qua tanquam in firmissimo cardine nituntur ex aduerso Creditores ad elidendam repudiationem lucri dotalis, af-147 ferentes † pręfatum Barnabeum ex tali promissione dotis restituendę cum relatione ad statutum Maceratę, deduxisse lucrum in pactum, cum ex tali statuto illud deferatur marito; & cum tale lucrum ei debeletur, non solum ex statuto, sed etiam ex pacto, & conuentione, in qua interuenit consensus, & voluntas acceptandi, non poterat deinde in pręiudicium aliorum illud repudiare iuxta opinionem multorum, & pręcipue *Peregr. de iure fisc. tit. 7. num. 40. Hodiern. de secund. nuptiis quęst 35 num. 25. & seq.*

Quia, omissa longa disputatione circa veritatem istius opinionis, & intellectum *l. qui autem 6.* 148 *ff. quę in fraud. credit.* respondetur, quod † cum D. Barnabeus deduxerit in pactum restitutionem dotis iuxta formam statutorum Maceratę, non potest propterea inferri, quod sit deductum in pactum lucrum dotale, cum hoc sit quid diuersum ab ipsa dote *Rot. decis. 250 num. 14 par. 6. rec.*

Et cum habuerit relationem ad statuta circa dotis restitutionem, non debet extendi eius dispo-149 sitio ad alia statuta, quę disponunt circa reseruationem lucri dotalis, cum † relatio sit facienda ad ea, de quibus est facta expressa mentio, non autem ad ea, quę veniunt ex interpretatione *Du-*150 *ran. decis. 36 num. 31.* Et † in conuentionibus non est facienda extensio de casu ad casum *Grat.* 151 *discept. 716 num 6.* eoque magis, quia † sumus in materia stricti iuris, & in lucro, quod defertur contra dispositionem iuris communis *Penzon. ad statut. Vrb. cap. 131. num. 1.*

Et quia in lib. 2. statut. Maceratę sunt duę diuersę Rub. prima de restit. dot. quę est 31 altera de lucr. dotis deferendo Viro per mortem Vxoris, quę est 33. dubio procul affirmandum est, Barnabeum, cum promisit restituere dotem iuxta formam statutorum Maceratę, se retulisse tantum ad rub. 31. de restit. dotis, quę cum nullam mentionem faciat de lucro dotali, non possumus dicere 152 hoc idem fuisse deductum in pactum, quia † dispositio referentis limitatur secundum illud, ad quod fit relatio *Grat. discept. 289 num. 1.* Nec potest referri ad illud, cui repugnat proprietas verborum *Andreol. contr. 134. num 27.*

Et sic per relationem ad rub. 31. conceditur fuisse deductam in pactum restitutionem dotis, sed negatur fuisse deductum lucrum dotale, quod continetur sub diuersa rub. ad quam non fuit habita relatio.

Nec facit, quod relatio fuerit habita ad statuta in numero plurali, quia etiam pluralis numerus verificatur in d. rub. 31. de restit. dot. etenim ibi plures sunt sanctiones, at quęlibet sanctio, seu ordinatio dicitur statutum, vt ipsummet verbum grammaticale ostendit; & cum ibi plures casus distinguantur, & secundum illorum diuersitatem diuersimode statuatur restitutio dotis, iure merito promisit Barnabeus restituere dotem iuxta statuta Maceratę in numero plurali; Vltra quod in 153 iure † aliquando pluralitas resoluitur in singularitatem *Grat discept. 813 num. 4.* quod procedit etiam in materia stricta *Rebuff. in l. non est sine liberis col. 3. ff. de verb. signif.*

154 Secundò respondetur, quod † ad hoc vt lucrum dotale non possit repudiari, ex quo sit deductum in pactum, requiritur tale pactum expresse fuisse interpositum, vt bene aduertit *Cauagnol. ad decret. Ment. ferrat. 74. §. 5. quęst. 17. num. 13. & seq.* quia alias sequeretur absurdum, quod huiusmodi lucrum nunquam posset repudiari, cum semper 155 † presumatur parte contraxisse iuxta formam 156 Iuris municipalis; & statutum † de lucro, dotalibus pactis semper de iure tacite inest, & in pactum deductum esse censetur *Mantic de tac. & ambig. lib. 3. tit. 8. num. 4. Rot decis. 250. num. 3. 4. & 11. par. 6. rec.* licet de ipso statuto nulla fiat mentio *Caual. decis. 318 num. 5.* & tamen nulla reperitur

hasita.

hęsitatio, quod lucrum dotale possit repudiari, vt supra ex communi D. D. calculo firmatum est.

Nec est asserendum, prefatum lucrum expressè, non tacite fuisse deductum in pactum, ex quo promissio dotis restituendę referatur ad statutum Maceratę in quo, quia datur facultas Marito acquirendi lucrum, censetur Barnabeum expressè lucrum dotis acceptasse.

Quoniam nescio quomodo huiusmodi lucrum dotale in expressum pactum possit esse deductum, si de tali lucro non fit aliqua mentio, vt dictum 157 est, & tamen † expressum dicitur, quod oculis corporeis legi potest, & verbi natura includitur *l. Gallus 29. §. 1 vbi Ruin ff. de lib. & posth.* Imò di-158 spositio † expressa illa dicitur, quę non eget interpretatione, & ita clare constat de voluntate contrahentium, vt intellectus non laboret in intelligendo *Soc. Iun. cons 122 num. 23 lib. 1. Mant. de tacit lib. 1. tit. 5. num. 35.*

Et si velimus dicere, Barnabeum in promissione dotis restituendæ iuxta formam statut. voluisse intelligere cum reseruatione lucri dotalis, non possumus hoc affirmare, nisi ordine intellectus, per interpretationem, & præsumptionem, & ta-159 men, † quando recurrimus ad præsumptiones, & interpretationes, tunc dubio procul dicitur tacitum, & non expressum *l. si seruus plurium 50 §. 160 vlt ff de leg. 1. Surd cons 426. num 49.* Non † dicitur enim expressum, quod ex coniecturis apparet *l. qui plures 25. & ibi gl & alij ff. vulg. subst. Mant. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 5 numer. 30. vers. Tertio tacitum.*

Tertio respondetur dato, & non concesso, quod huiusmodi lucrum sit deductum in pactum per verba prolata a D. Barnabeo de restituendo dotem iuxta formam statutorum Maceratę, non potest negari, quod sit deductum tantum per relationem ad statutum. Vnde elicienda est certa conclusio, quod tale lucrum eo modo, & forma debetur ex dicto pacto, qua debetur ex statuto, 161 quia † relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus *l. asse toto 77. ff. de hæred. inst. Bart. in l. 1. ff. de recept. Dec. cons 292. numer. 2. Bec. cons 41 num. 22 Rot decis 14. numer. 45 decis. 76. numer. 2. & decis. 198 num. 2. par. 6. rec.* Conuen-162 tio † enim, quæ relationem habet ad statutum, vt in casu nostro, regitur iisdem regulis, quibus ipsum statutum, & in omnibus sapit illius naturam, atque illius omnes recipit qualitates, vt disertissime exponit *Surd. omninò vidend. cons 407. numer. 44. vers secundo ergo lib. 3.* propterea cum 163 † ex statuto debeatur lucrum dotale Marito quatenus velit, vt sui radicum est, & ostendit *Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 5. gl. 4. par. 1. numer 14.* 164 Ita pari modo † dum debetur ex pacto habente relationem ad statutum, debetur quatenus acceptetur, & non alias, vt in proximis terminis arguit *Surd. in d. cons. 407. num. 48,* vbi loquendo 165 † de successione fæudi, quę si deducatur in pactum, est illa pactio intelligenda secundum feudorum consuetudines, ad quas habetur relatio, ita & taliter, vt quicquid inest consuetudini feudali, pacto quoque inesse videatur; Vnde si consuetu-166 do † sublata sit contraria consuetudine, statuto, decreto, aut priuilegio Principis, id totum habebit locum in pacto, quia partes censentur illam approbasse cum omnibus qualitatibus, quæ inerant iuxta tradita per *Surd. cons cit & in cons. 60. numer. 27.*

Quarto tandem respondetur, quod quando es-167 set vera hæc opinio, quod † lucrum deductum in pactum non possit repudiari in præiudicium creditorum, vt tenent *Peregr. de iur fisci lib. 6. tit. 7 num 40. Molin de contract. tract. 2. disp. ut. 435. num. 6 Grat. discept. 132. num. 17. Hodier. de sec. nupt. quæst 35 n. 25 & 36.* procederet quando 168 † pactum esset pure, & simpliciter deductum, at in casu nostro, si est deductum, est deductum habendo relationem ad statutum, quam relationem si velimus extendere etiam ad rub. 33. vbi agitur de lucro, ibi statutum non defert Marito lucrum, nisi quibusdam concurrentibus qualitatibus *Videlicet, quod Vxor steterit in domo Viri per octo menses ad minus; quod Vir substinuerit onera matrimonij; dictam Vxorem maritali amore tractauerit; benè se gesserit, & quod in eius infirmitate curam adhibuerit, & necessaria subministrauerit*

169 Quæ qualitates † in processu non sunt probatę, & tamen per necesse erant probandæ, vt dispositio statuti locum haberet *Surd cons 561. num. 10. Ludouic. decis Lucen. 2. num. 18. & decis. 52. n. 26. & 29 Surd. decis 276. num. 2. & decis 131. numer. 13. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 11. numer. 139.* 170 fundans † enim super statuto omnes eius qualitates debet probare *Bart. in l. 2 §. quod autem ait Prætor ff ne quid in flumine publ Rot. apud Pie. ad stat. Vrb decis 30. numer 4 & decis 307. num. 10. par 6. rec.*

171 Imò † copulatiuè omnes erant probandę, quasi vna deficiente, statutum non procederet *Grat. di-172 scept. 745. num 57.* Et procedit, licet † essemus in qualitatibus a iure præsumptis *Surd. cons. 130. n. 1. post med. Natta cons. 474. num. 34. Cephal. cons. 256. in fin. relat. per Grat. d. discept. 745. numer. 57.*

173 Et in terminis punctualibus Statuti † Maceratę, circa lucrum dotale, quod omnes istæ qualitates sint copulatiuè probandę dixit *Rot. in Maceraten. lucri dotis Lunæ 10. Aprilis 1617 coram Sanctissimo nostro INNOCENTIO X.*

Et tandem non obstat Theorica *Bart. in l. si mihi 12. sub. num. 3. vers respondeo ff. de legat. 1.* 174 vbi repudiatio † non substinetur, quando repudianti non prodest, & alteri nocet.

Quia vtrique prodest D. Barnabeo, cum consulendo animæ suę ad exonerandam suam conscientiam, pro vt ipse deposuit in publico documento, huiusmodi lucrum repudiauerit. Ipse enim vt Iurisperitus, & Aduocatus in hac Curia non ignorabat prefatas qualitates statutarias esse adimplendas ad acquirendum lucrum, & sciebat, an bene, vel male tractauerit suam Vxorem, an ne-

cessaria

cessar. a subministrauerit, quam curam adhibuerit in eius infirmitate, & an maritali amore se ge sserit erga illam. Et quia fortasse in extremo suę vitę in tali consideratione cruciabatur, & ob id de æterna salute verebatur, suorum Creditorum oblitus, & iure merito eorum interesse postposito, cum 175 † anima sit dignior cunctis rebus, & omnibus debeat anteponi *l. sancimus 21. C. de S.S. Eccles. Grat discept. 935. nu. 36.* lucrum de quo agimus animosè repudiauit.

Et quę dicuntur in foro conscientiæ *ex Molin. de contract tract. 2 disput. 435 num. 6. vers. iuxta* 176 *ea autem*, vbi † debitor non potest sine peccato mortali lucro renunciare si illud renunciando fiat impotens ad debita soluenda; non applicantur, 177 quia † procedunt contra Debitorem renunciantem absq; e vlla iusta causa, secus si cum causa, vt benè explicat *Fagund. de Iustit. & Iure lib. 4 cap. 12. nnmer. 12.*

Ex omnibus igitur supra deductis, & præcipuè ex isto vltimo firmissimo fundameto, quod in hoc occurrenti casu mihi videtur esse Basis, & Cardo supra allatæ opinionis, absque vlla hæsitatione credidi pro validitate repudiationis lucri dotalis, & omni animi firmitate pro ea tandem pronunciaui.

De Iure Patronatus.

SVMMARIVM.

IVs patronatus an veniat in confiscatione remissiue. num. 1.

Ius patronatus gentilitium non confiscatur. num. 2.

Ius patronatus hereditarium potest confiscari a Iudice Ecclesiastico, & continetur sub confiscatione a Iudice expleta. num. 3.

Ius patronatus hereditarium cadit sub confiscatione facta à Iudice laico num 4

Ius patronatus hereditarium, Iudice laico confiscante, non cadit sub confiscatione. & est opinio magis communis. num. 5. & n 10.

Quia in Iudice laico deficit iurisdictio. eod n. 5.

Ius patronatus non transit in fiscum neq; durante vita condemnati numer. 6.

Quia defectus Iurisdictionis in Iudice laico æquè militat in confiscatione perpetua, ac temporali ibid.

Ius patronatus annexum aliquibus bonis, ratione connexionis omnino transit cum dd. bonis in fiscum. numer. 7.

Ius patronatus extra casum prædictum non transit in fiscum. numer. 8.

Iure patronatus publicato Ecclesia remanet libera, nec ad fiscum, nec ad heredes exercitium deuoluitur. num. 9.

Ius patronatus quamuis non possit confiscari a Iudice laico, potest tamen Iudex Ecclesiasticus post sententiam laici super crimine illud confiscare. n. 11.

Ius patronatus hereditarium non secuta sententia Iudicis Ecclesiastici spectat ad heredes condemnati. numer. 12.

Ius patronatus, si delictum est commissum in Ecclesiam, confiscatur per Iudicem Ecclesiasticum, Ecclesia libera remanente; si vero crimen non est commissum contra Ecclesiam non potest Episcopus publicare, sed pertinebit ad vocatos. numer. 13

Iudex Ecclesiasticus potest declarare delictum, & Iure patronatus publicato Ecclesiam acquirere libertatem. num. 14.

Ius patronatus Ecclesiasticum non potest aliquo pacto a Creditoribus patroni acquiri. num. 15.

Ius patronatus Ecclesiasticum non potest vendi sub pœna nullitatis, & simoniæ. num. 16.

Ius patronatus Ecclesiasticum non subiacet hypothecæ. num. 17.

Ius patronatus transit etiam titulo emptionis in creditorem, per quem acquiritur vniuersitas bonorum num. 18 & 20.

Contrarium. numer. 19.

Ius patronatus non transit cum cessione, vel venditione vniuersali, si in hæreditate non esset aliud, quam ius patronatus. num. 21.

Ius patronatus potest capi, & vendi in causam iudicati per Creditorem Vniuersitatis bonorum, si venditor nollet hæreditatem, seu vniuersitatem bonorum cedere. num. 22.

Hæreditas quomodo debeat subhastari, ponitur praxis tam existente hærede, quam deficiente. numer. 23 & 24.

Litteræ Apostolicæ iustificatæ habent viam executiuam. numer. 25.

Et non admittuntur contra eas exceptiones, quæ non probentur incontinenti. num. 26.

Exceptiones probandæ per testes non dicuntur probatæ incontinenti. num 27.

Exceptiones probandæ per testes non admittuntur ad retardandam immissionem. numer. 28.

Vltimus status sufficit pro iustificatione gratiæ Apostolicæ in quasi possessione præsentandi, numer. 29.

Vltimus status præsentationis non potest immutari ex probationibus per testes, sed debent tantummodo interuenire documenta per rem iudicatam, vel instrumentum fundationis, quod nullam exceptionem patiatur. num. 30.

Legitimus contradictor in præsentando ad Ius patronatus non est, nisi quis possideat, & doceat incontinenti de iure suo. nu. 31. & 37.

Et habeat similem titulum alterius prouisionis Apostolicæ. numer. 32.

Clausula dummodo alteri, *apposita in litteris Apostolicis præseruat ius in re, non ad rem numer. 33.*

Præcipuè stantibus clausulis anteferri, non obstantibus, & decreto irritanti. *num 34.*

Præsentationes expletæ ab illis, qui nunquam fuerunt in possessione præsentandi, tribuunt dumtaxat ius ad rē, stāte prouisione Apostolica alterius n. 35

Legiti-

Legitimus contradictor in præsentatione dici potest etiam ipsi qui non possidet, dummodo habeat consimilem gratiam Apostolicam num.36.

Decis.17.de præbend.in nou.& decis.52.par.2.recen. *declarantur. num.38.*

Doctor debet intelligi iuxta terminos authoritatis allegatæ. num.39.

Clausula dummodo de tempore datæ non sit alteri ius quæsitum, *operatur, quod ius debeat esse quæsitum de tempore datæ litterarum.num 40.*

Ad effectum præsentandi contra prouisum Apostolicum, ius debet esse radicatum, & quæsitum de præterito. num.41.

Et per dictam clausulam præseruatur tantummodo ius canonicum, & validum. num.42.

Præsentatio facta ab illis; quorum vocibus fuit per Papam derogatum, non attenditur.num.43.

Patroni non possunt se opponere alio compatrono, qui fuit admissus ad præsentandum simultaneè ab Authore ipsorum.num.44.& 91.

Iuspatronatus non transit in legatarios absque Episcopi consensu, etiam si sint filij. num.45. & 82.

Testamentum falsum, vel violenter suspectum de falso non probat.num.46.

Testamentum non repertum in protocollo, in quo reperiuntur alij rogitus eiusdem mensis, & anni, nec apparet fuisse detractam fraude, vel casu aliquam paginam, in qua potuerit hoc testamentum contineri, nullam fidem meretur.num. 47.74 & 75.

Instrumentum authenticum non est necesse, quod reperiatur in protocollo. num.48.

Declara hoc non procedere, quando, inspectis libris protocollorum eiusdem temporis, non reperitur instrumentum inter alios rogitus eiusdem mensis num.49

Iuspatronatus non transit ad hæredem ex fideicommisso vocatum, sed remanet penes hæredem grauatum.num.50 77.80.& 90.

In præsentatione, & subsecuta institutione vltimi prouisi, si quis fuerit citatus, & nihil opposuit, nascitur exceptio rei iudicatæ, vt ipse nullatenus debeat audiri. num.51.

Ad obscurandum vltimum statum præsentationis non sufficit Testamentum, quod subiacet legitimis exceptionibus, sed requiritur, quod omni exceptione careat.num.52.

Vacatio beneficij per obitum vltimi possessoris probatur confessione venientis ex eadem vacatione num 53.

Ius Patronatus Laicalis probatur ex pluribus præsentationibus spatio longissimi temporis effectum sortitis. num.54.

Iuris patronatus vsurpationis præsumptio non cadit in familia priuata. numer. 55.

Sententia lata per ordinarium super institutione iuris patronatus multum attenditur ad effectum canonizzationis illius. num.56.

Ius patronatus probatur per solam confessionem sustinentis Patronatum, dum lis est inter præsentatos super sola pertinentia. num. 57.

Clericatus iustificatur ex litteris patentibus ordinarij. numer. 58.

Doctoratus probatur ex communi reputatione, & fama. num 59. & 61.

In ijs, quæ non concernunt fundamentum, & substantiam gratiæ sufficit aliqualis probatio. num. 60.

Beneficij valor iustificatur per vnicum testem formiter examinatum deponentem de fama, iunctis adminiculis. num. 62.

Præsertim quando agitur de probatione non excessus valoris, quia tunc sufficiunt leuiores probationes. num. 63.

Beneficij valor solet condonari in sexta parte ex æquitate Rotæ pro sustinendis prouisionibus beneficiorum. numer. 64.

Vltimus status, & vltima ac immediata possessio attenditur ad effectum quasi possessionis præsentandi numer. 65.

Pro iustificatione pertinentiæ præsentandi sufficit docere se filium, & hæredem eius, qui extitit in quasi possessione præsentandi. num. 66.

Filiatio probatur ex testibus deponentibus de cõmuni reputatione, ac tractatu de eo, vti de filio legitimo, ac naturali. num. 67.

Filiatio, quando non agitur de ea principaliter, sed incidenter, probatur leuioribus probationibus numer. 68.

Aditio hæreditatis præsumitur ex possessione bonorum defuncti. num. 69.

Aditio hæreditatis præsumitur per solum actum præsentationis in iure patronatus hæreditario. numer. 70.

Vltimam possessionem præsentandi pro medietate sufficit allegare ad effectum sustinẽdi prouisionem, dum non agitur inter compatronos contendentes de perpetua pertinentia patronati pro futuris vacationibus numer. 71.

Et effectus d. possessionis non potest impediri ex contraria probatione pertinentiæ in petitorio, nisi de illa plene, & concludenter doceatur per rem iudicatam, confessionem partis, vel Instrumentum publicum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit. num. 72.

Collatio, electio, & præsentatio ad Iuspatronatus sunt fructus beneficij, qui spectant ad bonæ fidei possessorem, non autem ad Dominum. num. 73.

Ius patronatus est ius directum, mere honorificum. num. 76 & 79.

Iura loquentia in Patrono liberti, & in iuribus sepulcrorum habent locum etiam in Iure patronatus. numer. 78

Sententia executioni demandata acquiescente parte operatur executionem rei iudicatæ contra eandem partem numer. 81.

Ius agnoscendi quod non apparet acceptatum spatio 40. annorum, dicitur præscriptum. num. 83.

Ius quærendum stat in potestate legatarij agnoscere, vel non numer. 84.

Ius quærendum dicitur refutasse, qui per spatium 40. annorum non acceptauit, ac petere neglexit. numer. 85.

Ius pa.

Ius patronatus spectat ad hæredem uniuersalem, & ad Donatarium omnium bonorum. numer. 86.

Donatio uniuersalis omnium bonorum, & iurium nõ requirit ad sui validitatem confirmationem ordinarij, vt transferatur Iuspatronatus. numer. 87.

*Episcopus instituendo ad præsentationem donatarij censetur consensisse donationi numer.*88.

Non obstante, quod approbatio interuenerit post donationem num. 89.

Possibilitas tituli inualidi ad præsentandum sufficit, vt interim attendi debeat quasi possessio, & non proprietas. numer. 92.

Præsentandi possessio vt impediri possit, debet constare de proprietate adeo clare, & indubitate, vt in contrarium nihil obici possit. numer. 93.

Pontifex in concessione gratiæ sub conditione præsentationis à mediatate Patronorum, intelligere solet de Patronis in possessione præsentandi existentibus. numer. 94.

Iuris patronatus pertinentia ad fauorem successoris probatur ex quasi possessione præsentandi sui Auctoris. numer. 95.

Patroni moderni si non reperiantur in possessione præsentandi ex personis proprijs, sed suorum auctorum tantum, tunc quilibet ipsorum iuuari potest possessione sui auctoris. numer. 96.

Possessio defuncti & si non transiret in hæredes, attamen ex ea probatur pertinentia Patronalis ad fauorem successoris. numer. 97.

Possessio defuncti, quamuis non continuetur in hæredem quo ad factum, nisi actualiter apprehendatur, continuatur tamen quo ad effectum. numer. 98.

QVÆSTIO. XXXVII.

1 AN ius patronatus † veniat in confiscatione varie, & confusè fuerunt locuti DD. teste *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *numer.* 26. & ideo distinctè, ac resolutiue procedendo di-
2 cemus, quod ius patronatus † gentilitium, ad quod soli agnati vocantur, nequit confiscari; cum enim nequeat ad extraneos hæredes spectare, ita nec poterit pertinere ad fiscum *Sanchez in præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 19 *num.*2. *Vivian. de iur. patron. lib.*15. *capit.*1 *numer.*29. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 14. *numer.*22. & 23. *Coccin. decis.* 298 *numer.* 4.

In iure autem patronatus hæreditario, quod de sui natura transit ad quemcumque extraneum hæredem, vel successorem, erit distinguendum, quod
3 vel † confiscatio expletur a Iudice Ecclesiastico, & equidem in illa continebitur ius patronatus *Sanchez d. cap* 19 *num.*3. *Guazzin. Iun. tract. moral. lib.*2. *cap.*49. *num* 7. si vero confiscatio fit per
4 sententiam Iudicis laici, & hoc casu licet † contrariũ senserint plures DD. cum quibus pertransit *idem Sanchez. d. c.* 19. *n.* 10. & *seqq.* vbi refert quosdam suos ante lectus, & distinctiones, quas apud ipsum videre poteris, prout etiam penes *Farin.* qui illarum meminit *quæst.* 190 *numer* 24. *versic. priua-*
5 *est conclusio vsque in fin.* tamen † opinio magis vera, & communiori Scribentium concursu approbata est, quod Iudice laico confiscante nullatenus comprehendatur ius patronatus Ecclesiasticum, quia cum sit quid spirituale, non potest a Iudice laico nec tacite, nec expresse publicari *Farin. quæst.* 25. *numer.* 151. & 153. & iterum confirmauit *in addit. ad eand. quæst. n.* 151. & 153. vbi dicit rationem adductam, quod deficiat iurisdictio in Iudice laico, esse adeo viuam, vt illi responderi non possit *Caball resol.* 40 *num.*2. & *per tot. Garz. de benefic. par.* 5. *d. cap* 9. *num* 28. & *seqq. Lotter. de re benefic lib.* 2. *quæst.* 14 *numer.* 29. *Merlin. de pignor. lib* 2 *quæst.* 22 *numer.* 11. & hanc opinionem cum effectu tenet *Viuian. de iur patron. lib.* 15. *cap.* 1. *numer.* 31. *versic.* & *quoad prædicta*; quicquid in numeris antecedentibus plures casus retulerit, cum se remittat ad firmata *per Rot. in Lucana iuris patronatus coram b. m. Coccino apud eumdem Viuian. decis* 105. *decis.*106 *decis* 107. & *inter impress eiusdem Coccin decis* 232. *decis.* 298. & *decis.*
6 351. *Barbos de iur. Ecclesiastic. lib.* 3. *cap.* 12 *num.* 239. itaut nec † durante vita condemnati ius patronatus transeat in fiscum *Farin d. quæst.* 25 *nu.* 154. *Caball d resol* 40 *numer.* 6. *Guazzin. de confiscat. conclus* 13. *limit.* 32. *numer.* 6. licet in contrarium se tulerit *Lotter. d. quæst.* 14. *numer.* 33. quia ratio defectus iurisdictionis in laico æque militat in confiscatione perpetua, ac temporali, vt ex *Farin.* refert *Sanchez d. cap* 19. *num.* 6.

7 Dum vero ius † patronatus est adeo annexum aliquibus bonis, puta castro, villæ, vel alteri fundo, vt ratione connexionis omnino transire debeat cum fundo, villa, vel castro publicato, respectu dictæ annexionis transibit indubitanter ad fiscum *DD. relati à Sanch. d. cap.* 19. *numer* 8 *Guazzin. de confiscat. d. limit* 32 *num.* 18 *Garz. d. cap.* 9. *numer.* 27. *iunctis n. n.* 32 33. & 34. *Lotter. d quæst.* 14. *numer.* 26. & 27. *Barbos de Episcop. par.* 3. *allegat* 71. *numer.* 45. *versic. Lotter. in suo tractat,* & *de iur. Eccles lib* 3 *cap.* 12. *num.* 238. & admisit *Rot. recent decis.*53 *numer.*5. *par.*1. & *coram Coccin. decis* 232. *num.* 1.

8 Et quod extra † hunc casum ius patronatus non transeat in fiscum sensit etiam ipse *Sanchez* qui tenuit opinionem contrariam, dum *d. cap.* 19. *nu.*
9 16 & 17. voluit, quod illo † publicato Ecclesia remanet libera, adeo vt nec ad fiscum, nec ad hæredes exercitium deuoluatur; quod dictum circa hæredes est intelligendum iuxta tradita per ipsum
10 *Sanchez ibid. numer.* 17. sed non † propterea erit recedendum ab opinione desuper per nos firmata, quam iterum amplexus fuit *Farinac. quæst* 190. *n.* 24 *versic quibus tamen.*

11 Quamuis autem multi DD. voluerint, quod † ius patronatus non possit publicari a Iudice laico, nihilominus tenuerunt posse Iudicem Ecclesiasticum post sententiam laici super crimine illud confiscare, vt Ecclesia remaneat libera *Garz. d. cap.* 9. *num.*

12 9 n 28.29.& 30. vbi quod sententia† Ecclesiastici iudicis non secura ius patronatus hereditariū spectat ad heredes cōdemnati *Sanchez d.c.19.n.7. qui ex mente Lambertin.* respondet motiuis adductis in contrarium *per Farin.* qui damnauit hanc practicam *d. quæst. 25.numer. 153 versic. hæc enim practica*; istam tamen traditionem DD. non esse ita simpliciter admittendam, sed cum distinctione,

13 quod aut † delictum est commissum in Ecclesiam, & ius patronatus confiscabitur per Ecclesiasticum, Ecclesia libera remanente, aut non est commissum crimen contra Ecclesiam, & non poterit Episcopus publicare, sed pertinebit ad vocatos, firmat *Lotter. d. quæst. 14.numer. 30.* asserens voluisse *Rot. coram Coccin. decis. 232. numer 4.* Ego vero ponderatis omnibus supradictis, ac etiam adductis *per Rot. coram Coccin. decis. 298. numer. 3 & infra* quæ est eadem cum *decision. 106. post Viuian.*

14 *de iur. patron.* teneo absolute, quod Iudex † Ecclesiasticus possit declarare delictum, & iure patronatus publicato Ecclesiam acquirere libertatem.

15 Dum hæc scriberem fui interrogatus, an † ius patronatus Ecclesiasticum possit a creditoribus patroni aliquo pacto acquiri, & rem à suis primor-

16 diis differendo negatiue respondi, cum hęc † sit iuris patronatus natura, vt non possit vendi sub pęna nullitatis, & Simoniæ *cap nemini 12 quæst.7. cap. de iure tit. de iur. patron. cap. quorlam de simon Concil Trident sess 25. cap 9. versic. nec dictum ius patronatus, de reformat Garz. d.capit.9. numer 9. Anton.de Nigr. de execut. rei indic.capit.*

17 *13. §. 5. numer. 4 & 5.* & proinde † nec subiaceat hipothecę *Merlin de pignor* qui testatur de veriori

18 *lib.2 quæst.21.numer 3 & seqq* nisi † tamen acquireretur per creditorem vniuersitas bonorum, nam cum illa transit etiam titulo emptionis ius patronatus *cap. ex litteris. cap. cum seculum de iur. patron. Garz. de benefic par.5 d cap 9. num.10 Lotter de re benefic lib.2.quæst.9.numer.47. Barbos. de*

19 *Episcop.par.3.alleg 71 numer. 33. & infra* & † licet *Garz. de benefic d.cap.9 num. 13. & seqq.* quem sequitur *Barbos. de Episcop d. alleg 71. numer 8.* dicat istam vniuersitatem bonorum ad hunc effectum non verificari in hæreditate vendita tamen

20 † opinio verior est in contrarium, quod nempe hæreditate vendita ius patronatus transeat in emptorem, quam amplexi fuerunt *D. D. allati per Garz. d. cap. 9. numer. 11. & 12.* quibus addo *Lotter. de re benefic. d. quæst. 9.numer 48. Viuian. de iur. patron. lib.4. cap.5.numer. 5. Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 12 numer. 227. Rot. post Statil de Saluian. decis 100 numer. 1.* & articulo ad partes discusso, ac reiecta opinione Garziæ firmauit *Salgald. Labyrint. creditor. part. 3 capit.5. numer. 2. 3. 4 & seqq.*

21 Sed si † in hæreditate non esset aliud, quam ius patronatus, tunc illud non transit cum cessione, vel venditione vniuersali *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 55. numer. 12.* ad quem se remittit *Anton. de Nigr. de execut. rei iudic. cap.13. d.§.5.numer. 7. Viuian. de iur. patron. lib.4. cap.5.numer. 17. &*

22 *18. Salgad d. capit. 5. numer. 28. 29. & 37.* Proinde † si debitor nollet hæreditatem, seu aliam vniuersitatem bonorum cedere, poterit creditor illam capi facere in executionem, & postea sub hasta vendi, quia ex huiusmodi venditione transferentur etiam ea, quæ alias in causam iudicati capi, & distrahi minime poterant, & consequenter ipsum ius patronatus *Anton. de Nigr. de execut. rei iudic cap. 3. §. 5. numer. 6. & in tractatu de iudicial. seu prætor. pignor. & alior. subhast. vendit. faciend. capit. 30. numer. 20 fol. mihi 204. Salgad. d. cap. 5. numer. 38 39. 40. 41. 42 & 43.*

23 Quomodo † verò hæreditas debeat subhastari, ego non adinueni ab aliquo Scribentium, quem viderim, disceptatum, & ideò secundum mei iudicij tenuitatem sentirem, quod relaxato mandato contra debitorem, possit ipsemet debitor cogi à Iudice ad cedendam, vel vendendam ipsam hæreditatem alias Iudex ex officio faciet præmissa conficiendo instrumentum cum omnibus clausulis solitis, & consuetis, iuxta practicam solitam seruari in subhastatione iurium incorporalium desumptam *à Salust. Tiber in pract lib.1 post cap. 58. sub num. 8. versic iam diximus Gratian disceptat. 507. num. 22. Post. de subhastat. inspect. 14. num. 124. & 125.*

24 sed si † heres nulla existeret, tunc deberet deputari curator hæreditati iacenti ad praxim in omnibus Tribunalibus visitatam, ac singulis practicis notoriam, quam ideò non repeto, & cum eodem curatore causam agere, ac si cum ipso herede ageretur; & enim nec in materia iuris Patronatus aliquid nouum resultaret, dum hæreditate iacente curator deputatus præsentat ad beneficium de iure patronatus *Barbos. de Episcop. d. alleg. 71. numer. 6. Viuian. de iur. patron. lib 4. cap.5. numer. 6. Salgad Labyrint. creditor. part. 1 capit. 14. numer. 91.*

Materiam ius patronatus continuando existimaui non inutiliter me facturum, quamuis à materia proposita valde diuertam, si hic apponam ea, quæ alias munus Aduocationis exercens in Patria pro cliente adducebam, cum casus sit valde singularis, possitq; in dies contingere, & iuxta ea fuerit iudicatum à D. Vicario Asculano, cuius sententia fuit postea confirmata à *S. Rot. Rom. in Asculana iuris patronatus 1. Iulij 1650. coram Reuerendiss. D. Meltio* Quę tunc dixi ita se habent.

R. P. sunt reiciendi articuli, de quibus agitur,

25 quia versamur in executione † litterarum Apostolicarum, quę iustificatę habent viam executiuam, & regulantur iuxta terminos *l. fin. C de edict. Diui Adrian. toll. Lotter. de re benefic lib.3. quæst. 11. numer. 63. & infra Rot. decis 348 numer. 1 par. 5. recent. post Viuian de iur. patron. decis 80 per tot.*

26 *coram Caualer. decis. 639 numer. 1* & propterea † non admittuntur exceptiones quę non probentur incontinenti *Menoch. remed. adipisc. 1. numer. 102. & seqq. Roland. consil. numer. 71. & seqq vol.*

27 *Buratt decis. 211. num. 2. & 3* qualea † non possunt dici illę probandę per testes *Neuiz. consil. 36. numer. 1. & infra Menoch. de arbitrar. cas. 12. num.*

4 Bu-

4 *Buratt. d. decis.* 211. *numer.* 4. & in puncto, quod 28 † exceptio probanda per testes non admittatur ad retardandam immissionem scripserunt *Personal de acquir. possess. numer.* 408. *versic secus ergo esset, si per testes Argel. eod tract. quaest.* 2. *artic.* 5. *numer.* 215. *& seq Add. ad Buratt decis.* 211. *num.* 32. *& infra* & in terminis iuris patronatus *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quaest.* 8 *num.* 73.

Et eo magis, cum fuerit probatum D. Petrum Paulum, qui praesentauit D. de Blanchinis, descendere a Riccio Lenro, qui erat in quasi possessione 29 praesentandi ad hoc simplex beneficium, qui † vltimus status sufficit pro iustificatione gratiae Apostolicae *Rot. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 542. *numer.* 3. *&* 4. *& post Viuian. de iur. patron. decis.* 84. *numer.* 15. vbi quod Papa in huiusmodi prouisionibus intelligit de patronis, qui habent vltimum statum; 30 ad quem † immutandum non possunt admitti probationes per testes, cum debeant tantummodo interueniente documenta, per rem iudicatam, confessionem, vel instrumentum fundationis, quod nullam exceptionem patiatur *Lotter. de benefic. lib.* 1. *quaest.* 34. *numer.* 30. *&* 31. *Rot. recent. decis.* 191 *numer.* 2. *& decis.* 362. *numer.* 4. *par.* 5. *penes Post. de manuten. decis.* 239. *numer.* 2. *& decis.* 332. *numer.* 6.

Et tandem hos articulos esse reiiciendos com-31 probatur ex eo, quod aduersarius † non est legitimus contradictor, cum ad hoc requiratur, quod possideat, & doceat incontinenti de iure suo *Roland. d. cons.* 1. *numer.* 71. *& seqq Rot. post Viuian. decis.* 80. *numer.* 3. *par.* 5. *recent decis.* 185. *numer.* 32 8 *& coram Buratt. decis.* 225 *numer.* 6. ac † etiam, quod habeat similem titulum alterius prouisionis Apostolicae *Lotter. lib.* 2. *quaest.* 20. *numer.* 216. *& seq. Rot. coram Gregor. XV. decis.* 221 *numer.* 4. *&* 5. *recent. par.* 5 *decis* 34. *numer.* 10. *& coram Buratt. decis.* 225. *num.* 7. & facit *Thomat. decis.* 68. *nu.* 11. *&* 12.

Nec sunt attendendae praesentationes adductae ad effectum constituendi aduersarium in legitimum 33 contradictorem; cum enim † clausula *dummodo alteri* apposita in litteris Apostolicis praeseruet tantummodo ius in re, non ad rem *Antonin. resol.* 9. *numer.* 3. *& infra lib.* 1. *Crescent. de iur. patron. decis.* 7 *numer.* 2. *Caputaquen. decis.* 337. *numer.* 6. *lib.* 34 1. quam opinionem † debere admitti citra omnem dubietatem, stantibus clausulis *anteferri, non obstantibus, & decreto irritanti*, comprobat contraria conciliando *Viuian. de iur. patron. lib.* 13. 35 *cap.* 8. *numer.* 85. *& seq.* infertur, quod stante † nostra prouisione Apostolica, non sunt considerandae praetensae praesentationes, quae expletae ab illis, qui nunquam fuerunt in possessione praesentandi tribuunt duntaxat ius ad rem, *ad tradit. per Ludouic. Gomes. de action. §. sed ista num* 8. *versic ius vero ad rem*, & in terminis punctualibus de praesentationibus *Roceb. de Curt. de iur. patron. §. honorificum numer.* 84. *versic mouetur quia.*

36 Non obstat *Buratt. decis.* 212 quod etiam † absque possessione possit quis dici legitimus contradictor, quia ibi aderat consimilis gratia apostolica, quae deficit hodie in casu nostro, in quo propterea bene applicatur *decis.* 80. *post Viuian.* quae 37 firmat, non † posse quem dici legitimum contradictorem, nisi possideat.

38 Eadem facilitate tollitur † obiectum desumptum ex *decis.* 17. *de praebend. in nou. & decis.* 52. *par.* 2. *recent.* quia loquuntur in iure quaesito ante impetrationem litterarum Apostolicarum, vt se declarat *d. decis.* 17. *versic. tamen omnes* & secundum eam debet intelligi altera *decis.* 52. regulare namque 39 est Doctorem † semper intelligi iuxta terminos authoritatis allegatae *Surd. decis.* 59. *numer.* 7. *cum alijs adductis per Garon var. resol. cap.* 2. *numer.* 40 105. *& infra* vel saltem † hoc ius debebat esse quaesitum de tempore datae litterarum, vt sonant verba illa, *dummodo de tempore datae non sit alteri* 41 *ius quaesitum*, & facit regula, quod † ad hunc effectum ius debet esse radicatum, & quaesitum de praeterito *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quaest.* 51 *numer.* 42 18 *Rot. recent. decis.* 174 *numer* 8 *par.* 1. & per † ea praeseruatur tantummodo ius canonicum, & validum *Lotter. d. quaest.* 51. *numer.* 69 *Rot. recent. decis* 249. *numer.* 47. *par.* 7.

43 Et non † debent in aliqua consideratione haberi praesentationes factae a RR. PP. Iesuitis, quia earum medietati fuit derogatum per Papam *Viuian. de iur. patron. lib.* 13. *cap.* 5 *numer.* 27 *versic quia si sit praesentatus*, vbi testatur tenuisse *Rot. in Meliten. pensionis* 13. *Nouembris* 1595. *& in Mediolanen. Cappellaniae* 22. *Martij* 1621. *co-*44 *ram bon. mem. Corduba* quinimo, & † ipsi Iesuitae nihil opponere possunt contra descendentem a Riccio, nam ipsorum authores admiserunt eundem Riccium ad simultaneè praesentãdum *Viuian. lib.* 5. *cap.* 7. *numer.* 62. *Rot. recent. decis.* 101. *numer.* 8. *par.* 7.

Prout nec debent attendi praesentationes praetensorum descendentium a filijs Armiliae; etenim 45 cum † Armilia instituerit haeredem vniuersalem Alexandrum, alijs vero filijs legauerit hoc ius patronatus, illud non potuit in eosdem legatarios transire non adhibito Episcopi consensu *Rocc. de Curt. de iur. patron. §. ipse, vel is numer.* 15. *Lambertin. eod tract. lib.* 1. *par.* 2 *quaest* 6. *artic.* 2. *numer* 1. *versic. D. Roccus & numer.* 2. 3. *&* 4. *Azor. instit. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *litter. B. & C. fol. mihi* 454 qui loquuntur in terminis punctualibus iuris patronatus filijs legati.

Minus etiam sunt considerandae praesentationes Confraternitatis S. Corporis Christi, Tum quia 46 testamentum † productum est aperte falsum, vel saltem vti violenter suspectum de falso minime 47 probat; cum † enim non fuerit repertum in protocollo, in quo reperiuntur alij rogitus eiusdem mensis, & anni, nec appareat fuisse detractam fraude, vel casu aliquam paginam, in qua potuerit hoc testamentum contineri, vtique nullam fidem meretur *Couarr. pract. quaest. cap.* 19. *numer.* 3. *versic. quarto erit obseruandum Menoch. remed. adipisc.* 4. *numer.* 736. *de arbitrar. cas.* 187. *numer.* 31. *&*

31. & *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. 32. Farin. conf. 200. num. 1. Gait. de credit cap. 3. tit 1 n.* 649. vbi quod in hoc non adest contradictor; & 48 † licet *Rot.* seruet, non esse necesse, quod instrumētū autenticū reperiatur in protocollo, attamē 49 hoc † non procedit, quando inspectis libris protocollorum eiusdem temporis non reperitur instrumentum inter alios rogitus eiusdem mensis, vt declarant *allegat. DD. & Honded. conf. 66. num. 36. lib. 1. Donat. Anton. de Marin resol. 186. num. 8. & 9. vol. 1. Hodiern. controuerf. 38 numer. 55. & seqq.*

Tum quia in eodem testamento fuit instituta hęres Constantia vxor Paridis testatoris, & illi quandocunque sine liberis decedenti substituta ipsa 50 Confraternitas, ad quam † propterea vti ex fideicommisso vocatam non potuit transire ius patronatus, quod remansit penes Cōstantiam grauatam *Caballin. milleloq. 145 nu. 1 cum alijs concordantibus adductis a Fusar, quæst. 220. num. 2. &* 51 *quæst. 634 n. 2.* & ideo † cum in pręsentatione, & subsecuta institutione Dom. de Coppettis vltimi prouisi, qui per triginta annos hoc beneficium possedit, fuerit citata Confraternitas, & nihil fuerit pro eius parte deductum, nascitur hodie exceptio rei iudicatę operans, vt ipsa nullatenus debeat audiri *Rot. recent. dec. 348. num 9 & 10. par. 5.*

52 Et propterea † ad obscurandum hunc vltimum statum non debet in aliqua consideratione haberi testamentum, de quo agitur, cum cōtra illud opponantur tot obiecta legitima; & tamen ad hunc effectum debuisset esse tale, quod omni exceptione caruisset *Lotter. quæst 34 n 30. & seqq lib. 1 Rot. d. dec. 191. par. 5. recent.* Ex quibus &c.

Sequitur decisio Sac. Rot. Rom. in Asculana iurispatronatus ven. 1. Iulij 1650 coram R. P. D. Meltio.

Vacante per obitum q Ioannis Pauli Coppetti sequutum extra Curiam de mense Iulij 1649. Beneficio simplici in Ecclesia rurali Sanctę Marię de Rocchetta Asculanę Diœcesis de iurepatronatus Laicorum, Venerabilis Societas Sanctissimi Corporis Christi erecta in Ecclesia Sancti Francisci de Asculo tamquam, hęres substituta in testamento Paridis filij, & hęredis Petri Herculis de Gilianis, ac Collegium Societatis Iesu eiusdem Ciuitatis Asculi, ad quod deuenisse prętenditur alia vox spectans ad Cęsarem alterum filium, & hęredem eiusdem q. Petri Herculis, pręsentarunt Iosephum Nouellium; Petrus verò Paulus Leutus filius, & hęres Riccii Leuti Donatarij Alexandri filij Armilię filię, & hæredis dicti Petri Herculis de Gilianis pręsentauit Emidium Blanchinum qui, impetrata prius prouisione Apostolica cum derogatione medietatis vocum cum successiuè obtinuerit per Vicarium Asculanum dictarum literarum Apostolicarum executorem pronunciari illas esse exequendas, ab illius sententia interposita fuit appellatio pro parte Nouellii, & mihi commissa causa appellationis dubitaui, an gratia Blanchini sit iustificata, ita vt dicta sententia de partibus confirmanda, vel infirmanda veniat; & Domini eam iustificatam esse responderunt, & per consequens eandem sententiam confirmarunt.

53 Vacatio † siquidem beneficij per obitum q. Io. Pauli Coppetti vltimi possessoris probatur ex confessione Nouellij venientis ex eadem vacatione, quę vt sufficiat, firmauit pluries *Rota, & signanter decis. 544. num. 4. par. 4. decis. 302. num. 2. par. 7. recent. coram Caualer. decis. 55. num. 3. vers. Demum, & fuit resolutum in Salamantina beneficij 4. Februarij 1630 coram Reuerendiss. Terracinen. Fauentina beneficij 17. Iunij 1639. coram Eminentiss. D Card. Panzirolo s quod enim. Meleuitana Bonorum 20 Februarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Mutinen Beneficij 27. Martij 1648. s. vacatio beneficij, & in Pampilonen. Beneficij de Esparza 15 Decembris 1649 in principio coram bo mem. Arguelles.*

54 Patronatus † Laicalis probatus remanet ex pluribus pręsentationibus Patronorum spatio longissimi temporis effectum sortitis, quę existentiam Iurispatronatus benè firmant in familia priuata, 55 in † qua non cadit pręsumptio vsurpationis, *Rota in Lauden. Iurispatronatus 12. Nouembr. 1640. coram bo. me Merlino s. Constat enim, & in Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs 16. Martij 1643. coram R P. D. meo Bichio s nam vltra quod, & in dicta Mutinen. Beneficij 27 Martij 1648.* 56 *coram bon mem. Arguelles*, iuncta † etiam sententia in cōtradictorio iudicio lata de anno 1626. per Vicarium s. per institutione, quę ad effectum canonizationis iurispatronatus multum attenditur, ex quo Ordinarij non itā de facili pronunciant super seruitute beneficiorū, quę tendit in eorum pręiudicium, *Rota decis. 11 de iurepatronat. in nou Pat. decis 272. lib. 1 & coram sanct. mem.* 57 *Gregor. XV. decis. 58. num. 3* Vltra quod dum † ordinarius non est in causa pro libertate beneficij, neque hic agitur de canonizando formiter iurepatronatus, sed lis est inter pręsentatos super sola pertinentia ad illius probationem etiam sufficeret sola confessio Nouellij eundem Patronatum sustinentis, *Mantic decis 318. num. 1. & seq. Martin. Andr. decis. 5. num. 3. & 4. Adden. ad san. me. Gregor XV decis. 452. num. 22.*

58 Clericatus iustificatio resultat ex litteris patentibus ordinarii, quibus plena fides adhiberi consueuit *cap post cessionem, & ibi DD. de probat. Rota decis. 101. num. 1. part. 1. & decis 15. num. 8. part. 5. recent & fuit dictum in Tullen Prioratus 26. Februarij 1644 coram Reuerendiss. Salamantino, & in Calaguritana Prœstimonij 10. Maij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono s. Vacatio enim beneficij.*

59 Gradus † Doctoratus iustificatur ex communi 60 reputatione, & fama *Bellam decis. 114.* in ijs † enim, quę non concernunt fundamentum, atque substantiam gratię sufficit aliqualis probatio, *Rota coram Durano decis. 237. num 4.* & in terminis, 61 quod pro † iustificādo Doctoratu in literis expresso sufficiat cōmunis reputatio, resolutū fuit coram

S Capu-

Caputaq. decis. 277. *numer.* 4. *par.* 1. *in Placentina Canonicatus* 11. *Martij* 1599. *coram Orano impressa apud Marchesan. de commiss. par.* 1 *fol.* 339. *sub num.* 3. *vers. Qualitatis autem* & etiam firmatum fuit in *Oscen. Archidiaconatus* 14. *Decembris* 1648. *coram R. P. D. meo Peutingerio §. Docuit enim*, vbi etiam conciliatur decisio emanata in *Caesaraugustana Pensionis* 21. *Decembris* 1591. *coram recol. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impress. penes eundem Marchesan. de commiss. tom.* 1 *fol.* 564.

62 Iustificatio † valoris per non excessum ducat. 24. desumitur tam ex teste in Curia formaliter examinato id explicitè de fama deponente, qui testis quamuis vnicus sufficit iunctis adminiculis pro iustificatione valoris *Gaspar de Grass. decis.* 2. *num.* 1. *de exception. Gregor. XV. decis.* 143. *num.* 2. praesertim † quando, prout hic agitur de probatione non excessus, quo casu quaecumque leuiores probationes sufficiunt *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 198. *Egid. decis.* 674. *Put. dec.* 26. *lib.* 1. *Caputaq. decis.* 277. *num.* 7 *part.* 1. *Rota coram Card. Caualer. decis.* 533. *num.* 6. *Placentina beneficij* 18. *Decembris* 1647. *in fine coram R. P. D. meo Ottobono*, *& in Calaguritana Praestimonij* 10. *Maij* 1648. *§ Probatur etiam coram eodem*, quam plenius ex alijs testibus per optimas rationes concludentibus annuum fructum beneficij, de quo agitur, non excedere rubra nouē frumenti, quorū valor computato anno sterili cum fertili, cum nō excedat scuta 5 pro singulo rubro, prout benè probant alij testes examinati super valore dicti frumenti Sum. Blanchini *num.* 6. sequitur quod valor in totum ascendat ad scuta 45. & † ex hisce detrahatur sexta pars solita condonari ex equitate Rotae pro substinendis prouisionibus beneficiorum vt in *decis.* 64 *sub n.* 3. *vers. cum vltra expressum part.* 3. *lib.* 3. *diuers. & penes Card. Muntic. decis.* 182. *num.* 4. *vers. quia Rota solet &c. & decis.* 327. *num.* 7 *vers. Et maxime quia Rota &c. & in Conchen. Pensionis* 13. *Ianuarij* 1648 *coram R. P. D. meo Corrado §. neque admittitur*, remanent scuta 38. & b. 50. quae ad vnguem constituunt summam in gratia expressam ducat. 24.

Tota igitur praesentis causę difficultas reducebatur ad pertinentiam patronalem; An scilicet Blanchinus iustificet se praesentatum à medietate Patronorum, prout in litteris expressit, id autem satis visum fuit iustificari ex eo, quod in vltima vacatione secuta de anno 1626. Io. Paulus Copperta praesentatus fuit à Io Baptista Copperta, in cuius iuribus successit Collegium Iesuitarum, à quo praesentationem habet Nouellius, & à Riccio Lento Patre, & auctore Petri Pauli Lenti, qui praesentauit Blanchinum, ex hoc namque vltimo statu, cum appareat duos tantùm praesentasse, & ab vno ex istis causam habere Nouellium, ab altero verò Blanchinum, vtique sufficienter videtur iustificata praesentatio medietatis Patronorum ad fauorem

65 Blanchini, siquidem † ad hunc effectum vltimus status, & vltima, ac immediata possessio attendi solet ad text. in cap. consultationibus de iurepatronat. Ripan in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 53. & 90. de caus. possess. & propriet. Felin. in cap. cum te clerum sin. de iure patronat. Guido in cons. 21. in fin. eodem titulo Oldrad. cons. 34. vers. praeterea quibus ex quo tamen Dona reperitur in vltima, & immediata quasi possessione. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 55. Gratian. discept. forens. cap. 577. nu. 13. Moderm. Pisan. de iure patron. lib. 11. cap. 6. nu. 12. Rota decis. 2. num. 2. de praebend. in nou. & decis. 49. num. 1. de rescript. in antiq. Put. decis. 2. num. 4. lib. 3. coram sa. me. Gregor. XV decis. 77. num. 9. & ibi Adden. num. 12 in recentior. decis. 179. num. 1. vers. & quod ex ista praesentatione part. 3. & decis. 15. num. 8. & 9. part. 5.* & in terminis, quod pro

66 † iustificatione pertinentię sufficiat docere sesiuum, & heredem eius, qui extitit in quasi possessione praesentandi firmat. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quaest.* 11 *numer.* 118. & 119. *Rota coram sanct. mem. Gregor XV. decis.* 457. *num.* 16. & *decis.* 349. *vbi Add. num.* 6. & *fuit resolutum in Gerunden. beneficij* 11. *Marti*, 1648. *coram R. P. D. meo Celso*, & *in Sulmonen. Beneficij* 10. *Martij* 1649. *ac in eadem Mutinen Beneficij* 23 *Martij* 1648. *coram bon. mem. Arguelles §. sumitur etiam ex eo*, & *in Gerunden. beneficij* 1. *Iulij* 1648. & 5. *Maij* 1649. *coram me.*

67 Quod autem dictus Petrus Paulus, qui praesentauit Blanchinum, sit filius Riccij Lenti probatur ex testibus datis in eius *Sum. num.* 8. deponentibus de communi reputatione, ac tractatu de eo, vti de filio legitimo, ac naturali ex Riccio Patre,

68 ex quibus benè concluditur filiatio, maximè † quod hic non agitur de filiatione principaliter, sed incidenter, quo casu quęcunque etiam leuiores probationes sufficiunt iuxtà *Doctrin. Gemin. cons.* 27. *per tot.* & in his terminis firmauit etiam *Rota in dicta Mutinen. beneficij coram bon. mem. Arguelles §. quod autem Franciscus.*

69 Aditionem † pariter, seu immixtionem hereditatis paternae concludunt ijdem testes; dum deponunt bona hereditaria Riccij Patris possideri à Petro Paulo filio, ex dicta namque possessione praesumitur aditio *l. si quis bonis paternis ff. de acquir. haeredit. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 12. *tit.* 12. *numer.* 8. *Add. ad Buratt. decis.* 523.

70 *nu.* 10. Addito † pręsertim, quod per solum actum pręsentationis in iurepatronatus hęreditario censeri debet hereditatem paternam ab eo fuisse aditam *Rota in recentior. decis.* 77. *num.* 2. *ad med. par.* 4 & *decis.* 96 *num.* 19. *par.* 6. & *in dicta Gerunden. beneficij* 1. *Iulij* 1648. *coram me §. neque releuant praesentationes in fin.*

Non obstat, quod Nouellius vltrà pręsentationem Rectoris Iesuitarum deducat alias pręsentationes ad sui fauorem factas ab alijs pretensis compatronis, nempè à Confraternitate Sanctissimi Corporis Christi existente in Ecclesia S. Francisci, & à nepotibus, ac heredibus Armilię filię Petri Herculis, qui cum pretendant habere maiorē partē vocis Paridis, cuius possessionem assecutus fuit d.

Riccius

Riccius de anno 1616. idcircò narratiua præsentationis a medietate Patronorum minimè remaneat iustificata: Nulla enim ex dictis præsentationibus visa fuit releuans ad effectum, de
71 quo agitur, nam cum † hodie non agatur inter Compatronos contendentes de perpetua pertinentia patronali pro futuris vacationibus, sed inter præsentatos de substinenda prouisione secuta ex vltima vacatione pro illius validitate, atque subsistentia sufficit allegare vltimam Riccij possessionem præsentandi pro medietate *dicto cap. consultationibus*, *vbi Butr. num. 9. de iure patronat. Rota decis. 167. numer. 7. & 8. part. 2.*
72 *diuers.* ità vt † effectus dictæ possessionis impediri nec etiam valeat ex contraria probatione pertinentiæ in petitorio, nisi quatenus de illa plenè, & concludenter doceatur per rem iudicatam, confessionem partis, vel instrumentum publicum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit *Butr. in cap ex literis n. 8. de iure patron. Lambertin. de iure patronat. libr. 2. quæst. 3. artic. 6. numer. 4. par. 1. Rota decis. 362. numer. 1. cum alijs seqq. & decis. 548. numer. 12. & 13. part. 5. recent. Adden. ad Gregor. XV. di-*
73 *cta decis. 77. numer. 12.* & ratio est, quia † collatio, electio, & præsentatio sunt fructus beneficij, qui proinde spectant ad bonæ fidei possessorem; non ad Dominum, *l. bonæ fidei emptor. ff. de acquir. rer. domin. §. si quis à non Domino. instit. de rer. diuision. Gonzal. super regul 8 glos. 45. §. 1. à numer. 4 vsq. ad 14. Garz. de benefic. part 5. capit. 5. numer. 2. & seq.*

In proposito autem casu instrumenta, ex quibus deducere prætendunt ius præsentandi tam Confraternitas, quam Nepotes non solum visa non fuerunt Dominis clara, & indubitata, sed potius admodum dubia, & incerta, adeo vt effectum possessionis, in qua hodie reperitur Riccius, impedire non valeant; Confraternitas enim ius suum metitur ex testamento Paridis, qui sibi hæredem instituit Constantiam eius vxorem, & ei quandocunque sine liberis decedenti substituit dictam
74 Confraternitatem; verum † cum dictum testamentum non reperiatur in Archiuio inter rogitus Notarii, qui de illo prætenditur rogatus, vt constat ex diligentiis Archiuistæ de mandato Iudicis primæ instantiæ factis nullam fidem facit ex Constitut. 83. Sixti V. & iuxta bannimenta vigore dictæ Constitutionis edita *Rota decis. 452. n. 2. par.*
75 *3. recent.* immò † ad reddendum de falso suspectum dictum instrumentum sufficeret illud non reperiri in protocollo Notarii rogati ad tradit a per *Bald. in l. Cassius numer. 6. vers. item cum instrumentum suspectum ff. de Senator. Natt. cons. 633. numer 19. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 13. glos. vnica numer 13. cum seq. Rota in Compostellana parochialis 13. Maij 1619. coram Sanctiss. D. N. & in Bononien. fideicommissi Bartholomei de Bolognini 18. Iunij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen. §. denique censuerunt Domini*: Præterea esto etiam, quod testamentum probaret, adhuc
76 iuspatronatus † tamquam ius directum, & merè honorificum *cap. quando. de iudic. Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quæst. 2. artic. 35. numer. 1. vers. ego magis cla-*
77 *re*, transire † non potuisset in dictam Confraternitatem substitutam ex fideicommisso, sed penes Constantiam hæredem grauatam remansisset *l. si patroni. l. quia proinde. ff ad Trebell.*
78 quæ † iura licet loquantur in Patrono liberti, & in iuribus sepulcrorum, attamen *Bart. in d. l. quia proinde* dicit habere locum etiam in iure patronatus, cum in eo militet eadem ratio, quæ in iuribus sepulcrorum, & in obsequiis a Libertis
79 Patrono præstandis, vt scilicet † sit ius merè honorificum seiunctum a commodo, & vtilitate,
80 quod proinde † non venit in restitutione fideicommissi, *Bart. sequuntur Alexand. Castrens. & Imol. in d. l. quia proinde. ff ad Trebellian. Bero. in capit. 1. numer. 14. & seqq. de iure patron. Lambertin. eodem tit. lib. 1. par. 2. quæst. 2. artic. 35. numer. 1.* qui omnes hunc articulum indiuidualiter tractant, & idem senserunt etiam *Garz. de benefic. part. 5. capit 9. numer. 17. & 18.* vbi plures alii referuntur *Mantic. de tacit. lib. 4. titul. 12. numer. 6 Fusar de substit. quæst. 634. num. 2.* & firmauit etiam *Rota in Vicen. beneficij 11. Decembris 1619. coram Vbaldo seniore, & in recent. decis. 72. numer. 7. cum seq. part. 7. & in Anagnina beneficij 30. Maij 1644. coram me.* Vnde nil mirum, si in vacatione anni 1626. in qua dicta Confraternitas præsentauit, eius præsentatio non admissa, sed reiecta fuit, atque institutionem obtinuit Io. Paulus Coppertus ad præsentationem Ioannis Baptistæ Copperti, & Riccii Lenti, prout constat ex sententia Vicarii Ascu-
81 lani de dicto anno 1626. quæ † cum fuerit acquiescente dicta Confraternitate executioni demandata operatur executionem rei indicatæ contra eandem Confraternitatem *l. cum quæritur, cum dubbus seqq ff. de except. rei iudicat. Rot coram Sanct. mem. Gregor. XV. decis. 492. num. 3.* cum aliis relatis *in decis. 348. numer. 9. & 10. part. 5. recent.*

Visa etiam fuit irreleuans ad controuertendam possessionem, in qua Petrus Paulus ex persona Riccij eius patris reperitur præsentãdi pro medietate ad beneficium, de quo agitur præsentatio facta a nepotibus, & hæredibus Ventidii Lenti filii Armiliæ, & a filiabus Ballotii Lenti pariter filii eiusdem Armiliæ, ad quos duæ tertiæ partes vnius vocis spectare prætenditur ex dispositione per testamentum facta ab eadem Armilia de anno 1601. in quo instituto sibi hærede vniuersali Alexandro Leo eius filio voluit, quod in euentum vacationis huius beneficii per obitum Herennii Rocchæ ius eligendi pro vna parte spectaret addictum Alexandrum, pro alia parte, ad Ventidium, & pro tertia parte ad filios, & hæredes dicti Ballotii; Nam vltra quod tale legatum non legitur factum de ipso iure patronatus, sed tantummodo de simplici iure eligendi restricto ad casum vacationis

S 2 dicti

dicti beneficii per obitum d. Herennii, qui casus cum venerit de anno 1626. non potest extendi ad futuras vacationes, quatenus etiam tale legatum comprehenderet perpetuam patronatus transfu-
82 sionem illud non suffragaretur, cum † ex defectu consensus Episcopi, qui omnino requiritur quando agitur de translatione iurispatronatus titulo singulari, *cap. illud cap. cum laici, & cap. suggestum de iurepatronat Achill. de Grass. decis. 10. eodem titulo. Rota coram Comitul decis. 77. numer. 6. & in recent. decis. 145. num. 5 part 2.* etiam si legatum factum esset ad fauorem filiorum *Rocc. de Curt. de iurepatronat. verb ipse, vel is, quaest. 7. numer. 15. Lambertin. eodem tractat. 2. par lib 1. art. 2. quaest.*
83 *6.* vbi vterque testatur de communi; Tum † quia ab anno 1610. quo obijt Armilia vsque ad praesens dinumerantur elapsi 40. anni, absque eo quod appareat acceptatum vnquam fuisse dictum legatum, & sic ius illud agnoscendi hodie praescriptum dicitur ad tradita per *Bald. cons. 137. num. 7. lib. 5. Menoch. cons. 201. à num. 61. vsque ad 76. lib. 3. Grat. decis. Marck. 4. num. 10. Gratian. discept forens cap. 118. num. 19. cum seqq.* qui ampliando dicit, quod nec minus dici potest in mala fide constitutus heres, contra quem datur actio, quamuis sciat se de-
84 bitorem legati, quia † agitur de iure quaerendo, quod stat in potestate legatarii agnoscendi, atque
85 non agnoscendi, & † dum illud non acceptauit, ac petere neglexit per tantum temporis spatium refutasse dicitur, prout in terminis concludit *Claud. Bertaz. in addit. ad Bartholom. Bertazz. cons criminal. 110. in fine Rota in Leodien. beneficij 14. Ianuarij 1628. coram Cardinal Vbald. Pistorien Parochialis 29. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cer-*
86 *ro.* Quocirca iuspatronatus † pro voce spectante ad Armiliam eo magis remansit penes Alexandrum heredem ab ea vniuersaliter institutum, a quo deinde transfusum fuit in Riccium Lentum vltimum Praesentatorem mediante vniuersali donatione per eundem Alexandrum de omnibus bonis ei facta.

Neque dicta donatio redargui potest de inualiditate ex defectu confirmationis Ordinarij, quia discussio tituli, & causae possidendi intempestiua est in hoc casu, in quo pro substinenda prouisione iam facta attenditur solum vltima, & immediata possessio praesentandi ex supradictis; Et nihilominus
87 dicta † donatio tamquam vniuersalis omnium bonorum, & iurium non requirebat ad sui validitatem aliquam confirmationem Ordinarij *Abb. in cap illud num. 4. cap. tum seculum, & cap. ex litteris sub num. 12. de iurepatronat. Lambertin. de iurepatronat. 1. quaest. principali num. 3. in fine. vers. sed nec responsio, cum alijs cumulatis per Rotam decis. 207 num. 15. & seq. par. 6. recent.* Additur
88 etiam, quod dum † Episcopus de anno 1626. instituit ad praesentationem Riccij donatarij per similem institutionem tacitè censetur consensisse donationi, & consensus sic praestitus sufficit ad tradit. *per Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. art. 7. in fin. Add. ad sanct. mem. Greg. XV. decis. 420. nu-*
7. vers. item sufficit, & coram Durano decis. 407.
89 *num. 10.* non † obstante, quod etiam approbatio interuenerit post donationem *cap. suggestum de iurepatronat. Rota decis. vltima eodem titulo in antiq. & in recent. decis. 191. num. 6. & 7. par. 5.*

Minus obstare visum fuit, quod in vltima praesentatione facta de anno 1626. Riccius enunciauerit se donatarium Alexandri filii Armiliae filiae, atque haeredis Petri Herculis, & quod in testamento dicti Petri Herculis instituti fuerint Franciscus, & Paris eius filii, qui pariter fuerint reciproce substituti, & post obitum amborum sine filijs substituta fuerit Armilia, in quam propterea vigore talis substitutionis transire non potuerit iuspatrona-
90 tus, cum † regulariter illud non veniat in restitutione fideicommissi, & ideo praetendatur incontinenti constare de non iure praesentantis, & per consequens quod Nouellius praesentatus ab habente proprietatem, praeferendus sit Blanchino praesentato ab existente in quasi possessione, si-
91 quidem † per Dominos fuit ponderatum, quod in praesentatione facta de anno 1626. Io. Baptista Coppetus auctor Collegii Iesuitarum admisit in Compatronum dictum Riccium Lentum, eumque vti talem fassus fuit in articulis super pertinentia dicti iurispatronatus in actis datis, immò comparuerunt insimul ad excludendam Confraternitatem praetendentem ius praesentandi ex substitutione ad eius fauorem facta in testamento Paridis, quare ex tali admissione, & confessione, vt resultet sufficiens iustificatio pertinentiae, non solum in praeiudicium consistentis, sed etiam Iesuitarum causam ab eo habentium declarat *Peregrin. in terminis iurispatronatus cons. 34. numer. 16. libr. 1. Rota in Sulmonen. beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, & decis. 174 numer. 2 in fin. par. 2. & decis. 108. numer. 8. part. 7 recent. Buratt. decis 792. numer. 4.* idemque fuit firmatum *in Comen. Cappellae 27. Aprilijs 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. fin. Clusina beneficij 5. Iulij 1649. coram R. P. D. meo Biebio §. quominus in hoc iudicio, Fesulana parochialis 15. Martij §. penult. & 24. Maij §. vltra quod coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 4. Decembris 1630. coram bon. mem. Merlino §. 1. & seq.* adeo vt semper standum sit dictae confessioni, & admissioni in Patronum, donec concludentissimè contrarium probetur ab eo, qui illam impugnat, & doceatur de negatiua competentiae, quae in praesenti casu dici non potest probata ex illa sola enunciatiua Riccii, quod Armilia esset haeres Petri Herculis, quia talis esse potuit, ne dum vigore substitutionis, sed etiam in vim alicuius alterius particularis dispositionis, vel etiam ab intestato ex persona tum dicti Francisci, tum quoque Paridis, maximè quod illius testamenti validitas in dubium reuo-
92 catur, quae † possibilitas tituli validi sufficit, vt interim attendi debeat quasi possessio, & non pro-
93 prietas, de qua † ad impediendum effectum possessionis constare debet adeo clare, & indubitatè, vt

in con-

in contrarium nihil objici possit *Rota coram Buratt. decis. 22. num. 5. & decis. 127. num. 9.*

Non obstat, quod in possessione præsentandi non reperiatur Petrus Paulus Lentus, sed tantùm Riccius pater, cuius possessionem in filium transire nō potuisse absque nouo vsu, & exercitio præsentandi 94 prætenditur, quodque Pontifex † in concessione gratiæ sub conditione præsentationis à medietate Patronorum intelligere consueuerit de Patronis in possessione præsentandi existentibus ad firmata *in d. Sulmonen. coram R. P. D. meo Peutingero*. Nam quidquid sit, an in incorporalibus quasi possessio defuncti transeat in hæredem absque noua appre-95 hensione certum est, quod ex † quasi possessione præsentandi sui Auctoris probatur pertinentia Iurispatronatus ad fauorem successoris, *Rota decis. 337. sub numer. 3. par. 2. recent. Placentina Cappella 30. Octobris 1615. coram bon. mem Coccino. Add. ad Buratt. decis 832 num. 4. Modern. Pisan. de iure patronat. lib. 11. cap. 5. num. 100. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 118 & seq. Rota coram san. mem. Gregor XV. decis. 452. numer. 16. & decis. 349. vbi Add. num. 6 cum alijs relatis in Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso, & in Clusina beneficij 5. Iulij 1649. co-96 ram R. P. D. meo Bichio*; Idque † sine vlla difficultate procedit, quando, prout hic, nullus ex modernis Patronis reperitur in possessione præsentandi ex persona propria, sed suorum auctorum tantum, nam tunc certum est, quod quilibet ipsorum iuuari potest possessione sui auctoris ponderata *in dict. cap. consultationibus de iure patronat.* 97 exindeque † probatur pertinentia patronalis ad fauorem successoris, quamuis alias possessio defuncti non transiret in hæredem *Add. ad Gregor. decis. 417. numer. 14. & Add. ad Buratt. decis 832. num. 4. Rota in d. Placentina Cappella 30. Octobris 1615. coram Coccino*, & ratio est, quia possessio 98 † defuncti quamuis non continuetur in hæredem quoad factum, nisi actualiter apprehendatur, continuatur tamen quoad effectum ad tradit. per *Franc. in cap. sine possessione il 3. num. 1. vers. propriè tamen de regul. iur. in 6. Bald. de præscript. in 2. part. 3. part. principalis sub quæst. 19. in 3. requisit. sub num. 3. & 4. tom. 17 fol. 69.* & in his terminis firmauit etiam *Rota in d. Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso.*

Et ita vtraque parte informante.

De Alienationibus Bonorum in fraudem Fisci.

SVMMARIVM.

Alienationes, siue titulo oneroso, siue lucratiuo secuta an præsumantur in fraudem fisci, vel non, & an sit locus illarum renocationi, remissiue. numer. 1.

Donatio simulata dicitur, quando præcessit cogitatio euitandæ confiscationis numer. 2.

Et sufficit hanc simulationem esse opinatam, & si non verum. numer. 3.

Simulationis causa supposita, simulatio probatur coniecturis. numer. 4.

Quæ coniectura habentur pro liquidissimis probationibus. numer. 5.

Donatio facta de omnibus bonis est simulata. n. 6.

Donator si remansit in possessione bonorum donatorum, Donatio præsumitur simulata. num. 7.

Et hæc sola præsumptio sufficit inter personas suspectas. numer. 8.

Clausula Constituti assumit qualitatem contractus. numer. 9.

Donatio præsumitur simulata si bona donata semper fuerunt retenta in æstimo sub nomine donatoris. num. 10.

Donatio præsumitur simulata si publicè fuit dictum in loco donationis expleta, illam fuisse simulatè factam ad excludendum fiscum. num. 11.

Donatio simulata est nulla. num. 12.

Vxor tenetur subuenire indigentijs Mariti in alendo, ac in excarcerando num. 13.

Pecunia soluta ab Vxore præsumitur Mariti. nu. 14.

Marito acquiruntur habita per mulierem ex texturis, & manualibus. num. 15.

Donatio præsumitur simulata ex inuerisimilitudine causæ num. 16.

Donatio omnium bonorum facta ad compensandas paucas pecunias præsumitur facta animo simulandi. num. 17.

In Donatione inter virum, & vxorem causæ finales debent specificè probari aliter, quam per confessionem iuratam. num. 18.

Donationis simulatio oritur ex nimia cautela. numer. 19.

Donatoris assertio dicentis post donationem absolutam, se donasse ad excludendum fiscum semiplenè probat. num. 20.

Maximè accedente verisimilitudine actus num. 21.

Confessio extraiudicialis vti actus multiplicabilis, & reiterabilis, potest diuersis locis, & temporibus fieri. num. 22.

Confessio extraiudicialis probatur per testes singulares. num. 23.

Simulatio probatur per testes singulares. num. 24.

Donans confitendo præiudicat Donatario concurrentibus adminiculis. num. 25.

Donans ante insinuatam donationem non solum potest confitendo præiudicium inferre Donatario, sed etiam integrè donationem reuocare. num. 26.

Donatio ante insinuationem secutam nullas habet vires. num 27.

Maritus volens vere donare vxori debet apponere aliquam conditionem viduitatis. num. 28.

Donatio præsumitur simulata ex appositione clausulæ insolitæ. num. 29.

Clausula, promisit non reuocare etiam ex vitio ingratitudinis *apposita in donatione, est valdè insolita. num. 30.*

QVÆSTIO XXXVIII.

1 QVando † alienationes, ſiuè titulo oneroſo, ſiue lucratiuo ſecutæ præſumantur in fraudem fiſci, vel non, & an propterea ſit locus illarum reuocationi tradunt ſatis ample *Farin. quæſt.* 164. *per tot. Guazzin de confiſcat. concluſ.* 13. *limit.* 12. *& concluſ.* 29. *Mangil. de euict. quæſt.* 169. *Giurb. conſ.* 54. *Vermigliol. conſ.* 8. in quo conſuluit pro validitate donationis, & plura notabilia affert: ideo ego afferam tantum aliqua pauca, quæ alias deducebam ad oſtendendam ſimulationem donationis factam vxori à marito, qui delinquere cogitabat: & quamuis illa cauſa fuerit contra mea ſcripta deciſa, attamen credo illum Iudicem ob ſuam inſcitiam male determinaſſe, vt apparebit ex rationibus, quas tunc temporis ſic aſſerebam.

Conſtat de cauſa ſimulandi donationem ad fauorem vxoris expletam à marito, qui multis implicitus inimicitijs delinquere cogitabat, & fiſcum 2 excludere; quam † ſolam cogitationem eiuſdem confiſcationis inducere cauſam ſimulandi, firmauit *Rot deciſ.* 179. *numer.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & 3 ſufficit † illam eſſe opinatam, & ſi non veram *Farin. quæſt.* 162 *numer* 138 *Add ad Gregor. XV. deciſ.* 157. *numer.* 27 *Buratt. deciſ.* 901. *numer.* 7. *Rot.* 4 *recent. deciſ.* 11. *numer* 4. *&* 5. *par.* 7 quia † cauſa ſuppoſita ſimulatio probatur coniecturis *Cod. Fabr. lib.* 4. *tit.* 17. *defin* 1. *numer.* 7. *Gratian. diſceptat.* 255. *numer.* 4. *& diſceptat.* 586. *numer.* 34. *&* 5 *ſeq* volens † huiuſmodi coniecturas haberi pro liquidiſſimis probationibus *Buratt. d. deciſ.* 901. *numer.* 6. coniecturæ autem hodie adducuntur plures & quidem vrgentes.

6 Primo, quod donatio † fuit facta de omnibus bonis, & conſequenter ſimulate, cum non ſit veriſimile, quem ſe voluiſſe ſpoliare omnibus bonis, nec ſaltem ſua vita durante vſumfructum pro ſua ſubſtentatione reſeruaſſe *Honded. conſ.* 46. *numer.* 17. *& ſeq. lib.* 1. *Farin. quæſt.* 164. *numer.* 122 *Gratian. diſceptat.* 255. *n.* 18 *cum ſeqq. & diſceptat.* 479. *numer.* 68. *Rot. deciſ.* 179. *numer.* 11. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

7 Secundo, quod donator † poſt ipſam donationem remanſit in poſſeſſione bonorum donatorum *Sola ad antiq. conſtit. Pedem. in decret. ex frequentibus gloſ* 1. *numer.* 27. *Honded. d. conſ* 46. *numer.* 14. *Surd. deciſ* 34 *& ibi Hodiern numer.* 11. *Codex Fabr. lib.* 4. *tit.* 17 *defin.* 1. *numer.* 10. *& defin.* 5. 8 *per tot.* vbi quod hæc † ſola præſumptio ſufficit inter perſonas ſuſpectas *Gratian d. diſceptat.* 255. *numer.* 24. & in terminis donationis inter virum, & vxorem *Rot. recent d. dec* 179 *numer.* 13. *&* 16. 9 *& par.* 7. *deciſ.* 11. *numer.* 6. etiamſi † concurrat clauſula conſtituti, quæ aſſumit qualitatem contractus *Hodiern. ad Surd. d. deciſ* 34. *numer.* 11. *Gratian. d diſceptat.* 255. *numer* 25. *Rot. recent. d. deciſ.* 179. *numer.* 14. *&* 15. *& par.* 5. *deciſ.* 308. *numer.* 14.

10 Tertio, quod eadem † bona donata ſemper fuerunt retenta in æſtimo ſub nomine donatoris *Roland. conſ.* 40. *numer.* 36. *vol.* 2. *Honded. d. conſ.* 46. *numer.* 24. *vol.* 1. *Surd d. deciſ* 34. *numer.* 13. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 38. *numer.* 29. *verſic ſexta eſt coniectura.*

11 Quarto, quod publice † fuit dictum in loco donationis expletæ, illam fuiſſe ſimulate ſecutam ad excludendum fiſcum *Rot. recent. d. deciſ* 11. *numer.* 12 12. *par.* 7. ex quo animaduertitur † nos eſſe in vera ſpecie ſimulationis ob aliquam cauſam effugiendam, vnde remanet omnino nulla donatio *Honded. d conſ* 46. *num.* 9. *&* 10. *Gratian. d. diſceptat.* 255. *numer.* 31. *&* 32 *Rot. recent. par.* 5. *deciſ.* 308. *numer.* 18. volens eſſe de mente contrahentium, vt nihil agatur.

Quinto, ſupponitur ſecuta donatio ob ſeruitia præſtita ab vxore, & ſignanter ob pecunias impenſas in excarceratione mariti, quæ cauſa videtur omni-

13 omnino affectata, & inuerisimilis, nam vxor † ex necessitate legis tenetur subuenire indigentijs mariti in alendo, ac in excarcerando *Surd. decis. 86. numer. 4. & seqq. Rot post Cenc. de cenlib decis. 32. numer. 6. & decis. 497 numer.* 2 maxime cum
14 ipsa † pecunia soluta præsumatur mariti *l. Quintus*
15 *ff de donat. inter vir. & vxor.* & licet habita † per mulierem ex texturis, & manualibus fuisset tamen acquisita marito *post Bald in l. assiduis numer. 4. ff. qui potior. in pignor. Gratian. disceptat. 120. numer. 58 versic quicquid sit* Quapropter non videtur verisimile, quod pro actu ex necessitate, vel cum pecunijs donantis expleto voluerit quis om-
16 nia sua bona donare, ex qua † inuerisimilitudine simulatio deprehenditur *Dec. conf. 644. numer. 6. Crauett. cons. 156 numer. 9. Buratt. decis. 361. nu. 9. Rot post Zacch. de oblig. Cam. decis 207. numer.* 12. quinimo & si pecuniæ fuissent vere vxoris, do-
17 na tio † omnium bonorum fuisset nihilominus nimia liberalitas ad compensandas paucas pecunias, vnde tanto magis arguitur animus simulandi *Add. ad Cepoll. de simulat contract. numer. 5. verb. fraus in prin Farin. quæst. 162. numer. 181.*

Nec videtur attendenda assertio iurata mariti, quod ipse dederit licentiam vxori negociandi ad
18 proprium commodum, quia similes † causæ finales debent specifice probari aliter quam per confessionem iuratam inter virum, & vxorem *Bartol. in l. si forte numer. 4. & seqq. ff de castren. pecul. Afflict. decis. 370 numer. 15. iuncta addit. Caranit. & Vrsil numer. 13. & 14. Menoch de arbitrar cas 134. Mantic. de tacit. lib 13. tit. 15 numer 39. & 41. Rot. decis. 50. num 8. par. 6 recent.* insuper huius
19 modi † assertio redolet nimiam cautelam, quæ maiorem præsumptionem simulationis producit *Dec. in l. quæ dubitationis ff de reg. iur. Ancharan. cons 257. numer. 6. Tiraquell. de retract. conuent. in præfat numer. 18. & 19.*

20 Sexto, quod idem † donator post eandem donationem absolutam dixit se donasse ad excludendum fiscum, quam assertionem saltem semiplene probare fecit in proposito *Mantic. de tacit lib. 13. tit. 35. numer. 21. versic. sexta est coniectura* acce-
21 dente † maxime verisimilitudine actus collecta ex eo, quod maritus propter inimicitias semper vexatus a cogitatione delinquendi voluit facere contractum simulatum in personam coniunctam, de qua maxime confidebat, vt ratiocinatur *Bald. cons 70. numer. 1. 2 & 3. vol 1.*

Obiectum quod confessio mariti circa simulationem non probetur per testes singulares, & quod donans non possit quicquam confiteri in præiudicium donatarij facili pacto diluuitur; tum quia
22 confessio † extraiudicialis vti actus multiplicabilis, & reiterabilis potest diuersis locis, & temporibus fieri *Bald cons 39. lib. 3. Castren. cons. 137. lib. 1. Crauett. cons 267 numer. 5. Thomat. decis 45.*
23 *num. 4.* & remanet † bene probata per testes singulares *Alex. cons. 53 lib. 1 Crauett. d. cons. 267. numer. 5. Thomat. d. decis 45 numer. 6.* in quam opinionem iuisse *Rot. in Florentina legitimitatis coram Litta* colligitur *ex decis 64. numer. 5. post. 2. vol consil Farinac.* & hodie non debemus ab illa
24 recedere, cum † & ipsa simulatio probetur per testes singulares *Farinac quæst. 162. numer. 185. Gratian. d. disceptat. 255. numer. 4 in fin. Rot. recent. par. 7. decis. 11. numer. 13.* tum quia donans
25 † confitendo præiudicat donatario, concurrentibus adminiculis *Mantic. de tacit. lib. 13. d. tit. 35. n. 21. in fin.* præsertim cũ d. confessio fuerit secuta ante
26 insinuatam donationem, quo † casu non tantum donans poterat præiudicium inferre confitendo, sed etiam integre donationem reuocare, cum illa
27 † nullas habeat vires ante secutam insinuationem *Boccacc. ad constit. March. glos. 5. numer. 17. Cancer. var. resol par. 1. cap. 8 numer. 20.*

28 Septimo, quod si maritus † voluisset vere donare, apposuisset aliquam conditionem viduitatis, vt considerat *Rot. d. decis. 179. numer. 12 par. 4. tom. 2. recent.*

29 Octauo, quod ex † appositione clausulæ insolitæ desumitur simulatio *Mantic. de tacit. d. tit. 35.*
30 *num. 13* hic † autem adest illa, *promisit non reuocare etiam ex vitio ingratitudinis*, quæ est valde insolita, si debet credi *eidem Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 38 num. 30.*

31 Quæ † coniecturę constituunt liquidissimam probationem, cum versemur inter virum, & vxorem, quæ sunt personæ suspectæ *Cod. Fabr lib. 4. tit. 17. defin. 1. num. 8. Rot. recent par. 7. d. decis 11. nu-*
32 *mer. 15.* etsi † alias essent leues *Honded cons 33. num. 53. lib 2. Gratian. disceptat. 479. num. 60. Rot.*
33 *recept. par. 5. decis 61 numer. 16.* & duas † ad hunc effectum probandi esse satis scripserunt *Mantic. de tacit. lib 13. d. tit. 35 num. 11. Gratian. d. disceptat. 479. num 61 Rot. post Zacch. de oblig. Camer decis.*
34 *208. numer. 14.* & cum † agatur de probanda sola contractus simulatione, non autem fœnoris simulationi coniuncti, vnam duntaxat sufficere firmat *Gratian. disceptat. 255. numer. 29.* vnde tanto ma-
35 gis † remanebit probata ex pluribus hic concurrentibus, & adductis *Gratian. d. disceptat. 479. numer. 62.*

36 Non obstat, quod donatio † inter maritum, & vxorem morte, ac iuramento firmetur, quia non impugnatur donatio ex hoc capite, sed dicitur
37 † adesse maiorem præsumptionem simulationis, vt comprobant *Honded d. cons. 46. num 15. & 16. lib. 1. Farin. quæst. 162. numer. 187 & quæst. 164. num. 143. Rot. d. decis 179 num. 6. 7. & seqq. par. 4.*
38 *tom. 2. recent.* qua † simulatione supposita iuramentum nihil operatur *Ias. in §. item si quis num. 7. iuncta addit litt B. & ibi Gomes num. 1. & 2. instit. de action. Farin. quæst. 162 num. 69. Rot post Zacch. de oblig Cameral. decis 208. num. 35.*

39 Prout minus obstat, quod † sit licita donatio ad fauorem vxoris, ne fiscus auferat bona; quia obiectum procederet, quando maritus vere vo-
40 luisset donare, non † autem dum cogitans delinquere voluit tantum simulata donatione excludere fiscum, non vero transferre dominium in vxorem donatariam *Farin. quæst. 25. num. 133. & infra &*

fra, & quaest. 164. §. in fraudem num 146. cum seqq.

41 Constito † igitur donationem simulationis vitio laborare, non fuit necesse actiones reuocatorias proponere, cum fuerit nulla ipso iure *l. emptor ff. de aq pluu. arcend. Cancer. var. resol lib. 3. cap. 2. num. 213. Rot. d. decis. 179. numer. 22. & seqq. par. 4.*

42 *tom. 2. recent.* valetq; † hodie opponi per haeredem, sicuti poterat opponere ipse defunctus si in humanis egisset *Cod. Fabr lib. 4 tit. 18. definit. 2 Hodiern. ad Surd. decis. 34. num. 16* quicquid enim sit resoluendum, dum contractus est pure in fraudem

43 celebratus, certum est, quod concurrente † fraude, & simulatione, admittuntur donator, & haeres ad huiusmodi simulationem allegandam *Farin. quaest. 162 numer. 50. Cancer. var. resol. par 3.*

44 *cap. 2 numer. 216. & seqq.* in † nihilo obstante iuramento, cum simus in haerede illam opponente *Honded. d. conf. 46. numer. 31. 32. 35. 38 & 39 lib. 1. Farin. quaest. 160. num. 340. & quaest. 162. num. 71.*

45 Coadiuuantur praemissa † ex deficientia legitimae insinuationis, quia, cum fuerit a Iudice in contractu deputata certa persona, fuit postea nulliter completa per aliam *Firman. in Repertor. verb. insinuatio fol. 45. col. 1. versic. insinuatio per quem-*

46 *libet Gratian. decis. 78. num. 12. 13. & 18*, & quia † non fuit secuta cum praesentia donantis, vt requirebatur *Firman eod verb insinuatio fol. 44. col. 3. versic. insinuatio an requirat.*

47 Cumq; d. donatio, cuius vigore aduersaria possidet sit nulla, non potest producere titulum validum ad impediendam immissionem ex remedio quorum bonorum *l 1. §. 1. ff de petit. haered. Rot. recent decis. 755. num. 5 par. 2.* & ratio est satis eui-

48 dens, quia titulus † nullus pro non titulo habetur *Menoch. remed. retinend. 3. numer. 639. Vrsill. ad Afflict. decis. 271. num 4.*

De Hypotheca Fiscali.

SVMMARIVM.

Hypothecam potest fiscus praetendere ex triplici capite, nimirum ex delicto, ex contractu, & pro solutione tributorum. numer. 1.

Hypothecam nullam habet fiscus, quando agitur de confiscatione totius, vel quota partis bonorum. numer. 2.

Hypotheca datur solum fisco post secutam sententiam, quando tractatur de poena pecuniaria ex bonis assequenda numer 3.

Dicta tamen hypotheca exercetur tantum aduersus delinquentem, qui poenam debet, non autem aduersus concreditores. numer. 4.

Amplia finem huius conclusionis, vt procedat, etiam in poena mala administrationi, qua sit promissa in contractu iurato obligatione bonorum. numer. 5.

Hypotheca simpliciter adiecta, intelligitur tantum pro obseruantia contractus principalis, & non pro solutione poena adiuncta. numer. 6.

Poena pars, si deberetur etiam priuato, fiscus Reo non soluendo existente, excludit creditorem priuatum concurrentem ex eadem causa lucratiua. numer. 7.

Limita hanc conclusionem, quando bona confiscantur, vel reus damnatur ad interesse partis, pro quo interesse priuatus praefertur fisco. numer. 8.

Fiscus vtitur hypotheca aduersus concreditores, quando non agit actione ex maleficio, sed pro resarciendo damno dato bonis fiscalibus, & quare. numer. 9.

Hypothecam habet fiscus in bonis sui debitoris obligati ex contractu numer 10.

Limita in minore emente rem a fisco, cui non competit hypotheca pro solutione pretij contra reliqua bona minoris, sed tantum remanet obligata res empta numer. 11.

Qua limitatio procedit, tam in minore, quam in pupillo, refutatis Negus. & Peregrin. firmantibus dictam conclusionem in Pupillo tantum. numer. 12.

Fiscus succedens priuato, non assequitur hypothecam, quando priuatus illam non habebat numer. 13.

Amplia hanc conclusionem procedere in Ecclesia, & in alijs personis priuilegiatis. ibidem.

Fiscus habet praelationem hypotheca super bonis quaesitis a priuato post contractum cum fisco initum num. 14. vbi ab hac opinione non recedendum.

Limita in fisco, seu Camera Episcopali. numer. 16.

Quam tamen praelationem fiscus non habet super bonis extantibus tempore contractus, in quibus attenditur anterioritas temporis num 15. Etiam si hypotheca sit expressa, siue tacita ibidem.

Dos praefertur fisco, etiam in bonis postea quaesitis, quando habet hypothecam anteriorem. numer. 17.

Fiscus respectu dotis, quando vtatur suis priuilegijs remissiue. numer. 18.

Fiscus non habet hypothecam anteriorem in bonis quaesitis post contractum, si concurrat cum habente duplex priuilegium, scilicet anterioritatis temporis, & aetatis. numer. 19.

Bona fuisse quaesita post obligationem, ad eum pertinet probare, qui proponit actionem, siue sit priuatus, siue fiscus numer. 20.

Fiscus habet praelationem aduersus creditores anteriores in fructibus bonorum, nisi tamen fuerint in tertium distracti. numer. 21.

Fiscus etsi habeat hypothecam super bonis suorum debitorum, eam tamen non habet in bonis haeredum sui debitoris, maxime quando sunt haeredes beneficiati numer. 22.

In simplici tamen haerede dicta conclusio non procedit, quia per simplicem aditionem efficitur debitor onerum haereditatis eo modo, quo author erat obligatus numer 23.

Text. in l. Paulus ff. de pignor. declaratur. numer. 24.

Fisco

Fisco pro collectis competit via executiua, numer. 25.

Et pro iis vno, & eodem tempore potest plures executiones committere. numer. 26.

Amplia, siue agatur de collectis præsentibus, siue præteritis, & proceditur etiam ad executionem lite pendente, quando in libro æstimi, seu quiterno debitum appareat. num. 27.

Et solutio dictarum collectarum non retardatur pendente reuisione æstimi. num. 28.

Catastrum, seu liber æstimi probat ad fauorem fisci, vel communitatis contra in illo descriptos. numer. 29.

Catastrum, cum habeat præsumptionem pro se, si quis petat fieri nouam mensurationem fieri debet expensis petentis. numer. 30.

Et quamuis mensuratio fiat expensis communibus, id tamen limitatur, si petatur ad iustificandum rouem. numer. 31.

Petens aliquid à Iudice, debet facere proprijs expensis. numer. 32.

Pro collectarum, & tributorum solutione, facienda est professio bonorum iuxtà formam traditam in l. forma ff de cens. a possessore eorundem. numer. 33.

Professio bonorum si ab illorum possessore non fiat illa confiscantur. numer. 34.

Præscribitur tamen d. pœna contra fiscum per quinquennium. numer. 35.

Fiscus pro exactione gabellarum, & tributorum, habet prælationem aduersus creditores, & hypothecarios, & anteriores numer. 36.

Et dictā hypotecam priuilegiatam, non solum habet fiscus in illis bonis, pro quibus collecta, & tributum solui debet; sed in omnibus alijs contrà Surd. Hodiern. & Rolan. numer. 37.

Creditores non sunt audiendi aduersus rem alienatam a fisco pro cessata solutione tributorum, quorum causa potior est. numer. 37. in fin.

Verbum omne *est vniuersale nihil excludens, & non patitur aliquam restrictionem, dummodo non constet de mente contraria disponentis. numer. 38.*

Et quando ad diuersa corpora, & non ad vnum fit relatio. ibidem.

Bona restitutioni obnoxia non possunt per grauatum alienari. numer. 39.

Hypotheca constituta a grauato super bonis fideicommisso subiectis, aperto, seu purificato fideicomisso resoluitur. numer. 40.

Creditor defuncti debitoris non potest vendicare ea, quæ ab herede illius ex alia causa fuerunt acquisita. numer 41.

Amplia, etiam si bona defuncti fuerint obligata per hypothecam conuentionalem, seu expressam, siue tacitam, siue legalem numer. 42.

Amplia secundo quamuis fiscus sit creditor, & ratio est, quia vtitur iure priuati. ibidem.

Et nihil plus speciale habet in tali casu fiscus, quam priuatus, nisi in quantum in iure cautum reperiatur. d. numer. 42.

Hypotheca tacita tanquam fictio, non nisi ab expressa lege induci potest. numer. 43.

Valet argumentum, quod fiscus non habeat aliquod priuilegium, si DD. materiam priuilegij pertractantes illud non firmant. numer. 44.

Fiscus creditor defuncti non potest vendicare bona, quæ ad debitoris heredem deuenerunt, ex alia causa, neque vnum ex coheredibus pro integro defuncti debito conuenire. numer. 45. & seqq.

Quod multo magis procedit in creditore priuato. ibidem.

Hypotheca est de sui natura indiuidua. n. 46.

Hypotheca vbi tacite inest, & a lege inducta est non ponitur in conditione. numer. 47.

Verbum intercedere *ad conuentionem, & factum hominis refertur numer. 48.*

Fiscus, & dos circa hypothecam æquiparantur per modum regulæ. numer. 49.

Hypotheca non datur pro dote in bonis heredis, qui dotem debebat. numer. 50.

Prout neque datur pupillo super bonis heredum Tutoris, seu Curatoris, aut eorum fideiussorum, & heredum debitorum pupilli. numer. 51.

Ad fauorem tamen fiscus adducitur text. in l. aufertur 46. ff. de iur. fisc. numer 52. vbi quod fiscus semper habet ius pignoris.

Fiscus habet hypothecam in bonis heredis debitoris fiscalis, quia adeundo illius hereditatem, quasi contrahit cum fisco. numer. 53 & 54.

Heres debitoris fiscalis, est subiectus fisci priuilegijs. numer. 54 & numer. 63.

Dictio semper *denotat regulam, vt idem importet, de* plerumque. *num. 55.*

Dictio semper *referenda est ad tempus, non ad casus, & intelligenda est, secundum naturam actus, cui adijcitur, & secundum subiectam materiam. numer. 56.*

Actio competens fisco auferenti bona ab indigna, & ob alterius fraudem, non præscribitur spatio 30. aut 40. annorum, sed exercetur vsque ad 60. annos, nisi excludatur per contrariam præscriptionem. numer. 57.

Fiscus in aliquibus casibus non habet hypothecam. numer. 58.

Dictio semper *generalitatem importat, tam respectu temporis, quam respectu casuum. numer. 59.*

Generalitas, quod fiscus semper habeat hypothecam, procedit in quasi contractu delinquentis, qui fuit per sententiam condemnatus. numer. 60.

Quod tamen non extenditur ad alios casus, in quibus dicta ratio non militat. numer. 61.

Fiscus succedens priuato creditori tunc incipit habere priuilegium contra debitorem defuncti, quando ipsum certum debitorem conuenit. numer. 62.

Glossa penultima in l. fiscus 6. ff. de iur. fisc. non applicatur, quod fiscus habeat hypothecam in bonis heredis debitoris fiscalis. ibidem.

Dictio cum *personalis est, & restringitur ad personam nominatam, & est exclusiua bonorum. numer. 64.*

Hæres debitoris fiscalis subijcitur priuilegijs personalibus, quæ fiscus habebat contrà defunctum debitorem num 65.

Priuilegium vsurarum est omninò diuersum à priuilegium hypothecæ, cum illud non contrahatur, nisi per moram, num 66.

Mora absque interpellatione contrahitur fauore fisci num. 67.

Hypothecæ priuilegium etiam citrà moram fisco competit. num. 68.

Fiscus habet proprios Iudices, & ideò non sequitur forum Rei, sed coram suis Iudicibus trahit debitores. num 69.

Fiscus potest conuenire debitorem ante tempus solutioni statutum. num. 70.

Fiscus habet actionem, & intentionem fundatam in proprijs libris. num. 71.

Fiscus potest agere contrà suum debitorem, omisso Iuris ordine; scilicèt executiuè, & summariè. num. 72.

Fiscus exequitur sententiam ad sui fauorem latam, remota appellatione debitoris condemnati. n. 73.

Fiscus transfert onus probandi in Reum conuentum. num 74.

Intellige tamen, quando habet fundatam suam intentionem in iure ibidem.

Instantia ad fauorem fisci nunquam perit. num. 75.

In causis fiscalibus proceditur etiam in diebus feriatis. num. 76.

Peregrin. non dixit, bona hæredis esse ad fauorem fisci obligata pro debito defuncti, & quatenus dixisset, eius authoritas non sufficeret ad tribuendum fisco dictum priuilegium. num. 77.

Priuilegia recipere debent interpretationem, vt lædant Ius commune minùs, quam fieri possit, nec debent extendi vltra illud, quod continetur in ipsis num. 78.

Hypotheca est stricti iuris, & sic strictè interpretanda, & non extendenda num. 79.

Hypotheca natura est afficere ipsam rem penes quemcunque possessorem repertam, & existentem. num. 80.

Dantur tamen in Iure casus, quibus priuilegiata hypotheca strictè accipitur, & personam non egreditur. num. 81.

Doctoris dictum intelligendum est iuxtà legem, quam allegat. num. 82.

Peregrin. de iur. fisc. nunquam habuit in mente firmare, quod bona hæredis sint fisco obligat. dicto numero 82.

Hypotheca, cum sit fictio, non potest induci à DD. quamuis sexcentis, sed ab ipso iure. num. 83.

Fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis. num 84.

In dubio contra fiscum est iudicandum num 85.

Aditio hæreditatis declaratur ex dictione apposita in inuentario, quod bona inuentariata sint Patris, & ad filios spectent, maximè si inuentarium sit factum à Matre Tutrice num. 86.

Tutela suscepta administratio incipit ab inuentario. num. 87.

Actus non debet operari vltra intentionem agentis. num. 88.

Consensus si remoueatur ab aditione, debet potius cessare aditio, quàm protestatio de non adeundo. num. 89.

Hæres quis non censetur factus ex actu obscuro, incerto, dubio, & æquiuoco. num. 90.

Et ratio est, quia aditio non præsumitur, nisi probetur. num 91.

Protestatio, quando ordinatur ad tollendam mentem à facto, seu præsumptionem ex eodem facto resultantem, tunc protestatio operatur, & non factum num 92.

Protestatio, quando est ordinata ad limitandum factum, cum quo se compatitur non potest dici contraria facto. num. 93.

Et tali casu potius actus vitiatur, quàm protestatio ibidem.

Hæreditas ex communi hominum opinione reputatur damnosa. num. 94.

Aditio non probatur ex verbis illam verisimiliter importantibus, si non sint prolata ab illo, cui delata est hæreditas. num. 95.

Etiamsi illa proferens sit legitimus Administrator. ibidem.

Suitas non probat aditionem, dum probatur abstensio num. 96.

Vel ubi de immixtione non constat. ibidem.

Aditio nunquam in impuberibus præsumitur, nisi probetur. num 97.

Aditio non probatur ex inuentario facto à tutore, nec ab ipsomet hærede. num 98.

Enunciatiua matris, seu Tutoris, non facit hæredem Pupillum, nisi aliundè iustificetur. num. 99.

Aditio non probatur, nisi probetur solutio debiti hæreditarij, vel animus adeundi. num 100.

Et animus adeundi, si sit dubius à principio, declaratur ex negatiua postmodum sequuta, cui negatiuæ declarationi standum est. num. 101.

Actus nullus nullum potest producere effectum. numer. 102.

Maximè in præiudicium tertij, & Pupillorum, in quorum præiudicium retrotractio impeditur. ibidem.

Cancellario credendum est in pertinentibus ad eius officium num. 103.

Relatio Nuncij est apta ad inducendam præsumptionem, quod interuenerit Iudicis commissio, sine mandatum num. 104

Nuncio credi solet, maximè cum decretum Iudicis subsecutum legatur num. 105.

Solemnitates actus præsumuntur ex lapsu quinquaginta annorum. num 106

Inuentarij confectio ad effectum adeundi hæreditatem suspectam est actus extraiudicialis. n. 107.

Et proptereà potest fieri etiam in die feriata. ibid.

Creditor omninò ignotus, si non sit citatus in confectione inuentarij, non reddit illud nullum n. 108.

Vnica citatio, tàm contra certos, quam contra incertos creditores, sufficit pro validitate inuentarij. num. 109.

Amplia,

Amplia, etiam si dicta citatio diem certam non haberet, quia intelligitur facta ad primam diem. num. 110.

Nullitas inuentarij, si qua esset respectu citationum, illa tollitur ex praesentia testium, qui interuenerunt illius confectioni, & respectu illorum substinetur inuentarium num. 111.

Inuentarium praesumitur ritè, & rectè factum post lapsum quinquaginta annorum. num. 112.

Inuentarium substinetur, si fuerit factum iuxtà stylum Ciuitatis num. 113.

Amplia, etiam si stylus bessialis sit. num. 114.

Inuentarium fuisse factum iuxtà stylum loci, & probatur ex inspectione aliorum instrumentorum similium, & ex fide Curialium num. 115.

In inuentario de generali consuetudine non solet apponi aestimatio mobilium num. 116.

Et sufficit adnotare, an res sint laneae, vel sericeae, & an sint noua, vel veteres. num. 117.

In inuentario dolus praesumitur, si in vno multae res reperiantur adnotatae, in alio omissae. num. 118.

Et probatur etiam dolus, si res deuenerint ad notitiam, & tamen fuerint omissae ibidem.

Inuentarium potest fieri de singulis haereditatibus separatim num. 119.

Qualibet causa excusat à dolo num. 120.

Dolus concludenter probari debet ad annullandum inuentarium num. 121.

Dolus in Infantibus quatriennio non praesumitur. num. 122.

Ex dolo beneficium inuentarij haeres non amittit. numer. 123.

Dolus excluditur ex praesumptionibus. num. 124.

Dolus non praesumitur commissus ad vtilitatem alterius sine propria vtilitate. num. 125.

Dolus excluditur ex descriptione omnium rerum in haereditatis defuncti inuentario num. 126.

Error potius in modicis praesumitur, quam defraudandi, & occultandi animus. num. 127.

Dolus excluditur ab inuentario ex clausula in illo apposita saluo iure addendi. num. 128. vbi quod dolus facilè excluditur in confectione inuentarij.

Inuentarium dolosè factum à Procuratore absque mandato domino non praeiudicat. num. 129.

Maximè si inuentarium fuit confectum pro Infantibus, & ad ipsorum fauorem, ibidem.

Inuentarium conseruat indemnem haeredem ab obligationibus defuncti num. 130.

Inuentarium efficit, vt haereditas defuncti perindè habeatur, ac si esset iacens. num. 131.

Stante inuentario, si post illud heredes contrahant tanquam haeredes sine illius beneficio, praesumitur potiùs error, quam animus renunciandi inuentario. num. 132.

Bona fideicommittentis non sunt obligata, aut hypothecata per hypothecam, & obligationem grauatis. num. 133.

Fiscus sine possessione non litigat. num. 134.

Contrarium num. 135. vbi declaratur supradicta conclusio quibus in casibus procedat.

QVAESTIO XXXIX.

1 EX triplici † capite potest fiscus praetendere hypothecam, nempe ex delicto, ex contractu, & pro solutione tributorum; idcirco quodlibet ex illis percurrendo videbo, quomodo, & quando hypotheca bonis congregatur. Et incipiendo à delictis, omissa varietate opinionum, quae poterunt videri penes infrascriptos allegandos authores, debet † firmari, quod si agitur de confiscatione tota, vel quota partis bonorum, nullam fiscus habet hypothecam *Constant. in d. l. 1. num. 106. & 107. C. de paen. fiscal. lib. 10. Carleuall. de iudic. tom. 1. disputat. 1. num. 38. Merlin. de pignor. lib. 3. quaest. 88. num. 19.* si verò

3 † tractatur de poena pecuniaria assequenda à bonis, tunc hypotheca datur solum post sententiam. *Constant. in d. l. 1. num. 107. Carleuall. d. disputat. 1. num. 23. & seqq. Merlin. d. quaest. 88. num. 17.* & apud ipsos poterunt videri quamplurimi

4 concordantes; haec tamen † hypotheca exercetur tantum aduersus reum delinquentem, qui poenam debet, non autem aduersus contracreditores *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 18. sub num. 3. Gratian. disceptat. 304. num. 10.* & hoc voluit innuere *Fontanell. decis. 496. num. 14.* dum dixit, fiscum pro poenis exigendis nullum priuilegium habere contra creditores *Carleuall. d. disput. 1. nu. 26. Capyc.*

5 *Latr. consultat. 33. num. 45. & seqq.* quae regula † est adeò vera, vt procedat etiam in poena malè administrationis promissa in contractu cum iura-

6 mento, & obligatione bonorum, quia † hypotheca simpliciter adiecta intelligitur tantum pro obseruantia contractus principalis, & non pro solutione poenae adiunctae *Gratian. d. disceptat. 304. num. 12. & 13 Gait. de credit. cap. 4. num. 1861. Capyc. Latr. d. consultat. 33. num. 44. 45. & infra.*

7 Sed si † creditores essent eiusdem speciei, puta si pars poenae deberetur etiam priuato, tunc fiscus reo non soluendo existente excludit creditorem priuatum ex eadem causa lucratiua concurrentem *Mantic. d. tit. 18. numer. 36. Constant. in d. l. 1. numer. 65. versic. contrarium, & num. seqq. C. de paen. fiscal. Carleuall.* qui refert, & reiicit contraria *d. disput. 1. à num. 32. vsque, & per tot. num. 37. Salgad. Labyrint. creditor. par. 1. cap. 7. nu. 7. & 8.*

8 vbi limitat † hanc conclusionem, quando pro eodem delicto bona confiscantur, & reus damnatur ad interesse partis, nam pro isto interesse priuatus

9 praefertur fisco. Prout † etiam fiscus vtetur hypotheca aduersus creditores, si non ageret actione ex maleficio, sed pro resarciendo damno dato in bonis fiscalibus, cum hoc casu non dicatur prosequi poenam, sed interesse *Carleuall. d. disput. 1. num 27. Mantic. de tacit. d. tit. 18. num. 34. Merlin. d. quaest. 88. num. 21.*

10 In contractibus † est constituenda regula affirmatiua, fiscum habere tacitam hypothecam in bonis sui debitoris *l. aufertur 46. § fiscus ff. de iur. fisc.*

fisc. l. si cum pecunia 3. *C. de priuileg fisc. l* 2. *C. in quib. caus. pign. tacit. contrah. Carleuall. de iudic. tom.* 2. *tit* 3. *disput* 34 *numer* 3. *Merlin. de pignor.* 11 *lib* 3 *quæst* 85. *num.* 1. quæ limitatur † in minore emente a fisco, nam pro solutione pretij non remanent obligata reliqua bona minoris, sed tantum res illa empta *l.* 2. *ff de reb. eor. Mantic. de tacit lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 5. *Statil de Saluian. inspect.* 3. *cap.* 4. *numer.* 365. *Merlin. de pignor. d. quæst.* 85. 12 *num.* 2. *& seqq.* vbi † refutata restrictione *Negusant & Peregrin.* qui voluerunt hanc traditionem habere locum in solo pupillo, probat illam 13 procedere etiam in minore; limitatur † insuper hæc regula, quando fiscus succedit in locum priuati, quia si priuatus hypothecam non habebat, nec illam assequitur fiscus successor *l. fiscus* 6 *ff. de iur. fisc. Mantic. d. tit.* 18. *num.* 30. *Statil. d. cap.* 4. *numer.* 638. *Merlin. d. quæst.* 85. *num.* 4. *& quæst.* 90. & ratio est quia fiscus succedens in locum priuati, iure illius vtitur, licet, postquam successit, vtatur iure suo *d. l. fiscus* 6. *ff. de iur. fisc. Constant. C de vsur. fiscal. lib* 10. *numer.* 31 *Sanfelic. decis* 188. *num.* 9 *& infra* idem firmans in Ecclesia, & aliis personis priuilegiatis.

14 Quæ hypotheca † exercebitur a fisco cum priuilegio prælationis super bonis a debitore quæsitis post contractum initum cum fisco *l. si is qui* 28 *ff. de iur. fisc. Carye. Galeot controuers.* 63 *num.* 10. *lib.* 2. *Bellon. Iun. cons* 41 *num.* 2. *&* 35. *Carleuall. d. disput.* 34. *numer.* 4 *& seqq.* vbi plurimum laborauit pro conciliandis contrariis *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst* 78. *num* 2. *& quæst.* 87 *num.* 4. *& infra*, qui pariter adducit contraria, & illis non obstantibus firmat, non esse ab hac opinione recedendum *Rot. coram Buratt. decis.* 639. *num.* 15 17 quo † enim ad bona extantia de tempore contractus fiscus nullum habet priuilegium, sed attenditur anterioritas temporis, siue hypotheca sit expressa, siue tacita *Merlin.* qui adducit in- 16 numeros *d. quæst.* 87 *num.* 1. 2. *&* 3 est † tamen aduertendum, quod hoc priuilegium hypothecæ non competit fisco, siue Cameræ Episcopali *Guazzin. de confiscat. conclus.* 22. *numer* 11. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst.* 33. *num.* 13. *&* 14. *& quæst.* 87. *num.* 13. *versic. item Camera.*

17 Si tamen † concurreret dos anteriori hypotheca munita cum fisco, tunc dos tempore prior præferretur etiam in bonis postea quæsitis *Cancer. var. resol par.* 1. *capit.* 9 *numer* 3. *Carleuall. d. disput.* 34. *numer.* 17. *Merlin. d quæst* 87 *numer.* 15. *&* 16. *Buratt. d decis* 639. *num.* 18. 19. *&* 20. quo- 18 modo † in reliquis fiscus respectu dotis vtatur suis priuilegiis, erit adeundus *Merlin de pignor. lib.* 3 *quæst* 77 *per tot. cum omnibus ibi allegatis.*

19 Cessabit etiam † hæc prælatio in fisco, si concurreret cum habente duplex priuilegium anterioritatis temporis, & ætatis, nempè si minor esset creditor ex causa tutelę *Didac. de Mari. ad Gizzarell. decis.* 1. *numer.* 13 *Merlin. d. quæst.* 87. *numer.* 15. *Merlin. Pignatell. controuers.* 2. *numer.* 35. *part.* 1.

20 Cui autem † incumbat onus probandi, bona fuisse post obligationem quęsita, discusserunt *Constant. in l* 1. *numer* 15 *C de iur fisc lib.* 10. *Didac. de Mari d decis* 1. *num.* 14. *Carleuall. de iudic d. disputat* 34 *numer.* 18. *Merlin. de pignor. d. quæst.* 87. *num.* 17. qui dixerunt, quod ille, qui proponit actionem, siue sit priuatus, siue fiscus debet hanc qualitatem probare.

21 Satis pulchram † quæstionem excitauit *Carleuall. d. disput.* 34. *num.* 21. *& seqq.* an scilicet fiscus præferatur creditoribus anterioribus in fructibus bonorum tam fisco, quam ipsis creditoribus obligatorum, & ratiocinando bene probat, fructus connumerari inter bona nouiter, seu postea quęsita, & proinde super illis, quatenus extent, & non fuerint in tertium distracti, esse omnino omnibus aliis fiscum præferendum.

22 Postquam vidimus, fiscum † habere hypothecam contra suos debitores, remanet discutiendum, an illam habeat super bonis propriis heredum, qui debitori successerunt, & articulus hic de anno 1654. fuit negatiue resolutus *in Rota Florentina*, vt ex decisione desuper edita, quam, & si valde longam, quia Magistralis est, volui in calce quæstionis inserere. In quam opinionem ego libenter concurro ad fauorem heredis cum beneficio inuentarii, nam regula est satis notoria, hunc heredem non obligari de proprio vltra vires hereditarias *l fin.* §. *& si præfatam C. de iur. deliberand. cum pluribus alijs DD & rationibus cumulatis per Tomas. decad* 1. *tract.* 7. *tit.* 13. *capit.* 1. *per tot.*

23 Quo vero † ad heredem absolutum vado in opinionem contrariam per conclusionem indubitatam, illum per aditionem effici debitorem onerum hereditatis eo modo, quo erat obligatus suus author, qui debitum contraxit *l postulante* 44. *vbi Bart ff ad Trebell. d l fin.* § *fin vero &* §. *fin autem aliquit C. de iur. deliberand. Tomas d. tract* 7. *tit* 15. *capit.* 1. *num.* 1. *Redenasc. cons.* 100. *num.* 10. *Salgad. Labyrint. creditor. par.* 2. *capit.* 1. *numer.* 7 *& seqq. Rot. post Zacch. de oblig. Cameral. decis* 187. *numer.* 25. *&* 26. quę est eadem *cum decis.* 33. *num* 27 *&* 28 *post Merlin. de pignor.* in qua ideò firmatur, bona heredis esse obnoxia hypothecæ, & agnouit ipsa *decis Rot. Florent. in* §. *di-* 24 *Eta tamen hucusque* Ad † text. vero *in l Paulus ff de pignor.* potest responderi, illius dispositionem procedere in herede beneficiato, & reddente rationem de bonis inuentariatis, nam si ratio non redderetur, inuentarium non iuuaret, ac bona heredis essent obligata, vt eandem legem limitat *Merlin de pignor. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 46.

25 Pro tributis, † & collectis competit fisco via executiua *Mauson. de caus execut. ampliat.* 29. 26 *num.* 10. 37. *&* 108. vbi † quod vno, & eodem tempore potest plures executiones committere *Carleuall de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 10. *numer.* 1. *& per tot.* & hęc opinio seruatur in practica, siue agatur de collectis, & tributis pręsentibus, siue pręteritis; vt de simili obseruantia testatur

Mau-

27 *Mauson. d. ampliat. 29. num.* 41. itaut † etiamlite pendente procedatur ad executionem, si in libro æstimi, vel quinterno appareat debitum *Mauson. ibid. numer.* 38. *& 39. Io. Lagunar. ad Rouit. in rub. pragm. de appret. seu bonor. æstim. litt. A.*

28 *versic. primus est* vbi † si quis prætendit se grauatum, & petit reuideri æstimum, debet interim lite super reuisione pendente cogi ad soluendum.

29 Et cum † catastrum, siue liber æstimi probet ad fauorem fisci, vel communitatis contra omnes in illo descriptos *Mascard. de probat. conclus.* 273. *num* 3. *Genua de script. priu lib.* 5 *de lib. æstim.*

30 *quæst.* 1. *num.* 2. & † habeat præsumptionem pro se, quod fuerit legitime, & secundum veram æstimationem expletus *Siluan cons.* 99 *num.* 2. 4. 5. *& seqq. Ciriac. controuers.* 156. *numer.* 2. ideo si quis in iudicio reuisionis petit, nouam mensurationem fieri, debet propriis expensis perficere, nam

31 licet † mensuratio fiat expensis communibus *Hieronym. de Mont. de finib. cap.* 25 *numer.* 11. *Boer. decis.* 51. *numer* 16. *Gratian. disceptat.* 549. *numer.* 31 nihilominus regula limitatur, si mensuratio petatur ad demonstrandum errorem *Cost. de rat. quæst.* 35 *numer.* 1. *Gilian. ad statut. Perus. §. mensuratio in adnotat. numer.* 5. obseruatur

32 tur † enim, quod petens aliquid a Iudice debet facere propriis expensis *Franch. decis.* 332. *numer.* 3. *& seqq.*

33 Pro quarum † collectarum, ac tributorum solutione est facienda per possidentem professio bonorum iuxta formam traditam *in l. forma ff. de censib.* quę fuit latius reassumpta per *Menoch cons.*

34 1101. *an.* 45. *vsq. & per tot. n.* 55 & † si quis hanc professionem non fecerit, bona non professa confiscabuntur *Glos. in d. l. forma verb. tenetur l.* 3. *C. de vectigal. Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *ampliat.* 79. *numer.* 1. *versic. qua constitu-*

35 *tio & numer.* 3. vbi fiscus † excluditur ab hac pęna præscriptione quinquennii.

36 Et pro illorum † exactione habet hypothecam cum prælatione omnibus creditoribus licet hypothecariis, & anterioribus *l. 1. C. si propter publ. pensitat. Gait. de credit. cap.* 4. *nu.* 2056. *cum seqq. Sanfelic. decis.* 397. *num.* 31. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst.* 6. *numer.* 18. *& infra* Et hæc conclusio non

37 recipit difficultatem; sed fuit excitatum † dubium in causa coram me vertente, an hæc hypotheca esset, super omnibus bonis, vel tantum super illis, ex quibus tributa, vel collectę præstantur, & licet pro restrictione ad sola bona, de quibus soluuntur, tenuerint *Surd. cum relatis decis.* 311. *numer.* 4. *& seqq. iuncta addit. Hodiern. Roland. cons.* 32. *numer.* 13. *in fine vol.* 1. *& Post. resol.* 28. *num.* 2. 3. *& infra* tamen ego amplexus fui contrariam opinionem, quod non restringatur ad dicta sola bona, sed extendatur ad omnia, sequens *Felician. de censib. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 10. *tom.* 2. *Barbos. in l.* 1. *numer.* 12. *C. si propter publ. pensitat.* qui refert idem tenere *Flores de Men. var. lib.* 5. *quæst.* 6. *artic.* 3. *numer.* 18 *Merlin. Pignatell.* ...b

controuers. 2. *num.* 33 *& seqq.* vbi dicit ita tenere vniuersam scholam Iuris Cęsarei *Caren. resol.* 193 *numer.* 6. cui opinioni adstipulatur aperta dispositio *text. in d. l.* 1. *C. si propter publ. pensitat.* vbi posita quæstione, an creditores essent audien di aduersus rem alienatam a fisco pro cessata solutione tributorum *Imperator Antoninus* resoluit negatiue, & postea subdit hęc verba *Potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt.*

Nec est admittendus intellectus adductus per contrarium sentientes, quod textus intelligatur de solo prędio tributario, quia est diuina-

38 tiuus, & repugnat † illi verbo *omnia*, quod est vniuersale nihil excludens, & non patitur aliquam restrictionem, dum non constat de mente contraria disponentis *Barbos. diction.* 241. *per tot. & signanter numer.* 1. vbi ex mente *Boer. decis.* 158. *numer.* 14. tenet esse semper vniuersale, quando ad diuersa corpora, vt hic, & non ad vnum fit relatio.

Decisio Rot. Florentin in Florentina de Marucellis Die lunæ 1. *Martij* 1654.

Petrus Bartholomei de Marucellis die 30. Maii 1591. manu Ser Lucę de Bandoccis publ. Not. Flor. vltimum suum condidit Testamentum, in quo primo loco instituit Heredem vniuersalem Paulum suum germanum Fratrem; Et casu quo d. Paulus Hęres moreretur sine Filiis, Hęredem instituit Alexandrum ex Francisco altero Fratre Nepotem, cui Alexandro post mortem substituit eius Filios vulgariter, & per fideicommissum, Masculos nimirum, & ipsis non existentibus substituit Fœminas, cum strictissima prohibitione alienationis, tam Stabilium, quam Mobilium, vt latius in d. Testamento &c.

Quę nam bona Stabilia ipse habetet, iam constat per libros Decimę, in quibus suorum bonorum descriptio separata legitur ab aliorum Fratrum descriptione.

Post conditum vt supra Testamentum, vixit sex ferè integris annis Petrus Testator, qui die 3. Aprilis 1597. ex hac vita migrauit. Eius hęreditatem adiuit Paulus frater, vniuersalis, & primo loco hęres institutus, vt ex ipsius Decimę libro constat, Hęreditatis autem commodum vix percepit, nam quinque tantum superuixit mensibus, die 2. Septembris 1597. deficiens intestatus cum bonis Petri Fideicommittentis, etiam propria bona Alexandro Nepoti reliquit; Qui propterea omnia bona in faciem suam descripsit in libris Decimę, partem eorum recognoscens acquisitam ex Fideicommisso Petri; partem verò acquisitam ex legitima Pauli hęreditate sibi delata. Ita ex oberato Diuitem factum Alexandrum oblatum in Fideiussorem duxit non reiiciendum Mons Pius, siue illius Protectores, quando mille aureorum summam, Francisco Bandenio principali crediderit solito more. Et proinde inter cęteros d. Alexander obligatus apparet sub die 29.

T Aprilis

Aprilis 1599. tam pro forte, seu capitali, quam pro fructibus, quorum summa in totum, vt ex rationibus d. Montis constat, vsque ad diem 11. Martii 1647. ascendebat ad quantitatem scutorum 9740. Post hæc diem suum clausit extremum Alexander die 3 Septembris 1605. relictis ex se, & Lucretia de Rodulphis Vxore tribus Filiis masculis, nimirum Rodulpho triennе, qui erat maior natu, Francisco 18 Mensium, & Benedicto septem mensium; Infantium istorum tutelam legitimam suscepit Lucretia Mater sub die 25. Octobris 1605. qua die Inuentarium etiam confecit omnium mobilium in hæreditate d. q. Alexandri remansorum, quorum tamen potius quamdam exemplationem ostendit (desumptam ex descriptione, quam fecerant Officiales Abundantiæ, tanquam d. Alexandri Creditores, qui omnia sua bona incorporauerant) quam Inuentarium aliquod, cum non appareat Tutorio nomine ad ipsam Tutricem de bonis Alexandri aliquid peruenisse, imò d. Tutrix per geminatam, eniхamque protestationem declarauit in ipso actu sine præiudicio Filiorum descriptionem prædictam fecisse, prætendens in omnem casum, quod prædicta mobilia, vel fine illa, quæ in hæreditate Petri fideicommisso iam purificato in personа dictorum Filiorum obnoxia reperiebantur, vel saltem loco illorum subrogata ipsismet Filiis debeantur: Eadem Lucretia istorum mobilium, vel partis illorum vsu indigens, petiit quędam æstimata sibi consignari, præstita fideiussione de restituendo ad omne beneplacitum Magistratus Abundantiæ, quod obtinuit die 18 Martii 1605. per eiusdem Magistratus decretum; Volens nihilominus se, suosque Filios a molestiis d. Abundantię liberare, & ita duriorem aduersarium remouere, precibus S. C. Serenissimę porrectis, suppliciter petiit, cum hac protestatione expressa *che non intende fare li suoi, Figliuoli Heredi del Padre* Sibi restitui omnia Alexandri bona per Magistratum incorporata, offerens se paratam cum aliquo interuallo singulis annis partem soluere, in totum summam scutorum 350. & sic non integrum Alexandri debitum, quod iuxta votum suum consecuta fuit post Abundantię Informationem per rescriptum gratiosum sub die 18. Septembris 1606. Hoc autem factum per D. Iudicem a quo tribuitur per errorem Magistratui Pupillorum.

Suis, & Pupillaribus rebus in hunc modum compositis, & ipsa Lucretia Mater, & Tutrix naturę debitum persoluens circa diem octauam Nouembris 1606. reliquit post se duos Filios masculos Rodulphum scilicet, & Benedictum (cum ante Matrem decessisset Franciscus alter, mediusque Filius) Quorum tutelam suscipiens Magistratus Pupillorum sub die 16. Ianuarii 1606. per publicum Instrumentum rogitu Ser Ectoris Pasci, Primo tutorio nomine acceptauit Fideicommissum Petri supradicti, cum omnibus conditionibus, ac oneribus in ipso expressis, purificatum ad ipsorum fauorem per obitum Alexandri Patris, & hanc acceptationem notificauit in Gabella contractuum, vt in Lib. A. 254 10. Secundo idem Magistratus dicto nomine libere acceptauit hęreditatem Lucretiæ Matris: Tertio cum beneficio legis, & Inuentarii, *non aliter, nec alio modo*, acceptauit Hęreditatem Alexandri Patris, Quarto, & postremo suum Procuratorem fecit, atque constituit Marium de Brogis, ad suo, Pupillorumque nomine faciendum inter alia Inuentarium, cum omnibus suis consuetis solemnitatibus, ad effectum prædictum, prout latius in d. Instrumento, ad quod &c. Mandata per Magistratum ita curauit exequi Brogius, vt omnia secundum Ciuitatis Florentiæ stilum impleuerit.

Post mortem omnium suorum Fratrum, Rodulphus de anno 1633. die 20. Ianuarij Vxorem duxit D. Portiam de Barbettis, quam denique moriens, instituit Hæredem vniuersalem, prout in suo Testamento die 7. Apr celebr. de anno 1635 manu Ser Io. Baptistę Brunetti publ. Not Flor.

Dum d. D. Portia omnia bona, quę remanserant in hęreditate Rodulphi possidebat, effecto non soluendo Francisco de Baldenis debitore, Mons Pietatis creditor, post aliquas fructuum sequestrationes, & distractiones, vt celerius satisfieret, fecit incorporationem omnium bonorum, quæ tenuit, & possedit, ad suamque mortem reliquit Alexander de Marucellis d Baldeni fideiussor, in quibus, & bona Petri Fideicommittentis recensebantur, quę iure Fideicommissi ad Rodulphum vocatum peruenerant, quæque, † vt potè restitutioni obnoxia, non poterant per Alexandrum grauatum obligari *Fusar. post alios de Substit q 703 num 2* vel saltem † aperto per mortem Alexandri Fideicommisso ad fauorem Rodulphi, resoluta fuit precedens hypotheca super dictis bonis constituta, vt post alios tradit *D meus Merlin. de Pign. & hyp. lib. 2 quæst. 6. num 16. & 17 pag 46.*

Cum hoc supposito eadem D. Portia, nunc Vxor Francisci de Panantis, pluribus petitionibus, ac instantiis petijt coram Protectoribus dicti Montis excorporari, & sic sibi restitui eadem bona, quę in d. Rodulphum iure Fideicommissi transierunt, vna cum fructibus a die incorporationis, vt latius in dictis petitionibus, vel instantiis, Causa ad votum Domini Assessoris commissa fuit, tandem resoluta contra d. D. Portiam, seu Franciscum de Panantis eius Virum m. quibus in actis: Resolutionis autem potissima fuit ratio, quia Mons Pius Fisci honoribus, & pręrogatiuis decoratus, bona Heredis, vel Heredum sui Debitoris habet eo modo hypothecata, & obligata, vt bona Debitoris ipsius. Per viam recursus tamen Principali rescripto causa eisdem Protectoribus Montis cum nostro voto decisiuo ad reuidendam demandata, Censuimus vnanimiter condemnandum fore, & esse prout condemnauimus d. Montem Pium ad eximendum ab incorporatione, vt supra facta, & sic restituendum omnia bona, quæ fuerunt descripta in fauorem

d. ... cri

d. Petri Fideicommittentis in libris Decimæ, vna cum fructibus a die incorporationis perceptis, & vsque ad actualem relaxationem, ac restitutionem perc piendis; Et in hac parte tantum reuocauimus sententiam, & incorporationem d. Montis, ac ita secundum prædicta diximus malè iudicatum, & benè recursum, vt latius in sententia.

41 Moti autem † fuimus ad ita referendum per tex. expressum *in l. Paulus 29. in princ. ff. de pign. & hypoth.* vbi ea, quę ex bonis Defuncti non fuerunt, sed ab Herede eius ex alia causa acquisita sunt, vendicari non possunt a Creditore Defuncti, &

42 † fundamentum non modo procedit, si Defuncti bona fuerint obligata per hypothecam conuentionalem, seu expressam, sed etiam per legalem, seu tacitam *Surd decis 315. nu. 8. Merlin. de Pign. lib. 2 quaest. 15. num. 34 pag 64.* quod ampliatur, etiam si Fiscus sit creditor, vt assertiue dixit *decursus Florentinus* (quicquid dixerint alij) *in l. Moschis 47. in verb. conuenirent, ff. de iure Fisci,* & videtur sentire *Rayner. de Forolin. ibid. in princ.* Nam Fiscus vtitur iure Priuati *l. Flacuit 37. ff. de iure Fisci. Peregrin. in tract. de iure Fisci lib 6. tit. 1. numer. 1. Farin. par. 1. Fragm. crim. vers. Fisci priuilegia num. 150. Vermigliol. consil. crim. 239. nu. 5.* nec speciale quid magis habet, quam Priuatus, nisi in quantum iure cautum reperiatur, vt ex pluribus dixit *Tepat. variar sent lib. 1. in tit. de iure Fisci pag mihi 47 col 1. vers. 4. & Farin. vbi sup. num 150. cum plur. seqq Surd. decis. 71 num 10. & Alpharus de off. Fisc. glos. 16. num. 10 & seq pag. 45.* quod, si in ceteris priuilegiis verum est, mul-

43 to † magis procedit in priuilegio taciti hypothecę, quę tantum fictio *l. vnica, §. & vt plenius, C de rei Vxor. act.* non nisi ab expressa lege induci potest, *Merlin de Pign. & hypoth lib. 2. quaest. 9. num. 3 & lib. 3 quaest. 16 num 8 Noguerol allegat. 1 num 49 in fin. & num. 56.*

44 Quod autem † priuilegium hoc a regulis iuris adeo recedens, & singulare non habeat Fiscus, quamquam satis probetur, dicendo, quod *Farinaccius* acerrimus iurium Fisci indagator, & *Alpharus de officio Fiscalis priuilegiorum* eius diligentissimus congestor, nec recensuerint, nec comminisci tentauerint *Peregr. vero de iure Fisci* intra calamum, vel dentes continuerit. Et quod *Noguerol. alleg. 1.* non recensuerit, licet omnes casus taciti hypothecę percurrat, quo argumento ad non multiplicanda Fisci priuilegia vtitur

45 *Giurb consil. 67. num. 19.* Extra † difficultatem conuincitur per *Text. in l. 2. C. de hered. actionib.* cuius licet vulgatissimi verba referre placuit, vt nostrę veritas opinionis magis elucescat, indequè sumpta argumenta facilius emergant. Legis autem verba sunt hęc, *Pro hæreditarijs partibus Heredes onera hæreditaria agnoscere etiam in Fisci rationibus placuit, nisi intercedat pignus, vel hypotheca;* quorum sensus est, vt verbis vtar *Iulij Pacij in suis disertissimis Commentarijs ad d. l. 2.*

46 *num. 6.* Heredes † pro rata singulos onera subire hereditaria, etiam si Defunctus debuerit Fisco; non tribuitur enim Fisco hoc priuilegium, vt possit conuenire vnum ex multis Heredibus insolidum, sed non minus, quam priuatus creditor diuidere cogitur actionem suam, & singulos Heredes Debitoris conuenire pro partibus hereditarijs, Hactenus Pacius, Ex cuius explicatione, legisque verbis Primò deducitur, quod lex ista non alia ratione fuit à Decio Imperatore, constituta, ab Imperatore Iustiniano inserta suo Codici, nisi propter Fiscum tantum, & quia Fiscum pudebat iure Priuatorum vti, & sic conuenire singulos ex pluribus Heredibus pro debito Defuncti, nam quod Priuatus creditor singulos Heredes pro rata conuenire cogeretur, explorati iuris erat, etiam ex legib XII. tabul. vt constat *ex l. Heredes 25. §. idem iuris, ff fam. ercisc. ex l. aequa 6. C. eod. l. ex pacto 26. C. de pact. & ex l. fin. C. eod. tit. de Heredit. action.* & ideò cum Fiscus supplicaret tanquam priuilegiatus, vt posset quemlibet etiam vnum ex pluribus Heredibus Debitoris Fiscalis conuenire insolidum, fuit ei *d. l. 2. C. de Haredit. action.* Fisci pretensio reiecta, non plus ei tribuendo, quam ceteris priuatis; Secundò deducitur, quod si Fiscus habuisset hypothecam in bonis eius qui successerat Debitori Fiscali, nec desiderare poterat peritum in dicta lege priuilegium conueniendi singulos Debitoris Fiscalis Heredes insolidum, cum illud satis habuisset per hypothecam sua natura indiuiduam *Merlin. de Pign. & hypoth. lib. 3 quaest. 14 sub nu. 84. & 86 & lib. 4. quaest. 44. num. 19 & melius quaest. 127 num. 1. & seqq Carleual. de Iudicijs lib 1 tit 2 disput. 10 num. 5. pag. 227. Buratt. decis. 785. numer. 10. & ibi Addit. Rot. post Cenc. decis. 451. num. 10. & decis. 559. num. 9. Salgad in Labyrinth. Credit. par. 2. cap. 11. num. 4 & 6.* Deducitur demum, quod si Fiscus legalem habuisset, tacitamque hypothecam, non tantum Decius Imperator dictæ legis secundæ auctor superflua, ineptusque fuisset, dicendo, *nisi intercedat pignus, vel hypotheca*, sed etiam Imperator Iustinianus, omnesque Iuris compilatores notandi essent, dum eam iuri Ciuili inseruerunt, si tempore suo Fiscus habebat legalem hypothecam, & eam sub conditione sic posuerunt, ac in dubium reuocarunt, vt innuit dictio illa, *nisi l. quibus diebus 40. §. quidam Titius in fin. ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. idem scribit, ff depos.* Nusquam

47 † enim in toto iure legitur, quod ponatur in conditione hypotheca, vbi tacitè inest, à legequè inducta est *tota l. vnica, C. de rei Vxor. act. tot. tit. C. comm. de legatis, l. item 4. ff de pact. leg. certi Iuris 5. C. locat. tot. titul. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contr.* Dictum fuisset saltem, nisi pignore, vel hypotheca Fiscus vtatur, quasi sensus esset, quod Fiscus contra Debitoris Heredes potuisset agere personali actione, & sic contra singulos pro rata, & potuisset agere actione reali pignoratitia, siue hypothecaria contra quemlibet insolidum; At dum Legislator dixit, nisi intercedat pignus,

pignus, vel hypotheca, de interuentu conuentionalis, & expressè intellexit, cum quod inest, interuenire non dicatur, & verbum † *intercedere* ad conuentionem, & factum hominis referatur *l. 1. ff. ad S. C. Vell. vbi Doctores.* Dicebatur † præterea, quod Fiscus, & dos circa hypothecam æquiparantur per modum regulæ, *Bart. in l. 1. ff. solut. matrim. Glos. in l. dotis 9. C. de iur. dot. vbi & Barbos. numer. 4. Castr. cons. 394. Negusan de Pign. & hypoth. 4. memb. 2. par. nu. 108. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 25. nu. 3. Alpharus de offic. Fiscal. glos. 34. §. de pignore num. 126. pag. 99.* Sed † hoc in iure, nec apud DD. legitur, quod pro Dote sint hypothecata bona Hæredis eius, qui Dotem debebat *Afflict. decis. 200. num. 1. & per tot.* ergo nec Fisco debet concedi priuilegium huiusmodi &c.

Si enim tamen † hoc priuilegium competeret, vtique Pupillo concederetur in cuius fauorem est textus magis apertus, quam ille, qui pro Fisco adduci posset, *in l. properandum 13. §. fin. C. de Iudiciis;* vbi differens Iustinianus de obligatis ad fauorem Pupillorum nominat *Tutores, Curatores, aut eorum Fideiussores, Hæredesque, & rerum;* & nihilominus ex Doctoribus, & Interpretibus nemo verba illa *rerum* ausus est referre ad Hæredes, quamquam proximiora verbo illi, *Hæredesque,* apposita legantur, *Mantic. post alios de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 16. sub nu. 14.* quem refert, & sequitur *Barbos. in d. l. properandum, § fin num. 6. Noguerol. allegat. 1 præsertim num. 92. & numer. 105* Ergo multo minus Fisco tributum, atque concessum priuilegium prædictum dici potest, pro quo nec similis textus potest adduci, & contra quem in dubio iudicandum esse, stat regula in *l. non puto 10. ff. de iur. Fisc. Farin. in Fragm. vbi sup. numer. 155. Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 1. num. 3.*

52 Aduersus huiusmodi † fundamentum adducebantur *text. in l. aufertur 46. §. Fiscus, ff. de iure Fisci, in l. 2. & 3. C. eod. & in l. 2. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.* vbi expressè legitur certum esse, quod Fiscus semper habet ius pignoris, adducebantur etiam auctoritates non solum *Glosæ penult. in l. Fiscus 6. ff. de Iure Fisci* sed etiam Plurium quos allegant *Carleual. de Iudic. tom. 2. libr. 1. tit. 2. disp. 11. sub numer. 15. & sub numer. 23. & tit. 3. disp. 25. sub num. 10. Alpharus de offic. Fiscal. glos. 34. §. 5. num. 116. pag. 296.* Qui sine exceptione † id seruari in omnibus contractibus, & quasi contractibus, qui cum Fisco fiunt, scripsit *ibid.* Merito bona eius, qui adeundo hæreditatem debentis Fisco cum Fisco quasi contraxit *ad text. in l. apud 3. §. fin. ff. quib. ex caus. in possess. eatur* obligata nexu pignoris erunt, atque dicentur *d. l. 2. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Nam eum † qui Debitoris Fisci adiit hereditatem, priuilegiis Fisci cepisse subiectum esse, dixit *Vlpian. in l. eum qui 33. ff. de iure Fisci,* quam legem de hypotheca loquentem intellexit *Peregrin. de iure fisci lib. 6. cap. 6. numer. 1. vers. Amplia,* qui postquam dixerat, Fiscum bona secum contrahentis obligata, & hypothecata habere, immediate subdit. Amplia ad eum qui successit Debitori Fiscali, nam ex tunc Fisci priuilegiis subiicitur *d. l. eum qui &c.*

Sed hæc omnia tantum abest, vt firmatam opinionem impugnent, vt quinimo recte percepta coadiuuent, vt ex infra dicendis apparebit; Dicitur enim primo, quod Fiscus semper habet hypothecam *d. l. aufertur 46. §. fiscus, cum concordantibus,* & Nos non negamus, sed † dictio illa *Semper* exaduerso allegata, præterquam quod denotat regulam, vt idem importet, ac plerumque *Surd. cons. 281. numer. 1.* referenda †, est ad tempus, non autem ad casus, vt ex pluribus suo more probat *Barbos. de d. vsufruq. dict. 361. nu. 3.* & secundum naturam actus, cui adiicitur intelligenda est, & secundum subiectam materiam *Rot. decis. 268. numer. 14. par. 1. recent.* quasi sensus sit, quod actiones † competentes Fisco, maxime auferenti ab indigno, & ob alterius fraudem, *vt in dict. l. aufertur,* non præscribantur per annos 30. 40. vel vltra, sed exerceantur etiam post 60. annos, vt dixit *Peregrin. de iure fisci lib. 6. titul. 8. sub numer. 6.* neque excludantur, nisi per centenariam præscriptionem, vt probat *Alpharus de offic. Fiscalis glos. 16. de fisco agente priuileg. 45. numer. 165. pag. 79.* Et † veritas istius responsionis deducitur ex auctoritate *Glosæ in d. l. aufertur 46. §. Fiscus in verb. pignoris,* vbi aliqui casus referuntur, in quibus Fiscus non habet hypothecam, & ex dispositione *dict. l. 2. C. de heredit. act.* ex qua satis deduximus contra bona Hæredis Fiscum defuncti creditorem hypothecam non habere.

Nec vires huius responsionis eneruant *Alphari* verba superius, & exaduerso allegata, vbi Fisco hypotheca conceditur sine exceptione in omnibus contractibus, & quasi contractibus, qui cum Fisco celebrantur, & proinde dictio † *semper,* generalitatem importet, tam respectu temporis, quam respectu casuum, vt tradit *Barbos. d. dict. 361. numer. 1.* Quia generalitas dictorum verborum per singulas species, & casus declarata per eundem *Alpharum* per tres integras paginas, nunquam legitur ad casum de quo agimus extensa, aut exemplificata, licet omnes alios casus specialiter comprehendat, quibus hypothecam Fisco iura impartiuntur. Quo vero † ad quasi contractus manifeste constat, quod generalitas supra enunciata non exemplificatur, aut declaratur a Doctoribus in alio quasi contractu, quam in eo, qui per sententiam contra Delinquentem latam initur *Carleual de iudic. d. disp. 1. num. 10. cum plur. seqq. Merlin. & plena manu per eum congesti de pign. & hypoth. lib. 3. quæst. 88. n. 17. pag. 337. Noguerol. allegat. 1. sub num. 46.* quod † tanquam in odium Delinquentis inductum ad alios casus, in quibus hæc ratio non militat, extendi nō debet *cap. odia 15. extra de regul. iur. in 6. l. cum quidam 19. vbi glos. fin. ff. de lib. & posth. Glosa* verò *penultima in leg. fiscus 6. ff. de iure Fisci* allegata in mo-

in motiuo D. Iudicis à quo *in verſ. non valui*, ad
62 rem non facit. Nam poſtquam † in *d. l.* Vlpianus quæſiuerat, an, & quando Fiſcus ſuccedens priuato Creditori incipiat habere priuilegium contra Debitorem Defuncti, adhibita diſtinctione reſpondit, quo ad vſuras Fiſcales, tunc incipere priuilegium, ex quo Fiſcus conuenit certum Debitorem, & confitentem. At in priuilegio, ex inde locum eſſe priuilegio, ait, ex quo inter nomina Debitorum relatum nomen eſt *Gloſ. in verbo priuilegio*, explicat, vt in hypotheca, quæ explicatio, cum emanauerit in caſu omnino diuerſo à noſtra facti ſpecie, nullo modo ad rem facit, nam ibi ſemper agitur de eadem Debitoris, ſeu Contrahentis perſona, nunquam tamen de perſona Hęredis eius, qui cum Fiſco contraxerat, Secundo ibi ſemper agitur de eo, qui verè contraxerat, & erat ex proprio contractu Debitor, mutata tamen Creditoris perſona ex cauſa ſucceſſionis, Nos agimus de eodem Fiſco Creditore, mutata perſona Debitoris per ſucceſſionem, meritò ille, qui debitor Fiſci euaſit permittendo ſe referri inter nomina Debitorum forſan ex ſua confeſſione, & ſubſcriptione, vt in primo caſu, mirum non eſt, quod Fiſci priuilegijs incipiat ſubijci *d. l. 2. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr.* ſed quod vltra perſonam Hæredis repræſentantis defunctum Debitorem fictione Iuris, *authent. de iureiurand. à morien. praſt. in prop.* obligentur bona Hæredis ipſius contra regulas iuris, nec dixit Accurſius, nec dicere potuit ſine contradictionis nota cum in *l. moſchiſ 47. in verſ. conueniretur, ff. eod. tit. de iure Fiſci* ſtypothecam in bonis hæredis expreſſè negauerit Fiſco, dum allegando *l. Paulus 19. ff. de pign. & in d. l. aufertur 46. §. Fiſcus in verb. pignoris* dicit hypothecam Fiſco competere ex ſuo, non ex alieno contractu.

Vim autem aliquam noſtræ opinioni facere negauimus, *l. eum qui 33 ff de iur. Fiſc.* ſuper qua totum fundamentum exaduerſo Iudicantis conſiſtere videtur, quæ ſicuti paucis verbis concepta eſt, ita non poteſt plures caſus, & plura priuilegia inducere, quàm verba ipſa importent, atque con-
63 tineant; Verba † enim legis hæc ſunt, *Eum, qui Debitoris Fiſci adijt hæreditatem, priuilegijs Fiſci cœpiſſe ſubiectum eſſe*, ex quibus liquido conſtat nullum eſſe verbum, quod ad bona referatur, imò
64 dictionem illam, † *eum*, quæ perſonalis eſt, & reſtricta ad perſonam nominatam bonorum excluſiuam eſſe, nemo dubitaret, per ea, quæ ſcripſit *Barboſ. de Dict. vſufr. dict. 177. n. 5. cum ſeqq.* maximè in materia ſtrictè interpretanda, vt ſunt priuilegia, *Cyriac. contr. 369. n. 9.* Priuile-
65 gia † igitur, quibus ibi ſubijcitur acceptans hæreditatem fiſcalis Debitoris, ſunt eadem perſonalia, quæ Fiſcus habebat contra Defunctum debitorem, quod expreſſè ſenſit *Accurſius*, dum e-
66 xemplificat † in maioribus vſuris, iuxta *l. quidam 17. §. ex locato, ver. Fiſcus, ff. de vſur.* quarum priuilegium eſt, omnino diuerſum à priuilegio hipothecę, cum illud non contrahatur, niſi per moram, *d. l. Fiſcus 6. verſ. ſed vtrum, ff de iur. Fiſc. Alphar. de offic. Fiſcal. gloſ. 16. de Fiſco agen-*
67 *te, priuileg. 55 n 190. pag. 83.* quę † abſque interpellatione fauore Fiſci contrahitur, *Mareſc. variar.*
68 *reſol. lib. 2. cap. 124. n. 19.* At † priuilegium hypothecę etiam citra moram Fiſco cōpetat *d. l. Fiſcus in fine principij, & d. l. aufertur 46. §. Fiſcus ff eod.* & de vno ad aliud priuilegium non valeat extēſio, *l. quod verò 14 ff de legib § ſed & quod Principi, verſ. planè, vbi DD. in ſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Nec vrget, quod in *d. l. eum qui 33 ff de iur. Fiſc.* Iuris Conſultus vtatur plurali numero dicens, *priuilegijs Fiſci ſubiectum eſſe*, quaſi non poſſit verificari pluralitas illa priuilegiorum Fiſco competentium, niſi de realibus actionibus contra bona Hęredis legem intelligamus. Quia Fiſcus tot habet priuilegia, etiam vltra realia, vt labor exiguus in hac obiectione refellenda requiratur, Habet
69 † enim proprios Iudices, & ideò non ſequitur forum Rei, ſed coram ſuis Iudicibus trahit Debitores, *l. 1. C ſi aduerſ Fiſcum, tot. tit. C. vbi cauſ. Fiſcal. Peregrin de iur Fiſc. lib 7. tit. 1. numer. 2. verſ. ideò. Alphar. de offic. Fiſcal. gloſ 16. de Fiſco agente, priuil 1 num. 22. pag 47. & priuil. 69. num. 215.*
70 *pag. 88.* Poteſt conuenire † Debitorem ante tempus ſolutioni decretum, *l 1 C. de condict. ex l. Mareſcott var reſol. lib 2. cap. 131. numer 4.* Habet
71 actionem, † & intentionem fundatam in propriis libris, *Maſcard de probat. concl 975. num. 46. Genua de ſcript. priu. lib 4. tit. de libris Fiſcal.* Poteſt
72 agere † contra ſuum Debitorem, omiſſo Iuris ordine executiuè, & ſummariè, *Caball. caſ. 203. Gratian. diſceptat forenſ cap 353. num. 1. & ſeqq.*
73 *& cap. 375. numer 14.* Exequitur ſententiam † ad ſui fauorem latam, remota Debitoris condemnati appellatione, *l fin C. quorum appell non recip. Alphar. d. tract gloſ. 16. de Fiſco agente, priuil. 13. nu.*
74 *70. pag. 59.* Transfert † onus probandi in Reum conuentum *poſt alios idem Alpharus ibid. priuil. 24. num. 108. pag 67.* quando nimirum habet intentionem fundatam de Iure communi, vt dice-
75 mus in fin. Nunquam † perit inſtantia ad eius fauorem *l. properandum 12. in §. 1. vbi gloſ in verb.*
76 *Fiſcal. & gl. ſeq C. de Iudicijs*, imò cauſæ † inſtantiaſnec remorantur feriati dies *l publicas 5. C. de ferijs Euerard. in loco à Fiſco ad Eccleſ. n. 9.* Et vt ſemel dicamus, tot habet priuilegia Fiſcus, vt ad ſaluandam pluralitatem priuilegiorum, de quib. *in d. l. eum qui* nullo modo cenſuerimus neceſſariū, inducere contra Iuris regulam, de qua *in d. l. Paulus de Pign.* nouum, & inauditum priuilegium hypothecę in bonis eius, qui Fiſcalis Debitoris hęreditatem adiuit.
77 Nec viſa † fuerunt ſufficere ad inducendum illud, quæ *Peregr* ſcripſit *de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. ſub num. 1. verſ. Ampl. & tit. 7. nu 10.* Primò quia *Peregrinus* non dixit bona hæredis eſſe ad fauorem Fiſci obligata pro debito Defuncti. Secūdo, quia hoc ſaltem noluit dicere. Tertio quia etiā ſi illud videretur dixiſſe, tamen ſuum dictū optimè declarauit dicendo hoc priuilegium Fiſco non competere..

Quarto, & postremo quia etiam in casu quo *Peregrinus* hoc dixisset expressè, illius auctoritas, nec satis fuisset ad illud priuilegium Fisco tribuendum.

Redeundo ad primum, quod scilicet *Peregrinus* non dixerit id, ad quod in hac causa fuit allegatus, probatur, quia cum dixisset, quod Fiscus speciali iure vtitur, vt ex contractu, etiam citra expressam pignoris conuentionem, bona secum contrahentis sint sibi obligata, & hypothecata, non solum præsentia, sed etiam futura, & huc vsque dubitari potuisset, an hoc priuilegium locum habere deberet in casu, quo transeuntibus bonis per tacitam, legalemque hypothecam obligatis in alium, mutaretur persona Debitoris, maxime cum 78 † priuilegia hanc soleant recipere interpretationem, vt lædant ius Commune minus quam fieri possit *Olasc. decis 90 num 11. Franc. Marc quæst. 394 & quæst 492 Altogr. consil. 83 num 51 lib. 1. Rot. decis 330 num. 6 par. 5. rec.* nec debeant extendi vltra id, quod continetur in illis *Oldrad consil. 325. in princ & num 4 Seraph decis 555. num. 1. Rot. decis. 167. num 6 & decis. 324. num. 12. par. 5.* 79 *rec.* & quod † hypotheca sit stricti iuris, & vti talis strictè interpretanda, nec admittat extensionem, dixerunt post alios *Merlin. de Pign lib. 4. quæst. 147 & Noguerol. allegat. 1. nu 96.* Ad hanc igitur dubietatem excludendam *Peregr. d. lib. 6 tit. 6 sub num. 1.* subiunxit *Amplia ad eum qui successit debitori Fiscali* quasi sensus Peregrini fuerit dicere, quod quemadmodum tacita hypotheca competebat contra Defunctum in bonis illius, ita quoque competat contra Successorem in bonis eiusdem Defuncti, & ita ampliatio (retentis eisdem terminis, ac eodem themate bonorum Defuncti) adaptatur optimè ad regulā supra firmatā, absque necessitate extendendi prædictum priuilegium ad bona Hæredis, in cuius persona non verificantur verba loquentia de contrahente, de quo in regula, seu conclusione *latè Surd consil 425. num. 28. cum seqq.* Nec videatur inepta dubitationis ratio, quam sustulit *Peregrinus in d. vers Amplia* quasi 80 † denatura hypothecæ sit afficere ipsam rem, penes quemcumque possessorem repertam, & exi-81 stentem *Cenc. de Censib. q. 88 num 6* quia † dantur in iure alii casus, quibus priuilegiata hypotheca strictè accipitur, & personam non egreditur, vt in hypotheca cum prælatione concessa Mulieri pro Dote *l. 1. C. de priuileg. dot. § fuerat in fin. cum vtrobique notat. inst. de act.* Verum quando etiam inepta fuisset, vel ratio dubitandi, quæ Peregrinum induxit ad ponendam ampliationem, vel modus loquendi, dum dixit *Amplia* non debemus contra Iuris regulas inducere priuilegium nouum, vt Peregrinum ab ineptitudinis lapsu defendamus &c.

Dicebamus secundo, quod *Peregrinus* dicto loco nunquam intentionem, ac in mente habuit dicendi, quod bona Hæredis Fisco sint obligata; 82 quia † si Doctoris dictum intelligendum est iuxta legem, quam allegat, vt tradidit *Bart. in l. non solum 9. § si liberationis verba num. 4 ff. de liber. legat. & Rot. decis 302. num 9 p. 4. rec. tom 2.* ex allegata lege per *Peregrinum* loco superius adducto non potest hoc inferri, quia siue allegare voluit *legem eum qui 33.* siue allegare voluit *l. eum qui 41. eiusd. tit. de iur. Fisc.* ex nulla dictarum legum astrui potest, quod Fiscus habeat hypothecam in bonis eius, qui successit Debitori Fiscali; Nam *dictam l. 33.* satis refutauimus supra, dictæ verò *legis 41.* satis erit transcribere verba, quæ nihil prorsus ad rem faciunt, quæ sunt ista *Eum qui bona vacantia à Fisco comparauit, debere actionem, quæ contra defunctum competebat excipere.*

Quando tamen Peregrinus hoc aliquo modo videretur dixisse, vel dicere voluisse optimè suam intentionem declarauit *d. l. 6. cap. 7. inscripto, de Debitoribus Fiscalibus numer. 10.* vbi hæc verba leguntur, Heres autem Fiscalis Debitoris ex tunc subijcitur Fisci priuilegijs *l. eum qui ff de iure fisci l. eum quidam § Debitores, ff de vsuris,* non tamen vltrà portionem hæreditariam tenetur *l. 2. C. de hered. act.* quibus ex verbis manifestè apparet, quod priuilegia, quibus supponitur Heres Debitoris Fiscalis, & de quibus in *d. l. eum qui* non intellexit Peregrinus, nisi in actionibus personalibus, quia aliàs per actionem hypothecariam conuentus Hęres in solidum teneretur, cum hypotheca sit indiuidua, vt ex *Merlin. & Rot supra deduximus*; Supponentes tamen, quod Peregrinus apertis, rotundisque verbis dixisset, hoc priuilegium tacitę hypothecę Fisco competere aduersus bona Heredis, non ideò herbam porrigere, siue 83 acquiescere potuissemus, cum fictio † (quemadmodum est tacita hypotheca) non nisi ab expresso iure possit induci, non autem à Doctoribus, quamuis sexcentis *Noguerol. allegat. 1 num. 3. n. 5. & num. 43 Salgad in labyrinth. Credit. par. 1. cap.* 84 *10. num. 39.* & Fiscus † non sit priuilegiatus, nisi in casibus à Iure expressis, vt ex *Farinac Peregr. & alijs* supra innuimus. Ex quibus, cum saltem reuocetur in dubium hoc priuilegium, sequitur 85 illa conclusio, quod contra † Fiscum in dubio sit iudicandum *d. l non puto 10 de iur. Fisc.*

Dicta tamen huc vsque non potuissent excludere prædicti Montis intentionem, si Filij Alexandri de Marcellis effecti fuissent eius heredes liberi, quemadmodum illos fecisse videtur D. Lucretia Mater sub die 25. Octobris 1605. dum illorum ru-86 telam suscipiens, confecit † Inuentarium rerum, & bonorum in hereditate Alexandri Patris remansorum, afferens illa esse ad Filios *spectantia*, quod verbum, siue dictio, importat aditionem hæreditatis *ex Rot. coram Ludouis. decis 7 num. 1. in fin.* maximè si verbum illud sit prolatum à Matre Tutrice *Rot. decis. 180. num. 11. par. 7. rec.*

Nos autem censuimus per dictum Instrumentum, ac Inuentarium tutelare dict. D. Lucretiam Matrem, nec fecisse, nec facere potuisse heredes d. suos Filios infantes, pluribus quidem rationibus &c.

87 Nam Mater Inuentarium fecit, † vt tutelę susceptę

scepte administrationem inciperet, quę ab Inuentario exordium, ac initium sumit *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. distr. Antonin de Amat. resolut.* 59 *numer. 4.* non vt hęredes Patris faceret Filios, 88 & actus † agentis non debent operari vltra eius intentionem *l. Creditor 12. § fin. ff. quod pot. in pign. hab. Rot. post Merlin. de Pign. decis. 68. numer. 20. Rota in terminis nostris coram Merlin. decis. 888. num. 9. & prius decis. 873. num. 12.* Istius veritas intentionis probatur, & ex ipso tutelę, siue Inuentarij actu, & ex actibus subsequentibus; In ipso enim tutelę, siue Inuentarij Instrumento Tutrix hęc formalia verba protulit, *cum protestatione tamen, & declaratione, quod non intelligit modo aliquo praeiudicium parari posse, cum praetendat dicta mobilia pertinere ad dictos suos Filios ex haereditate Petri olim Patrui dicti Alexandri Patris*, & paulo inferius iterum eadem D. Lucretia tutorio nomine protestata fuit, & declarauit, *quod nullum parari sibi vult praeiudicium &c.* ex 89 quibus verbis cum remoueatur † consensus ab aditione, cessare potius debet aditio, quam protestatio *Corn. cons. 161. numer. 6. lib. 4.* vel saltem 90 † actus aditionis ita obscurus, incertus, dubius, & aequiuocus redditur, vt ex illo Filij hęredes facti non dicuntur *Baldus omnino viden. cons. 19. sub num. 1. vers. ratione ergo lib. 3. Mascard de probat. concl. 41. num. 16. & num. 18. Rot decis. 210. num. 12. par. 5. rec. Merlin. decis. 873. num. 3. & decis.* 91 *888. numer. 2.* cum aditio † non pręsumatur, nisi probetur *Mascard. de probat. concl. 40. numer. 8.* Nec protestationem huiusmodi censuimus facto contrariam esse; Quia tunc facto contraria reputatur protestatio, quando se non compatitur cum facto, & quando totum destruit factum, sed 92 † quando protestatio ordinatur ad tollendam mentem a facto, seu pręsumptionem ex eodem facto resultantem, tunc protestatio operatur, *Alex. cons. 130. num. 17. lib. 4. Corn. dict. cons. 161.* 93 *num. 6. lib. 4.* & quando † ordinata est protestatio ad limitandum factum, cum quo proinde se compatiatur, non potest dici contraria facto *Merlin. de pign. lib. 5. tit. 1. quaest. 30. num. 20. Surd. cons. 143. num. 59. lib. 1. Rot. decis. 28. num. 10. par. 4. recent. tom. 2.* & tunc potius actus, ex quo possit resultare aditio, vitiatur, quam protestatio ipsa, vt per *Surd. d. cons. 143. num. 59. & seq. vsq. in fin. lib. 1.* & in terminis aditionis, vel repudiationis *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 10. numer. 15. vers. Nam huiusmodi protestatio*, & in ipsissimis terminis nostris *Mascard. de probat. concl. 47. nu. 9. omnino viden.*

In casu autem nostro, cum ex protestatione non tollatur factum acceptationis tutelę, susceptionis administrationis, & confectionis Inuentarii (quod factum tanquam principale subsistit, etiā cum protestatione consideratum) & cum ipso facto se compatiatur, nihil est impedimento, quin protestatio non pręiudicandi operetur, atque subsistat ad excludendam hęreditatis aditionem, 94 maxime † cum hęreditas ex communi hominum opinione reputaretur damnosa *Mascard. de probat. concl. 45. in fin. Ludouis. decis. 460. num. 13. &* 95 quando † verba aditionem verisimiliter importantia non sunt prolata ab illo met, cui delata est hęreditas, sed ab alio, etiam si legitimus sit Administrator *idem Mascard. de probat. concl. 41. in fin.* 96 *Ludouis. decis. 7. num. 1. in fin. vbi Adden.* Nec † suitas operatur, dum abstensio probatur *tex. ost. expressus in l. impuberib. 11. in Laudensis 47. ff. de acq. vel omitt. haer. tot. tit. C. si minor ab haer. se abst. Rot. Roman. coram Merlin. decis. 53. sub num. 8.* vel vbi de immixtione non constat *Vuessembecci in paratit. ad d. tit. C. si minor ab haered. se abst.* quę 97 † nunquam pręsumitur, nisi probetur, pręsertim in Impuberibus, vt de communi opinione testatur post alios *Barbos. ad §. sui autem, circa fin. inst.* 98 *de haered. qual. & diff.* Quod ex † Inuentario per D. Lucretiam Matrem facto non inferatur, ac probetur immixtio, siue aditio hęreditatis, imò nec ex Inuentario, quod ipsemet Hęres fecisset, probat ad litteram *Roland. à Valle, inter alios Tractantes de inuentario, quaest. 60.* vbi reprobato Cyno tenente, quod videatur adita hęreditas, his pręcisis verbis vtitur, Quod in contrarium est veritas, vt Hęres non dicatur adire, si alias non declarauerit suam voluntatem *l. fin. § fin. autem hoc aliquis vers. non recusauerit C. de iur. delib.* vbi requiritur, quod post Inuentarium Hęres repudiet, vel adeat, vt ibi tenent *Salyc. Alex. & Iason vursus Salyc. ibi, in § fin autem dubius*; Ratio etenim est, quia potuit esse, quod Inuentarium fecerit Hęres, vt magis esset certus de viribus hęreditatis, quam animo adeundi, & ideo cum actus iste non inferat necessario aditionem, non probatur ex hoc animus adeundi, quam partem tenet *Ruin. in cons. 113. num. 4. volum. 3. Neuiz. in cons. 9. nu. 14. & Franc. Marc. in decis. 29.* vbi asserit hoc esse de omnium consensu, Et hęc omnia ex Rolando transcripta probantur per *Mascard. de probat. concl. 48. num. 3. & Rotam coram Duran. decis. 387. la prima, in fin.*

Nec obstat, quod Mater Tutrix bona describens 99 enunciauerit illa spectare ad Filios. Quia † enunciatiua Tutoris non facit heredem Pupillum, nisi aliunde iustificetur, vt post plures firmauit *Rot. coram Merlin. decis. 857. sub numer. 10. & seq. decis. 873. num. 6. & decis. 888. sub num. 2.* pręsertim si assertio, vel actus, ex quo infertur aditio, fiat a Muliere, vt in casu nostro *Mascard. in puncto de probat. concl. 47. n. 4.* Et tantum abest, vt dicta enunciatiua iustificetur aliundè ad effectum, de quo agimus, vt quinimò destruatur non modo per supra relatam protestationem, per quam alio titulo dixit bona spectare ad Filios *Pascal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 1. num. 22.* Sed etiam per Inuentarium ipsum, in quo descripta leguntur bona, quę nulla, ac nunquam a d. D. Lucretia Matre Tutorio suorum Filiorum nomine possessa, atque retenta fuerunt, idque constat ex Inuentario ipso ibi, Infrascripta bona, videlicet inuentariata ad instantiam Dominorum Officialium Abundantię

tiæ sub die 3. Septembris proxime præteriti 1605. & inferius incoando d. Inuentarium, ibi *Adi 3. di Settembre 1605. Inuentario fatto d' ordine, & ad instanza delli Magn. Sig. Offitiali d'Abbondanza* Nec vsus quorumdam mobilium, & consumptio cuiusdam olei fecit eosdem Filios hæredes prædicti Alexandri Patris. Quia tam oleum concessum per Dominos Officiales Abundantiæ D. Lucretiæ sub die 20 Februarij 1605 quam mobilia æstimata lib. 714. 10. consignata per eosdem Officiales Abundantiæ eidem D. Lucretiæ sub die 18. Martii 1605. non tanquam bona hereditaria d. Alexandri, sed tanquam pertinentia ad d. Officiales, fuerunt credita, pro quorum restitutione ad omne dictorum Officialium mandatum non modo se obligauit nomine proprio d. D. Lucretia, sed etiam Fideiussores dedit, vt legitur in Decretis super consignatione prædictarum rerum factis. Nec veritate nititur, quod d. Tutrix aliquid nomine Filiorum soluerit Creditoribus Alexandri Patris, quia nulla solutio reperitur facta in vita, & de mandato ipsius, Itaut (cum nullo modo probatum fuerit, quod Tutrix habuerit animum adeundi hereditatem, vel quod possederit bona he-
100 reditatis) dicendum † omnino censuerimus de aditione, vel immixtione minime constare, *Bald. in puncto videndus in d. cons. 17 sub num. 1. vers. in contrarium vsq in fin. lib 3* Omnem tamen incertitudinem, siuè perplexitatem (si adhuc aliqua remaneret) eliminauit eadem D. Lucretia, dum Tutorio nomine postea sub die 11. Septembris 1606. enixè rogans S C S. mediante libello supplici, vt dignaretur illam ad compositionem admittere pro debito, quod Alexander Vir, & suorum Pupillorum respectiuè Pater habebat cum Officialibus Abundantię, per verba expressa dixit, *con che non intende fare li suoi Figli heredi del Padre;*
101 Qua propter † vt verbis vtar *Bald. in d. cons. 17.* ex mente a principio dubia, & postea negatine declarata, infertur, quod ab initio, & in Inuentario Tutrix non habuerit animum adeundi, ex quo postea non facere heredes Filios asseruit, & declarauit, cum suę declarationi sit standum *Bald. ibid. in fin. Mascard. de probat. concl. 44. num. 17. concl. 45. num. 32. conclus. 47 in fin. Pascal. de vir. Patr. po test p 4. cap. 1. num. 21. cum seqq.* Et hęc abstensio non redditur nulla ex eo, quod non fuerit notificata in actis publici Consilii, vt dicitur requiri per Statutum Florentinum lib. 2. rubr. 29 quia cum Statutum non comprehendat Minores, & multo minus Infantes casui nostro non adaptatur.

Dicebamus pręterea, quod etiam si D. Lucretia Mater intentionem, ac voluntatem habuisset faciendi heredes Alexandri Patris dictos Filios Infantes (quod absolute negauimus) saltem per actum acceptationis Tutelæ, & confectionis Inuentarij illis preiudicare, illosque heredes facere, nec potuisse videatur, repugnante lege Magistratus Pupillorum rubr. 7. in fin. vbi constituitur, quod antequam Fideiussores a Tutoribus dari, seu dandi approbentur per eundem Magistratum; tale tutela sia nulla, e di nessun valore, e come se non fusse stata presa, Sed Fideiussor per dictam Tutricem datus sub die 25 Octobris 1605. post 20. demum dies, nimirum die 15. Nouembris 1605.
102 fuit per Magistratum approbatus, ergo actus † antea factus tanquam nullus, nullum Iuris effectum producere potuit ad cumulata per *Farinacc. in repertor de contract. q 55. num. 1. & dicta per Rot. ad Post. de Manuten. decis. 189. num. 6* maximè in Tertij, & Pupillorum damnum, in quorum preiudicium retrotractio impeditur *l 1 vbi DD. C. an seruus ex suo facto, Costa de retrotrac. cas. 16. cap. 9 num. 8. Capyc. Latro decis. 25. sub num. 11.*

Sed nullam dubitandi reliquit nobis occasionem actus adeundi, quem vti Tutor celebrauit Magistratus Pupillorum sub die 16. Ianuarij 1606. dum (vt supra in facti narratione retulimus) vltra alia, dictorum Infantium Pupillorum nomine acceptauit hereditatem Alexandri de Marucellis ab intestato defuncti, cum beneficio legis, & Inuentarij, & non aliter, nec alio modo, protestans se nolle teneri vltra vires hæreditarias, sed velle gaudere beneficijs, & fauoribus concessis adeuntibus hereditatem cum beneficio legis, & Inuentarij *l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. delib.* & ad hunc potissimum finem, ac effectum constituit, ac fecit Procuratorem D Marium de Brogis Causidicum Florentinum mandans ei, vt ideò conficeret de more Inuentarium cum omnibus necessarijs, & opportunis &c.

Ad hoc Inuentarium euertendum, & sic ad legis beneficium excludendum dicebatur ex aduerso, & vitio nullitatis, etiam multiplicis, laborasse, & dolosè factum fuisse Inuentarium prędictum, quas tamen nullitates in facto non subsistere nobis compertum fuit; Nam quod citationes ad conficiendum Inuentarium fuerint factæ cum commissione Iudicis, & Magistratus pro prima, & 9. die Martij, & postea *quandocumque* in processu
103 constat per acta † Cancellarij eiusdem Magistratus, cui credendum esse in pertinentibus ad eius officium, firmauit sæpissime *Rot vt decis. 723. nu. 2. par. 4 rec. tom. 2 & coram Merlin. decis. 377. in*
104 *fin. & decis 549. numer. 5.* nec † non etiam per Nuncij relationem probatur, quæ apta est ad inducendam præsumptionem, quod interuenerit Iudicis commissio, siue mandatum *Rot. in Cesenaten. Pecuniaria 29. Ianuarij 1629. vers. denique non*
105 *videtur, coram Card V baldo,* quia † Nuncio credi solet, vt tradidit *Farinacc. de testib. quæst. 56. n. 381. & in puncto Inuentarij Ridolphin. in Prax. Iudic par. 1. cap. 9 num 164. & num 167.* maxime cum decretum Iudicis subsecutum fuisse legatur
106 *Caualer. decis. 339. num 6.* & simus † in actu gesto iam annis fere 50 quo temporis lapsu solemnitates necessarię ad validitatem actus præsumuntur *Tomas tractat. de Inuent. tit 8. num 232.* Nec obstat, quod citationis, seu citationum commissio non fuerit facta die Iuridica, vel citationum executio non potuerit fieri pro die non Iuridica. Quia respondetur primo de qualitate dierum, &

quod

quod Iuridici non essent præscripti dies, nihil in 107 processu apparere; Secundo † respondetur, quod cum Inuentarij confectio ad effectum hereditaris suspectę adeundę cum beneficio legis, sit actus extraiudicialis *Gratian disecept. forens cap. 797. nu. 3. numer. 12. cum seqq. Ridolphin in Prax. Iudiciar. par. 1. cap. 9. num. 48. Rot decis 274. num. 3. par. 4. rec. tom. 2.* nihil refert, si die etiam feriata fuerit peractum tex. est apertus *in l. 2. circa fin ibi aut de adeunda suspecta hareditate, ff de ferijs*; Quod vero in predicti Inuentarij confectione citatus minime fuerit Mons Pius, Nos quoque fatemur, sed quod esset pro validitate Inuentarij citandus, omninò negauimus, cessante siquidem Francisco de Bandenis principali Montis Debitore soluere, quod debebat, non nisi de Anno 1616. die 6. Octobris; cępit molestari Alexandri de Marucellis hereditas, ità vt dici possit, quod de Anno 1606. nec poterat, nec debebat Mons Pius cum alijs Alexandri Creditoribus citari, vt pote, qui non esset creditor, vt expresse firmauit *Rota in decis. 666. num. 16 par. 4. rec. tom. 3.* vel quatenus ex obligatione iam pridem quæsita dictus Mons creditor di-108 ci potuisset, erat tamen, † & Pupillis Infantibus, & Magistratui Tutori, & Brogio Procuratori penitus ignotus, tanquam creditor, & proinde si vti talis non fuit citatus, nullum dici non potest inuentarium *Rota in puncto decis. 197. sub num. 3. par 4. rec. & decis. 126. numer. 3 & 4. par 4 recent. tom. 1.* Citationes autem, atque Proclamationes, vt supra commissæ pro prima, & pro nona Martij die, & executæ, sunt adeò legitimæ, vt nihil aduersus earum validitatem opponi possit, Et quatenus in aliqua ipsarum posset subtiliter vitium 109 considerari, nihilominus Inuentarium † non corrueret, cum vnica citatio sufficiat, tam contra certos, quam contra incertos Creditores *Ridolphin. in Prax Iudic par. 1. cap. 9. num. 5. Rot. co-*110 *ram Duran. d decis. 383. num.* 10 quę † sustineretur etiam si diem non haberet, quia intelligeretur ad primam diem *Grauat. ad Vestr. lib. 4. cap. 2. numer. 11. Puteus decis. 19. de Iudic, Rot. decis. 486. numer. 7 in fin par. 2. recent.* Pro quo Monte 111 Pio, † alijsque incertis Creditoribus cum interuenerint tres Testes, & tres Notarij iuxta stylum, & consuetudinem istius Ciuitatis, si aliquis defectus in prædictis citationibus notari potuisset, suppleretur per illorum præsentiam *Rot. decis. 274. num. 7. & decis 376. num. 11. part. 4. recent. tom 2.* & respectu illorum substineretur Inuětarium *Rot. in terminis decis. 331. num 19. par. 5. rec.*

Testes non interfuisse incohationi confectioni, & perfectioni huius Inuentarii, gratis asseritur, quia ex eiusdem Inuentarii Instrumento contrarium constàt, quemadmodum probat eos fuisse electos, atque citatos ad assistendum confectioni Inuentarii vsque sub die prima Martii, vt de eorum electione, & citatione constat in processu, qui postea sub die 9. eiusdem Mensis subscripserunt, dicentes se fuisse præsentes confectioni pre-112 dicti Inuentarii: Quare omnia † presumuntur solemniter acta, ritè, recteque gesta *Ridolphin. in Prax. Iudiciar. p. 1. cap. 9. num. 14. & seq.* presertim post tanti temporis lapsum *Tomas. de Inuen-*113 *tar. tit. 8. num 232. & num. 234.* & in omnem † casum ad substinendùm hoc Inuentarium sufficit dicere, quod fuerit confectum iuxta stylum huius Ciuitatis *Rot decis. 310. num 4. & decis 351. num. 5. part. 5. rec. & coram Durano decis. 212. num. 5. decis. 241. num. 5. & decis. 387. numer. 1. Ridolphin. vbi supra num. 144. & num 176. & seq.* Inuenta-114 rium † autem etiam confectum iuxta stylum bestialem conferre legis beneficium, probauit *Rot.* 115 *Ianuen. decis. 35. n. 3* quod euidentissimè † probatur in casu nostro, & per inspectionem similium Instrumentorum, seu Inuentariorum, & per attestationes Curialium, *Rot. Rom. in decisionibus mox allegatis, & Rota Florentina quam refert, & sequitur Ridolphin loco dicto num 146. & seq.*

Ex eo autem quod mobilium valor, ac ęstimatio non legatur in Inuentario, nullitas non resul-116 tat, quia † de generali consuetudine ęstimatio non solet apponi, vt testantur *Honded cons. 53. num. 7. lib. 1. Giouagn. respons. 10 num. 13 lib. 2. Ridolphin. in Prax. Iudic part. 1. cap 9 numer. 57.* & 117 sufficiat † adnotasse, an res sint laneę, lineæ, vel sericæ, & an sint nouæ, vel veteres *Honded. dict. cons. 53. sub numer. 7.* vt factum fuit in casu nostro.

Dolum etiam fuisse adhibitum in confectione prędicti Inuentarii, ex aduerso dicebatur, Dolus autem probatus euidentissimè videbatur per Inuentarium, quod a morte D. Lucretię legitimæ Tutricis fuit confectum iussu Magistratus per Andream de Pellis Curatorem electum sub die 15. 118 Decembris 1606. vbi sub titulo † bonorum in hereditate Alexandri de Marucellis remansorum, innumera quodammodo bona leguntur descripta, quæ in Inuentario facto per Brogium ad effectum consequendi beneficium *l. fin. C. de iur. delib.* non recensentur, presertim mobilia, in quibus potissimum dolus potest operari, & subtractio, aut occultatio timeri, ad tradita per *Rotam Genuen. in puncto decis. 35. sub num. 3. vers Ratio d. §.* Et ex omissione describendi res jam ad notitiam peruentas, quod dolus pręsumatur, probatur ex pluribus cumulatis per *Adden. ad Ludouis. decis. 169. num. 12. lit. B.*

At huiusmodi allegatio, seù oppsitio doli, nec in Facto, nec in Iure subsistit; Nam d. Andreas de Pellis tumultuariam quandam, & confusam descriptionem bonorum mobilium duntaxat fecit, vt sciret quarum nam rerum custodiam prętare, rationemque reddere teneretur, & vt describeret res ad eius, vt potè Curatoris deputati, manus peruentas, non vt describeret bona hereditatis d. Alexandri; Nam cum in Instrumento per Magistratum celebrato sub die 16. Ianu. 1606. tres hereditates ad Infantes de Marucellis probentur delatę, Petri nimirum de Marucellis Patrui magni, cuius etiam mobilia fideicommisso fuerunt supposita, Lucretię de Rodulphis Matris, & Alexandri Patris,

tris, quorum singulorum mobilia superesse poterant, dictus Andreas absque distinctione omnia recepit, Brogius vero per distinctam, atque diuersam illarum hereditatum acceptationem ab ipso Magistratu factam, distinctam quoque fecit 119 bonorum descriptionem, atque † Inuentarium, singulis hereditatibus sua bona adscribens, quod facere potuit iuridicè sine periculo priuationis beneficii, & inualiditatis Inuentarii, vt ex *Valasc. Berret. & Oddo firmat Rota coram Duran. decis. 212. num. 5. in fin & decis 387. num. 20. & coram Pironano decis 181. in fin part. 6. rec.* cum quelibet † causa legitima excuset a dolo *Rota Ianuen.* 120 121 *decis 35. vers ex his patet* Ita vt eum † omnia bona, tam mobilia, quam stabilia fuernnt descripta saltem in Inuentario bonorum Petri, cessat omninò doli præsumptio, saltem ad effectum priuandi Hæredem beneficio Inuentarii, ad quem effectum Dolus concludenter probari debet *Duran. d. decis. 387. num 23 & 24 in fin Ridolphin. in Prax. Iudic. part. 1. cap. 9. num. 62.* nec quælibet probatio sit sufficiens *Rot. d. decis 181. num. 13. & 14*

122 Quando † tamen, citra veri præiudicium, ex hac omissione præsumeretur dolus, qui in Infantibus, quadriennio minoribus, nec potest considerari *l. Infans 12 ad l. Cornel. de Sicar. l. 1. § hoc edicto, ff. ne vis fiat ei. Philippus Massinius ad l Infantis 3 numer. 30 & seq. C qui admitti, Surd in fortioribus terminis decis. 222. num. 10 & 11. Farinac de pœn temperand quæst 92 num. 46.* non ex 123 hoc † infertur, ergo beneficium legis, & Inuentarii amittit Hæres *Rot. d decis. 181. num 2. 4 5. cum pl. seqq par. 6 rec.* & testatur de communi *Ridolphin. d capit. 9. num. 71.* quasi inuentarium ideò nulliter factum sit, quia contrarium tenuit *Rot. etiam coram Duran decis 241. num. 8. circa fin. & 124 decis. 351. num 7 part 5. recent* Et ad summum † cum dolus iste esset duntaxat præsumptus, non autem verus, excluderetur per contrarias præsumptiones, si modo tales sint, quæ inducant animum Iudicis ad moraliter credendum, omissionem non fuisse dolosam, vt post plures firmat *Rot. coram Duran d decis 387. num. 16* In casu autem nostro plures vrgentissimæ concurrunt præsumptiones ad exclusionem doli, Quarum prima est, quod Brogius Procurator ad conficiendum In-125 uentarium constitutus non præsumitur † ad commodum Infantium sine proprio lucro, & vtilitate commisisse dolum *Farinac. de Falsit. quæst. 151 sub num. 19. & quæst. 153 num. 204.* maxime cum esset persona legalis, atque perita, vel saltem quod talis non fuerit, probatum non sit *Surd. decis 222. in fin Duran d. decis 387. nu. 19.* Secun-126 da † præsumptio doli exclusiua est, quod dictus Brogius omnia ad vnguem bona, tam mobilia, quam stabilia descripsit, nisi sub hereditate Alexandri; saltem sub hereditate, vel fideicommisso Petri, quod ad fauorem Pupillorum prætendebat purificatum, quę præsumptio (ne præiudicium Pupillis inferretur) approbata fuit ad exclusionem doli per *Mantic Peregr. & Ludouis* quos refert, & sequitur *Rot. coram Duran. d decis 287. nu. 20.* Nec obstat quod Alneolus cum suis teneris descriptus ab Andrea de Pellis non recenseatur a Brogio, nec in Fideicommisso Petri, nec in he-127 reditate Alexandri, quia † in modicis potius error præsumitur quam dolus, & occultandi animus *l. cum his 8. § modus, ff de transact. Ridolphin. in* 128 *puncto d. capit. 9 num. 65. & 66.* Tertia in casu † nostro exclusiua doli præsumptio deducitur ex clausula Saluo Iure addendi &c. in d. Inuentario per Brogium apposita, quasi habuerit intentionem addendi in Inuentario hereditatis Alexandri, etiam ea quę descripsit in Inuentario hereditatis fideicommissariæ Petri, quatenus poruerit reddi certus, vbi describi deberent, & ita ex clausula prædicta dolum excludi voluerunt *Rot. Genuen. d. decis 35. num. 3 in fin. Surd. decis 222. num. 21. & ibi Hodiern. Mart cons. 70. num 21. 32. & 34.* cum aliis, quos laudant *Ridolphin. d. cap 9. num. 68. & 69. & Rot. decis. 597 in fin par. 4. rec.* & iure tanc merito, cum dolus in confectione Inuentarii facile excludatur ex sanioti opinione, *Duran. in sæpius repetita decis 387 num. 13. cum seqq.*

Sed extra omnem difficultatem versari credidimus, quia Brogio Procuratori constituto, quemadmodum non fuit factum mandatum, vt dolum in conficiendo Inuentario committeret; ita nec licitum, permissumque fuit, dolum committendo Pupillis Infantibus præiudicare, legisque priuilegium sua dolosa omissione auferre, nam totum quod dolosè egisset fine mandato factum fuisset, vt rectè considerat *Rot. d decis 181. num.* 129 *15. vsq. ad num. 19.* & proinde † absque Dominorum præiudicio *Rot decis 238. sub num. 20. part 7. recent.* Quæ si ad fauorem cuiuscumque Minoris habent locum *Surd in puncto d. decis 222 num. 10 & 11. & num. 14 in fin. & num. 15.* multo magis militant fauore Infantium, vt erant tempore confecti Inuentarii illi de Marucellis; *Duran. decis. 212 num. 12. & num. 16 in fin. decis. 241. num. 8. in* 130 *fin* Validitate igitur Inuentarii data † ex præmissis, sequitur, quod dicti de Marucellis merint præseruati a bonorum propriorum confusione, & a quocumque damno, quod iis potuisset ex obligationibus Alexandri Patris contingere *Rot. dec.* 131 *2 num. 3 par. 6. recent.* perinde, † ac si illius hereditas iacens fuisset *Rol à Valle inter tractantes de Inuent. quæst. 170. num. 4. Rot. decis. 201. num. 21 par 4. recent. tom. 2. Antonin. de Amat. resolut. 56. num. 5 Ridolphin. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 9. num 155.*

132 Nec quęsiti vt supra † ex Inuentario beneficij renunciationem admittere potuimus, ex eo solo, quod Fratres de Marucellis iam maiores facti die 26. Iunij 1730. vendentes quendam fundum, se asseruerunt heredes ab intestato Alexandri Patris, sine aditione cum beneficio legis, & Inuentarij. Quia potius censuimus imperitiam, & errorem, quàm animum renunciandi prædicto beneficio ad tradita per *Mascard. de probat. concl. 1269. num. 6.* cum

cum actui semper omnis alius debeat adaptari intellectus, quàm ille, per quem inducatur renunciatio, vt patet, & voluerunt *Surd conf. 419. num. 34. & Rot coram Ludouis decis. 15. num. 4.* & quod propter hanc omissionem non dicantur omisisse beneficium inuentarij faciunt tradita per *Giurb. ad consuet. Messan par. 1. cap 9 gl. 5. num. 3. vers. sed dubitatum pag. 589.*

Vltimo loco ex parte Montis Pij dicebatur, dictum Franciscum de Panantis NN. quibus in actis petentem huiusmodi excorporationem non posse audiri repugnante lege Gabellæ huius Ciuitatis. Primo quia cum Filij Alexandri de Marucellis bona subiecta fideicommisso Petri recognouerint, tanquam ab Alexandro Patre prouenientia, ex quo de dictis bonis Gabellam non soluerunt (vt debebant ab prouenientibus ab hereditate Patrui magni) eadem dicatur confusa cum hereditate d. Alexandri, iuxta dictæ legis dispositionem; & perinde sicuti bona d. Alexandri Monti Piô fuerunt obligata ex fideiussione facta pro d. Pio de Bandenis, ita quoque in præiudicium Pupillorum sint obligata bona prouenta, vt supra à d. Petro ad fauorem d. Montis; Secundo, non esse audiendum ipsum de Panantis d. nomine, instabitur, quia petens sibi restitui, atque dimitti bona d. Petri tanquam Fideicommisso subiecta, Testamentum eiusdem Petri produxit, non soluta gabella.

At nec refugium hoc nouissimum ad augenda Montis, ad minuenda Panantis iura valere censuimus; Nam prima obiectio ex facto, & lege ipsa in contrarium adducta reijcitur, cuius verba (vt de veritate constet euidenter) hec sunt. *Et ancora si deua pagar la gabella ogni volta, che dette Eredità, lascio, ò donatione faranno prese, ò accettate da persone non eccettuate; ma tutti quelli, che come heredi, ò donatarij succederanno, mediante le persone de Padri, Madri, ò d'altri eccettuati successiuamente di mano in mano, perche l'Eredità predette sono confuse, con l'Eredità del primo Disponente, & in quelle succedono mediante le persone de'd. loro Attinenti, e Consanguinei, e come loro Eredi eccettuati, non siano obligati de tti, che così succederanno nelli loro beni, al pagamento di detta Gabella.* Animaduertendum est enim ex his verbis, quod lex disponit de iis, qui bona prouenientia ab illis, qui sunt in gradu gabellabili recognoscunt, tanquam prouenientia à Patre, Matre, vel alijs exceptis. In casu autem nostro tantum abest, vt bona Petri fideicommittentis fuerint à Filijs Alexandri de Marucellis recepta, tanquam ab eodem Alexandro Patre prouenientia, vt quinimo scriptum fuerit in libris Decimæ post mortem d. Alexandri de anno 1605. *Quali beni li pigliorno in virtù di Fideicommisso fatto da Pietro di Bartolomeo Marucelli, come per suo Testamento rogato Ser Luca Bandocci à dì 30. Maggio 1591 visto, arbitriato, e reso à Simone di Girolamo Ridolfi, e mediante la morte di Alessandro Marucelli loro Padre &c.* Et per Magistratum Pupillorum vti Tutorem fuerit notificatum Gabellæ contractuum, se recognouisse Fideicommissum d. Petri ad fauorem dictorum de Marucellis purificatum, ita constat per acta eiusdem Gabellæ in lib. A 254 10. Præterea animaduertendum est, quod allegata legis verba procedunt, & loquuntur de Maioribus adeuntibus hereditates Parentum, non autem de Minoribus, Pupillis, & Infantibus, vt erant eo tempore Filij Alexandri prædicti, cum vigore Statuti Florentini Maiores, tanquam non valentes vti beneficio legis, & Inuentarij in adeundis Hereditatibus cuiuscumque semper adeuntes confundant omnia bona ibi, *Perche l'Eredità predette son confuse con l'Eredità del primo disponente*; Minores verò, qui beneficio legis, & Inuentarij possunt vti, per hanc confundentem legem non obligantur. Vtcumque tamen sit, dicebamus ex dictæ leg. verbis deduci posse hanc consequentiam, Filij Alexandri de Marucellis confusa receperunt bona Petri fideicommittentis cum bonis Alexandri Patris, ergo non tenentur soluere Gabellam, sed negatiuam hanc consequentiam resultare, non soluerunt Gabellam de bonis Petri, ergo sunt confusa simpliciter, & absolutè cum bonis Alexandri, cum hoc nec per legem disponatur, nec ex lege deducatur, sed tantum causatiue enuncietur. Dato tamen sine vlli præiudicio, quod bona Petri, ex eo quod de ipsis non fuisset soluta gabella fuerint confusa cum hæreditate Alexandr. per factum Infantium, vel alterius nomine ipsorum, quod negauimus, quia nemo potuit dictis Infantibus

133 præiudicare, non inde sequeretur, † ergo per obligationem Alexandri grauati fuerunt obligata, & hypothecata ad fauorem Montis bona Petri Fideicommittentis *Fusar. post alios de subst. quæst. 703. num. 2.* Extra omnem tamen difficultatem esse censuimus, quia in d. lege nuspiam disponitur, quod non soluenti gabellam acquisitę hereditatis denegetur audientia, & motiuum huius Rotæ exaduerso allegatum in *Aretina nullitatis die 15. Februarij 1650.* loquitur in terminis ordinamentorum Doganę Aretinę, & sic extra casum nostrum, Sed quatenus etiam dicti motiui rationes casui nostro possent adaptari, procederent in casu quo d. Panantes, nomine quo supra, esset Actor, vel Actoris partes substinere deberet, in quibus terminis loquitur motiuum, nec non etiam verba dictæ legis Gabellę infra recensendæ, sed Nos tàm ad hunc effectum, quam ad effectum, vt onere probationis non grauaretur Panantes d. n. (si in aliquo defecisset) tanquam Reum, & Possessorem illum censuimus, Et ratio est quia

134 licet Fiscus † (cuius priuilegijs decoratur Môs Pius Ciuitatis Florentię) sine possessione non litiget, vt tradunt *Ludouic Sacca in conf. 1. numer. 29. & in conf. 5 numer. 104. & seq. lib. 1. post alios*

135 *Giurb. conf. 57 num. 1.* hoc † tamen priuilegium quatenus competat (quod negant *Peregr. de iure Fisci lib. 7. tit. 3 sub num. 10. vers. sequestratio Io. Ant. Lanar conf. 14. num. 9. Rota ad Pelliam de* Manu-

Aprilis 1599. tam pro sorte, seu capitali, quam pro fructibus, quorum summa in totum, vt ex rationibus d. Montis constat, vsque ad diem 11. Martii 1647. ascendebat ad quantitatem scutorum 9740. Post hęc diem suum clausit extremum Alexander die 3 Septembris 1605. relictis ex se, & Lucretia de Rodulphis Vxore tribus Filiis masculis, nimirum Rodulpho trienne, qui erat maior natu, Francisco 18 Mensium, & Benedicto septem mensium; Infantium istorum tutelam legitimam suscepit Lucretia Mater sub die 25. Octobris 1605. qua die Inuentarium etiam confecit omnium mobilium in hęreditate d. q. Alexandri remansorum, quorum tamen potius quamdam exemplationem ostendit (desumptam ex descriptione, quam fecerant Officiales Abundantię, tanquam d. Alexandri Creditores, qui omnia sua bona incorporauerant) quam Inuentarium aliquod, cum non appareat Tutorio nomine ad ipsam Tutricem de bonis Alexandri aliquid peruenisse, imò d. Tutrix per geminatam, eiusque protestationem declarauit in ipso actu sine preiudicio Filiorum descriptionem prędictam fecisse, prętendens in omnem casum, quod prędicta mobilia, vel sint illa, quę in hęreditate Petri fideicommisso iam purificato in persona dictorum Filiorum obnoxia reperiebantur, vel saltem loco illorum subrogata ipsimet Filiis deberentur: Eadem Lucretia istorum mobilium, vel pattis illorum vsu indigens, petiit quędam ęstimata sibi consignari, pręstita fideiussione de restituendo ad omne beneplacitum Magistratus Abundantiæ, quod obtinuit die 18 Martii 1605. per eiusdem Magistratus decretum; Volens omnimode se, suosque Filios a molestiis d. Abundantię liberare, & ita duriorem aduersarium remouere, precibus S. C. Serenissimę porrectis, suppliciter petiit, cum hac protestatione expressa *che non intende fare li suoi, Fighuoli Heredi del Padre* Sibi restitui omnia Alexandri bona per Magistratum incorporata, offerens se paratam cum aliquo interuallo singulis annis partem soluere, in totum summam scutorum 350. & sic non integrum Alexandri debitum, quod iuxta votum suum consecuta fuit post Abundantię Informationem per rescriptum gratiosum sub die 28. Septembris 1606. Hoc autem factum per D. Iudicem a quo tribuitur per errorem Magistratui Pupillorum.

Suis, & Pupillaribus rebus in hunc modum compositis, & ipsa Lucretia Mater, & Tutrix naturę debitum persoluens circa diem octauam Nouembris 1606. reliquit post se duos Filios masculos Rodulphum scilicet, & Benedictum (cum ante Matrem decessisset Franciscus alter, mediusque Filius) Quorum tutelam suscipiens Magistratus Pupillorum sub die 16. Ianuarii 1606. per publicum Instrumentum rogitu Ser Ectoris Pasci, Primo tutorio nomine acceptauit Fideicommissum Petri supradicti, cum omnibus conditionibus, ac oneribus in ipso expressis, purificatum ad ipsorum fauorem per obitum Alexandri Patris, & hanc acceptationem notificauit in Gabella contractuum, vt in Lib. A. 254 10. Secundo idem Magistratus dicto nomine libere acceptauit hereditatem Lucretię Matris: Tertio cum beneficio legis, & Inuentarii, *non aliter, nec alio modo*, acceptauit Hęreditatem Alexandri Patris, Quarto, & postremo suum Procuratorem fecit, atque constituit Marium de Brogiis, ad suo, Pupillorumque nomine faciendum inter alia Inuentarium, cum omnibus suis consuetis solemnitatibus, ad effectum prędictum, prout latius in d. Instrumento, ad quod &c. Mandata per Magistratum ita curauit exequi Brogius, vt omnia secundum Ciuitatis Florentiæ stilum impleuerit.

Post mortem omnium suorum Fratrum, Rodulphus de anno 1633. die 20. Ianuarij Vxorem duxit D. Portiam de Barbettis, quam denique moriens, instituit Hæredem vniuersalem, prout in suo Testamento die 7. Apr celebr. de anno 1635 manu Ser Io. Baptistę Brunetti publ. Not Flor.

Dum d. D. Portia omnia bona, quę remanserant in hęreditate Rodulphi possidebat, effecto non soluendo Francisco de Baldenis debitore, Mons Pietatis creditor, post aliquas fructuum sequestrationes, & distractiones, vt celerius satisfieret, fecit incorporationem omnium bonorum, quę tenuit, & possedit, ad suamque mortem reliquit Alexander de Marucellis d Baldeni Fideiussor, in quibus, & bona Petri Fideicommittentis recensebantur, quę iure Fideicommissi ad Rodulphum vocatum peruenerant, quæque, † vt potè restitutioni obnoxia, non poterant per Alexandrum granatum obligari *Fusar. post alios de Subst. q 703 num* 2 vel saltem † aperto per mortem Alexandri Fideicommisso ad fauorem Rodulphi, resoluta fuit precedens hypotheca super dictis bonis constituta, vt post alios tradit *D. meus Merlin. de Pign. & hyp. lib. 2 quæst. 6. num 16. & 17 pag 46.*

Cum hoc supposito eadem D. Portia, nunc Vxor Francisci de Panantiis; pluribus petitionibus, ac insistentijs petijt coram Protectoribus dicti Montis excorporari, & sic sibi restitui eadem bona, quę in d. Rodulphum iure Fideicommissi transierunt, vna cum fructibus a die incorporationis, vt latius in dictis petitionibus, vel insistentiis, Causa ad votum Domini Assessoris commissa fuit, tandem resoluta contra d. D. Portiam, seu Franciscum de Panantiis eius Virum nn. quibus in actis; Resolutionis autem potissima fuit ratio, quia Mons Pius Fisci honoribus, & prærogatiuis decoratus, bona Hęredis, vel Hęredum sui Debito is habet eo modo hypothecata, & obligata, vt bona Debitoris ipsius. Per viam recursus tamen Principali rescripto causa eisdem Protectoribus Montis cum nostro voto decisiuo ad reuidendam demandata, Censuimus vnanimiter condemnandum fore, & esse prout condemnauimus d. Montem Pium ad eximendum ab incorporatione, vt supra facta, & sic restituendum omnia bona, quæ fuerunt descripta in faciem

d. i e ri

d. Petri Fideicommittentis in libris Decimæ, vna cum fructibus a die incorporationis perceptis, & vsque ad actualem relaxationem, ac restitutionem percipiendis; Et in hac parte tantum reuocauimus sententiam, & incorporationem d. Montis, ac ita secundum prædicta diximus malè iudicatum, & benè recursum, vt latius in sententia.

41 Moti autem † fuimus ad ita referendum per tex. expressum *in l. Paulus 29. in princ. ff. de pign. & hypoth.* vbi ea, quæ ex bonis Defuncti non fuerunt, sed ab Hærede eius ex alia causa acquisita sunt, vendicari non possunt a Creditore Defuncti, & 42 † fundamentum non modo procedit, si Defuncti bona fuerint obligata per hypothecam conuentionalem, seu expressam, sed etiam per legalem, seu tacitam *Surd. decis. 315. nu. 8. Merlin. de Pign. lib. 2. quæst. 15. num. 34. pag. 64.* quod ampliatur, etiam si Fiscus sit creditor, vt assertiue dixit *Accursius Florentinus* (quicquid dixerint alii) *in l. Mosibis 47. in verb. conuenirent, ff. de iure Fisci,* & videtur sentire *Rayner. de Forolio. ibid. in princ.* Nam Fiscus vtitur iure Priuati *l. Placuit 37. ff. de iure Fisci. Peregrin. in tract. de iure Fisci lib. 6. tit. 1. numer. 1. Farin. par. 1. Fragm. crim. vers. Fisci priuilegia num. 150. Vermigliol. consil. crim. 239. nu. 5.* nec speciale quid magis habet, quam Priuatus, nisi in quantum iure cautum reperiatur, vt ex pluribus dixit *Tepat. variar. sent. lib. 1. in tit. de iure Fisci pag. mihi 47. col. 1. vers. 4. & Farin. vbi sup. num. 150. cum plur. seqq. Surd. decis. 71. num. 10. & Alpharus de off. c. Fisc. glos. 16. num. 10. & seq. pag. 45.* quod, si in cæteris priuilegiis verum est, mul-43 to † magis procedit in priuilegio taciti hypothecæ, quæ tanquam fictio *l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei Vxor. act.* non nisi ab expressa lege induci potest, *Merlin. de Pign. & hypoth. lib. 2. quæst. 9. num. 3. & lib. 3. quæst. 16. num. 8. Noguerol. allegat. 1. num. 49. in fin. & num. 56.*

44 Quod autem † priuilegium hoc a regulis iuris adeo recedens, & singulare non habeat Fiscus, quamquam satis probetur, dicendo, quod *Farinaccius* acerrimus iurium Fisci indagator, & *Alpharus* de officio Fiscalis priuilegiorum eius diligentissimus congestor, nec recensuerint, nec comminisci tentauerint *Peregr. verò de iure Fisci* intra calamum, vel dentes continuerit. Et quod *Noguerol. alleg. 1.* non recensuerit, licet omnes casus taciræ hypothecæ percurrat, quo argumento ad non multiplicanda Fisci priuilegia vtitur 45 *Giurb. cons. 67. num. 19.* Extra † difficultatem conuincitur per *Text. in l. 2. C. de hered. actionib.* cuius licet vulgatissimi verba referre placuit, vt nostræ veritas opinionis magis elucescat, indequè sumpta argumenta facilius emergant; Legis autem verba sunt hæc, *Pro hæreditariis partibus Heredes onera hæreditaria agnoscere etiam in Fisci rationibus placuit, nisi intercedat pignus, vel hypotheca;* quorum sensus est, vt verbis vtar *Iulij Pacij in suis disertissimis Commentariis ad d. l. 2.* 46 *num. 6.* Hæredes † pro rata singulos onera subire hæreditaria, etiam si Defunctus debuerit Fisco; non tribuitur enim Fisco hoc priuilegium, vt possit conuenire vnum ex multis Hæredibus insolidum, sed non minus, quam priuatus creditor, diuidere cogitur actionem suam, & singulos Hæredes Debitoris conuenire pro partibus hæreditariis. Hactenus Pacius. Ex cuius explicatione, legisque verbis Primò deducitur, quod lex ista non alia ratione fuit a Decio Imperatore constituta, ab Imperatore Iustiniano inserta suo Codici, nisi propter Fiscum tantum, & quia Fiscum pudebat iure Priuatorum vti, & sic conuenire singulos ex pluribus Hæredibus pro debito Defuncti, namquod Priuatus creditor singulos Hæredes pro rata conuenire cogeretur, explorati iuris erat, etiam ex legib. XII. tabul. vt constat *ex l. Hæredes 25. §. idem iuris, ff. fam. ercisc. ex l. ea qua 6. C. eod. ex l. pacto 26. C. de pact. & ex l. fin. C. eod. tit. de Hæredit. action.* & ideò cum Fiscus supplicaret tanquam priuilegiatus, vt posset quemlibet etiam vnum ex pluribus Hæredibus Debitoris Fiscalis conuenire insolidum, fuit sci d. l. 2. C. de Hæredit. action. Fisci pretensio reiecta, non plus ei tribuendo, quam cæteris priuatis; Secundò deducitur, quod si Fiscus habuisset hypothecam in bonis eius qui successerat Debitori fiscali, nec desiderare poterat petitum in d. lege priuilegium conuenendi singulos Debitoris Fiscalis Hæredes insolidum, cum illud satis habuisset per hypothecam sua natura indiuiduam *Merlin. de Pign. & hypoth. lib. 3. quæst. 14. sub nu. 84. & 86. & lib. 4. quæst. 44. num. 19. & melius quæst. 127. num. 1. & seqq. Carleual. de Iudiciis lib. 1. tit. 2. disput. 10. num. 5. pag. 227. Buratt. decis. 785. numer. 10. & ibi Addit. Rot. post Cenc. decis. 491. num. 10. & decis. 559. num. 9. Salgad. in Labyrinth. Credit. par. 2. cap. 11. num. 4. & 6.* Deducitur demum, quod si Fiscus legalem habuisset, taciramque hypothecam, non tantum Decius Imperator dictæ legis secundæ auctor superfluus, ineptusque fuisset, dicendo, *nisi intercedat pignus, vel hypotheca,* sed etiam Imperator Iustinianus, omnesque Iuris compilatores notandi essent, dum eam iuri Ciuili inseruerunt, si tempore suo Fiscus habebat legalem hypothecam, & eam sub conditione sic posuerunt, ac in dubium reuocarunt, vt innuit dictio illa, *nisi l. quibus diebus 40. §. quidam Titio in fin. ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. idem scribit, ff. deposit.* Nusquam 47 † enim in toto iure legitur, quod ponatur in conditione hypotheca, vbi tacitè inest, à legequè inducta est *tota l. vnica, C. de rei Vxor. act. tot. tit. C. comm. de legatis, l. item 4. ff. de pact. leg. certi Iuris 5. C. locat. tot. titul. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contr.* Dictum fuisset saltem, nisi pignore, vel hypotheca Fiscus vtatur, quasi sensus esset, quod Fiscus contra Debitoris Hæredes potuisset agere personali actione, & sic contra singulos pro rata, & potuisset agere actione reali pignoratitia, siue hypothecaria contra quemlibet insolidum; At dum Legislator dixit, nisi intercedat pi-

T 2 gnus,

pignus, vel hypotheca, de interuentu conuentionalis, & expresse intellexit, cum quod inest, intercedere non dicatur, & verbum † intercedere ad conuentionem, & factum hominis referatur tot. tit. ff. ad S. C. Vell. vbi Doctores. Dicebatur † praeterea, quod Fiscus, & dos circa hypothecam aequiparantur per modum regulae, *Bart. in l. 1. ff. solut. matrim. Glos. in l. dotis 9. C. de iur. dot. vbi & Barbos. numer. 4. Castr. cons. 394. Negusan. de Pign. & hypoth. 4. memb. 2. par. nu. 108. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 25. nu. 3. Alpharus de offic. Fiscal. glos. 34. §. de pignore num. 126. pag. 290.* Sed † hoc in iure, nec apud DD. legitur, quod pro Dote sint hypothecata bona Haeredis eius, qui Dotem debebat *Afflict. decis. 200. num. 1. & per tot.* ergo nec Fisco debet concedi priuilegium huiusmodi &c.

Si cui tamen † hoc priuilegium competeret, vtique Pupillo concederetur in cuius fauorem est textus, magis apertus, quam illius, qui pro Fisco adduci possit, *in l. properandum 13. §. fin. C. de Iudiciis*; vbi differens Iustinianus de obligatis ad fauorem Pupillorum nominat *Tutores, Curatores, aut eorum Fideiussores, Haeredesque, & rectorum*, & nihilominus ex Doctoribus, & Interpretibus nemo verba illa *rectorum* ausus est referre ad Haeredes, quamquam proximiora verbo illi, *Haeredesque*, apposita legantur, *Mantic. post alios de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 16. sub nu. 14.* quem refert, & sequitur *Barbos. in d. l. properandum, § fin. num. 6. Noguerol. allegat. 1 praesertim num. 92. & numer. 105.* Ergo multo minus Fisco tributum, atque concessum priuilegium praedictum dici potest, pro quo nec similis textus potest adduci, & contra quem in dubio iudicandum esse, stat regula *in l. non puto 10. ff. de iur. Fisc. Farin. in Fragm. vbi sup. numer. 155. Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 1. num. 3.*

Aduersus huiusmodi † fundamentum adducebantur *text. in l. aufertur 46. §. Fiscus, ff. de iure Fisci, in l. 2. & 3. C. eod. & in l. 2. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.* vbi expresse legitur certum esse, quod Fiscus semper habet ius pignoris, adducebantur etiam auctoritates non solum *Glosa penult. in l. Fiscus 6. ff. de iure Fisci* sed etiam Plurium quos allegant *Carleual de Iudic. tom. 2. libr. 1. tit. 02. disp. 1. sub numer. 15. & sub numer. 23. & tit. 3. disp. 25. sub num. 10. Alpharus de offic. Fiscal. glos. 34. §. 5. num. 116. pag. 296.* Qui sine exceptione † id seruari in omnibus contractibus, & quasi contractibus, qui cum Fisco fiunt, scripsit *ibid.* Merito bona eius, qui adeundo haereditatem debentis Fisco cum Fisco quasi contraxit *ad text. in l. apud 3. §. fin. ff. quib. ex caus. in possess. eatur* obligata nexu pignoris erunt, atque dicentur *d. l. 2. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Nam eum † qui Debitoris Fisci adiit haereditatem, priuilegiis Fisci coepisse subiectum esse, dixit *Vlpian. in l. eum qui 33. ff. de iure Fisci*, quam legem de hypotheca loquentem intellexit *Peregrin. de iure fisci lib. 6. cap. 6. numer. 1. vers. Amplia*, qui postquam dixerat, Fiscum bona secum contrahentis obligata, & hypothecata habere, immediate subdit, Amplia ad eum qui successit Debitori Fiscali, nam ex tunc Fisci priuilegiis subiicitur *d. l. eum qui* &c.

Sed haec omnia tantum abest, vt firmatam opinionem impugnent, vt quinimo recte percepta, coadiuuent, vt ex infra dicendis apparebit; Dicitur enim primo, quod Fiscus semper habet hypothecam *d. l. aufertur 46. §. fiscus, cum concordantibus*, & Nos non negamus, sed † dictio illa *Semper* ex aduerso allegata, praeterquam quod denotat regulam, vt idem importet, ac plerumque *Surd. cons. 281. numer. 1.* referenda †, est ad tempus, non autem ad casus, vt ex pluribus suo more probat *Barbos. de d. vsufreq. dict. 361. nu. 3.* & secundum naturam actus, cui adiicitur intelligenda est, & secundum subiectam materiam *Rot. decis. 268. numer. 14. par. 1. recent.* quasi sensus sit, quod actiones † competentes Fisco, maxime auferenti ab indigno, & ob alterius fraudem, *vt in dict. l. aufertur*, non praescribantur per annos 30. 40. vel vltra, sed exerceantur etiam post 60. annos, vt dixit *Peregrin. de iure fisci lib. 6. titul. 8. sub numer. 6.* neque excludantur, nisi per centenariam praescriptionem, vt probat *Alpharus de offic. Fiscalis glos. 16. de fisco agente priuileg. 45. numer. 165. pag. 79.* Et † veritas istius responsionis deducitur ex auctoritate *Glosae in d. l. aufertur 46. § Fiscus in verb. pignoris*, vbi aliqui casus referuntur, in quibus Fiscus non habet hypothecam, & ex dispositione *dict. l. 2. C. de haeredit. act.* ex qua satis deduximus contra bona Haeredis Fiscū defuncti creditorem hypothecam non habere.

Nec vires huius responsionis eneruant *Alphari* verba superius, & ex aduerso allegata, vbi Fisco hypotheca conceditur sine exceptione in omnibus contractibus, & quasi contractibus, qui cum Fisco celebrantur, & proinde dictio, † *semper*, generalitatem importet, tam respectu temporis, quam respectu casuum, vt tradit *Barbos. d. dict. 361. numer. 2.* Quia generalitas dictorum verborum per singulas species, & casus declarata per eundem *Alpharum* per tres integras paginas, nunquam legitur ad casum de quo agimus extensa, aut exemplificata, licet omnes alios casus specialiter comprehendat, quibus hypothecam Fisco iura impartiuntur. Quo vero † ad quasi contractus manifeste constat, quod generalitas supra enunciata non exemplificatur, aut declaratur a Doctoribus in alio quasi contractu, quam in eo, qui per sententiam contra Delinquentem latam initur *Carleual de iudic. d. disp. 1. num. 10. cum plur. seqq. Merlin. & plena manu per eum congesti de pign. & hypoth. lib. 3. quaest. 88. n. 17. pag. 339. Noguerol. allegat. 1. sub num. 46.* quod † tanquam in odium Delinquentis inductum ad alios casus, in quibus haec ratio non militat, extendi nō debet *cap. odia 15. extra de regul. iur. in 6. l. cum quidam 19. vbi glos. fin. ff. de lib. & posth.* *Glosa* vero *penultima in leg. fiscus 6. ff. de iure Fisci* allegata in mo-

in motiuo D. Iudicis à quo *in verſ. non valui*, ad
62 rem non facit. Nam poſtquam † in *d. l.* Vlpianus quęſiuerat, an, & quando Fiſcus ſuccedens priuato Creditori incipiat habere priuilegium contra Debitorem Defuncti, adhibita diſtinctione reſpondit, quo ad vſuras Fiſcales, tunc incipere priuilegium, ex quo Fiſcus conuenit certum Debiorem, & confitentem. At in priuilegio, ex inde locum eſſe priuilegio, ait, ex quo inter nomina Debitorum relatum nomen eſt *Gloſ. in verbo priuilegio*, explicat, vt in hypotheca, quæ explicatio, cum emanauerit in caſu omnino diuerſo à noſtra facti ſpecie, nullo modo ad rem facit, nam ibi ſemper agitur de eadem Debitoris, ſeu Contrahentis perſona, nunquam tamen de perſona Hęredis eius, qui cum Fiſco contraxerat, Secundo ibi ſemper agitur de eo, qui verè contraxerat, & erat ex proprio contractu Debitor, mutata tamen Creditoris perſona ex cauſa ſucceſſionis, Nos agimus de eodem Fiſco Creditore, mutata perſona Debitoris per ſucceſſionem, meritò ille, qui debitor Fiſci euaſit permittendo ſe referri inter nomina Debitorum forſan ex ſua confeſſione, & ſubſcriptione, vt in primo caſu, mirum non eſt, quod Fiſci priuilegijs incipiat ſubijci *d. l. 2. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr.* ſed quod vltra perſonam Hęredis repræſentantis defunctum Debitorem fictione Iuris, *authent. de iureiurand. à morien. praſt. in prop.* obligentur bona Hæredis ipſius contra regulas iuris, nec dixit Accurſius, nec dicere potuit ſine contradictionis nota cum in *l. moſt biſ 47. in ver. conueniretur, ff. eod. tit. de iure Fiſci* hypothecam in bonis hæredis expreſſe negauerit Fiſco, dum allegando *l. Paulus 19. ff. de pign. & in d. l. aufertur 46. §. Fiſcus in verb. pignoris* dicit hypothecam Fiſco competere ex ſuo, non ex alieno contractu.

Vim autem aliquam noſtræ opinioni facere negauimus, *l. eum qui 33 ff de iur. Fiſc.* ſuper qua totum fundamentum ex aduerſo Iudicantis conſiſtere videtur, quæ ſicuti paucis verbis concepta eſt, ita non poteſt plures caſus, & plura priuilegia inducere, quàm verba ipſa importent, atque con-
63 tineant; Verba † enim legis hæc ſunt, *Eum, qui Debitoris Fiſci adijt hæreditatem, priuilegijs Fiſci cæpiſſe ſubiectum eſſe*, ex quibus liquido conſtat nullum eſſe verbum, quod ad bona referatur, imò
64 dictionem illam, † *eum*, quæ perſonalis eſt, & reſtricta ad perſonam nominatam bonorum excluſiuam eſſe, nemo dubitaret, per ea, quæ ſcripſit *Barboſ. de Dict. vſufr. dict. 177. n. 5. cum ſeqq.* maxime in materia ſtrictè interpretanda, vt ſunt priuilegia, *Cyriac. contr. 369. n. 9.* Priuile-
65 gia † igitur, quibus ibi ſubijcitur acceptans hæreditatem fiſcalis Debitoris, ſunt eadem perſonalia, quæ Fiſcus habebat contra Defunctum debitorem, quod expreſſe ſenſit *Accurſius*, dum e-
66 xemplificat † in maioribus vſuris, iuxta *l. quidam 17. §. ex locato, ver. Fiſcus, ff. de vſur.* quarum priuilegium eſt omnino diuerſum à priuilegio hipothecę, cum illud non contrahatur, niſi per moram, *d. l. Fiſcus 6. verſ. ſed vtrum, ff de iur. Fiſc. Alphar. de offic. Fiſcal. gloſ. 16. de Fiſco agen-*
67 *te, priuileg. 55 n. 190. pag. 83.* quęſtabſque interpellatione fauore Fiſci contrahitur, *Mareſc. variar.*
68 *reſol. lib. 2. cap. 124. n. 19.* At † priuilegium hypothecę etiam citra moram Fiſco cõpetat *d. l. Fiſcus in fine principij, & d. l. aufertur 46. §. Fiſcus ff eod.* & de vno ad aliud priuilegium non valeat extẽſio, *l. quod verò 14 ff de legib. § ſed & quod Principi. verſ. planè, vbi DD. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Nec vrget, quod in *d. l. eum qui 33 ff de iur. Fiſc.* Iuris Conſultus vtatur plurali numero dicens, *priuilegijs Fiſci ſubiectum eſſe*, quaſi non poſſit verificari pluralitas illa priuilegiorum Fiſco competentium, niſi de realibus actionibus contra bona Hęredis legem intelligamus. Quia Fiſcus tot habet priuilegia, etiam vltra realia, vt labor exiguus in hac obiectione refellenda requiratur, Habet
69 † enim proprios Iudices, & ideò non ſequitur forum Rei, ſed coram ſuis Iudicibus trahit Debitores, *l. 1. C. ſi aduerſ Fiſcum, tot. tit. C. vbi cauſ. Fiſcal. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 7. tit. 1. numer. 2. verſ. ideò. Alphar. de offic. Fiſcal. gloſ. 16. de Fiſco agente, priuil. 1 num. 22. pag. 47. & priuil. 69. num. 215.*
70 *pag. 88.* Poteſt conuenire † Debitorem ante tempus ſolutioni decretum, *l. 1 C. de condict. ex l. Mareſcott var reſol. lib 2. cap. 131. numer 4.* Habet
71 actionem, † & intentionem fundatam in proprijs libris, *Maſcard de probat. concl 975. num. 46. Genua de ſcript. priu lib 4. tit. de libris Fiſcal.* Poteſt
72 agere † contra ſuum Debitorem, omiſſo Iuris ordine executiuè, & ſummariè, *Caball. caſ. 203. Gratian. diſceptat forenſ. cap 353. num. 1. & ſeqq.*
73 *& cap. 375. numer 14.* Exequitur ſententiam † ad ſui fauorem latam, remota Debitoria condemnati appellatione, *l. fin C. quorum appell. non recip. Alphar. d. tract. gloſ. 16. de Fiſco agente, priuil. 13. nu.*
74 *70. pag. 59.* Transfert † onus probandi in Reum conuentum *poſt alios idem Alpharus ibid. priuil. 24. num. 108. pag 67.* quando nimirum habet intentionem fundatam de Iure communi, vt dice-
75 mus in fin. Nunquam † perit in ſtantia ad eius fauorem *l. properandum 12. in §. 1. vbi gloſ. in verb.*
76 *Fiſcal. & gl. ſeq C. de Iudicijs*, imò cauſę † inſtantiãſ nec remorantur feriati dies *l publicas 5. C. de ferijs Euerard. in loco à Fiſco ad Ecleſ. n. 9.* Et vt ſemel dicamus, tot habet priuilegia Fiſcus, vt ad ſaluandam pluralitatem priuilegiorum, de quib. *in d. l. eum qui* nullo modo cenſuerimus neceſſariũ, inducere contra Iuris regulam, de qua *in d. l. Paulus de Pign.* nouum, & inauditum priuilegium hypothecę in bonis eius, qui Fiſcalis Debitoris hęreditatem adiuit.

77 Nec viſa † fuerunt ſufficere ad inducendum illud, quæ *Peregr.* ſcripſit *de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. ſub num. 1. verſ. Ampl. & tit. 7. nu 10.* Primò quia *Peregrinus* non dixit bona hæredis eſſe ad fauorem Fiſci obligata pro debito Defuncti. Secũdo, quia hoc ſaltem noluit dicere. Tertio quia etiã ſi illud videretur dixiſſe, tamen ſuum dictũ optimè declarauit dicendo hoc priuilegium Fiſco non competere.

Quarto, & postremo quia etiam in casu quo *Peregrinus* hoc dixisset expressè, illius auctoritas, nec satis fuisset ad istud priuilegium Fisco tribuendum.

Redeundo ad primum, quod scilicet *Peregrinus* non dixerit id, ad quod in hac causa fuit allegatus, probatur, quia cum dixisset, quod Fiscus speciali iure vtitur, vt ex contractu, etiam citra expressam pignoris conuentionem, bona secum contrahentis sint sibi obligata, & hypothecata, non solum presentia, sed etiam futura, & huc vsque dubitari potuisset, an hoc priuilegium locum habere deberet in casu, quo transeuntibus bonis per tacitam, legalemque hypothecam obligatis in alium, mutaretur persona Debitoris, maxime cum 78 † priuilegia hanc soleant recipere interpretationem, vt lędant ius Commune minus quam fieri possit *Olasc. decis. 90 num 11. Franc. Marc quaest. 394 & quaest. 492 Altogr. cons. 83 num. 51 lib. 1. Rot. decis. 330 num. 6 par. 5. rec.* nec debeant extendi vltra id, quod continetur in illis *Oldrad cons. 325. in princ & num 4 Seraph decis 555. num. 1. Rot. decis. 167. num 6 & decis. 314. num. 12. par. 5.* 79 *rec.* & quod † hypotheca sit stricti iuris, & vti talis strictè interpretanda, nec admittat extensionem, dixerunt post alios *Merlin. de Pign libr. 4. quaest. 147 & Noguerol. allegat. 1. nu 96.* Ad hanc igitur dubietatem excludendam *Peregr. d lib. 6 tit. 6 sub num. 1.* subiunxit *Amplia ad eum qui successit debitori Fiscali* quasi sensus Peregrini fuerit dicere, quod quemadmodum tacita hypotheca cōpetebat contra Defunctum in bonis illius, ita quoque competat contra Successorem in bonis eiusdem Defuncti, & ita ampliatio (retentis eisdem terminis, ac eodem themate bonorum Defuncti) adaptatur optimè ad regulā supra firmatā, absque necessitate extendendi predictum priuilegium ad bona Haeredis, in cuius persona non verificantur verba loquentia de contrahente, de quo in regula, seu conclusione *latè Surd cons 415. num. 28. cum seqq.* Nec videatur inepta dubitationis ratio, quam sustulit *Peregrinus in d. vers. Amplia* quasi 80 † de natura hypothecę sit afficere ipsam rem, penes quemcumque possessorem repertam, & exi- 81 stentem *Cens. de Censib. q. 88 num 6* quia † dantur in iure alii casus, quibus priuilegiata hypotheca strictè accipitur, & personam non egreditur, vt in hypotheca cum prælatione concessa Mulieri pro Dote *l. 1. C. de priuileg. dot. § fuerat in fin. cum vtrobique notat. inst. de act.* Verum quando etiam inepta fuisset, vel ratio dubitandi, quę Peregrinum induxit ad ponendam ampliationem, vel modus loquendi, dum dixit *Amplia* non debemus contra Iuris regulas inducere priuilegium nouum, vt Peregrinum ab ineptitudinis lapsu defendamus &c.

Dicebamus secundo, quod *Peregrinus* dicto loco nunquam intentionem, ac in mente habuit dicendi, quod bona Heredis Fisco sint obligata; 82 quia † si Doctoris dictum intelligendum est iuxta legem, quam allegat, vt tradidit *Bart. in l. non solum 9. § si liberationis verba num. 4 ff. de liber. legat. & Rot. decis 302. num 9 p. 4. rec tom 2.* ex allegata lege per *Peregrinum* loco superius adducto non potest hoc inferri, quia siue allegare voluit *legem eum qui 33.* siue allegare voluit *l. eum qui 41. eiusd. tit. de iur Fisc* ex nulla dictarum legum astrui potest, quod Fiscus habeat hypothecam in bonis eius, qui successit Debitori Fiscali; Nam *dictam l. 33.* satis refutauimus supra, dictę verò *legis 41.* satis erit transcribere verba, quę nihil prorsus ad rem faciunt, quę sunt ista *Eum qui bona vacantia à Fisco comparauit, debere actionem, quæ contra defunctum competebat excipere.*

Quando tamen Peregrinus hoc aliquo modo videretur dixisse, vel dicere voluisse optimè suam intentionem declarauit *d l. 6. cap. 7. inscripto, de Debitoribus Fiscalibus numer. 10.* vbi hæc verba leguntur, Heres autem Fiscalis Debitoris ex tunc subiicitur Fisci priuilegijs *l. eum qui ff de iure fisci l eum quidam § Debitores, ff de vsuris,* non tamen vltra portionem hereditariam tenetur *l. 2. C de hered. act.* quibus ex verbis manifestè apparet, quod priuilegia, quibus supponitur Heres Debitoris Fiscalis, & de quibus in *d l eum qui* non intellexit Peregrinus, nisi in actionibus personalibus, quia aliàs per actionem hypothecariam conuentus Heres in solidum teneretur, cum hypotheca sit indiuidua, vt ex *Merlin. & Rot supra deduximus*; Supponentes tamen, quod Peregrinus apertis, rotundisque verbis dixisset, hoc priuilegium tacitę hypothecę Fisco competere aduersus bona Heredis, non ideò herbam porrigere, siuè 83 acquiescere potuissemus, cum fictio † (quemadmodum est tacita hypotheca) non nisi ab expresso iure possit induci, non autem à Doctoribus, quamuis sexcentis *Noguerol. allegat. 1 num. 3. & 5. & num. 43. Salgad in labyrinth. Credit. par. 1. cap.* 84 *10. num. 39.* & Fiscus † non sit priuilegiatus, nisi in casibus à Iure expressis, vt ex *Farinac Peregr. & alijs* supra innuimus. Ex quibus, cum saltem reuocetur in dubium hoc priuilegium, sequitur 85 illa conclusio, quod contra † Fiscum in dubio sit iudicandum *d l non puto 10 de iur. Fisc.*

Dicta tamen huc vsque non potuissent excludere predicti Montis intentionem, si Filij Alexandri de Marucellis effecti fuissent eius heredes liberi, quemadmodum illos fecisse videtur D. Lucretia Mater sub die 25. Octobris 1605. dum illorum tu- 86 telam suscipiens, confecit † Inuentarium rerum, & bonorum in hereditate Alexandri Patris remansorum, asserens illa esse ad Filios *spectantia*, quod verbum, siue dictio, importat aditionem hereditatis *ex Rot. coram Ludouis. decis. 7 num. 1. in fin.* maximè si verbum illud sit prolatum à Matre Tutrice *Rot. decis. 180. num. 11. par. 7. rec.*

Nos autem censuimus per dictum Instrumentum, ac Inuentarium tutelare dict. D. Lucretiam Matrem, nec fecisse, nec facere potuisse heredes d. suos Filios infantes, pluribus quidem rationibus &c.

87 Nam Mater Inuentarium fecit, † vt tutelę su-

sceptę

sceptę administrationem inciperet, quę ab Inuentario exordium, ac initium sumit *l. 1. § officio, ff. de tutel. & rat. distr. Antonin de Amat. resolut. 59 numer. 4.* non vt heredes Patris faceret Filios, 88 & actus † agentis non debent operari vltra eius intentionem *l. Creditor 12. § fin. ff. quod pot. in pign. hab. Rot. post Merlin. de Pign. decis. 66. numer. 20. Rota in terminis nostris coram Merlin. decis. 888. numer. & prius decis. 873. num. 12.* Ifeius veritas intentionis probatur, & ex ipso tutelę, siue Inuentarij actu, & ex actibus subsequentibus; In ipso enim tutelę, siue Inuentarij Instrumento Tutrix hęc formalia verba protulit, *cum protestatione tamen, & declaratione, quod non intelligit modo aliquo praeiudicium parari posse, cum praetendat dicta mobilia pertinere ad dictos suos Filios ex hereditate Petri olim Patrui dicti Alexandri Patris*, & paulo inferius iterum eadem D. Lucretia tutorio nomine protestata fuit, & declarauit, *quod nullum parari sibi vult praeiudicium &c.* ex 89 quibus verbis cum remoueatur † consensus ab aditione, cessare potius debet aditio, quam protestatio *Corn. cons. 161. numer. 6. lib. 4.* vel saltem 90 † actus aditionis ita obscurus, incertus, dubius, & aequiuocus redditur, vt ex illo Filij heredes facti non dicantur *Baldus omnino viden. cons. 171. sub num. 1 vers. ratione ergo lib. 3. Mascard de probat. concl. 41. num. 16. & num. 18 Rot. decis. 210. num 15. par. 5. rec. Merlin. decis. 873. num 3. & decis.* 91 *888. numer. 2.* cum aditio † non praesumatur, nisi probetur *Mascard. de probat concl 40. numer. 8.* Nec protestationem huiusmodi censuimus facto contrariam esse; Quia tunc facto contraria reputatur protestatio, quando se non compatitur cum facto, & quando totum destruit factum, sed 92 † quando protestatio ordinatur ad tollendam mentem a facto, seu praesumptionem ex eodem facto resultantem, tunc protestatio operatur, *Alex cons. 130. num. 17 lib. 4. Corn. dict. cons. 161.* 93 *num. 6 lib. 4.* & quando † ordinata est protestatio ad limitandum factum, cum quo proinde se compatiatur, non potest dici contraria facto *Merlin. de pign. lib. 5. tit. 1 quaest. 30. num. 20. Surd. cons. 143. num. 59 lib 2. Rot. decis. 28. num. 10 par. 4. recent. tom. 2.* & tunc potius actus, ex quo possit resultare aditio, viciatur, quam protestatio ipsa, vt per *Surd. d. cons. 143. d. num 59 & seq. vsq. in fin. lib. 1.* & in terminis aditionis, vel repudiationis *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 10. numer. 15. vers. Nam huiusmodi protestatio*, & in ipsissimis terminis nostris *Mascard. de probat. concl. 47. num. 9. omnino viden.*

In casu autem nostro, cum ex protestatione non tollatur factum acceptationis tutelę, susceptionis administrationis, & confectionis Inuentarii (quod factum tanquam principale subsistit, etiã cum protestatione consideratum) & cum ipso facto se compatiatur, nihil est impedimento, quin protestatio non praeiudicandi operetur, atque subsistat ad excludendam hereditatis aditionem, 94 maxime † cum hereditas ex communi hominum opinione reputaretur damnosa *Mascard. de probat. concl 45. in fin. Ludouis decis. 460. num. 13. &* 95 quando † verba aditionem verisimiliter importantia non sunt prolata ab illo, cui delata est hereditas, sed ab alio, etiam si legitimus sit Administrator *idem Mascard. de probat. concl. 44. in fin.* 96 *Ludouis. decis. 7. num. 1. in fin. vbi Adden.* Nec † suitas operatur, dum abstensio probatur *text. ... expressus in l impuberib. 11. in l. interessanijs 57. ff. de acq. vel omitt. her. tot. tit C. si minor ab her. se abst. Rot. Roman. coram Merlin. decis. 529. numer. 8.* vel vbi de immixtione non constat *Vuessembecij in paratit. ad d. tit. C. si minor ab hered. se abst.* quę 97 † nunquam praesumitur, nisi probetur, praesertim in Impuberibus, vt de communi opinione testatur post alios *Barbos. ad § sui autem, circa fin. instit.* 98 *de hered. qual. & diff.* Quod ex † Inuentario per D. Lucretiam Matrem facto non inferatur, ac probetur immixtio, siue aditio hereditatis, imò nec ex Inuentario, quod ipsemet Heres fecisset, probat ad litteram *Roland. à Valle, inter alios tractantes de inuentario, quaest. 60.* vbi reprobato Cyno tenente, quod videatur adita hereditas, his precisis verbis vtitur, Quod in contrarium est veritas, vt Heres non dicatur adire, si alias non declarauerit suam voluntatem *l fin § fin autem hoc aliquis vers. non recusauerit C. de iur. delib.* vbi requiritur, quod post Inuentarium Heres repudiet, vel adeat, vt ibi tenent *Salyc. Alex. & Iason versus Salyc. ibi, in § fin autem dubius*; Ratio etenim est, quia potuit esse, quod Inuentarium fecerit Heres, vt magis esset certus de viribus hereditatis, quam animo adeundi, & ideò cum actus iste non inferat necessario aditionem, non probatur ex hoc animus adeundi, quam partem tenet *Ruin. in cons. 113 num. 4. volum. 3. Neuiz. in cons 9. nu. 14. & Franc. Marc. in decis. 29.* vbi asserit hoc esse de omnium consensu, Et hęc omnia ex Rolando transcripta probantur per *Mascard. de probat. concl. 48. num 3. & Rotam coram Duran. decis. 387. in prima, in fin.*

Nec obstat, quod Mater Tutrix bona describens 99 enunciauerit illa spectare ad Filios. Quia † enunciatiua Tutoris non facit heredem Pupillum, nisi aliunde iustificetur, vt post plures firmauit *Rot. coram Merlin. decis. 857 sub numer. 10. & seq. decis. 873. num. 6. & decis. 888. sub num. 2.* praesertim si assertio, vel actus, ex quo infertur aditio, fiat a Muliere, vt in casu nostro *Mascard. in puncto de probat concl. 47. n. 4.* Et tantum abest, vt dicta enunciatiua iustificetur aliundè ad effectum, de quo agimus, vt quinimò destruatur non modò per supra relatam protestationem, per quam alio titulo dixit bona spectare ad Filios *Pascal. de vir patr. potest. par. 4. cap. 1. num. 22.* Sed etiam per Inuentarium ipsum, in quo descripta leguntur bona, quę nulla, ac nunquam a d. D. Lucretia Matre, Tutorio suorum Filiorum nomine possessa, atque retenta fuerunt, idque constat ex Inuentario ipso ibi, Infrascripta bona, videlicet inuentariata ad instantiam Dominorum Officialium Abundantię

tiæ sub die 3. Septembris proxime præteriti 1605. & inferius incoando d. Inuentarium, ibi *Adi 3. di Settembre* 1605. *Inuentario fatto d' ordine, & ad instanza delli Magn. Sig. Offitiali d'Abbondanza* Nec vsus quorumdam mobilium, & consumptio cuiusdam olei fecit eosdem Filios hæredes prædicti Alexandri Patris. Quia tam oleum concessum per Dominos Officiales Abundantiæ D. Lucretiæ sub die 20 Februarij 1605 quam mobilia æstimata lib. 714. 10. consignata per eosdem Officiales Abundantiæ eidem D. Lucretiæ sub die 18. Martii 1605. non tanquam bona hæreditaria d. Alexandri, sed tanquam pertinentia ad d. Officiales, fuerunt credita, pro quorum restitutione ad omne dictorum Officialium mandatum non modo se obligauit nomine proprio d. D. Lucretia, sed etiam Fideiussores dedit, vt legitur in Decretis super consignatione prædictarum rerum factis. Nec veritate nititur, quod d. Tutrix aliquid nomine Filiorum soluerit Creditoribus Alexandri Patris, quia nulla solutio reperitur facta in vita, & de mandato ipsius. Itaque cum nullo modo probatum fuerit, quod Tutrix habuerit animum adeundi hæreditatem, vel quod possederit bona hæ-
100 reditatis † dicendum omnino censuerimus de aditione, vel immixtione minime constare, *Bald. in puncto videndus in d. cons* 17 *sub num.* 1. *vers. in contrarium vsq in fin. lib* 3 Omnem tamen incertitudinem, siuè perplexitatem (si adhuc aliqua remaneret) eliminauit eadem D. Lucretia, dum Tutorio nomine postea sub die 11. Septembris 1606. enixè rogans S C S. mediante libello supplici, vt dignaretur illam ad compositionem admittere pro debito. quod Alexander Vir, & suorum Pupillorum respectiuè Pater habebat cum Officialibus Abundantię, per verba expressa dixit, *con che non intende fare li suoi Figli heredi del Padre;*
101 Qua propter † vt verbis vtar *Bald. in d. cons.* 17. ex mente a principio dubia, & postea negatiue declarata, infertur, quod ab initio, & in Inuentario Tutrix non habuerit animum adeundi, ex quo postea non facere heredes Filios asseruit, & declarauit, cum suę declarationi sit standum *Bald. ibid. in fin. Mascard de probat. concl.* 44. *num.* 17. *concl.* 45. *num.* 32. *conclus* 47. *in fin. Pascal. de vir. Patr. po test p* 4. *cap.* 1. *num.* 21. *cum seqq.* Et hęc abstensio non redditur nulla ex eo, quod non fuerit notificata in actis publici Consilii, vt dicitur requiri per Statutum Florentinum lib. 2. rubr. 29 quia cum Statutum non comprehendat Minores, & multo minus Infantes casui nostro non adaptatur.

Dicebamus pręterea, quod etiam si D. Lucretia Mater intentionem, ac voluntatem habuisset faciendi hęredes Alexandri Patris dictos Filios Infantes (quod absolute negauimus) saltem per actum acceptationis Tutelæ, & confectionis Inuentarij illis pręiudicare, illosque hęredes facere, nec potuisse videatur, repugnante lege Magistratus Pupillorum rubr. 7. in fin. vbi constituitur, quod antequam Fideiussores a Tutoribus dari, seu dandi approbentur per eundem Magistratum; *tale tutela sia nulla, e di nessun valore, e come se non fusse stata presa*, Sed Fideiussor per dictam Tutricem datus sub die 25 Octobris 1605, post 20. demum dies, nimirum die 15. Nouembris 1605.
102 fuit per Magistratum approbatus, ergo actus † antea factus tanquam nullus, nullum Iuris effectum producere potuit ad cumulata per *Farinacc. in repertor de contract. q* 55. *num.* 1. *& dicta per Rot. ad Post. de Manuten. decis.* 189. *num.* 6 maximè in Terrij, & Pupillorum damnum, in quorum pręiudicium retrotractio impeditur *l.* 1 *vbi DD. C. an seruus ex suo facto, Costa de retrotrac. cas.* 16. *cap.* 9 *num.* 8. *Capyc Latro decis.* 15. *sub num.* 11.

Sed nullam dubitandi reliquit nobis occasionem actus adeundi, quem vti Tutor celebrauit Magistratus Pupillorum sub die 16. Ianuarij 1606. dum (vt supra in facti narratione retulimus) vltra alia, dictorum Infantium Pupillorum nomine acceptauit hęreditatem Alexandri de Marucellis ab intestato defuncti, cum beneficio legis, & Inuentarij, & non aliter, nec alio modo, protestans se nolle teneri vltra vires hæreditarias, sed velle gaudere beneficijs, & fauoribus concessis adeuntibus hęreditatem cum beneficio legis, & Inuentarij *l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. delib.* & ad hunc potissimum finem, ac effectum constituit, ac fecit Procuratorem D Marium de Brogis Causidicum Florentinum mandans ei, vt ideò conficeret de more Inuentarium cum omnibus necessarijs, & opportunis &c.

Ad hoc Inuentarium euertendum, & sic ad legis beneficium excudendum dicebatur ex aduerso, & vitio nullitatis, etiam multiplicis, laborasse, & dolosè factum fuisse Inuentarium prędictum, quas tamen nullitates in facto non subsistere nobis compertum fuit; Nam quod citationes ad conficiendum Inuentarium fuerint factæ cum commissione Iudicis, & Magistratus pro prima, & 9. die Martij, & postea *quandocumque* in processu
103 constat per acta † Cancellarij eiusdem Magistratus, cui credendum esse in pertinentibus ad eius officium, firmauit sæpissime *Rot vt decis.* 723. *nu.* 2. *par.* 4 *rec. tom.* 2 *& coram Merlin. decis.* 377. *in*
104 *fin. & decis* 549. *numer.* 5. nec † non etiam per Nuncij relationem probatur, quæ apta est ad inducendam pręsumptionem, quod interuenerit Iudicis commissio, siue mandatum *Rot. in Cesenaten. Pecuniaria* 29. *Ianuarij* 1629. *vers. denique non*
105 *videtur, coram Card V baldo*, quia † Nuncio credi solet, vt tradidit *Farinacc. de testib. quæst.* 56. *n.* 381. *& in puncto Inuentarij Ridolphin. in Prax. Iudic tar.* 1. *cap.* 9 *num* 164. *& num* 167. maxime cum decretum Iudicis subsecutum fuisse legatur
106 *Caualer. decis.* 339. *num* 6. & simus † in actu gesto iam annis fere 50 quo temporis lapsu solemnitates necessariç ad validitatem actus pręsumuntur *Tomas tractat. de Inuent. tit* 8. *num* 232. Nec obstat, quod citationis, seu citationum commissio non fuerit facta die Iuridica, vel citationum executio non potuerit fieri pro die non Iuridica. Quia respondetur primo de qualitate dierum, &

quod

quod Iuridici non essent præscripti dies, nihil in 107 processu apparere; Secundo † respondetur, quod cum Inuentarij confectio ad effectum hereditatis suspectę adeundę cum beneficio legis, sit actus extraiudicialis *Gratian disċept. forens. cap. 797. nu. 3. numer. 12. cum seqq. Ridolphin in Prax. Iudiciar. par. 1. cap. 9. num. 48. Rot decis. 274. num. 3. par. 4. rec. tom. 2.* nihil refert, si die etiam feriata fuerit peractus tex. est apertus *in l. 2. circa fin. ibi aut de adeunda suspecta hereditate, ff de ferijs.* Quod vero in prędicti Inuentarij confectione citatus minime fuerit Mons Pius, Nos quoque fatemur, sed quod esset pro validitate Inuentarij citandus, omninò negauimus, cessante siquidem Francisco de Bandenis principali Montis Debitore soluere, quod debebat, non nisi de Anno 1616. die 6. Octobris; cępit molestari Alexandri de Marucellis hereditas, ità vt dici possit, quod de Anno 1606. nec poterat, nec debebat Mons Pius cum alijs Alexandri Creditoribus citari, vt pote, qui non esset creditor, vt expresse firmauit *Rota in decis. 666. num. 16. par. 4. rec. tom. 3.* vel quatenus ex obligatione iam pridem quæsita dictus Mons creditor di-108 ci potuisset, erat tamen, † & Pupillis Infantibus, & Magistratui Tutori, & Brogio Procuratori penitus ignotus, tanquam crediter, & proinde si vt talis non fuit citatus, nullum dici non potest Inuentarium *Rota in puncto decis. 197. sub num. 3. par. 4. rec. & decis. 126. numer. 3. & 4. par. 4. recent. tom. 1.* Citationes autem, atque Proclamationes, vt supra commissæ pro prima, & pro nona Martii die, & executæ, sunt adeò legitimæ, vt nihil aduersus earum validitatem opponi possit, Et quatenus in aliqua ipsarum posset subtiliter vitium 109 considerari, nihilominus Inuentarium † non corrueret, cum vnica citatio sufficiat, tam contra certos, quam contra incertos Creditores *Ridolphin. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 9. num. 5. Rot. co-*110 *ram Duran. d. decis. 383. num. 10.* quę † sustineretur etiam si diem non haberet, quia intelligeretur ad primam diem *Grauat. ad Vestr. lib. 4. cap. 2. numer. 11. Puteus decis. 19. de Iudic. Rot. decis. 486. numer. 7. in fin par. 2. recent.* Pro quo Monte 111 Pio, † alijsque incertis Creditoribus cum interuenerint tres Testes, & tres Notarii iuxta stylum, & consuetudinem istius Ciuitatis, si aliquis defectus in prædictis citationibus notari potuisset, suppleretur per illorum præsentiam *Rot. decis. 274. num. 7. & decis. 376. num. 11. part. 4. recent. tom. 2.* & respectu illorum substineretur Inuētarium *Rot. in terminis decis. 331. num. 19. par. 5. rec.*

Testes non interfluisse incohationi confectioni, & perfectioni huius Inuentarii, gratis asseritur, quia ex eiusdem Inuentarii Instrumento contrarium constat, quemadmodum probat eos fuisse electos, atque citatos ad assistendum confectioni Inuentarii vsque sub die prima Martii, vt de eorum electione, & citatione constat in processu, qui postea sub die 9. eiusdem Mensis subscripserunt, dicentes se fuisse præsentes confectioni prę-112 dicti Inuentarii: Quare omnia † presumuntur solemniter acta, ritè, rectèque gesta *Ridolphin. in Prax. Iudiciar. p. 1. cap. 9. num. 14. & seq.* presertim post tanti temporis lapsum *Tomas. de Inuen-*113 *tar. tit. 8. num. 232. & num. 234.* & in omnem † casum ad substinendum hoc Inuentarium, sufficit dicere, quod fuerit confectum iuxta stylum huius Ciuitatis *Rot decis. 310. num. 4. & decis. 351. num. 5. part. 5. rec. & coram Durano decis. 212. num. 5. decis. 241. num. 5. & decis. 387. numer. 1. Ridolphin. vbi supra num. 144. & num. 176. & seq.* Inuenta-114 rium † autem etiam confectum iuxta stylum beneficium conferre legis beneficium, probauit *Rot.* 115 *Ianuen. decis. 35. n. 3.* quod euidentissimè † probatur in casu nostro, & per inspectionem similium Instrumentorum, seu Inuentariorum, & per attestationes Curialium, *Rot. Rom. in decisionibus mox allegatis, & Rota Florentina quam refert, & sequitur Ridolphin loco dicto num. 146. & seq.*

Ex eo autem quod mobilium valor, ac ęstimatio non legatur in Inuentario, nullitas non resul-116 tat, quia † de generali consuetudine ęstimatio non solet apponi, vt testantur *Honded. cons. 53. num. 7. lib. 1. Giouagn. respons. 20. num. 13. lib. 2. Ridolphin. in Prax. Iudic. part. 1. cap. 9. numer. 57.* & 117 sufficiat † adnotasse, an res sint laneę, lineæ, vel sericæ, & an sint nouæ, vel veteres *Honded. dict. cons. 53. sub numer. 7.* vt factum fuit in casu nostro.

Dolum etiam fuisse adhibitum in confectione prędicti Inuentarii, ex aduerso dicebatur, Dolus autem probatus euidentissimè videbatur per Inuentarium, quod a morte D. Lucretię legitimæ Tutricis fuit confectum iussu Magistratus per Andream de Pellis Curatorem electum sub die 15. 118 Decembris 1606. vbi sub titulo † bonorum in hereditate Alexandri de Marucellis remansorum, innumera quodammodo bona leguntur descripta, quæ in Inuentario facto per Brogium ad effectum consequendi beneficium *l. fin. C. de iur. delib.* non recensentur, presertim mobilia, in quibus potissimum dolus potest operari, & subtractio, aut occultatio timeri, ad tradita per *Rotam Genuen. in puncto decis. 35. sub num. 3. vers. Ratio d. f.* Et ex omissione describendi res jam ad notitiam peruentas, quod dolus pręsumatur, probatur ex pluribus cumulatis per *Adden. ad Ludouis. decis. 169. num. 12. lit. B.*

At huiusmodi allegatio, seù oppsitio doli, nec in Facto, nec in Iure subsistit; Nam d. Andreas de Pellis tumultuariam quandam, & confusam descriptionem bonorum mobilium duntaxat fecit, vt sciret quarum nam rerum custodiam prestare, rationemque reddere teneretur, & vt describeret res ad eius, vt potè Curatoris deputati, manus peruentas, non vt describeret bona hereditatis d. Alexandri; Nam cum in Instrumento per Magistratum celebrato sub die 16. Ianu. 1606. tres hereditates ad Infantes de Marucellis probentur delatę, Petri nimirum de Marucellis Patrui magni, cuius etiam mobilia fideicommisso fuerunt supposita, Lucretię de Rodulphis Matris, & Alexandri Patris,

tris, quorum singulorum mobilia superesse poterant, dictus Andreas absque distinctione omnia recepit, Brogius vero per distinctam, atque diversam illarum hæreditatum acceptationem ab ipso Magistratu factam, distinctam quoque fecit 119 bonorum descriptionem, atque † Inventarium, singulis hæreditatibus sua bona adscribens, quod facere potuit iuridicè sine periculo priuationis beneficii, & inualiditatis Inventarii, vt ex *Valasc. Berret. & Oddo firmat Rota coram Duran. decis. 212. num. 5. in fin & decis 387. num. 20. & coram Pirouano decis 181. in fin. part. 6. rec.* cum queli- 120 bet † causa legitima excuset a dolo *Rota Ianuen.* 121 *decis 35. vers ex his patet* Ita vt cum † omnia bona, tam mobilia, quam stabilia fuerunt descripta saltem in Inventario bonorum Petri, cessat omninò doli præsumptio, saltem ad effectum priuandi Hæredem beneficio Inventarii, ad quem effectum Dolus concludenter probari debet *Duran. d. decis. 387. num 23 & 24 in fin Ridolphin. in Prax. Iudic. part. 1. cap. 9. num. 62.* nec qualibet probatio sit sufficiens *Rot. d. decis 181. num. 13. & 14*

122 Quando † tamen, citra veri preiudicium, ex hac omissione præsumeretur dolus, qui in Infantibus, quadriennio minoribus, nec potest considerari *l. Infans. 12. ad l. Cornel. de Sicar. l. 1. § hoc edicto, ff. ne vis fiat ei, Philippus Massinius ad l. Infantis 3 numer. 30 & seq. C qui admitti, Surd in fortioribus terminis decis. 222. num. 10 & 11. Farinae de pœn temperand quæst 98. num. 46,* non ex 123 hoc † infertur, ergo beneficium legis, & Inventarii amittit Hæres *Rot. d decis. 181. num 2. 4. 5. cum pl. seqq par. 6 rec.* & testatur de communi *Ridolphin. d capit. 9. num. 71.* quasi inuentarium ideò nulliter factum sit, quia contrarium tenuit *Rot etiam coram Duran decis 241. num. 8. circa fin. &* 124 *decis. 351. num 7 part 5. recent* Et ad summum † cum dolus iste esset duntaxat præsumptus, non autem verus, excluderetur per contrarias præsumptiones, si modo tales sint, quæ inducant animum Iudicis ad moraliter credendum, omissionem non fuisse dolosam, vt post plures firmat *Rot. coram Duran d decis 387. num. 16* In casu autem nostro plures vrgentissimæ concurrunt præsumptiones ad exclusionem doli, Quarum prima est, quod Brogius Procurator ad conficiendum In- 125 uentarium constitutus non præsumitur † ad commodum Infantium sine proprio lucro, & vtilitate commisisse dolum *Farinac. de Falsit. quæst. 151 sub num. 19. & quæst. 153 num. 204.* maximè cum esset persona legalis, atque perita, vel saltem quod talis non fuerit, probatum non sit *Surd. decis 212. in fin Duran d. decis 387. nu. 19.* Secun- 126 da † præsumptio doli exclusiua est, quod dictus Brogius omnia ad vnguem bona, tam mobilia, quam stabilia descripsit, nisi sub hæreditate Alexandri, saltem sub hæreditate, vel fideicommisso Petri, quod ad fauorem Pupillorum prętendebat purificatum, quę presumptio (ne præiudicium Pupillis inferretur) approbata fuit ad exclusionem doli per *Mantic Peregr. & Ludouis* quos refert, & sequitur *Rot. coram Duran. d decis 287. nu. 20.* Nec obstat quod Alueolus cum suis ceteris descriptus ab Andrea de Pellis non recenseatur a Brogio, nec in Fideicommisso Petri, nec in hę- 127 reditate Alexandri, quia † in modicis potius error presumitur quam dolus, & occultandi animus *l. cum hi 8. § modus, ff. de transact. Ridolphin. in* 128 *puncto d. capit. 9 num. 65. & 66.* Tertia in casu † nostro exclusiua doli presumptio deducitur ex clausula Saluo Iure addendi &c. in d. Inventario per Brogium apposita, quasi habuerit intentionem addendi in Inuentario hęreditatis Alexandri, etiam, ea quę descripsit in Inventario hęreditatis fideicommissariç Petri, quatenus potuerit reddi certus, vbi describi deberent, & ita ex clausula prędicta dolum excludi voluerunt *Rot. Genuen. d. decis 35. num. 3 in fin. Surd. decis. 222. num. 21. & ibi Hodiern. Mart cons. 70. num 21. 32. & 34.* cum aliis, quos laudant *Ridolphin. d. cap 9. num. 68. & 69. & Rot. decis 597. in fin par. 4. rec.* & iure tanc merito, cum dolus in confectione Inventarii facile excludatur ex saniori opinione, *Duran. in sæpius repetita decis 387 num. 13. cum seqq.*

Sed extra omnem difficultatem versari credidimus, quia Brogio Procuratori constituto, quemadmodum non fuit factum mandatum, vt dolum in conficiendo Inventario committeret; ita nec licitum, permissumque fuit, dolum committendo Pupillis Infantibus præiudicare, legisque priuilegium sua dolosa omissione auferre, nam totum quod dolosè egisset sine mandato factum fuisset, vt rectè considerat *Rot. d decis 181. num.* 129 *15. vsq. ad num. 19.* & proinde † absque Dominorum preiudicio *Rot decis 238. sub num. 20. par. 7. recent.* Quæ si ad fauorem cuiuscumque Minoris habent locum *Surd in puncto d. decis 222 num. 10 & 11. & num. 14 in fin. & num. 15.* multo magis militant fauore Infantium, vt erant tempore confectionis Inventarii illi de Marucellis, *Duran. decis. 212 num. 12. & num. 16 in fin. decis 241. num. 8. in* 130 *fin* Validitate igitur Inventarii data † ex præmissis, sequitur, quod dicti de Marucellis fuerint preseruati a bonorum propriorum confusione, & a quocumque damno, quod iis potuisset ex obligationibus Alexandri Patris contingere *Rot. dec.* 131 *2 num. 3 par. 6. recent.* perinde, † ac si illius hereditas iacens fuisset *Rot à Valle inter tractantes de Inuent. quæst. 170. num. 4. Rot. decis. 201. num. 21 par. 4. recent. tom. 2. Antonin. de Amat. resolut. 56. num. 5 Ridolphin. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 9. num 155.*

132 Nec quęsiti vt supra † ex Inventario beneficii renunciationem admittere potuimus, ex eo solo, quod Fratres de Marucellis iam maiores facti die 26. Iunii 1630. vendentes quendam fundum, se asseruerunt heredes ab intestato Alexandri Patris, sine aditione cum beneficio legis, & Inventarii. Quia potius censuimus imperitiam, & errorem, quàm animum renunciandi prædicto beneficio ad tradita per *Mascard. de probat. concl. 1269. num. 6.* cum

cum actui semper omnis alius debeat adaptari intellectus, quâm ille, per quem inducatur renunciatio, vt patet, & voluerunt *Surd conf.419. num. 34. & Rot coram Ludouif decif 15. num.4.* & quod propter hanc omissionem non dicantur omisisse beneficium inuentarij faciunt tradita per *Giurb. ad consuet. Messan par.1. cap 9 gl.5. num.3. vers. sed dubitatum pag.589.*

Vltimo loco ex parte Montis Pij dicebatur, dictum Franciscum de Panantis NN. quibus in actis petentem huiusmodi excorporationem non posse audiri repugnante lege Gabellę huius Ciuitatis. Primo quia cum Filij Alexandri de Marucellis bona subiecta fideicommisso Petri recognouerint, tanquam ab Alexandro Patre prouenientia, ex quo de dictis bonis Gabellam non soluerunt (vt debebant de prouenientibus ab hereditate Patrui magni) eadem dicatur confusa cum hereditate d. Alexandri, iuxta dictæ legis dispositionem, & perinde fecit bona d. Alexandri Monti Pio fuerunt obligata ex fideiussione facta pro dicto de Bandenis, ita quoque in præiudicium Filiorum sint obligata bona prouenta, vt supra à d. Petro ad fauorem d. Montis, Secundo, non esse audiendum ipsum de Panantis d'nomine, in stabitur, quia petens sibi restitui, atque dimitti bona d. Petri tanquam Fideicommisso subiecta, Testamentum eiusdem Petri produxit, non soluta gabella.

At nec refugium hoc nouissimum ad augenda Montis, ad minuenda Panantis iura valere censuimus; Nam prima obiectio ex facto, & lege ipsa in contrarium adducta reijcitur, cuius verba (vt de veritate constet euidenter) hęc sunt. *Et ancora si deua pagar la gabella ogni volta, che dette Eredità, lasctio, ò donatione faranno prese, ò accettate da persone non eccettuate; ma tutti quelli, che come heredi, ò donatarj succederanno, mediante le persone de Padri, Madri, ò d'altri eccettuati successiuamente di mano in mano, perche l'Eredità predette sono confuse, con l'Eredità del primo Disponente, & in quelle succedono mediante le persone di dd loro Attinenti, e Consanguinei, e come loro Eredi eccettuati, non siano obligati detti, che così succederanno nelli loro beni, al pagamento di detta Gabella.* Animaduertendum est enim ex his verbis, quod lex disponit de iis, qui bona prouenientia ab illis, qui sunt in gradu gabellabili recognoscunt, tanquam prouenientia à Patre, Matre, vel alijs exceptis. In casu autem nostro tantum abest, vt bona Petri fideicommittentis fuerint à Filijs Alexandri de Marucellis recepta, tanquam ab eodem Alexandro Patre prouenientia, vt quinimo scriptum fuerit in libris Decimæ post mortem d. Alexandri de anno 1605. *Quali beni li pigliorno in virtù di Fideicommisso fatto da Pietro di Bartolomeo Marucelli, come per suo Testamento rogato Ser Luca Bandoni à di 30. Maggio 1591 visto, arebiuiato, e reso à Simone di Girolamo Ridolfi, e mediante la morte di Alessandro Marucelli loro Padre &c.* Et per Magistratum Pupillorum vti Tutorem fuerit notificatum Gabellæ contractuum, se recognouisse Fideicommissum d. Petri ad fauorem dictorum de Marucellis purificatum, ita constat per acta eiusde n Gabellæ in lib. A 254 10. Preterea animaduertendum est, quod allegata legis verba procedunt, & loquuntur de Maioribus adeuntibus hęreditates Parentum, non autem de Minoribus, Pupillis, & Infantibus, vt erant eo tempore Filii Alexandri prędicti, cum vigore Statuti Florentini Maiores, tanquam non valentes vti beneficio legis, & Inuentarij in adeundis Hæreditatibus cuiuscumque semper adeuntes confundant omnia bona ibi, *Perche l'Eredità predette son confuse con l'Eredità del primo disponente*; Minores verò, qui beneficio legis, & Inuentarij possunt vti, per hanc confundentem legem non obligantur. Vtcumque tamen sit, dicebamus ex dictæ legis verbis deduci posse hanc consequentiam, Filij Alexandri de Marucellis confusa receperunt bona Petri fideicommittentis cum bonis Alexandri Patris, ergo non tenentur soluere Gabellam, sed negauimus hanc consequentiam resultare, non soluerunt Gabellam de bonis Petri, ergo sunt confusa simpliciter, & absolutè cum bonis Alexandri, cum hoc nec per legem disponatur, nec ex lege deducatur, sed tantum causatiue enuncietur. Dato tamen sine vllo præiudicio, quod bona Petri, ex eo quod de ipsis non fuisset soluta gabella fuerint confusa cum hæreditate Alexandri per factum Infantium, vel alterius nomine ipsorum, quod negauimus, quia nemo potuit dictis Infantibus

133 præiudicare, non inde sequeretur, † ergo per obligationem Alexandri grauati fuerunt obligata, & hypothecata ad fauorem Montis bona Petri Fideicommittentis *Fusar. post alios de subst. quæst.703. num.2.* Extra omnem tamen difficultatem esse censuimus, quia in d. lege nuspiam disponitur, quod non soluenti gabellam acquisitę hereditatis denegetur audientia, & motiuum huius Rotæ exaduerso allegatum in *Aretina nullitatis die 15. Februarij 1650.* loquitur in terminis ordinamentorum Doganę Aretinę, & sic extra casum nostrum, Sed quatenus etiam dicti motiui rationes casui nostro possent adaptari, procederent in casu quo d. Panantes, nomine quo supra, esset Actor, vel Actoris partes sustinere deberet, in quibus terminis loquitur motiuum, nec non etiam verba dictæ legis Gabellę infra recensende, sed Nos tàm ad hunc effectum, quam ad effectum, vt onere probationis non grauaretur Panantes d. n. (si in aliquo defecisset) tanquam Reum, & Possessorem illum censuimus, Et ratio est quia

134 licet Fiscus † (cuius priuilegijs decoratur Mōs Pius Ciuitatis Florentię) sine possessione non litiget, vt tradunt *Ludouic Sacca in conf.1. numer. 29. & in conf 5 numer.104. & seq. lib.1. post alios*

135 *Giurb. conf.57 num.1.* hoc † tamen priuilegium quatenus competat (quod negant *Peregr. de iure Fisci lib.7. tit.3 sub num. 10. vers. sequestratio Io. Ant. Lanar conf.14. num.9 Rota ad Pellium de Mann-*

Manuten.obser.14.num.6.& num. 8. dicens Manutentionem competere contra Fiscum, & alij plures plena manu congesti, & approbati tam per *Io: Ant.Nouar. ad l. defensionis facultas 7. C.de iur Fisci lib.10.numer.4. & 5.* quàm per *Giurb.d. consf 57. num.15 & num. 19.*) non habet semper locum, imò nunquam Reum sua possessione priuat Fiscus, nisi in illis casibus, quibus habet intentionem fundatam de Iure communi, vt in bonis Delinquentium, in bonis ab indigno auferendis, in perceptione vectigalium, & alijs regalibus, vt disponitur per text. vnde deducitur hoc priuilegium *in cap cum persona.7.§ quod si tales, & §. fin.ext.de priuil in 6.* ità declarant *Peregr.de iure Fisci d lib.7 tit.3 num 10. Giurb. d. consf 67. num. 15 & 19.& optimè Larrea alleg. Fisc. 5. num.13. & alleg.109. num.19.* In casu igitur nostro ad effectum duntaxat de quò supra, præfatum Montem Pium censuimus esse reputandum vti Actorem, tanquàm non habentem intentionem fundatam de iure communi, vt ex prima parte istius nostræ resolutionis probatur. Secunda verò obiectio minime nunc obstat, quia cum lex Gabellæ cogat, & obliget ad gabellæ solutionem mouentem litem super hereditatis, legati, fideicommissi, seu donationis petitione, non potest haberet locum in eo, qui se defendat, & excipiat, quemadmodum ad effectum prædictum est censendus Panantes, alias sequeretur, quod cuicumque liceret occupare, & inuadere bona alterius sine periculo, nisi sua possessione spoliatus ostenderet suæ possessionis, & proprietatis documenta, & illorum Gabellam solueret, cuius iniquitas exempli nunquam in Legislatoris mentem venire potuit. Cum Panantes nihilominus in hac re legis præceptum, quanquam non obligatus, nec Actor, seruauerit, nihil ei est imputandum, atque obijciendum, Legis etenim ad hanc rem verba hec sunt. *E se accorresse, che ad una persona per qualsiuoglia ragione pretendesse l'Eredità, lascio, ò donatione d'alcuna sorte, e non essendo chiaro delle sue ragioni, ò per qual parte, ò quantità mouesse lite in alcuna Corte, possino li Procuratori di detta Gabella ogni volta, che sarà mossa tal lite per lor partito farli tempo, e sospender la stima, fin'à che per la sentenza, passata in cosa giudicata, sarà decisa la causa, e non si possa opporre in giuditio, che la Gabella non sia pagata*, sed licentiam agendi, seu vtendi Testamento, & fideicommisso prædictis de more obtinuit Panantes sub die 21. Nouembris 1654.& produxit sub die 24. eiusdem mensis, & Anni, meritò nec postremam hanc obiectionem dicto de Panantibus censuimus obstare.

Et ita &c. vtraque &c.

Bartholomaus Bononius Prator.
Blasius Michalorius Rota Aud.
Flauius Guglielmus Rota Aud.
Innocentius Massinius Rota Aud. & Relator.
Carolus Blancbellus Rota Aud.

De cessione bonorum debitoris Fisci.

SVMMARIVM.

Debitor Fisci ex causa tributorum admittitur ad cessionem bonorum num 1.
Causa delicti non admittitur. num.2. & 8.
Ex contractu potest cedere bonis. num. 3.
Contrarium firmatur. num.5. & 6.
Obligatus in forma Camera admittitur, ad cedendum bonis num.4.
Pecuniam Fiscalem diuertens in vsus proprios committit delictum.num.7.

QVÆSTIO XXXX.

Cvm mihi accidisset discutere in Ciuitate Perusiæ, an debitor fisci esset admittendus ad miserabile beneficium cessionis bonorum, iam pro illius admissione complacuerim sequentem resolutionem, Sebastiano Dominici Lanione Perusino fortunæ vitio depauperato, ne in carceribus marcescere cogeretur, ad cessionem bonorum admitti expostulante, eo quia inter alios erat debitor DD. Horatij de Senlis, & Sociorum ex causa gabellæ carnis, quam ipsi conduxerant à Camera Apostolica, fuit dubitatum, an contra fiscum, & habentes ab eo causam huiusmodi beneficio gaudere deberet, & ad omnes ambages tollendas plures casus censui distinguendos.

Primo si quis est debitor fisci ex causa tributi, vel collectæ pro quantitate bonorum impositæ, 1 ob solutionis † impotentiam ad cedendum admittitur, secundum tamen distinctiones traditas *à Brun.de cess bonor quæst.4.princip.nu. 1.2. & 4. Aufrer. ad Cappell. Tolosan. decis.134. Ioseph Ludouic.decis Perus.32 num.2. Farinacc. quæst.26.num.8. Apicell. in tutam. pauper. tit. de cess.bon.num.46.*

2 Secundo debitor ex delicto † nunquam ad cessionem admittitur, eo quia in criminibus practicatur regula, qui non habet in ære, luat in corpore *Thesaur.decis 182 per tot. Aufrer. ad Cappell.Tolos decis.28 num.2 decis 61. num 3 & d decis.134. in princ Brun.alleg. num.3 Ioseph Ludouic.d.decis. 32.num.3. Peregrin.de iur.fisc. lib 4 tit.8 num.33. & lib.6 tit.7 num.37 Farinacc. dict.quæst.26.numer.5.& seqq.*

3 Tertio quando fiscus habet † debitorem ex contractu, & tunc nullo pacto hoc beneficium impedire valet *Brun loc alleg. num.5 & seqq. Ioseph Ludouic d.decis.32 num.4 Thesaur.lun. ad Fatrem decis 182 prope fin. versic. & vtrum.* vbi loquitur de conductoribus vectigalium *Guazzin. de confiscat.conclus.13 ampliat 08 num 9. & seqq. Farinac.d. quæst.26.num.2. Apicell.de cess. bonor. num.46.*

numer. 46. Mauson de cauf. executiu ampliat. 8. num. 37. Rouit. decif 85. per tot. Scanarol. de visitat. carcerat. lib. 3. § 9 cap. 5. num. 6. Cancer var. resol. par. 2 cap. 9 num 14.

Cum autem iste lanio nulla sui culpa in paupertatem redactus versetur in hoc vltimo casu, videtur clarum, quod debet ad hoc beneficium admitti, considerando † etiam, quod debitor ex contractu quamuis obligatione Camerali adstrictus nequaquam ab hoc remedio reici debet *Giurb decis 41. per tot. cum alijs adductis per Zacch. de oblig. Cameral quaest. 19. num. 3. & seqq.*

Quę omnia sunt conformia obseruantiæ huius Tribunalis, in quo pluries fuerunt fisci debitores cessione secuta excarcerati, & si in contrarium fuerit per creditores a fisco causam habentes acerrimè reclamatum, vt colligitur *ex d. decis. 32. Ioseph. Ludouic* & ex pluribus processibus per me inspectis,

Sed cum vellem causam expedire † fui admonitus ab Illustriss. D. meo Gallio Gubernatore illius Ciuitatis, quod Anconæ, dum ipse illam Ciuitatem regebat, fuit retractata sententia Locumtenentis Ciuitis qui in simili casu quendam debitorem fiscalem ad cessionem admiserat, tradendo mihi litteras Eminentiss D. Cardinalis Lomellini, qui ad munus Thesaurarii S. D N Papæ & postea ad Cardinalatus apicem ob eius eximias virtutes, ac summam in rebus gerendis prudentiam euectus fuit. Quarum litterarum tenor est.

Il Signor Dario Scalamonte Subappaltatore del datio della carne si richiama, che cotesto Signor Luogotenente habbia vltimamente fatto Scarcerare alcuni Macellari debitori per causa del sudetto datio, con ammetterli alla cessione de beni in grauissimo suo pregiuditio, e della R. Camera. Io non posso a meno di rappresentare alla prudenza di V. S. Illustriss che questo priuilegio della cessione non suol pratticarsi con li debitori Camerali, & in riguardo di ciò, perche cosli non sia tirato in esempio, la prego à dar ordine al sudetto Luogotenente, che rimetta le cose nello stato di prima, e che in auuenire non impedisca il Signor Dario nelle sue essecutioni, e nel libero esercitio delle sue facoltà. Et affettuosamente le bacio la mano. Di Roma alli 13. di Maggio 1651.

Dum ego cogitabundus subsisto, ecce afferuntur non dissimiles litteræ Eminentiss. D. Cardinalis Pij, qui post idem munus Thesaurarij laude vniuersali Vrbis, & Orbis expletum pariter ob insignia merita, quibus vndequaque refulget, fuit purpura decoratus; quæ litteræ hic integrè transcribuntur.

Essendo stato carcerato costì ad istanza del Sig. Capitano Horatio Sensi appaltatore del Secondo, e terzo quattrino della carne vn tal Bastiano di Domenico detto Bastianino Macellaro, che poi dal Sig. Lorenzo Canocchi amministratore di cotesta Tesoreria è stato fatto arrestare per altro debito colla medesima Tesoreria, sento, che egli pretenda di pigliare il cappello verde. E perche quando ciò seguisse, molti altri seguitarebbero l'istesso esempio in graue pregiuditio della R. Camera, io prego instantemente V. S. Illustriss. a non permettere, che per li debiti Camerali possa pigliare il sudetto Cappello, come in caso simile fece Monsignore Spinola anteccessore di V. S Illustrissima, alla quale affettuosamente bacio le mani. Roma 10. Agosto 1652.

Desistens ideo a sententia adinueni † postea, non fuisse sine ratione illas litteras expeditas: nam habens pręmanibus *Mauson de cauf executiu. limit. 5. num. 52. & 53.* vidi, quod ipse post vtramque opinionem relatam asserit, non posse obtineri in practica, quod fisci debitores ad beneficium cessionis admittantur: & eandem opinionem, quod debitor Cameræ Apostolicę excludatur a cessione bonorum, tenuit *Zacch. de oblig. Cameral quaest. 19 num. 2.* ex quibus cessabit in posterum omnis dubitatio, nec amplius debitores fisci illius redditus dolosè administrabunt, cum possint cognoscere, non posse effugere solutionem debiti, cedendo bonis, quę non habent: nec pecunias ex fiscalibus assignamentis habitas in proprios vsus diuertent, quia scientia ista diuersio † operatur delictum *l. 2. C de his, qui ex public ration. lib. 10. Farinac. quaest 171. num. 44. & infra* ità etiam excludit debitorem † a cessione bonorum *iuxtà superius firmata in secundo casu.*

De Bannito in gratiam restituto.

S V M M A R I V M.

Bannitus à Principe restitutus quæ recuperet remissiue. num. 1.

Gratie, quibus restituuntur banniti, vt plurimum solent expediri cum clausula, quatenus bona fisco incorporata non sint num. 2.

Annotatio, confiscatio, & incorporatio bonorum differunt inter se. num. 3.

Annotatio, est descriptio bonorum delinquentis fisci nomine secuta cum obligatione, vel sequestratione eiusdem. num. 4.

Confiscatio est bonorum in fiscum applicatio. n. 5.

Incorporatio est ipsarum rerum, quæ pertinent ad fiscum eius nomine occupatio, & in corpus bonorum fisci redactio. num. 6.

Incorporatio, licet bona ipso iure fisco applicentur, non dicitur facta, nisi apprehensa possessione. numer. 7.

Pœna pecuniaria non dicitur incorporata, nisi fuerit exacta. num. 8.

Possessio capta altero in ea remanente non dicitur realis, & actualis incorporatio. num. 9.

Et ad supradictam possessionem adipiscendam etiam

V in cri-

in crimine læsæ Maiestatis non sufficit sententia declaratoria, sed requiritur actualis apprehensio, licet bene transeat dominium. num. 10.

Bannitus *restitutus ad bona præterquam incorporata, non potest recuperare translata in tertium ex causa solutionis pecuniæ. num. 11.*

Dominium *bonorum vacantium ipso iure transfertur in fiscum, & tamen ad effectum incorporandi requiritur possessio. num. 12.*

Pœna *pecuniaria, & mulcta post incorporationem dicuntur esse de patrimonio fisci. num. 13.*

Clausula *dummodo non sit incorporata apposita in remissione pœnæ, vel mulctæ si addatur altera, vel aliter fisco nostro cautum; an sufficiat sola captio pignorum ad retardandam executionem gratiæ. num. 14.*

Refertur *opinio affirmatiua Senatus Neapolitani apud Rouit. num. 15.*

Refertur *contraria Carleuall. numer. 16. & reijcitur numer. 20.*

Verba *exacta, & incorporata referuntur ad Iudicem, & sic ad actus, qui fiunt iudicialiter contra reos inuitos pro exactione, in quo casu, si non fuerit secuta exactio, & incorporatio, reus debet gaudere indulto. num. 17.*

Verba *aliter pro ea cautum fuerit, referuntur ad voluntariam Rei acceptationem, qua ipse suo facto priuaret se indulto. num. 18.*

Verba *indulti, de quo agitur, apponuntur, & discutiuntur. num. 19.*

Verba *idem importantia appellantur superflua. numer. 21.*

Superfluitas *est tolerabilis, dum verba apponuntur ad maiorem specificationem eorum, quæ tacitè insunt. num. 22.*

Verba *idem importantia in legibus, & statutis non reijciuntur, sed saltem inseruiunt pro maiori expressione ad excludendas sophisticas interpretationes. num. 23.*

Bannitus *in pœnam capitis, & confiscationis bonorum reintegratus media solutione pecuniæ, & ad bona a Principe seculari, si ista reintegratione fretus prætendit recuperare bona emphiteutica ad Ecclesiam deuoluta, non est audiendus. num. 24.*

An *idem procedat in feudo, vel emphiteusi seculari remissiuè. num. 25.*

Bannitus *restitutus ad bona reintegratur ad iura tam actiua, quam passiua. num. 26.*

Proclamata, *siue cridæ ad instantiam fisci, quod quilibet prætendens interesse deberet intra certum tempus comparere ad afferendum iura sua, alias dicto termino elapso amplius non audiretur, si deinde Princeps dedit restitutionem ad gratiam, & bona alicui condemnato, qui sic restitutus pulsetur a creditoribus pro solutione illius crediti, quod ab ipsis in termino cridarum non fuit deductum an obstent creditoribus, maxima est difficultas. num. 27.*

Cridæ, *vel proclamata, si fuerunt per fiscum promulgatæ ex vi alicuius statuti, vel alterius constitutionis à Principe editæ, tunc creditores non comparentes in termino illius ad agendum, & iura sua deducendum præscripto non possunt amplius comparere, & comparentes remanent omnino exclusi a petitione creditorum. num. 28.*

Contrarium *firmatur deficiente statuto, seu constitutione de solo præcepto Iudicis. numer. 29. 30. 31. & 38.*

Iudex *diffamatione cessante neminem potest inuitum compellere ad agendum. num. 30.*

Iudex *non potest facere, quod præscriptio currat minori tempore, quam fuerit à lege definitum. numer. 31.*

Statuta *ordinantia cridas fiscales repugnant dispositioni iuris communis. num. 32.*

Cridæ *fiscales sunt inuentæ ad effectum liquidandi credita, non aliquem priuandi iure suo. numer. 33.*

Text. *l. locorum C. de omn. agr. desert. lib. 11. respicit specialem fauorem fisci in causa tributorum, & non in alia. num 34.*

Text. *l. si eo tempore C. de remiss. pignor. non procedit in omnimoda exclusione creditoris, sed per eam sublata sola hypotheca aduersus emptorem, remanet actio personalis contra debitorem. numer. 35.*

Text. *d. l. si eo tempore versatur in rebus modici præiudicij num. 36.*

Text *d. l. si eo tempore habet locum, quando creditor est nominatim citatus, non quando per proclamata fit citatio generalis omnium creditorum, vt suum creditum profiteantur. numer. 37.*

Creditores *non comparentes infra terminum proclamatum ius suum non amittunt. num. 38.*

Episcopo *faciente proclamata, quod si quis prætendit aliquid in bonis vsurarij debeat infra certum tempus comparere, alias non audietur, creditor existens in Ciuitate, & non comparens non priuatur iure suo, sed potest agere contra pauperes, in quos de mandato Episcopi bona vsurarij deuenerunt num. 39.*

Dilationes *in cridis fiscalibus non sunt angustiandæ, sed assignandi termini competentes. num 40.*

Dilatio *in his cridis non debet esse paucorum dierum, sed mensium. num. 41.*

Proclama *vnum non sufficit, sed saltem debent esse bina. num. 42.*

Et *duo debent continere duos terminos. numer. 43. & 45.*

Fallit *si daretur annus ad agendum, tunc enim non requiritur bina monitio. num. 44.*

Cridæ, *proclamata, & similia bannimenta non ligant absentes. num. 46.*

An *ligent absentem a Ciuitate, & commorantem in villa remissiuè num. 47.*

Non *ligant ignorantes. num. 48.*

Non *ligant minores, nisi aliter sit cautum per constitutionem. num. 49.*

Fiscus, *si verè scit aliquem esse creditorem, non potest*

potest cridis, seù proclamatibus inuari, quia est in mala fide num 50.

Aduersus proclamata datur restitutio in integrum in illis casibus, in quibus datur de iure. numer. 51.

An ligent creditorem ad tempus, sub conditione, vel annuum pro censibus decurrendis remissiuè. numer. 52.

Cridæ expedita de solo præcepto Iudicis, sicuti non præiudicant creditoribus cum ipso fisco, ita nec cum debitore ad bona restituto. num. 53.

Cridæ emanatæ ex vi alicuius statuti, seù specialis constitutionis ius creditorum extinguunt, nec potest reuiuiscere tam contra fiscum, quam contra bannitum restitutum. numer. 54. *&* 60.

Contrarium adducitur. n. 55. *& seqq.*

Sed refutatur. num. 60. *& seqq.*

Præscriptio non elidit actionem ipso iure, sed facit remanere elidibilem ope exceptionis, num 56.

Bannitus restitutus non succedit in ius fisci, sed reintegratur ad sua iura, prout erat ante confiscationem num. 57.

Restitutionis natura est, vt tantum reddat, quantum abstulit. numer. 58.

Restitutus sciens se debitorem esse in mala fide, quæ obstat etiam in præscriptionibus inductis per cridas fiscales. num 59

Mala fides obstat, si fiscus tempore cridarum habebat notitiam crediti. numer. 61.

Præscriptione legitimè completa cum fisco, mala fidei postea superueniens in illo, qui bona de manu fisci recepit, non potest retractare præscriptionem legitimè in esse deductam num. 62.

Debitor post bona confiscata liberatur, & efficitur nouus homo num. 63.

Bannitus restitutus ad bona reincidit in primam obligationem soluendi debita efficacia, & quæ non fuerunt per legitimam exceptionem sublata, vel reddita elidibilia. num. 64

QVÆSTIO XXXXI.

1 QVæ recuperet bannitus à Principe restitutus satis luculenter, & amplè scripserunt *Odd. de restit. in integr. quæst.* 94. *cum sex alijs sequentibus Farin. quæst.* 6. *a n.* 18 *iuncta addit impressa post.* 3. *vol. consil. Guazzin. de confiscat. conclus.* 27. *Mastrill. de indult. cap.* 22. *Thomat dec* 99. *à n.* 35. *Nouar. pragm. de abolition. collectan.* 1. *à n.* 24. *Maurit de Apicell in addit ad Luc. Matt. patrem tit de dilat quinquennal n.* 220. *& seqq. Merlin. decis.* 125. & quia isti libri vadunt per manus omnium, nolui lectorem nouo tędio perlegendi mea scripta afficere; dum maiorem dicendi elegantiam apud relatos doctissimos viros, qui omnes casus bene distinctos, & digestos proponunt, adinueniet; & tanto maiorem vtilitatem, ac delectationem percipiet, quanto illi disertiori, & solidiori stillo suis scriptis exornatis nominis immortalitatem adepti sunt. Nè tamen videar nullis ferculis degustatis è tam lauto cõuiuio exire, pauca cõtentus delibasse manum à tabula tollã.

Et quià solent aliquandò, imò vt plurimum,
2 † huiusmodi gratiæ expediri cum clausula, *quatenus bona fisco incorporata non sint*, operę pretium duxi videre, quando dicantur facta incorporatio; prò quo censui animaduertendum
3 , esse quid † diuersum inter se, annotationem, confiscationem, & incorporationem
4 bonorum; nam annotatio est † descriptio bonorum delinquentis fisci nomine secuta cum obligatione, vel sequestratione eorumdem; con-
5 fiscatio est † bonorum in fiscum applicatio; & in-
6 corporatio est † ipsarum rerum, quæ pertinent ad fiscum, eius nomine occupatio, & in corpus bonorum fisci redactio *Sousa aphorism inquisit. libr.* 3. *capit.* 9. *num* 1. 2. *&* 3 *Guazzin. de confiscat. conclus.* 1. 4. 5. 6. *&* 7. vbi plenè declarat per ca-
7 pita separata; quæ incorporatio †, & si bona ipso iure fisco applicarentur, non tamen diceretur facta, nisi apprehensa possessione *Farin. fragm. par.* 1. *litt. B. num.* 116. *& cons* 148 *num.*
8 8. *&* 9. vbi pœna † pecuniaria non dicitur incorporata, nisi fuerit exacta *& numer.* 22. ait pos-
9 sessionem † captam altero in ea remanente, non dici realem, & actualem incorporationem *Rouit. de bon. proditor. pragm.* 1. *numer.* 13. *Dexart. decis. Sardin.* 32. *numer.* 4 *& infra Rot. decis* 627 *numer.* 9. 11 12. *&* 13. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. & post Penzon. ad Statut Vrb decis.*
10 92 *§. fuit insuper* ad quam † possessionem adipiscendam etiam in crimine læsæ Maiestatis non sufficit sententia declaratoria, sed requiritur actualis apprehensio, licet benè transeat dominium *Giurb. cons.* 67 *numer.* 18. *& ad consuetudin. Messan. capit.* 5. *glos* 6. *numer* 13 *Vermigliol. cons* 191. *numer.* 1. *& seqq.* volens propterea,
11 restitutum † etiàm ad bona, præter quam incorporata, non posse recuperare translata in tertium ex causa solutionis pecuniæ *Dexart. decis. Sardin.* 94. *numer* 6. *Rot. d. decis.* 627. *nu-*
12 *mer.* 10. quæ conclusio habet locum etiam † in bonis vacantibus, quorum dominium ipso iure transfertur in fiscum, & tamen ad effectum incorporandi requiritur possessio *Mastrill. de Magistrat libr.* 3. *capit.* 10. *numer* 361. *Giurb. ad consuetudin. Messan. capit.* 5. *dicta glos* 6 *numer* 12. *& facit Vermigliol. consil.* 491. *numer.* 8. *&* 9.
13 idemq; procedit † in pęnis pecuniarijs, ac mulctis, quæ post incorporationem dicuntur esse de patrimonio fiscali *Mastrill. de indult. dicto capit.* 22. *numer.* 6. *Capiblanc. de Baron. capit.* 38. *nu.* 10. *&* 11. *tom.* 2.

14 Si verò in † pœnæ, vel mulctæ remissione fuisset vltra clausulam *dummodò non sit incorporata* addita altera *vel aliter fisco nostro cautum* fuit dubitatum, an sufficiat sola captio pignorum ad retardandam executionem gratię, & pro
15 illius † retardatione fuit resolutum in Senatu Neapolitano *apud Rouit: decis.* 91. *per tot.*

vbi pluribus rationibus probat non debere fieri restitutionem pignorum huiusmodi gratiato,quinimò ipsum in ea parte pęnę vel mulctæ, pro qua fuit facta executio, non gaudere beneficio indulti.

16 Contra † hanc decisionem insurrexit acutissimus *Carleuall. in apolog. ad eandem decis 91. impress. post. 2. tom. sui tractat de iudic.* vbi *numer.* 34. dicit verba illa, *vel aliter pro ea cautum non fuerit fisco* non posse intelligi de cautione pignorum captorum in causam iudicati, quia repugnaret verbis præcedentibus *realiter exacta, & incorporata non sit* cum semper ante incorporationem, vel exactionem præcedat pignorum captio, & propterea ipse distinguit duos casus *num. 35. &*

17 36. nempe, quod prima † verba *exacta, & incorporata* referantur ad Iudicem, & sic ad actus, qui fiunt iudicialiter contra reos inuitos pro exactione, in quo casu, si non fuerit secuta exactio, & incorporatio, reus debet gaudere indulto, &

18 secunda † verba *aliter pro ea cautum fuerit* ad voluntariam Rei acceptationem, qua suo facto ipse priuaret se indulto.

19 Sed quia, ponamus † quæsò verba indulti tunc controuersi *dummodo pæna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata, acceptata, vel composita non sit aut aliter fisco nostro pro ea cautum fuerit* fuerunt *in dicta decis Rouit nu* 13. ponderata illa verba *acceptata, vel composita*, per quę inducitur acceptatio voluntaria Rei considerata in secundo casu *Carleuall* & sic remanerent otiosa illa alia verba, *vel aliter cautum fuerit*, quę tamen non fuisse apposita absque misterio testatur *Constant.* qui compilauit primum indultum *in l. 1. numer. 58. C. de pæn. fiscal* manerent inquam otiosa, ac superflua, si attenderetur Illorum intellectus explicatus à *Carleuall.* nam cum per verbum *acceptata* comprehendatur voluntaria promissio, non expediebat pro ea importanda inutiliter addere alia subsequentia, *vel alias cautum fuerit*, vt rationabiliter consideratur in *decis Rouit.* nec dici potest hac opinione retenta, indultum inseruire de uento, dum ante incorporationem semper capiuntur bona in pignus ad effectum posiea exigendi, & incorporandi, quia non semper fiscus executionem committit, & indultum operabitur, quando post latam sententiam non fuit

20 vlterius processum; ideo si ego † Iudex essem, non recederem *a decisione Rouit.* quam sequitur etiam *Giza ad decis Capye. Latr. obseruat.* 71. *numer.* 6.7.8 & quę fulcitur melioribus rationibus, & fundamentis, quibus non respondet *Carleuall.* sed simpliciter se fundat in motiuo repugnantię verborum, quę tollitur considerando, quod licet pignorum captio esset inclusa in verbis, *exacta, vel incorporata*, non tamen alia sequentia cautionis essent repugnan-

21 tia, imò vti idem † importantia deberent potius appellari superflua: superfluitas au-

22 tem † est tolerabilis, dum verba apponuntur ad maiorem specificationem eorum, quę tacitè insunt *Tiraquell in l si vnquam §. reuertatur numer. 26. C. de reuoc and. donat. cum alijs adductis a Barbos axiomat. 116. numer. 8.* videmus enim

23 in dies, quod † in legibus, & statutis per verba inculcata idem importantia aliquid disponitur, & nihilominus non reiciuntur, sed si nihil aliud operantur, inseruiunt pro maiori expressione ad excludendas sophisticas interpretationes *Barbos. axiomat. 116. nu. 6.*

24 Dum bannitus † in pęnam capitis, & confiscationis bonorum fuit reintegratus media solutione pecunię, & ad bona a Principe seculari, si ista reintegratione fretus prętendit recuperare bona Emphiteutica ad Ecclesiam deuoluta, non est audiendus ob rationes adductas *à Ciriac. controuers. 432. per tot.* quem refert, & sequitur *Nouar. pragm. de abolit. collectan. 1. numer. 33.* an autem

25 † idem procedat in feudo, vel emphiteusi seculari, determinat *Ciriat. controuers. 431. per tot & d. controuers 432. n 5* cum quo ego libenter concurro, quia rationes per ipsum allatę fuerunt mihi visæ valde efficaces, & bene fuit ibi distincta, & declarata materia.

26 Sicuti autem bannitus † restitutus ad bona reintegratur ad iura actiua, ita etiam subit onus iurium passiuorum *l si debitor, & l. si deportationis C. de senten. pass.* & hoc nullam paritur difficultatem, quam tamen adinueni esse magnam, si

27 fiscus † in confiscatione fecit proclamata, siue cridas, quod quilibet prætendens interesse deberet intra certum tempus comparere ad afferendum iura sua, alias dicto termino elapso amplius non audiretur, & deinde Princeps dedit restitutionem ad gratiam, & bona condemnato, qui sic restitutus pulsetur a creditoribus pro solutione illius crediti, quod ab ipsis in termino cridarum non fuit deductum; & quia materia est satis difficilis ob DD. inter se pugnantes inferius adducendos, præmittendum duxi, quod si dictæ

28 † cridę fuerunt per fiscum promulgatę ex vi alicuius statuti, vel alterius constitutionis a Principe promulgatę, tunc si creditores non comparent in termino illis ad agendum, & iura sua deducendum pręscripto, non possunt postea amplius comparere, & comparentes remanent omninò exclusi a petitione crediti *l si eo tępore C. de remiss pignor. l. locorum C. de omn. agr. desert lib. 1 t. Peregrin. de iur. fisc. libr. 5. tit. 1. numer. 199. & 208. Guazzin. de confiscat. conclus 17. numer. 1. Sola ad constit Sabaud. libr. 4. tit. 20. glos 1. numer. 20 & seq.*

29 Si vero deficiente † statuto fiscus facit publicari huiusmodi cridas de solo præcepto Iudicis ego existimarem illas non valere, & nullum præiudi-

30 cium inferre creditoribus, quia Iudex † diffamario. ne cessante neminē potest inuitum compellere ad

31 agendū, nec † facere, quod pręscriptio currat minori tēpore, quā fuerit a lege diffinitum, & ideo quod non est illi directè permissum, non poterit facere indirectè per proclamata, vt in puncto considerant

siderant *Rip. in l. rem quae numer.* 42 *ff de acquir. possess. Roman. cons.* 53 *sub numer.* 1. *versic. aut ipse venditor, iuncta addit. Mandos. litt. B. Castren. cons.* 436. *numer.* 3. *versic. in contrarium libr.* 2. *Roland. cons.* 72. *numer.* 2. *vol.* 3. *Plot. plures referens in l. si quando C. unde vi. in repertor. versic. decretum ad cridas Petra de fideicom. quaest.* 11. *numer.* 602. *post Alex. Rauden. de analog. Constant. in l.* 1. *numer.* 165. *prope fin. C. de pan. fiscal. lib.* 10. *Baron. de citat. quaest.* 9. *numer.* 22. *Andreol. controuers.* 59. *numer.* 1. 3. & 4. & videtur admittere *Farin. quaest.* 25. *numer.* 181. in illis verbis *sic dictante Statuto, vel aliqua constitutione*, & faciunt etiam *Craueit. cons.* 646. *numer.* 1. 2. & 3. *ac Menoch. cons.* 1244. *numer.* 16. & 27. volentes, quod † statuta ordinantia has cridas repugnent dispositioni iuris communis. Vnde forsan dixit *Alexat. cons.* 39. *numer.* 5. *libr.* 2. *secundum impressionem Venetam*,

33 quod † cridae fiscales sunt inuentae ad effectum liquidandi credita, non autem aliquem priuandi iure suo, quia in hoc casu non valerent.

34 Nec obstat † *l. locorum C. de omn. agr. desert. libr.* 11. quia illam respicere specialem fauorem fisci in causa tributorum, & non in alia explicat *Rip. in d. l. rem quae numer.* 41. *ff de acquir.*

35 *possess.* minus negocium facit *l.* † *si eo tempore C. de remiss. pignor.* nam illius dispositio non procedit in omnimoda exclusione creditoris, sed per eam sublata sola hypotheca aduersus emptorem, remanet actio personalis contra debitorem *Rip. in d. l. rem quae numer.* 41. *Contard. in l. diffamari C. de ingen. & manumiss. §. limitationes numer.* 41. 42. & 43. & de eodem iudicio post *Castren. dicto cons.* 436. *numer.* 3. *libr.* 2. dixit *Craueit. d. consil.* 646. *numer.* 1.

36 quod † *d. l. si eo tempore* versatur in rebus modici praeiudicij; at hic amitteretur non solum hypotheca, sed omnis actio integro praescripto credito.

37 Quinimò † *d. l. si eo tempore* habet locum, quando creditor est nominatim citatus, non quando per proclamata fit citatio generalis omnium creditorum, vt suum creditum profiteantur, nam

38 in casu † proclamatum licet creditores non compareant, non propterea ius suum amittunt *post Guid. Papae cons.* 20 *num.* 34. *Cancer. var. resol. libr.* 2. *capit.* 7 *numer.* 23. 24. & *seqq.* addens in illo Catalonie Senatu obseruari, quod creditores non comparentes infra terminum proclamatum nunquam iuris sui amissionem patiuntur, & pro hac opinione potest adduci *Io. Andr. ad Specul. de prim. & second. decret. §. nunc videamus numer.* 11. *litt. G.* volens ex doctrina *Albert. Galeott.* non amitti ius suum a non comparente in termino cridarum, & affert etiam *Ancharan.*

39 *cons.* 306. vbi Episcopo † faciente proclamata, quod si quis praetendit aliquid in bonis vsurarij, debeat infra certum tempus comparere, alias non audietur, creditor existens in Ciuitate, & non comparens non priuatur iure suo, sed potest agere contra pauperes, in quos de mandato Episcopi bona vsurarij deuenerunt, quam traditionem *Io. Andrea* sequitur *Angel. de Perusio cons.* 289. *numer.* 2 *versic. tertio quod ibi*; & sequitur *Alex. Rauden. de analog. capit.* 33 *dub.* 9. *sub numer.* 93. *versic.* & *seqq.* *hac antiqua decisio lib.* 1.

40 Vltra quod non essent † in cridis angusti andi dilationes, sed assignandi termini competentes, intra quos posset quis agere *Osasch. decis.* 71. *num.* 40. *Baron. de citat. quaest.* 8 *num.* 68. &

41 *quaest.* 9 *num* 40. non enim † debet assignari dilatio paucorum dierum, vt in multis locis malè seruari vidi, sed mensium *per text.* qui valdè vrget *in d. l. locorum C. de omn. agr. desert. lib.* 11.

42 vbi assignantur sex menses. Nec † ad hunc effectum sufficit vnum proclama, sed saltem bina debent adesse *ad tradit. per Rip. in d. l. rem quae num.* 43 *ff de acquir. possess. Contard in d. l. diffamari §. limitationes num.* 45. *cum seqq.* & *§. glossa numer.*

43 38. & 39 vbi, quod † duo proclamata debent continere duos terminos *Antonin. de Amat. resol.* 11.

44 *numer.* 8. nisi tamen † daretur annus ad agendum, quia tunc non requireretur bina monitio *Contard. dicto §. limitationes numer.* 73. & *seqq.* vbi

45 quod ista † monitiones non debent fieri vna vice, sed tempore interpolato.

46 Hac † similia banimenta non ligare absentes sentiunt communiter Scribentes *Bald. in d. l. si eo tempore numer.* 2 *C. de remiss. pignor. Borgnin. decis.* 17. *numer.* 37 & 38. *lib.* 1. vbi de absente a Ciuitate *Eugen. cons.* 87 *vol.* 2. vbi defendit eos, qui a Ciuitate aberant, nec assignauerant oleum in termino determinato a bannimentis; quem refert *Gilian ad Statut. Peruf. §.*

47 *bannimenta in adnotat numer.* 2. sed circa † absentem a Ciuitate, & commorantem in villa debebit videri *Claud. Bertazol. ad Bartholom patrem cons crim.* 122. volens, quod ea, quae spectant ad solam Ciuitatem praesumantur ignorari, & quae respiciunt totam Prouinciam praesumantur sciri.

48 Nec eadem † bannimenta ligant ignorantes *Borgnin. d. decis.* 17. *n.* 39. & *seqq.* scribens plura alia circa intellectum statutorum ordinantium has cridas *Farin fragm par.* 1. *verb. bannimenta n.* 28 & *seqq.* vbi nu. 32. declarat dicta *per Osasch decis.* 71.

49 *num.* 23. & *seqq.* prout † nec adstringunt minores, nisi aliter sit cautum per constitutionem *Rip. in d. l. rem quae num* 40 *ff de acquir. possess. Craueit. d. cons.* 646. *nu.* 1. *versic. absentibus item* & erit videndus *Baron. de citat quaest.* 8 *num* 78. & *seqq.* vbi refert omnes casus, in quibus huiusmodi edicta non ligant.

50 Et si fiscus † vere sciret aliquem esse creditorem, non posset his proclamatibus iuuari, quia esset in mala fide *Boss. de proclamat. num.* 6. *Constant. in d. l.* 1. *C. de pan. fiscal. lib.* 10. *numer.* 166.

51 & *num.* 167. subiungit aduersus † illa dari restitutionem in integrum in omnibus illis casibus,

in quibus de iure communi solet practicari, quem sequitur *Baron. de citat. quaest. 9. num. 22.* an li- 52 gent † creditorem ad tempus, sub conditione, vel annuum pro censibus decurrendis tradit remissiuè *Antonin. de Amat. d. resol. 11. numer. 16.*

His præmissis aggredior dubii propositi reso- 53 lutionem, & censeo, quod in cridis † expeditis de solo præcepto Iudicis sicuti non præiudicatur creditoribus cum ipso fisco, ita nec minus cum debi- 54 tore ad gratiam, & bonar estituto. Si autem † cridę, vel proclamata emanauerunt ex vi alicuius statuti, siue specialis constitutionis, ius creditorum esse extinctum, nec posse reuiuiscere tam contra fiscum, quam contra bannitum restitutum tenuit *Petr. Anton. Angus. cons. 10. num. 17. & seqq. lib. 3.* quem fuerunt secuti *Odd. de restit. in integr. quaest. 97. artic. 3. per tot. Farin. quaest. 25. num. 181. & Caball. resol. 233. num. 23. & seqq.*

55 At econtra † iura creditorum non esse extincta, & debitorem teneri ad solutionem, etsi credita non fuerint adducta in termino cridarum senserunt *Boss. de proclamat. num. 15. & 16. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 208. versic. sed dubium est. Guazzin. de confiscat. conclus. 17. num. 28. & conclus. 28. numer. 69.* opinionem *Boss.* sibi magis placere dicit *Constant. in l. 1. num. 169. C. de pan. fiscal. lib. 10.* qui tamen postea amplius cogitandum relinquit.

Rationes, quibus *Boss. & asseclæ* mouentur, 56 sunt, quod † præscriptio non extinguit actionem ipso iure, sed facit remanere elidibilem ope exceptionis, vt vitra ipsos probant *Mynsinger. obseru. 28. cent. 3. & pluribus aliis adductis. Cancer. var.* 57 *resol. par. 1. cap. 18 num. 28.* et quod † bannitus restitutus non succedit in ius fisci, sed reintegratur ad sua iura, prout erat ante confiscationem, & ideò cum omnibus obligationibus, & oneri- 58 bus antecedentibus; est enim hęc natura † restitutionis, vt tantùm reddat, quantum abstulit *Peregrin. d. num. 208. & Guazzin. d. num. 28.*

Supposito igitur, quod non fiat successio in ius fisci, sed in suum proprium, posset addi alia ratio, 59 quod scilicet † restitutus sciens se debitorem esset in mala fide *Gratian. disceptat. 52. num. 13. & 14. Ciriac. controuers. 321. numer. 48. Thomat. decis. 14. num. 52.* quæ obstat etiam in præscriptionibus inductis per has cridas *Constant. in d. l. 1. num. 166. & 167. C. de pen. fiscal. lib. 10.*

Quibus tamen minimè obstantibus puto non 60 esse † recedendum ab opinione *Angus. & sequacium*, quia mihi videtur nimium fortis illa ratio, quod licèt restitutio omnia regulariter reddat, tamen hęc regula non procedit, quando restitutus amisisset illud iure ex alia causa, quam ob illam, quę fecit nasci ipsam restitutionem, vt comprobat *Odd. de restit. in integr. quaest. 47 numer. 42.* quam rationé postea ad hoc propositum reassumpsit *d. quaest. 97. num. 17. versic. & pro hoc*, & secutus fuit *Caball. d. resol. 233. numer. 31* in quibus locis vtrque respondet singulis rationibus in contrarium ponderatis; & motiuum malę fidei 61 facile tollitur, quia † illa obstaret, si fiscus de tempore cridarum habuisset notitiam crediti, vt animaduertit *Constant. loc. alleg.* sed cum fuerit 62 † præscriptio legitimè completa cum fisco, mala fides postea superueniens in illo, qui bona de manu fisci recepit, non potest retractare præscriptionem legitimè in esse deductam, *ad tradit. per Surd. decis. 236. num. 19. & Rot. decis. 591. num. 22. par. 3. tom. 2. recent.* nec enim est attendenda scientia ipsius debitoris ante confiscationem, quia ille 63 † post bona confiscata fuit liberatus ab omni obligatione, & effectus nouus homo, *vt fuit dictum quaest. 46. de Reo debitor. confiscat. pass.* & hęc 64 postea † recuperans bona reincidetit in primam obligationem soluendi debita, tamen hęc obligatio debet intelligi circa debita efficacia, & quæ non fuerunt per legitimam exceptionem sublata, vel reddita elidibilia, *arg. l. si is cui §. Flauius ff. de solution. Ciriac. controuers. 313. num. 6. & 7. Rot. in Romana fructuum censûs 14. Iunij 1647. §. non obstat*, quod *Ponziallus coram Reuerendissimo D. Meltio.*

De incorporatione bonorum confiscatorum.

SVMMARIVM.

Inuentarij bonorum delinquentis origo vnde manauerit. num. 1.

Annotatio bonorum delinquentis quomodo, & quando fieret ibid. & num. 9

Hodiè non est in vsu, & eius loco successit inuentarium. num. 2.

Inuentarium non debet fieri, nisi in causis, pro quibus imponatur pœna capitalis, & confiscatio bonorum. num. 3.

Inuentarij forma traditur remissiuè ibid.

Inuentarium ad conficiendum quæ probationes sint necessariæ. num. 4.

Inuentario confecto quid debeat seruari tam contra reum, quam pro custodia bonorum, numer. 5.

Reus comparens ante, vel post sententiam an recuperet bona. n. 6. 7. & 8.

Condemnatio reorum absentium, quomodo practicetur remissiuè. num. 10.

Fiscus secuta sententia confiscante statim accipit possessionem bonorum. num. 11.

Non tamen ad effectum libere disponendi, & vendendi. num. 12.

Quia ad hunc effectum debet expectari lapsus anni num. 13. vbi de obseruantia Cameræ Apostolicæ, & S. Consulta.

Idemq; practicatur in Dataria Sanctissimi circa beneficia possessa à Reo in contumaciam damnato. num. 14.

Reus comparens sponte infra annum, an recuperet bona. num. 15. 16. & 23.

Captus

Captus infra annum, an pariter recuperet bona. numer. 17.

Et quid dicendum, si Reus fuisset admissus ad nouas defensiones a Principe sine praeiudicio bonorum confiscatorum ibid. & num. 18. cum seqq.

Sententia non potest dici notorie iniusta, nisi iniustitia sit adeo patens, & notoria, vt nullo velamine possit offuscari. num. 22.

Decisiones S. Rot. Rom. volentes, quod comparens infra annum recuperet bona, licet non doceat de sua innocentia, recipiuntur per Authorem, sed impugnantur à Farin. Guaz. cum. & Scacc. n. 24.

Reus admissus ad nouas defensiones si moriatur ante causae expeditionem, an debeant audiri eius hæredes num. 25.

Fiscus an teneatur stare colono. num. 26. & seqq.

Habetur loco hæredis quoad obligationes contractas. num. 27.

Emens a fisco tenetur stare colono. num. 31.

QVÆSTIO XLII.

QVamuis, vt aliquis ex vulgo sanciorum legalium expers iamdudum mihi asserebat, modus conficiendi inuentarium in bonis delinquentium à sola Notariorum auaritia initium non duxerit, sed à fisci vtilitate, cuius indemnitati per huiusmodi inuentaria est consulendum, tamen hodie publicam vtilitatem ad commoda priuata rapacitas Notariorum deflexit, cum dummodo illas pecuniolas pro eorum mercede extorqueant, parum de iuribus fiscalibus solliciti omnia peruertunt; ideoque admonerem Iudices, vt mandantes illorum confectionem in Notariorum auaram socordiam corrigendo, & fisci commodis augendis inuigilarent, nisi omnium Iudicantium integritas, & diligentia me persuaderent, quod vtilitate priuatorum postlundata solius publicæ curam habent. Vsus ergo conficiendi inuentaria, vt ad materiam reuertamur, manauit à 1 dispositione † iuris communis, qua inspecta reus absens requirebatur, & citabatur ad respondendum accusationi, & inquisitioni contra ipsum formatæ, & dum illo in termino præfixo non comparebat, bonorum annotatio, & descriptio medio inuentario coram Iudice à Notario explebatur, quæ bona deponebantur penes aliquem tertium, qui illa custodiret, & curaret, ne in damnum fisci perirent, & occultarentur, quibus peractis iterum Iudex faciebat citari, & vocari delinquentem per edicta, vt veniret se excusaturus, cum notificatione, quod eius bona fuerant annotata, & si Reus infra annum comparebat, & se defendebat a crimine, absoluebatur, ac bona recuperabat, si verò post annum se præsentabat, adhuc audiri debebat, & si se defendisset absoluebatur, sed non tamen recuperabat bona in pœnam suæ contumaciæ *l. 1. & fin. ff. de requir. reis. Iodoc. in pract. crimin. cap. 14. de annotat. bonor. nu. 1. & seqq. Clar. quæst. 44. num. 2. Cartar. de capt. bannit. cap. 1. num. 6. 7. & 8. Farin. quæst. 11. num. 2. Scacc. de iudic. capit. 97. num. 5. & 6. vol. 1.*

2 Hodie tamen, quia annotatio non † est in vsu, & in eius locum successit bannum, ne bona in fraudem fisci occultentur, transmittitur Notarius, qui illa inuentariando describit, & penes tertium deponit *Clar. d. quæst. 44. nu. 3. & ibi Baiard. nu. 7. Cartar. d. capit. 1. num. 18. 19. & seqq. Scacc. de iudic. d. cap. 97. num. 5. 19. & 20.* quod inuenta-3 rium non debet fieri, nisi in causis † capitalibus, pro quibus veniat imponenda confiscatio bonorum, & iuxta formam præscriptam *in l. si quis intra Prouinciam C. de bon. proscriptor. Gomez de delict. cap. 9. num. 2. Cartar. d. cap. 1. num. 22. & 23. Vermigliol. conf. 312. num. 5.* & in Vrbe adest bulla *Pauli V. 71. tom. 3. noui bullar. tit. de Iudc. criminal. §. 21. ubi item inquisito reo non fiat inuentarium illius bonorum nisi agatur de delicto, pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiscationis bonorum, aut alia notabilis pœna*; & in illo non describuntur de consuetudine nisi bona mobilia *Cartar. d. cap. 1. num. 24. Scacc. d. cap. 97. num. 19. & seqq.* vbi quod si describerentur bona stabilia, inuentarium non esset vitiosum.

4 Ad effectum conficiendi inuentarium † non sufficit sola accusatio, sed aliqualiter debet constare de maleficio, nisi tamen adesset suspicio occultationis *Pinell. in l. 1. par. 2. num. 25. & 26. C. de bon. matern. Clar. d. quæst. 44. num. 3. versic. in hoc autem Ducatu*, affirmans fieri inuentarium statim post assumpta indicia ad capturam *Scacc. dict. cap. 97. sub num. 16. versic. satis enim est*, asserens sufficere indicia ad citandum, vel ad capturam. In Statu Ecclesiastico, ne bona abscondantur, transmittitur Notarius ad domum delinquentis, vt describat omnia bona mobilia, teste *Farin. d. quæst. 11. num. 4. vbi adducit quamplures DD.* ex quo-5 rum sententia addit, bona descripta poni † in loco tuto, vel penes tertiam personam deponi, & facto inuentario citari reum, qui non comparens condemnatur in pœnam confiscationis bonorum, aliamq; crimini condignam *Scacc. d. cap. 97. num. 16. 17. 18. 19. & 20.* vbi quod Iudices bene faciunt mandando hanc annotationem, quia reus, & illius consanguinei statim patrato crimine omnem conatum adhibent, vt abscondant bona, ne possint inueniri.

6 Si reus citatus compareat ante † sententiam omnia euanescunt, & auditur tam in bonis, quam quoad personam, si vero post sententiam ad manus Curiæ deuenerit, absque nouo processu contra eum sententia executioni demãdatur *Farinac. d. quæst. 11. sub num. 3. vers. præmitto quarto*; quæ tamen sunt ita accipienda, vt reus comparens sponte infra annum audiatur, & admittatur ad se defendendũ, si verò fuerit captus, vel post annum ipse vltro se præsentet non auditur, sed sententia executioni demandatur in rebus, & in persona, nec potest admitti ad defensiones absque speciali rescripto habito a Signatura Sanctissimi, *ob constit. Pij IV. incipien. licet dudum impress.*

sub

sub constit. 52. *nou. bullar. tom.* 2. *fol.* 52. quæ assignans terminum sex mensium fuit correcta *a Pio V. constit.* 9. §. 4. *d. bullar. tom* 2. in qua loco sex mensium fuit assignatus annus ad comparendum, & in reliquis fuit confirmata *ab eodem Pio V. in constit. incipien. dudum* § 2. *impress. subsequenter post d. constit.* 9 *fol.* 141. quarum meminerunt *Farin. d. quæst.* 11. *sub num.* 4 *& Scacc. d. capit.* 97. *num.* 131. *&* 137.

7 Stat igitur regula de iure † communi, quod comparens infra annum, si de sua innocentia docuerit, & fuerit absolutus, recuperat bona annotata, si enim simpliciter comparet, & de sua innocentia non docet, nec absoluitur, nec bona recuperat; prout nec minus reintegratur ad illa, si comparet post annum, etiam si fuerit absolutus *Scacc. d. cap.* 97 *num.* 5. *Farinac. d. quæst.* 11. *num.* 83. 84. *&* 85. vbi addit, quod si quis comparet infra annum, & satisdederit recuperat bona etiam

8 † ante sententiam absolutoriam, & quod loco satisdationis potest deseruire ipsius comparentis constitutio in carceribus, & idem tenet *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 64. *numer.* 1. *&* 2. *cum seqq.* vbi apponit practicam Vrbis.

9 Quia autem annotatio † fiebat, dum non poterat deueniri ad sententiam diffinitiuam contra absentem in pœnam supra relegationem *l. absentem ff. de pæn. d. l.* 1 *ff. de requirend. reis. Scacc. d. cap.* 97. *num.* 6 & hodie de consuetudine, vel iure statutario, siue alterius specialis constitutionis

10 fuit † introducta condemnatio contra absentes per sententiam diffinitiuam etiam in pœnam capitis, quod quomodo practicetur, edocent *Farin. d. quæst.* 11 *& Scacc. d cap.* 97. *vtrobique per tot.* obseruatur confectio inuentarij quoad bona mobilia; quo vero ad stabilia, quamuis secuta senten-

11 tia contumaciali fiscus accipiat † de mandato iudicis illorum possessionem *Carpan ad constit. noviss. Mediol* §. *omnium numer.* 591. 667. *&* 690. *Guazzin de confiscat. conclus.* 8 *num.* 1 & quidem non expectato anno præscripto delinquentibus ad se constituendum, tamen huius possessionis acqui-

12 sitio non debet prodesse † ad effectum liberè disponendi, & vendendi, vt acriter defendit *Farin. d. quæst.* 11 *num.* 88. vbi inuehitur aduersus contrarium seruantes, & quod propterea omnis vsus contrarius est abolendus *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *limit* 63. *num.* 2. *& seqq.* vbi licet dicat de consuetudine seruari, quod fiat incorporatio infra annum, tamen subdit, reo comparente in-

13 fra illum, Tribunal Cameræ Apostolicæ omni † æquitate, & celeritate mandare bonorum restitutionem; & in facti contingentia in quadam causa Apirana Constantij Barzij condemnati in confiscationem bonorum ego seruaui contra ministros Fiscales Curiæ generalis Guberntj Marchiæ, qui ex quadam praua consuetudine prætendebant statim incorporare, & liberè disponere de bonis confiscatis, quod facta descriptione bonorum, & sequestratis fructibus supersederetur per annum, in vim litterarum S. Consultæ, quæ directæ Gubernatori fuerunt sic conceptæ.

Col motiuo del nuouo ricorso fatto quà da Gostanzo Barzi dall'Apiro, questa S. Consulta rimette à V. S l'ordine datoli di soprasedere fino al termine d'vn anno computo dal giorno della sentenza nella confiscatione de' beni nella quale è stato condannato l'Oratore, fattasi però in tanto la descrittione de' beni, & il sequestro de' frutti. Eseguisca V S. in questa conformità, e Dio la prosperi. Roma 27. Giugno 1654. Di V. S. come Fratello Giulio Cardinale Sacchetti A. Cesare Rasponi Segretario.

14 Idemque seruari † in Dataria Sanctissimi quoad beneficia, quę possessa per condemnatum in contumaciam non conferuntur alteri personę, nisi elapso anno post illorum priuationem in eadem sententia contentam, testatur *Guazzin. conclus.* 13. *limit.* 65. *num.* 5.

Qui annus ad plenam incorporationem ex-

15 plendam ideò statuitur, quia reus † comparens infra annum, si delictum non merebatur confiscationem bonorũ, dum ipse præsens fuisset damnatus, cum aduersus absentes, & contumaces semper publicationis bonorum pœna practicetur, tunc etiam, quod sit delinquens, & pœna adęquata delicto puniatur, recuperat nihilominus bona, quia per comparitionem spontaneam infra annum tollitur virtus sententiæ contumacialis, qua sublata reus præsens condemnatur pro crimine, & bona non confiscantur extraneus *Auth. bona damnatorum C. de bon. proscriptor.* nisi adsit constitutio particularis, vt in fortioribus terminis arguit *Scacc. d. cap.* 97. *num.* 155. cuius rationes sequitur *Farin d. quæst.* 11 *num.* 89. *versic. si vero quis sponte comparet*; non tamen adhæret opinioni illius volentis reum hoc casu recuperare bona, etsi comparens post annum obtinuerit à Principe admitti ad nouas defensiones cum clausula, *sine præiudicio bonorum confiscatorum*, de cuius dicti veritate videbimus inferius.

16 Sed si delictum est tale, quod † mereatur confiscationem bonorum etiam in reo præsente, comparens sponte infra annum tunc demum recuperat bona, si docto de innocentia reportat sententiam absolutoriam *Farin. d. quæst.* 11. *d. num.* 89 *versic. quod si delictum cum nu. seqq.* si verò

17 damnatus capiatur à Curiæ ministris infra † annum, vel post annum compareat, nunquam reintegratur ad bona, siuè delictum in reum præsentem potuisset importare publicationem illorum, siue non, quamuis Princeps ad nouas defensiones admittat, ob clausulam, quę adijcitur rescripto, *sine præiudicio bonorum confiscatorum*, vt reiecto *Scacc* contrarium firmante in crimine, pro quo reo præsenti non debuisset imponi pœna confiscationis, probat *Farinac. d. quæst.* 11. *nu.* 89. relatus *à Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.* 13 *limit.* 65. *num.* 3. *&* 4.

18 Et quamuis † *Guazzin. ibid.* post relatam *Scacc.* opinionem *num.* 6. 8. *&* 11. pertranseat cum illo,

addu-

adducens rationem, quia sententia illa contumacialis condemnans in confiscationem bonorum vti notoriè iniusta non potuit facere transitum in iudicatum, ego vtriusque sententia minime attenta existimo, omninò sequendam esse traditionem eiusdem *Farinac.* quia ex vi constitutionum *Pij IV. & Pij V.* superius relatarum sententię contumaciales † contra reum captum infra annum, vel comparentem post annum, debent exequi tanquam in iudicatum transactæ, & si Princeps illarum vim aufert, non † tollit, nisi limitate quoad personam, non autem quoad bona vnde illud Principis placitum non debet operari vltra eius intentionem, per regulam desumptam à *vulgat. l. in agris ff. de acquirend. rer. domin.* ad id, quod subiungit † *Scacc.* Principem non debere rescribere cum clausula, *sine praeiudicio*, ego non respondeo, sed tantum dico, quod ipse malè loquitur contra Principis authoritatem, quę extenditur supra omne ius positiuum; ad rationem impediti transitus in iudicatum ob notoriam iniusti. iam consideratam à *Guazzin.* satis est respondere, quod iniustitia ad hunc effectum debet esse † ita patens, & notoria, vt nullum velamen, tam in iure, quam in facto recipere possit *Contard. de momentan. limit. 5. num. 34 Salgad de Reg protect. par. 2 cap. 9. num. 36. 37. & 38.* & est opinio communissimè recepta, cum qua semper pertransijt *S. Rot Rom.* teste *Buratt. decis 251. num. 7.* vbi plures DD. & decisiones afferuntur. Sed quomodo poterit dici notoriè iniusta sententia confiscationem imponens, quę fundatur in opinione *Bartol* volentis contumaces semper debere pati publicationem bonorum, & quam fuit amplexus vsus Tribunalium, vt firmaui *quaest. 3 numer. 5. & infra.*

[19] [20] [21] [22]

[23] Etq; etiam effugienda † traditio *Baiard. ad Clar. quaest. 44. numer. 10. & 11.* testantis in Statu Ecclesiastico bannitum etiam comparentem infra annum non recuperare bona confiscata, quia ex superius adductis illius opinio ostenditur falsa, & vt talis fuit reprobata à *Farin. d. quaest. 11. num. 86. sub versic. quibus non obstent ea, & à Guazzin. d. limit. 65. num. 12.* dicente, ipsum fuisse nimis audacter locutum. Et in hoc erit aduertendum, quod omnes difficultates, & disputationes cessant, si reus comparet ante sententiam, quia indubitanter bona recuperat, dum enim non adest condemnatio, nec est necessaria absolutio *Farinac. d. quaest. 11. num. 99* firmans hoc non controuerti per DD, & dixi supra num. 6.

[24] Decisiones Rotæ Romanæ † volentes, quod comparens infra annum recuperet bona, etiam si non doceat de sua innocentia, sicuti ego illud supremum Tribunal existimo non posse decipi in decidendis causis ob eximiam sapientiam Patrum, qui in illo resident, ita semper sequendas esse autumarem; sed si est in contrarium obseruantia, vel aliquis, si tamen adest, velit à censura illius Sacri Auditorij discedere, poterit adire *Farin. d. quaest. 11. num. 98. & seqq.* vbi refert easdem decisiones, & conatur illis respondere *Guazzin. dict. limit. 65. sub num. 12. versic. circa verò*, qui dicit, nunquam vidisse in Curia Romana seruari *Rotæ* opinionem, *& Scacc. de iudic. d. cap 97. sub numer. 131. versic non obstat.*

[25] Si condemnatus admissus † ad nouas defensiones moriatur ante causæ expeditionem, fuit dubitatum, an bona debanet remanere apud fiscũ, vel debeant audiri hæredes, qui vellent defuncti innocentiam demonstrare; si casus occurret, erit videnda distinctio tradita *per Scacc. d. c. 97 n. 156.* contra quam tamen fertur *Guazzin. d. limit. 54 num. 5.* quorum dicta non examino, quia quæstio mihi videtur superflua, dum admissio ad nouas defensiones fit *sine praeiudicio bonorum confiscatorum*, vt dixi; sed quando sine dicta clausula quis admitteretur ad se defendendum, tunc potius adhærerem *Scacc.* nam de obseruantia Senatus Mediolani, in qua se fundat *Guazzin.* dubitauit *Clar. quaest. 44 num. 5.* dicens, quod in conscientia Princeps dicta bona retinere non posset, & addit in fortioribus terminis tenuisse *Boss. de remed. iust. contr. senten. circa fin.*

Post apprehensam actualem possessionem, & omnimodam incorporationem secutam, elapso anno, non inutiliter fuit a me quęsitum, an fiscus [26] teneatur stare † colono, & breui distinctione me expediui, respondens, quod aut fiscus succedit in vniuersitate bonorum, vel vacantium, vel confiscatorum, & debet stare *Gomez. var. resol par. 2. cap 3. numer. 10. Caroc. de locat. tit de successor. num 2. Mantic. de tacit lib. 5 tit. 9. num 5. & seqq. Scapuccin. de successor singul. ampliat. 7. numer. 3. & seqq* ea ratione moti, quia fiscus in vniuersali[27]bus, licet non sit propriè † hęres, habetur tamen loco hęredis quoad obligationes contractas *l. inter eos §. vltim ff de fideiuss* Aut succedit in ali[28]qua re † particulari, vel confiscata vel alio modo ad ipsum peruenta, & non debet locationem seruare *Gomez. d. numer. 10. Scapuccin d ampliat. 7. num. 1. & 2.* addens ita esse intelligendum *text. in l. si fundus ff locat.* quem ad hoc propositum adducit *Peregrin. de iur fisc lib 6 tit 4 num 40 versic. fiscus tamen* & sequitur *Fost. de subhastat inspect. 44. numer. 74* iuxtaq; hanc distinctionem est intelligendus *Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 10. numer. 14.* dum dicit, fiscum succedentem ex publicatio[29]ne, & si necessario, non teneri stare † colono, quod scilicet regula procedat, quando successio est particularis, non vniuersalis, ne sibi contradicat in iis, quæ dixerat titulo pręcedenti, & hanc distinctionem, quę fuit de mente *Bald. in l. si fundus antè num. 1. versic. & ex hoc nota ff locat. & in l. diuortio num. 1. vbi Iasnum 36 ff sol matrim. Rom. in l. si filio familias §. si vir. numer. 21. & ibi Alex. numer. 19. ff sol. matrim.* secutus etiam fuit *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 399 num. 14 & 15. tom. 2.* hęc tamen conclusio notabiliter limitatur [30] à *Gomez. d. cap. 3. num. 10.* quod † nempe fiscus possit expellere colonum, quando delictum est tale, vt ipso iure delinquens amitteret dominium, ac ad-

ac administrationem rerum confiscatarum.

31 Emens autem a fisco tenetur omninò stare colono *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4 num 33. & 40. Carpan d. cap. 399. num. 16. Mantic. de tacis lib. 5. tit. 10 numer. 28. Gratian. discept. at. 357. numer. 17. Post. de subhast. d. inspect. 44. numer. 75. Scapuccin. d. ampliat. 7. num. 7. & seqq. Duran. decis. 448. numer. 51.*

De Applicatione bonorum confiscatorum.

SVMMARIVM.

COnfiscatio quando sequitur ex dispositione iuris communis, & territoria sunt sub vno, & eodem Principe, qui vnam tantum bursam fiscalem habet, comprehendit omnia bona confiscati, licet sita extrà loca Iurisdictionis Iudicis confiscantis, numer. 1.

Et hoc casu executio fit per officiales illius loci, vbi bona sita sunt. numer. 2.

Confiscatio, quando sequitur ex dispositione statuti particularis, non comprehendit bona sita extrà Territorium loci statuti, quia Constitutio localis non egreditur territorium. num. 3.

Limita quando specialis constitutio vigeret etiam in illo loco, in quo bona reperiuntur, quia tali casu, vno Principe ex stente, confiscatio ad illa extenditur numer. 4.

Et quando bona essent sub eodem Præside. n. 5.

Confiscatio quando non fit ex dispositione iuris Communis, nec territoria, vbi bona sita sunt, vni Domino subsunt, non comprehendit bona sita extrà territorium confiscantis, sed illa reseruantur damnato, vel illius hæredibus. numer. 6.

Amplia licet statutum mandaret publicari bona vbique existentia. num. 7.

Amplia secundo, etiam si in loco, vbi bona sita sunt, extaret simile statutum præscribens pariter confiscationem in eodem delicto, & quare. numer. 8.

Confiscatio comprehendit omnia bona etiam sita extra territorium in odium delinquentis, quando sequitur ex dispositione iuris n. 9.

Confiscata bona posita extrà territorium, non applicantur fisco Principis, seu Iudicis confiscantis, sed fisco loci, vbi bona extant. num. 10.

Intellige hanc conclusionem, si Dominus rei sita habeat ius confiscandi altas non. num. 11.

Confiscantis Iudicis Sententia quando non comprehenderet omnia bona Confiscati, sed esset restricta ad sita in Territorio d. Iudicis, potest contra delinquentem alteri subditum nouus fabricari processus, & noua ferri sententia. numer. 12.

Et vigore dicta sententia publicantur bona in eodem territorio existentia. ibidem.

Confiscare non potest Ciuitas vigore sententia lata à Iudice diuersi territorij, quando non habet subiectum Reum, vel ratione originis, vel domicilij si in sententia non disponeret esse confiscanda omnia bona vbiq; existentia. num. 13.

Confiscatio de iure communi imponitur in crimine hæresis, & læsa Maiestatis. numer. 14.

Intellige vt num. 18. & 19.

Confiscatio in crimine hæresis, & læsa Maiestatis imponitur secuta declaratoria delicti, quamuis non sit lata sententia confiscans. num. 15.

Et dicta sententia declaratoria lata, potest Princeps statim assequi bona delinquentis posita in suo territorio, cum dominium statim dicatur translatum post commissum delictum. numer. 16. & 17.

Confiscatio bonorum imponitur ipso iure in crimine læsa Maiestatis in primo capite tantum, & propterea tali casu bona etiam sita extrà territorium confiscantur. num. 18 & 19.

Bona mobilia delinquentis spectant ad iudicem confiscantem, & si extrà illius territorium sint. numer 20.

Limita si bona mobilia ex destinatione Domini essent extrà territorium perpetuo remansura. numer. 21.

Amplia limitationem procedere etiam in pecunia, & in pecunia destinata ad emptionem num. 22.

Confiscatione bonorum in generali veniunt nomina debitorum. num. 23.

Limita si in sententia diceretur, quod confiscantur bona mobilia, & immobilia, nam hoc casu iura, & actiones non continerentur. num. 24.

Vel nisi nomini bonorum esset adiunctum pronomen possessiuum suorum, quia tunc absq; specifica mentione non comprehenduntur nomina debitorum, & iura. num. 25.

Confiscata nomina debitorum delinquentis pertinent ad fiscum creditoris num 26.

Actiones, & iura nullo loco circumscribuntur ibid.

Exactio fieri debet in eo loco, vbi de iure, & de facto exigi, & agi potest num 27.

Exactio fieri debet in loco celebrati contractus, vel destinata solutionis. numer. 28.

Exactio quod fieri debeat in loco celebrati contractus, & quod in eo agi possit remissiuè num. 29.

Exactio quod fieri debeat in foro debitoris reijcitur vna cum Cyriac. hanc conclusionem firmante. numer. 30.

Debitoris nomen dicitur esse de illo loco, vbi fuit celebratus contractus, & fieri debet exactio. n. 31.

Debitoris nomen non spectat ad fiscum loci Rei, sed ad illum, vbi debet solui vel fuit celebratus contractus. num 32.

Annuus redditus extrà territorium, si concernit quid mobile, debetur fisco loci creditoris, si vero immobile fisco loci, vbi est. numer 33. Intellige vt. num. 35.

Cēsus annuus, vectigal, pēsio ēphiteutica, & similia sequitur locū rei ob quā debētur, tāquā rei infixa, reliqua verò, qua ex redditibus generalibus procedunt, sequi debent personam creditoris. n 34.

Annuus

QVÆ.

QVÆSTIO. XLIII.

Vt magis eluceat, cui fisco debeant bona publicata applicari, casus distinguendo, conclusiones inferentur. Si igitur delinquens confiscatus † in diuersis territoriis habet bona, & territoria sunt sub vno, & eodem Principe, qui vnam tantum bursam fiscalem habet, ac confiscatio secuta fuit ex vi dispositorum per ius commune, omnia bona etiam sita extra loca iurisdictionis Iudicis confiscantis comprehenduntur *Boss. de publicat. bonor. numer. 62. Farinac quæst. 25. numer. 95. Caball. resolut. 138. sub numer. 6. versicul. quæ conclusio Sousa aphorism. inquisit. lib. 3. capit 14. numer. 3. Bottilier. de success. capit. 3. theorem. 110. numer. 32. §. si verò delictum* & hoc † casu executio fiet per officiales illius loci, vbi bona sita sunt *Farinac d. num 95 Caball d. resol. 138. num. 6 Guazzin de confiscat. conclus. 13 limit. 16 num. 8.*

Retentis eisdem terminis vnicitatis Domini, si confiscatio † non vigore iuris communis, sed statutorum particularium loci Iudicis confiscantis sequatur, non extenditur ad bona extra territorium, quia constitutio localis territorium non egreditur *Farin. d. quæst. 25 num 96. Caball. d. resol. 138 num. 2 Guazzin d. limit. 16. nu. 4. Adrian. Negusant. in Silu. respons. quæst. 348. num. 7.* nisi tamen † illa specialis constitutio vigeret etiam in illo loco, in quo bona repetiuntur, nam tunc vno Principe existente confiscatio ad illa bona extenderetur *Farinac d. quæst. 25 num 98. Caball d. resol. 138. num 4 Guazzin d. limit. 16. num. 7. Sousa d. cap. 14 num. 5* & ità intelligendus est *Intrigliol.* generaliter loquens *singul. 25. & 26. lib. 1.* prout † etiam extenderetur, si loca essent sub eodem Præside *Farin. d. quæst. 25. num. 97 Guazzin. de confiscat. d. limit. 16. num. 6.*

Dum verò territoria sunt diuersa †, nec subiacent eidem, & vni Domino, sed pluribus, qui habent bursas fiscales distinctas, & separatas, & confiscatio non imponitur de iure communi, sed speciali statutario, vel alterius particularis constitutionis, nunquam veniunt bona extra territorium confiscantis existentia, sed illa referuantur damnato, vel succedentibus in bonis illius *Farin. d. quæst. 25 num. 99.* addens † idem esse, si statutum mandaret publicari bona vbique existentia *Caball. d. resol. 138. numer. 1. Guazzin d. limit. 16. num 3 & conclus. 21 num. 56. Bottilier d theorem. 110. num. 32 § si verò delictum, vers. si verò confiscatio Rot. decis. 565. num 2. par. 3. recent.* & hoc procedit etiam si † in alio territorio extaret simile statutum præscribens pariter confiscationem in eodem delicto, & ratio est, quia iura specialia in diuersis locis pluribus, & diuersis Dominis subiectis, non seruantur eadem authoritate, qua obseruantur in loco Iudicis confiscantis *Boss. de publicat. bonor. num. 62. versic. sed quid si Caball. d. resol. 138. num. 2 versic. & dicit Boss. cum nu seq. Guazzin. d. limit 16 num. 5. versic. tertio amplia Sousa d capit. 14. num 6* & vrget etiam alia continilis fortissima ratio, quia statutum, ad hoc vt operetur successionem in bonis, debet habere subiectas personas simul, & bona, & sic dum statutum loci Iudicis confiscantis non ligat bona extrà suum territorium posita, & statutum loci bonorum non habet subditam personam delinquentis, non possunt vniri ad operandam ablationem bonorum, vt in terminis statuti exclusiui fœminarum considerauit *Rot. in Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram b. m. Merlin. inter eius impress. decis. 353. & par. 5. recent. decis. 177. vtrobique num. 43. 44. & infra.*

Sed si de iure † communi sequitur confiscatio, illa comprehendet omnia bona etiam extra territorium sita in odium delinquentis damnati, à quo debent auferri *Farin. d quæst. 25. num. 100. Caball d resol 138. num 5. Botillier. d. theorem. 110. num. 33. & seqq.* non † tamen applicantur fisco Principis, seu Iudicis confiscantis, sed fisco loci, vbi eadem bona extant *Farin. d. quæst. 25. num. 101.* vbi declarat † hoc procedere, si Dominus rei sitæ habet ius confiscandi, & non alias *Caball. d. resol. 138. nu. 5. Donat. Anton de Marin. resol. 35. num. 1. lib. 1. Constant. in l. 1. num 161. C. de pæn. fiscal lib 10. Adrian. Negusant. d. quæst. 348. nu. 2. & infra Guazzin. d. limit 16. num. 11.*

Dato autem casu, quod sententia † Iudicis confiscantis non comprehenderet omnia bona, sed esset restricta ad illa sui territorij, tunc si delinquens est subditus alteri territorio, aut ratione originis, aut domicilii, posset ibi fieri nouus processus, & noua condemnatio, cuius vigore publicabuntur bona in eodem territorio existentia *Farin. d quæst. 25 numer. 101 prope fin. Caball d. resol. 138. num. 7* qui tamen *num 8. & seqq.* addit vnum notabile, quod si reus non pateretur † hanc subiectionem, Ciuitas altera non posset auferre bona in suo territorio existentia, dum Iudex condemnans omisisset in sententia apponere publicationem bonorum vbique existentium, & reddit rationem, quia id non posset conficiendo nouum processum, eum nullam habeat iurisdictionem in personam non subditam, nec valeret ex vi sententiæ lata in altero territorio, quia illa non dicens confiscari omnia bona, dicitur restricta ad illa proprij territorij, nec vltra operatur, admonet ideò Iudices, ne hoc damnum Principibus diuersis territorij inferatur, quod in sententia vtantur verbis generalibus, confiscando bona vbicunque, & in qualibet parte Mundi posita & *Caball. sic dicentem sequitur Guazzin. d. limit. 16. num 21. & 22.*

Ego tamen considero, quod † confiscatio de iure communi non imponitur nisi in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis; sed in crimine hæresis confiscatio fit ipso iure *cap cum secundum leges de hæretic in 6 Sousa aphorism. inquisit. lib. 3 cap. 9. nu. 8. & fuit per me dictum quæst. 4. num. 7. & seqq.*

quo

quo † casu non est opus, adesse sententiam confiscantem, sed sufficit declaratoria delicti *Carpan. ad constitut. nouis. Mediol. §. omnium num.* 607. *Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.* 15. *nu.* 20. & 16 quidem non † ad effectum acquirendi dominium, quod ipso iure fuit in fiscum statim commisso delicto translatum, sed pro adipiscenda possessione *Peregrin. de iur. fisc lib* 4. *tit.* 5. *n.* 13. *Guazzin. d. conclus.* 15. *n.* 1. *& 2.* secuta ideò declaratoria, non 17 video †, quid impediat alterum Principem assequi bona in suo territorio existentia, dum sententia 18 confiscans non est necessaria. In crimine † verò lęsę Maiestatis in primo capite, si placebit opinio *Doctorum* volentium confiscationem pariter ipso iure imponi, vt potetit videri *apud Farin. quaest.* 116. *n.* 14 *cum seqq. & n.* 66. quam quaestionem licet ipse indecisam relinquat, tamen videtur admittere in solo primo capite *Vermigliol. cons* 7. *n.* 2. *& infra* non erit querenda sententia confiscans, dum erit satis sententia declarans delictum, vt su-19 pra dixi; nisi tamen esset melius † dicere, excepto crimine hęresis, in aliis delictis secularibus bona extra territorium non confiscari; vt probant *Peregrin. de iur fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num* 138. *versf sed hic subsistendum. Guazzin. de confiscat d. limit.* 16. *num.* 13 *versic. qui Peregrin. Bottilier. de success. cap.* 3. *theorem.* 110 *sub num.* 33 *§. alij tamen, & n.* 34. vbi respondet contrarijs.

20 De bonis autem mobilibus † est constituenda regula, quod, cum non circumscribantur loco, sed personam condemnati sequantur, spectabunt ad fiscum confiscantem, & si extra illius territorium sint *Ancharan. quaest.* 25. *n* 9. *&* 10 *lib* 2. *Farin. d. quaest.* 25 *num.* 108 *Donat. Anton. de Marin. resol* 35. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *Sousa aphorism. inquisit. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 9. *Ciriac controuers.* 218, *num.* 1. *&* 2. & licet *ibid. num.* 6. dicat contrarium seruari de consuetudine ex *Clar. & Peregrin.* parum obesse debet, nam *Claro* bene respondet *Farin. loc. alleg. Peregrin.* verò *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 141. post relatam *Clari opinionem* subdit, *& indubitanter fiscus Domini confiscantis occupat mobilia, & mercaturas,* vt aduertit *Guazzin. d. limit.* 16. *num.* 24 25. *&* 26. referens *Simon. de Prat.* dicentem, esse faciendum quod est de iure, non quod seruatur Mediolani *Caball. resol* 268. *num* 1. 21 2. *&* 3. vbi quod regula limitatur † si bona mobilia ex destinatione Domini essent extra territorium perpetuò remansura quicquid dicat *Farin. cons.* 71 *num.* 5. *&* 6. quia repugnat opinioni communi, & iis, quę *ipsemet dixit d. quaest.* 25 *num.* 108. cum quo tamen pertranseo in tertia declaratione, quia concordat cum opinione per nos fir-22 mata; & idem † erit dicendum de pecunia, quam recenseri inter mobilia profitentur *Guazzin. d. limit.* 16. *n.* 27. *&* 28 loquens etiam de ea, quę fuit ad emptionē destinata *& Ciriac. d. controu.* 218. *n.* 1.

23 Circa nomina debitorum † est aduertendum, & illa venire sub generali confiscatione bonorum *Caball. d. resol.* 268. *num.* 6. *Guazzin. de confiscat. limit.* 30. *numer.* 7. *Giurb. ad consuetudin. Messan. glos.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quaest.* 24 29. *num.* 12. *&* 13. nisi † tamen in sententia diceretur, quod confiscantur bona mobilia, & immobilia, nam hoc casu iura, & actiones minimè continerentur *Guazzin. d limit.* 30. *num.* 1. *& infra Giurb d glos* 2. *num.* 6. *versic ideò publicati;* vel ni-25 si nomini bonorum esset † adiunctum pronomen possessiuum suorum, quia tunc absque specifica mentione non comprehenduntur nomina debitorum, & iura *Farin. quaest* 25 *num.* 109.

26 Sed supposito illa esse confiscata † non inutiliter quaeritur, ad quem fiscum pertineant, an scilicet loci creditoris, vel debitoris; hanc quęstionem remissiuè tradidit *Intrigliol singul.* 26. *lib* 1. & nullam distinctionem a DD. allatam firmando *Guazzin. de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 16. *num.* 29. & licet quamplures DD. tenuerint spectare ad fiscum creditoris *Ancharan. quaest.* 25. *nu.* 8. 9. *&* 10. *lib.* 2. *Guazzin. d. numer.* 29. *Tiraquell. de primigen. quaest* 49 *num.* 8. vbi reprobat contrarium tenentes *Carpan ad constit nouis. Mediol. §. omnium num.* 470. *& infra* & facit *Rot. post Cene de censib. decis* 3 *num.* 15 dicens esse de loco creditoris, cuius ossibus sunt infixa; attamen contrarium firmauerunt multi alii *apud Peregrin. de iur fisc lib.* 5. *tit.* 1. *num* 142. *in princip* qui tamen reiciuntur *à Tiraquell. d quaest* 49. *num.* 8. & propterea duxi hanc materiam clarius dilucidandam, & distinguendam, vt sciri possit, quid seruandum sit in hoc articulo.

Vnde datur regula, quod iura, & actiones nullo circumscribuntur loco *l. Caius* 88. *ff de legat.* 2. *Io. Anton. Bellon cons* 74 *num.* 114 *Salgad. Labyrint. creditor. par.* 2. *cap.* 12 *num* 3. sed nihilominus sicuti id verum est quoad effectum circumscri-27 ptionis, ità † quoad exactionem videntur esse in eo loco, vbi de iure, & de facto exigi possunt, & vbi agi potest *Alex. cons.* 16 *num.* 4. *vol.* 1. *Rimin. Sen. cons.* 244. *num.* 10 *lib.* 2 *Simanc. de cathol. instit. tit.* 9. *num.* 131. *Tiraquell. d quaest.* 49. *num.* 6. *Thesaur. Iun quaest.* 5. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. *Ciriac. controuers.* 218. *num* 9. *Bellon d. cons.* 74. *num.* 115. *Carleuall. de iudic. tom.* 1. *disput.* 2. *num.* 146 *Salgad. Labyrint. creditor par.* 2. *capit.* 12. *numer.* 11. *Franch. decis* 93 *numer.* 8. *&* 9. *Buratt. decis* 474. *num.* 4 *Merlin. decis.* 828 *num.* 15. vbi quod nomen debitoris exteri non dicitur esse extra territorium, *& num.* 17.

28 Locum autem † exactionis ad hunc effectum esse illum celebrati contractus, vel destinatę solutionis, censent *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 5 *tit.* 1 *nu.* 142. *versic. contra verò. Bruno. de statut. exclusiu. feminar artic* 8. *num* 134. *Put. decis* 417. *n.* 4. *versic. isto supposito lib.* 3 *Bellon. d. cons.* 74. *num.* 89. *&* 90. *Salgad. d cap.* 12. *num.* 10 *&* 11. *Caball.* plenius quam omnes *resol* 268. *n.* 4. & faciunt tradita *per Gratian. disceptat.* 29. *nu.* 26 *& Rot. post Cenc. de* 29 *censib decis.* 3. *n.* 15. quando † autem, & quomodo debeat, & possit agi in loco contractus, declarat abundè *Carleuall. de iudic. tom.* 1. *disput.* 2. *quaest.* 4. *per tot.* semper in similibus

X casibus

casibus videndus, quia poterit prodesse ad euitandas multas difficultates.

Et licet aduersus prędicta videatur ferri *Ciriac. controuers.230.num. 12.* asserens, quod dum debi-30 tor non † potest conueniri, nisi in suo foro, illud nomen dicatur esse in loco debitoris, non per hoc est recedendum ab opinione firmata, nam contra dicta per *Ciriac.* stat maior numerus DD. & eius ratio non est simpliciter vera, dum debitor ratione contractus potest conueniri, vbi contractum expleuit *l. omnem 20 ff. de iudic.* cum declarationibus tamen adductis *per Carleuall. dicta quæst.4.*

31 Stat igitur traditio † inconcussa, nomina debitum esse de illo loco, vbi fuit celebratus contractus, & debet fieri exactio, & ex his sequitur, quod 32 si † extra territorium delinquentis fuerit contractus secutus, non spectabit nomen debitoris ad fiscum loci Rei, sed ad illum, vbi debet solui, vel fuit contractum, vt explicant omnes prællegati DD. & signanter *Bellon. d. cons 74. numer. 111. cum plurib seqq* quibus addo *Crauett. cons. 934. num. 11. & infra vol. 5.*

Quid verò dicendum sit de annuis redditibus 33 DD. variè distinguunt, quod si † concernunt quid mobile extra territorium, debeantur fisco loci creditoris, si verò quid immobile fisco loci, vbi sunt *Carauit. rit 132 sub num. 4. versic. aduerte Carpan. ad constit. nouiss. Mediol §. omnium num. 474. & seqq. Donat. Anton de Marin. resol.35.num.3 lib. 1.* Alter distinxit *Tiraquell. de primigen quæst.40 num 9 & 10* cum quo videtur pertransire *Rot post Cenc. de censib decis 3. numer.* 34 18. & 19. quod si debitum † tale est, qualis census, vectigal. aut pensio emphiteutica, & similes redditus fundales, sequitur locum rei, ob quam debetur, vt porè quod rei eohęreat, & ipsius naturam sequatur, reliqua verò debita, quę ex redditibus generalibus procedunt, sequi debent personam creditoris, & secundum statuta patria ipsius considerari.

Sed diuersimode attulit distinctionem *Caball. resol.268.num.7.& seqq.* quę videtur concordare cum altera allata per *Carauit.* & alios supra allegatos, declarat tamen *Caball.* magis praeisè, & 35 clarè, quod † aut in loco confiscationis isti redditus prę stantur ratione fructuum rei immobilis existentis in alieno territorio, cuius tamen dominium non est apud soluentem, & non applicantur fisco loci creditoris confiscati, sed illi, vbi sita res est, adducens eam rationem, quia istę annuę pręstationes sunt pars, & fructus illius rei, cum 36 pro fructibus soluantur, & ideò sicuti † fructus pendentes tempore confiscationis, vel futuri sunt debiti fisco loci, in quo bona extant, ità & istę præstationes, quę loco fructuum succedunt, addens, secus esse, si cessisset dies solutionis illarum de tempore securę publicationis bonorum, etenim tunc cederent fisco loci creditoris, cui talis pręstatio est annexa, & non fisco rei sitę, Aut 37 isti annui redditus † pręstantur in recognitionem directi dominij, vel superioritatis, vt in emphiteusi, & aliis non dissimilibus contractibus, vel etiam si absque dicta recognitione dominii pręstationes sunt census, quę fiunt in perpetuum, & hoc casu, quia considerantur vti quoddam ius immobile abstractum, & de per se, acquiruntur fisco loci, vbi debentur, & non fisco rei sitæ, super qua præstantur, quam distinctionem *Caballe* accepit integre *à Cassan. ad consuetud. Burgund. rub. 2. §. 1. super text. & appartient la confiscation. num 19. & num. 20.* addit, hęc tanto 38 fortius † procedere, quando hęc præstatio est promissa ab homine vnius loci alteri personę de eodem loco, licet constituta sit super bonis alterius territorii, & sic ius istud immobile esse in loco promissionis debiti; concordant vltra *Carpan. d.§.omnium num. 477.* & alios *à Caball.* relatos *Baiard ad Clar quæst.78. num. 139.* dum se remittit ad *Cassan. loc supra alleg Guazzin. de confiscat.d limit. 16.sub num. 29.* dum vltimo loco refert hanc traditionem *Cassan.* relatam *à Baiard. & Gratian. disceptat 29. numer. 27. & 28* asserens pertransiuisse *Rot. in Romana de Aburdesia 1571. coram b. m. Oradino* prout etiam admisit *Rot post Cenc. decis. 3 numer 17.*

Tradita autem *à Tiraquell. d quæst. 49 num. 9. & 10.* non placuerunt *Caball. d. resol 268. nu 16.* qui paucis restringendo distinctionem fusius prius allatam dixit, quod si ratione fructuum redditus soluantur, applicentur fisco loci bonorum, ex quibus soluuntur, si verò ob recognitionem directi dominii, vel superioritatis, assignentur fisco creditoris condemnati, quamuis bona extra illud territorium reperiantur, & tandem concludit, non esse ab ea recedendum.

40 Quamuis autem † hæc opinio videatur valdè probabilis, non per hoc circa census creatos post bullam Pii V. est recedendum *à Tiraquell.* cum illius sententia fuerit approbata, & contraria reiecta *à Rot. Rom. in Viterbien. hereditatis 29. Ianuarij 1638 §. neque etiam visum fuit cum seqq. coram b. m. Buccabella* vbi fuit dictum DD. aduersantes posse admitti in censibus ante eandem bullam Pii V. & fuit confirmata *10. Iunij 1639. coram R. P. D. Royas* prout idem fuit decisum *in Romana legati 24. Ianuarij 1642. coram eod. Reuerendiss. Royas*

Hactenus de fisco diuersi Principis; aggrediamur nunc quęstionem de facto habitam in confiscatione Vassalli cuiusdam Baronis, in qua fuit dubitatum, ad quem fiscum deuoluerentur bona Vassalli confiscati intra ditionem Baroniæ existentia, ad fiscum nempè Principis, an Baronis, & pro clariori resolutione censeo esse apponendos distinctè casus, qui poterunt euenire, cum alias in genere sit constituenda regula, quod 41 Princeps † infeudando censetur subrogare in sui locum Baronis quoad bona in territorio feudali *post Peregrin. cons 25. per tot lib 5 ac alios plures allatos Vermigliol. cons. 5. numer.4.*

In certi-

42 In crimine igitur † læsæ Maiestatis verè, & propriè commissio in personam Principis, non capit bona publicata fiscus Baronis, sed eiusdem Principis, in quem fuit commissum delictum *Guazzin. de confiscat. conclus. 21. num. 2. Vermigliol. d. cons. 5. num. 5. & cons. 10. num. 3.*

43 Si condemnatio † Vassalli sequitur in Tribunali Principis superioris, vel illius Officialis, non autem in foro Baronis, publicatio bonorum cedit commodo fisci Principis *Guazzin. d. concl. 21. num. 10. Vermigliol d cons. 5; num. 6. & cons. 10. nu. 4. Mastrill decis. 286. num. 35. & seqq.*

44 Prout etiam † applicarentur bona fisco Principis, non autem Baronis, si confiscatio sequeretur ex vi constitutionum, vel edictorum Principis supremi *Sola ad constit Saband. rub. de guard. & cor. probib glos. 3. num. 23.* vbi quod in inuestitura

45 † censentur concessæ solæ confiscationes impositæ de iure communi *Vermigliol. d. cons. 10 num. 5. & cons. 52. num. 17 Rot. coram Merlin in Romana confiscationis 14. Iunij 1624. inter eius impress. decis. 125 num 17 & seqq. & par. 5. tom. 2 recent. decis. 449. pariter num. 17 & infra*, quæ fuit confirmata *coram eodem 18. Aprilis 1625. inter illius impress. decis. 168. & d par. 5. tom. 2. recent. decis. 455.* in qua *num. 20.* fuit consideratum, quod vi-

46 gore † constitutionis Pontificiæ mandantis, bona applicari Cameræ Apostolicæ, nunquam posfit illa capere fiscus Baronis, & hæc opinio pluribus fulcitur *à Mastrill. decis. 145. num. 9. versic, sed pro fisco vsque in fin.*

Quamuis verò *Capyc. Galeot. controuers. 53. num. 47. & infra lib. 2.* firmauerit, opinionem contrariam esse de iure veriorem, & in Regno Neapolitano receptam; est tamen aduertendum ad duo; Primo, quod etiam admissa sua opinione, quæ habet tot grauissimos contradicentes, quot sunt DD. supra relati, & ab illis adducti, illa

47 in terris Ecclesiæ, & Ducatus † Mediolani non seruatur, nam in istis locis pœnæ prouenientes ex Principis edictis non applicantur fisco Baronis, vt ipsemet fatetur *num. 46.* Secundo quod, dum Princeps disponit de ijs, quæ habet reseruata in signum supremi dominij, tunc semper pœnæ ad fiscum Principis spectant, & deuoluuntur; vt ibidem se declarat *n. 51.* vbi addit idem esse, si Princeps per suam constitutionem de non delicto faceret delictum, in quo consentit etiam *Vermigliol. d cons. 5. num. 7.*

48 Nec debet † attendi *Constant. in l. 1. num. 22. C. de pan fiscal lib. 10.* volens spectare confiscationem ad Baronem, etiam quandò ex non delicto fieret delictum, tum quia magis communis opinio vrget contra ipsum, & est in terris Ecclesiæ recepta, tùm quia ipse *num. 23.* restringit, quando Princeps sibi reseruauit criminis cognitionem, *num. 24.* quando Baro fuit negligens, & *num. 25. cum seqq.* quando edicta emanant ex vi supremi Imperij, vt puta prohibendo aliquam extractionem, vel tempore penuriæ mandando vendi frumenta certo pretio.

Et cum alias fuisset discussus casus similis occasione edicti super tuenda sanitate promulgati tempore pestis, fuerunt hinc inde plures rationes adductæ ab eximijs Curiæ Romanæ Aduocatis, quorum allegationes ad me transmissas, dum hæc imprimerentur, non potui in hac eadem quæstione tradere typis, ideò ad legentis vtilitatem in fine operis edendas proposui, ijsdem ordine, & forma, quibus recepi; aduertendo tamen, quod causa non fuit decisa.

49 Extra hos casus, nisi † tamen quis vellet addere alios appositos *d Guazzin. de confiscat. conclus. 21. num. 1. & infra*, non impeditur Baro applicare proprio fisco bona sui territorij, dum de iure communi sequitur illorum publicatio *Farinac quest. 25. num. 102. & seq. Vermigliol. dict. cons. 10. num. 6.*

50 Posset aliquandò dubitari, an si aliqua † portio bonorum confiscatorum, vel alterius pœnæ esset deferenda alicui Officiali, deberetur illi, de cuius tempore fuit secuta condemnatio, vel alteri, qui succedens exegit, & paucis dubitationem resoluendo censeo deberi primo Officiali, non autem secundo, per rationes consideratas *à Farin. cons. 107. per tot. & Mastrill. decis. 12. pariter per tot.*

51 qui loquitur † in terminis fortioribus, nempè Officialis de tempore commissi delicti, quem fuit secutus *Nouar pragm 1. de bon proditor. collectan. 2. num. 11.* vbi refert aliam similem decisionem Senatus Dolani.

Quando vero confiscationes possint spectare ad conductores Thesaurariarum Status Ecclesiastici, poterit videri *Vermigliol. cons. 437. & cons. 438. vtrobique per tot.*

Viterbien, hereditatis Veneris 29. Ianuarij. 1638. coram R. P. D. Buccabella

PRopofito dubio, an D. Hieronymæ esset danda immissio in possessionem bonorum extra territorium Viterbiense, in quibus, & pro qua rata, censuerunt DD. dandam esse, quoad loca decem, & septem montium, & census scutorum 3000. in sorte principali pro tertia me dietatis; neque enim controuertebatur ipsam D. Hieronymam esse quondam Poggii, de cuius successione agitur, ex Ludouico germano fratre neptem, idq; etiam probari visum fuit ex fide † baptismi, quæ iuncta cum testium depositionibus, præstatione alimentorum eidem tanquam nepti in monasterio existenti per ipsum Poggium facta, & aliis adminiculis pro ea adducta, & ponderatis, sufficientem probationem facit, *vt per Rot. coram Greg. XV. decis. 349. num. 5. & coram Cardinali Canalerio decis. 46. num. 1. & seqq. & in recent. decis. 472. num. 8. par. 1. & in decis. 641. num. 1. & 2. par. 3. & 409. numer. 5. par. 5. & coram Buratt. decis. 155. num. 7. & 8. & decis. 710. num. 5. & in Romana dotis, seu filiationis 4. Decembris 1634 coram R. P. D. meo Merlino.* Vnde ipsa habet intentionem fundatam,

quod dicto Poggio ab intestato defuncto debeat
54 vna † cum DD. Francisco, & Laurentio eiusdem Poggij ex altero fratre prædefuncto nepotibus succedere non quidem in stirpes, sed in capita, & pro æquali portione, cum alius frater superstes non adsit, qui eum eis concurrat, iuxta communem, ac veriorem sententiam *Azon. in sum. C. de leg. hared. Bald. in l. 1. §. vltim. ff. si pars hared. pet. Capr. cons. 21. num. 104 Honded. cons. 7 num. 9. lib. 2. Thesaur. decis. 162. per tot.* quam secuta fuit *Rot. in Bononien. seu Romana iuris succedendi* 10 *Aprilis* 1598. *coram Card. Blanchetto, & in Romana successionis* 1. *Aprilis* 1602. *coram Cardinali Millino, & in decis.* 352 *coram b. m. Buratto, & in decis.* 196. *num.* 2. *& seq. & decis.* 484. *num.* 1. *par.* 4.
55 *recent.* ac proinde in possessionem † bonorum, per ipsum Poggium, dum vixit, possessorum pro tertia parte ex interdicto quorum bonorum, immittenda veniat *l. 1. ff. & C. quorum bonorum Menoch. de adipisc. rem. 1. num.* 33 *Rot. decis.* 115. *nu.* 1. *par.* 1. *recent. & decis.* 415 *numer.* 2. *par.* 5. *recent.*
Quod remedium non est dubitandum locum ha-
56 bere etiam † in censibus, ac locis montium, & & in rebus etiam omninò incorporalibus, *vt per Rip. in l.* 2. *nu.* 2 *ff. quor. bonor. Menoch. de adipisc. remed.* 1 *num.* 83 *Peregr. de fideic. art.* 46. *num.* 16. *Buratt. decis.* 474. *num.* 7.

Quod autem bona prædicta fuerint per Poggiũ dum vixit possessa, & in illius hereditate similiter, non controuertebatur; & quoad medietatem dictorum locorum montium probatur tam ex descriptione de eis facta per Iudicem ad instantiam
57 dictorum DD. Laurentij, & Francisci † in Inuentario bonorum hereditariorũ dicti Poggij, *iuxta tradita per Surd. decis.* 184. *num.* 3. *Mantic. decis.* 344. *num.* 8. *Rot. decis.* 387. *nu.* 2. *par.* 1. *& decis.* 407 *num.* 2. *par.* 2. *recent. Greg. decis.* 575. *num.* 3. quam
58 etiam † ex eo quod eadem loca cessa, & assignata fuerunt ipsimet Poggio, & heredibus quondã Laurentij, & hoc modo per eum pro indiuiso semper possessa, *vt in summario d. Hieronyma nu.* 2.
59 Quo vero † ad censum constat illum fuisse impositum per D Paulum Monaldensem super tenuta nuncupata S. Egidij in territorio Montis Clauelli, & venditi eisdem Poggio, & Laurentio *vt in dicto summario num.* 3.

Neque obstat statutum Viterbiense fœminarum per masculos exclusiuum, quoniam præsupposito etiam sine veri præiudicio, quod illud in hoc casu locum habeat, de quo si opus erit, poterit alias
60 particulariter videri, fuit responsum † in omnem casum, ad bona prædicta extra statuentium territorium existentia, & sic illis non subiecta vires suas minimè extendere, *iuxta opinionem Bart. in l. cunctos Populos num.* 32. *C. de sum. Trin. & fid. Cathol. Felin. in cap. postulasti num.* 4. *de for. comp. Roland cons.* 80. *per tot. lib.* 4. *Honded cons.* 5. *n.* 14. *lib.* 1 *Put. decis.* 341 *lib.* 1, *in correct. Duran. decis.* 31. *n.* 8. *Rot. decis.* 177. *num.* 2. *& seqq. & decis.* 364. *num.* 9. *part.* 5. *recent. & in Recanaten. hereditatis* 20. *Martij* 1627. *coram Eminentiss. Verospio, & in Ciuitatis Castelli successionis* 20. *Iunij* 1633. *coram R P D. Verospio, & in Romana de Taglettis* 25. *Iunij* 1635 *coram Reuerendiss. Decano*

Neque etiam visum fuit obstare, quod census
61 † fuerit impositus ad fauorem dictorum Poggij, & Laurentij, qui erant dictis statuentibus subiecti, & quod contractus fuerit celebratus in Ciuitate Viterbiensi, & consequenter census ipse in eadem Ciuitate, non autem extra illius territorium videatur existere, *iuxta tradita per Aretin. cons.* 10. *Felic. de censib. tom.* 1. *lib.* 3 *cap.* 1. *num.* 12. *vers. hanc limitationem Gratian. disceptat.* 29 *num.* 2. *&* 3. *& seqq. & discept.* 885. *num.* 23. *Rot. in Romana hereditatis de Burdesis* 14. *Maij* 1571. *corã Oradino, & in Pisana de Rosarminis* 17. *Martij* 1589. *coram Comitulo, & in Auenionen. & Cauallicen. collectar.* 16. *Maij* 1583. *coram Cardin. Lancelloto impress. penes Grat. discept.* 29 *nu.* 7. *& seqq. & penes Cenc. de censib. decis.* 3. quia cum ille fuerit impositus super dicta tenuta nuncupata S. Egidij posita in territorio Montis Clauelli extra dictum territorium Viterbiense, in eodem territorio Mõtis Clauelli, non autem Viterbiensi, existere censeatur; Verior enim DD. visa fuit opinio, quod
62 † census impositus super certo fundo iuxta formam bullę Pii V. censeatur in eodem loco esse, vbi fundus existit *Tiraq. de iur. primig. quæst.* 49. *n.* 9. *Gabr. cons.* 141. *nu.* 15. *lib.* 2 *Surd. decis.* 204. *n.* 6. *&* 7. *Molin. de iustit. & iur. tom.* 2. *disput.* 384. *num.* 4. *vers. quando census realis. Azebed. in l.* 1 *tit.* 17. *lib.* 9. *nou. compil. n.* 119. cuius opinioni adheret etiam *Felic. de cens. tom.* 2. *cap.* 6. *num* 6. *ad fin. vers. euius opinioni adharet Fab. Anna cons.* 45. *n.* 2. *Peregrin. cons.* 90 *num.* 29. *vers. in pensionibus lib.* 1. *Gratian. disceptat.* 585. *n* 6 *latè Parlador resol. quotid. lib.* 1 *cap.* 3. *num.* 13. *& seqq. Thesaur. Iun. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 5. *in fin. Barz. decis.* 109 *num.* 10.

Idque efficaciter probatur ex eo, quia census iuxta formam bullæ prædictæ necessariè creari, ac constitui debet in re immobili particulari, ac no-
63 minatim certis finibus designata, & ex tali † creatione, & impositione nascitur ius quoddam reale ipsi rei, & fundo inherens *Specul. in tit. de hypoth. §. nunc aliqua Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. *Roder. de ann. redd. lib.* 1. *quæst.* 16. *§. septimo quia. versic. sed etiam ius Auendan. de censib. cap.* 59. *num.* 10. *Greg. Lap. in leg.* 28. *tit.* 8. *par.* 5. *in verb. censeo limit.* 1. *in fin. Parlador. d. cap.* 3. *numer.* 16 17. *& seqq.* qui dicit inesse prædio tanquam accidens in subiecto, quod expresse confirmat *Felic. dict. tractat de cens. tom.* 1 *lib.* 1. *cap.* 1 *sub num.* 3 *Rot. decis.* 143 *num.* 1. *& seqq. par.* 5. *recent.*

64 Ideò licet propria † existentia non videatur esse in loco, nihilominus ratione coherentiæ existentia saltem aliena censeri debet in eodem loco esse, vbi fundus, cui tanquam subiecto inheret, & in quo census creatus, & impositus existit, cum enim predio, siue fundo insit, ipsum velut accidens quoddam afficiat, cum eo quodam modo identificare necesse est, iuxta celebre Philosophorum

phorum placitum, quod accidentia naturaliter cum subiecto identificantur, & illius substantiæ subsistunt *ut ex tradit. per Auer. Simpl. & alios* inquit *Felic. d. tom. 2. lib. 1. cap. 1. sub nu. 3. verf. quamobrem* vnde † propter hanc rationem inter immobilia connumeratur *Gabr. conf. 141. numer. 14. lib. 2. Felic. de cens. lib. 1. cap. 7. num. 2. versic. quod redditur. & lib 2 cap. 3. num. 32. & 33. cum seqq. & tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 3. Barz. decis. 109. num. 11. Surd. decis. 204. num. 6 vers. quia rationem. Rot. in Narnien. bonor. 29. Iunij 1637. coram R. P. D meo*

65

66 *Motmanno*; & fundo pereunte † ipse quoque census perit, & extinguitur, vt apertè cauetur in dicta bulla Pii V. *Conar. d. lib. 3 cap. 7 num. 3. Nonar. de vsuris num. 74. & 95. Felic. de cens lib. 1. cap. 4. numer. 3. Auend. eod. tract cap 60. num. 5. circa med Rot. dec. 757. num. 2 par 1 diuers.*

67 Neque obstant in contrarium † allegata, quia procedere possunt in censibus constitutis ante dictam Bullam Pii V. in sola, nudaq; persona, vel cum adiectione obligationis, seu hypothecæ generalis omnium bonorum, aut quando census ipse fuit super omnibus bonis tam mobilibus, quam immobilibus generaliter impositus, prout loquuntur supradictæ decisiones *coram Oradino, Cominulo, & Lancellotto*. secus autem quando ille secundum einsdem bullæ formam fuit super certa re immobili propriis finibus designata constitutus; Tunc enim est verè ius reale ipsi rei immobili coherens, & obligatio realis principalis est, personalis verò accessoria *Benign de cens. 1. vendit num. 4 & 5 Surd. conf. 318. circa med. Auend. de cens cap 38 num. 3.*

Et ita vtraque parte &c.

Romana Legati Ven. 24. Ianuarij 1642.
Coram R. P. D. Roias

IN testamento, quo decessit b. m. Ioannes Benini Archiepiscopus Adrianopolitanus, & Cameræ Apostolicæ Clericus, suum hæredem ex Asse instituit Ven Societatem S. Ioannis Decollati nationis Florentinæ de Vrbe, & D. Ioanni Francisco Albericio eius ex fratre vterino Nepoti ab infantia penes ipsum educato, & cum eo cohabitanti legauit omnia bona, quæ ipse testator habebat in Tibure, tam stabilia, quam mobilia per hæc formalia verba *lascio al Sig Gio. Francesco Alberici tutto quello, che hò in Tiuoli, tanto stabili, quanto mobili*, confecto postmodum inuentario per hæredem inter quæ fuerunt descripta quoad bona Tiburis stabulum, mobilia, ac census scut. 1500. in sorte impositus per Communitatem Tiburis ad fauorem testatoris super quadam eius tenuta existente in Comitatu Tiburtino secuta deindè consignatione dicti stabuli ac mobilium ibi existentium absque præiudicio dicti census scutorum 1500. ventilata causa coram A. C. super consignatione eiusdem census, & relaxato mandato pro illius assignatione, seu pro adimplemento legati, causaq; in gradu appellationis mihi commissa dubitaui hodiè, an sententia A. C. esset confirmanda, & Domini absque vlla penitus difficultate responderunt, censum de quo agitur comprehendi in legato.

68 Eo quia Census dicitur † existere in loco, vbi fundus existit, siuè super quo fuit impositus, & sic venit enumerandus inter bona Tiburis, dum ibi reperitur impositus, iuxta veram, & receptam sententiam, quam comprobat *Tiraquell. de iur. primog. quæst. 49. num. 9. Gabr. conf 141. num. 15. lib. 2. Boccacc. de cens par. 2. num. 49. Guttier. de gabell quæst. 55. num. 1. Roderic. de ann. redd. lib. 2. quæst. 9. num 8 in fin. versic. an autem census Parlad rer. quot. lib 1 cap. 3. §. 8. num. 13. cum seqq. fol. 1. Duard. de cens. §. 1. quæst. 31. num. 31. Sanchez. conf. moral. lib. 2. cap. 4. dub 42 num. 6. & per tot. Thes. quæst 5. in fin lib. 2. Peregrin conf. 50. ante fin. vers. in pensionibus autem lib. 5. cum aijs per Rot in Viterbien hæreditatis 29. Februarij 1638. coram b. m. Buccabella & posteà in eadem causa coram me sub die 10. Iunij 1639* inde sequitur censum venire in legato facto de rebus existentibus Tiburi, dum fundi illius extant in Territorio, seu Comitatu Tiburtino vt per *Gabr. conf. 141. num. 15. lib 2. Surd decis 204 num. 7. Barz. decis. 109. numer. 10. Grattian. discept. 585 num. 6. cum seqq.* & ratio est in promptu, quià Census post

69 Constitutionem Pii V. inheret † fundo certo, & consideratur tanquàm accidens in subiecto, & dicitur inesse rei, siuè prædio censuato *Felician. de censib. lib. 1. cap. 4. num. 3 Rot decis 143. num. 1. & seqq. par. 5. recent. & in d. Viterbien. hæreditatis 29. Ianuarij 1638. coram Bucabell & coram me 10. Iunij 1639.*

70 Nec obstat quod appellatione † Ciuitatis non comprehendatur comitatus, ac propterea sub legato stabilium existentium Tiburi non veniat census, vti impositus super bonis existentibus sub Comitatu Tiburtino, & sic extra Ciuitatem per *text. in l. nam quod liquidè 4 § si ità legetur ff. de penu. legat. vbi Bart. & Odofred. l. pupillus §. territorium ff. de verb signif.*

71 Quià fuit per DD. responsum † quod obiectum fortassè procederet, si testator dixisset *lascio tutto quello, che hò nella Città di Tiuoli.* Secus verò in præsenti, dum dixit *lascio tutto quello, che hò in Tiuoli*, non exprimendo Ciuitatem, quo casu appellatione Tiburis, Bononiæ, Perusię, ac similium absque nomine Ciuitatis, Comitatus comprehenditur *Bart. in l. 1. §. cum Vrbem num. 11. ff de offic. præf. Vrb. idem Bart in l 2. num. 2 ante fin & n. 3. ff. de verb. sign. Add. ad Roman. singul. 552 Menoch. de præs lib. 4. præs 126 num. 13. Stron. de Prat. de interp. vltim. vol. lib. 4. interp. 1. dub. 8. nu. 22 fol. 395. Mart. de success par 4 quæst. 18. num. 107. & firmauit Rot. in Firmana fideicommissi 20. Nouembris 1620. coram b. m. Vbaldo* stantibus præsertim his tribus coniecturis, quæ hodiè placuerunt

72 Prima desumpta fuit † ex eo, quià versamur in legato facto coniunctæ personæ dilectæ testatori,

& ab infantia penes eum educato, indè latè debet interpretari *Crauett. conf. 297. num. 1. Natt. conf. 226. per tot. Corn. conf. 192. num 2. Menoch. conf. 140. num. 12 & præsumpt. 126. num. 7. lib. 4. & de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 99. num. 15. Gratian. decis. March. 96. num. 1. cum seq. & dixit Rot. in d. Firmana Fideicommissi coram b. m. Vbaldo.*

73 Secunda, quia † iuxta communem vsum loquendi in paruis Ciuitatibus, & Oppidis appellatione harum Ciuitatum venit etiam Comitatus; 74 qui vsus loquendi multum operatur, imò † multotiès præfertur propriæ significationi vocabuli, & in interpretandis legatis attenditur *l. liberorum §. quod tamen Cassius de legat 3. Bart. conf 159. num. 1. par 1. Cephal. conf. 599. num. 15. Grattian. d. decis. 96. num. 16. cum seq.* præsertim cum versemur in testamento vernacula lingua confecto.

Tertia coniectura deprompta fuit exeo, quia legatum fuit factum per verba generalia, & in numero plurali *tanto stabili, quanto mobili*. Vnde debet saltèm legatum verificari in duobus stabilibus, & si in legato non comprehenderetur cēsus, adesset vnum tantūmodò corpus bonorum stabilium, & quidem exigui valoris, ne dè stabulum, quapropter debet intelligi legatum de bo- 75 nis existentibus in Comitatu, ad hoc, † vt numerus pluralis verificetur *Crauet conf. 297 num. 4. Surd. decis. 204 num 14. & 210. num. 9. Caputaq. decis. 154. num. 6. par 3.*

Minus obstat, quod sit heres pia causa, quia 76 cum eadem † pia causa tot milliaria scutorum fuerit consecuta in hac opulenta hereditate, non illa est apta extinguere amorem erga Nepotem in tam tenui legato *Montesperell. conf. 105. num. 7. Rander. resol. 1. numero 39. Vincen. de Franch. decis 597.*

Vltimo non releuat, quod testator Iurisconsul- 77 tus perspicacissimus in alio † legato facto equiti Alexandro dixerit *lascio tutti li miei beni, che hò, & mi spettano nella Città, e Territorio di Firenze*, vnde si voluisset legare D. Alberico censum vtique expressisset, prout in dicto legato expressit, cui obiecto bene respondetur à *Crauett. d. conf. 297. num. 6 & 7. à versic. non obstat secundum vsque ad fin.* vbi octo adducuntur responsiones, quę bene applicantur in præsenti; replicatum etiam fuit huiusmodi expressionem factam fuisse in hoc secundo legato ad tollendam dubietatem, quæ poterat oriri, dum testator vsus fuerat etiam verbo Ciuitatis Florentię, cuius appellatione, dum exprimitur nomen Ciuitatis, non solent venire nisi ea, quę sunt intra menia illius, vnde necessarium erat addere territorium Ciuitatis Florentię ad hoc, vt illud comprehenderetur *Bart in l. 2. num. 3. de verb sign. Hier. de Mont. de finib. regund. cap. 6. num. 62. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 130. n. 10. lib. 7. cum alijs per Simon. de Pret. de interpr. vlt vol. lib. 4. interpr. 1. dub. 8. num 23. Menoch conf 140 num. 26.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

De Administratoribus rerum confiscatarum.

SVMMARIVM.

QVilibet administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis. num. 1.

Amplia, etiam si administrauerit de facto. num. 2.

Quilibet Dominus habet hypothecam super bonis administratoris pro reddenda ratione, num. 3.

Amplia dictam hypothecam competere fisco contrà administratorem rerum fiscalium. num. 4.

Et si administrator sit minor. num. 5.

Et administratores rerum fiscalium, tenentur etiam de neglectis dicto num. 5.

Hypotheca pro reddenda ratione administrationis incipit à die susceptæ administrationis. num 6.

Amplia dictam conclusionem procedere ne dum in Tutore, sed in quolibet alio administratore, & etiam in Patre. num. 7.

Bona patris sunt hypothecata Reipublicæ, quando filius patre sciente illius bona administrat. num. 8.

Et quando filij electionem ad gerendum publicum negotium ex post facto ratificauit num. 9.

Limita num. 10 & 11.

Fiscus habet præsumptionem pro se, quod debitor tempore obligationis rem possideret, & reus pulsatus debet probare, quod rem emit antequam fuisset inducta hypotheca ad fauorem fisci. numer 12

Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, quamuis per pactum, vel in vltima voluntate fuisset ab ea liberatus. num. 13.

Et quando dicta liberatio est facta absque causa sapit donationem, quæ ad sui validitatem requirit solemnitates Const. March. etiam si facta esset à maiori. num. 14.

Remissio interusuriorum dotalium sapit donationem, & per consequens illa remissio debet fieri cum solemnitatibus Const March. num. 15.

Legatum factum à Testatore de toto eo, in quo reperiatur debitor administrator, an valeat remissiuè. num. 16.

Administrator non potest emere res illius, cuius bona administrat. num. 17.

Amplia, licèt emptio fieret per interpositas personas, & maximè in administratore fiscali. numer. 18.

In aliquibus tamen casibus relatis à DD. allegatis num. 19 emptio dictarum rerum permittitur.

Fiscus non procedit executiuè, sed cum ordine contra Administratorem, quando illius debitum est illiquidum, & requiritur etiam sententia. num. 20.

Deputati ad reuidendum computa administrationis administratori fiscali visis libris absque alia citatione condemnant. num 21.

Amplia licèt administrator sit absens, quia in eius quo-

An

An autem hac conclusio procedat, si constaret ex depositionibus Testium ad perpetuam rei memoriam examinatorum remissiuè. num.68.

Tutor via ordinaria conuenitur, quando offert reddere computa administrationis. num.69.

Secùs quando rationem minime offert, nec reddit, quia tunc executiuè premitur tanquam bonorum vsurpator num.70.

Amplia, licèt non se obligasset ex instrumento, vtilia facere, bene administrare, & rationem reddere. num 71. & num.72.

Tutela causa efficiens est testamentum. num.73.

Tutela ex testamento corruit, si hereditas ex illo non adeatur. num.74.

Tutores sub conditione, & ad certum tempus possunt dari in testamento num.75.

Tutoris testamentarij potestas descendit immediatè à Testatore. num 75.

Tutores testamentarij non indigent confirmatione. num 77.

Tutores testamentarij non tenentur satisdare, quia eorum fides dicitur approbata num.78

Tutore vno administrante ex pracepto Testatoris, cœteri honorarij appellantur. num 79.

Tutores testamentarij tenentur mandatum Testatoris adimplere, quia eorum facultas ex testamento dependet num.80.

Tutores testamentarij, accepta tutela, remanent obligati ad seruandam testatoris voluntatem, sicuti procuratores ex acceptatione mandati. numer. 81.

Actio qualibet regulatur secundum naturam obligationis productiua, ne causatum differat à sua causa num.82

Actio personalis requirit de necessitate specificationem causa remota. num 83.

Actio ex testamento datur contrà executores vltimarum voluntatum. num. 84.

Tutores, & Curatores Testamentarij aquiparantur exequutoribus vltimarum voluntatum, & propterea contra ipsos datur actio ex testamento. num. 85.

Intellige, quod actio predicta detur contrà Tutores, & Curatores secundum aliquos quando sunt Tutores Ecclesia, minorum, & similium. num. 86.

Testamentum ex vi Constitutionis Marchia libr.5. cap 3. habet viam executiuam. numer. 87.

Liquidatio fructuum perceptorum fit ex coaceruatione annorum antecedentium, & diuisione annuali. num. 88.

Administrator obligatus, siue ex promissione, siue ex iuris dispositione, siue ex mandato acceptato, emere aliquam rem, si non emat, & pecunias teneat otiosas, tenetur ad interesse. num.89.

Maximè si iustificetur fuisse promptam occasionem emendi num 90.

Vsura debentur, si administrator terminata administratione rationem non reddat, nec reliqua soluat. num 91.

Vsura taxantur in ea quantitate, quam quis percepisset ex fructibus Censuum, si pecunia in illorum emptionem erat erogan da num.92.

Administrator potest condemnari ad certam quantitatem, si fuit actum ad reddendam rationem, & reliqua soluendum, vel quando fuit conuentus pro quantitate percepta, & liquidata. num.93.

Maximè si fuerit datus terminus ad probandum, & per administratorem nihil sit deductum, nu.94.

Prascriptionem nequit allegare sciens se debere, cum versetur in mala fide num.95.

Prascriptio non tollit actiones personales, cessante bona fide. num.96.

Prascriptio in harede non potest incipere, si defunctus erat in mala fide. num.97.

Prascriptio non currit durante minori, & pupillari atate num 98.

Prascriptio, vel non currit aduersus ignorantem, vel datur restitutio in integrum. num.99.

Amplia licèt prascriptio sit incapta cum defuncto, & completa cum harede. num.100.

Quietantia administratori facta absque eo, quod appareat dispunctas fuisse rationes per electionem peritorum, ac alia à iure requisita, non releuat. num.101.

Minor absque solemnitatibus requisitis à Const. Marchia lib 5. cap 25. non potest valide quietare administratorem. num.102.

Prascriptio non potest fundari super titulo nullo, & inualido num.103.

Appellatio non admittitur à decreto lato contra administratores num. 104.

Appellatio non admittitur à sententia continente liquidationem, quando liquidatio fuit simul, & semel facta cum iudicio executiuo. num.105.

Appellatio non admittitur, si prius Iudex condemnet ad reddendam rationem, & reliqua soluendum, & postea liquidatio fiat num 106.

Excellentissimi Herculis Ronconi conspicue laudes. num.107.

Tutor, Curator, & specialis administrator cogitur reddere rationem, tàm de administratis, quàm de neglectis. num.108

Administrator quis probatur ex instrumentis, in quibus tanquam talis se gessit num 109.

Administratoris haredes tenentur reddere rationem administrationis defuncti. num. 110.

Ratio ad hoc, vt dicatur legitimè reddita requiritur, vt ex scripturis appareat electos fuisse calculatores, qui rationes inspiciant. numer. 111. & 158.

Amplia, etiam si ratio appareat reddita ex instrumento solemniter celebrato ibidem.

Quietantia facta à minore sine solemnitatibus ab Aegidiana requisitis est nulla. num.112. & num. 129.

Et sine solemnitatibus prasumitur dolosa, & sic ratio iterum reddi debet num.130.

Quietantia facta pro annis antecedentibus non potest deseruire pro subsequentibus. nu. 113.

Tutor, & Curator durante minori atate pupilli, tenetur

netur persuerare, licet inuito fuerit datus. num. 125. & num. 127.

Contrarium in administratore particulari procedere. num. 128.

Præscriptio non datur stante mala fide. num. 116.

Præscriptio non potest incipere in hæredibus Tutoris, seu Curatoris mala fidei. num. 117. & 118

Præscriptionem non potest incipere hæres ex propria persona, quia in tali casu mala fides non est præsumpta, sed vera. numer. 119. & 120.

Præscriptio nunquam incipit contra pupillum, vel minorem iuxtà communem traditionem DD. num. 121.

Restitutio in integrum datur hæredi aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ. num. 122.

Ratio semel reddita amplius reddi non debet. num. 123.

Quietantia facta etiam absque solemnitatibus liberat à redditione rationis, quando est pluribus adminiculis suffulta. num 124.

Confessio in parte vera, præsumitur talis in omnibus num. 125.

Solutionis maxima præsumptio est taciturnitas per spatium sexaginta annorum. num. 126.

Sola tamen taciturnitas non sufficit. num. 136.

Curator, non potest pulsari pro redditione rationis pendente administratione. num. 131.

Amplia, etiam si minor matrimonium contrahat. num. 132.

Hæres præsumitur ignorare iura defuncto competentia. num. 133.

Hæres ignorans iura defuncti non potest tacendo remittere ius ignorantum, nec illius priuationem pati. num. 134.

Ignorans non contemnit, non delinquit, non negligit, non patitur. num. 135.

Minor Vxoratus non potest se eximere à cura iam accepta, quia licet Vxorem ducat, non per hoc desinit esse minor. num. 137.

Tutoris sub nomine ex dispositione legis venit etiam Curator, exceptis tamen aliquibus casibus, in quibus iura differentiam constituerunt. n. 139.

Minoribus viginti quinque annis, etiam si essent vxorati, & res suas bene administrarent, non permittitur administratio rerum suarum. numer. 140. & 142.

Limita vt num. 143.

Curator ante vigesimum quintum annum, vel ante impetrationem veniæ ætatis reddens vltrò rationem minori remanet obnoxius Curatorum oneribus. num. 141.

Minori vxorato debet Iudex tradere administrationem rerum suarum, quando patrimonium esset adeò exiguum, vt vix ad alimenta sufficeret, secus si esset opulentum. num. 143.

Minori vxorato, quod debeat reddi administratio rerum suarum, procedit si probetur, talem minorem esse capacem, industriosum, admodum cautum eum alijs adnotatis. num. 144.

Et Minori prædicto potest per Curatorem ratio reddi dummodo tamen prædictis iudicialiter discussis Iudicis decretum interuenerit. nu. 145.

Minor rusticus, seù pauper, & qui dietim suis laboribus viuit, potest petere, vt bona sua à Curatore tradantur, data tamen fideiussione de conseruando illa vsque ad vigesimum quintum annum. num. 146

Curator potest dari certæ rei, & causæ. num. 147.

Curator certæ rei non potest propria authoritate administrationem deserere num. 148.

Secus esset in administratore certæ rei voluntario, & alicuius maioris. num. 149.

Curator & si testamentarius, qui administrauit vti talis, tenetur vti verus curator, quamuis non fuerit à Iudice confirmatus. num. 150.

Secus esset, si non appareret talem Curatorem administrasse. num. 151.

Tutor debet pubertate completa facere deputare curatorem adulto, vel de mandato Iudicis in eundem minorem transferre administrationem, alias debet ipse continuare, & iudicio tutelæ remanet obligatus. num. 152.

Tutor quilibet tenetur tantum de bonis, quæ administrauit. num. 153.

Tutores tenentur in solidum, si omnes sint soluendo, quando diuisio bonorum administratorum cessat. num. 154.

Tutorem fuisse in curia de certo tempore probatur, si tanquam talis interuenerit contractui à minore celebrato. num. 155.

Tutor debet iustificare omnes partitas, ne ad restitutionem reliquatus teneatur. num. 156.

Liberatio facta etiam ab adultis præsumitur dolosa, nisi doceatur, fuisse rationes realiter, & cum effectu calculatas, & dispunctas. num. 157.

Ratio debet iterum reddi, quando prima reddita non apparet cum exhibitione librorum, & solidatione computorum facta à peritis. num. 158.

Amplia etiam si dicta liberatio esset facta cum solemnitatibus. ibidem.

Administratores Reipublicæ ex mora irregulari tenentur ad interesse. num. 159.

Administrator Reipublicæ, & minoris, statim terminata administratione moram incurrit, quia statim reddere debet rationem administrationis. num. 160.

Amplia & si interpellatio non adfuerit. num 161.

Administrator Reipublicæ tenetur ad interesse post terminatam administrationem, etiam si rationem non reddiderit. num. 162.

Administrator non euitat interesse, quamuis obtulerit se paratum computa reddere, & creditor expressè non recusauerit, & non contradixerit, sed tantum tacuerit. num. 163.

Administrator non effugit vsuras, offerendo se esse promptum reddere rationem, sed pecunia per ipsum debita debet deponi num. 164.

Maxime si penes administratorē erant libri introitus, & exitus, ex quibus scientiam summæ debitæ debuisset habere. n. 165.

Interesse euitatur ex deposito vnius iulij, cū oblatione resi-

ne residui, quando creditum est illiquidum. num.166.

Limita tamen in Iudicio Spolij, & attentatorum. ibidem.

Camerarius debet exigere nomina debitorum intra tempus sui officij, alias nomina inexacta tenetur soluere Communitati numer.167. & numer.177.

Camerarius præsumitur fecisse diligentias pro exactione creditorum, & quare num.168.

Contrarium firmatur. num.169. quia administrator rerum publicarum non solum tenetur de culpa, sed diligentiam præstare debet. num.169.

Camerarius dicitur neglexisse exactionem eo ipso, quod potuit exactio curari, & fuit omissa. num.170.

Et dicta omissio in administratore dicitur lata culpa. num.171.

Administratores, qui non adhibent operam gratuitam; tenentur etiam de leui culpa, cum præstanda sit quædam ciuilis inaduertentia in his, quæ celebrantur gratia vtriusque. num.172.

Diligentia debet omninò probari, vbi forma præscripta non apparet seruata. num.173.

Exactor publicus debet adhibere diligentias in exigendo, ex dispositione Sacræ Congregationis. num.174.

Et ad dictas diligentias adhibendas censetur se obligare publicus exactor ex dispositione iuris communis num.175.

Pacta priuatorum non attenduntur si derogarent dispositioni iuris communis in ijs, quæ respiciunt iura fiscalia, vel ea, quæ possidentur in communi num.176.

Exactor, ne videatur importunus, potest concedere etiam dilationem semestralem. 178.

Contrarium tamen firmatur num.179. vbi dicitur permissa sola dilatio decem dierum.

Negligentia maior præsumitur in non exigendo, quando fuerit antea exacta magna quantitas. num.180.

Maxime, quando exactio fieri debebat certo loco & tempore num.181.

Exactor tenetur ad interesse prouentuum non exactorum. num.182.

Camerarius dicitur negligentissimus, si longo tempore exigere non curauit, neque debitorum nomina inexacta successoribus, vel Communitati notificauit. num.183.

Camerarius expletis libris, nomina debitorum reddere debet, ne teneatur ad vsuras. numer 184.

Contrarium, quod vsuræ non debeantur, vbi pecuniæ fuerunt malè administratæ. numer. 185.

Intellige tamen hanc conclusionem, quando non adest nimia dissoluta negligentia, quæ dolo æquiparatur. num.186.

QVÆSTIO. XLIV.

1 Sicuti † quilibet administrator tenetur suæ administrationis rationem reddere *Cephal cons 162. num. 19. Tob. Non. cons. 63 nu.11. Antonell. cons.58.num. 1.& infra Gratian.discept. 760. num. 1. & 2. cum alijs pluribus cumulatis per Post. resol. 29. num. 1. 2. &* 2 *3* etiam si † administrauerit de facto, ne melioris conditionis sit illegitimus administrator, quam legitimus *Post. d. resol. 29. num. 3. & 4. Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 2. num. 14. 15. & 16. Seraphin. decis. 1473 num. 2. Rot recent. par. 6. decis 3 nu. 2.* 3 *& seqq.* & pro dicta † rationis redditione cuilibet Domino datur hypotheca super bonis illius, qui administrauit *Merlin.* qui adducit innumeros concordantes *d. quæst. 2. num. 1. & per tot* vbi plures declarationes proponit; ita etiam huiusmodi † y- 4 potecam † competere fisco aduersus eos qui bona fiscalia administrauerunt *per text. in l. aufertur § fiscus ff de iur. fisc.* sentit *Munnoz. de Escobar. de Ratiocin. cap. 38. num. 8. Statil. de saluian. inspect. 3. capit. 4. num. 639. Intriglol singul. 89. num. 38.* vbi dicit † habere locum etiam contra minorem *Rouit. decis. 83. num. 18. & 23* qui administratores ad fauorem fisci tenebuntur etiam de neglectis *Ciriac. controuers 433. per tot.*

6 Hanc autem † hypothecam incipere a die susceptæ administrationis affirmauit *Iustinian. in l. cum oportet post authen. ibi appositam §. sed cum tacitas C. de bon. quæ liber Donat. Anton. de Marin. resol. 148. nu. 1. lib. 1.* loquens de administratoribus fisci *Merlin. de pignor. lib 3. quæst. 4 num.* 7 *1. & infra* vbi dicit conclusionem procedere † non solùm in tutore, sed in quolibet alio administratore, etiam si esse pater: quod dictum tamen circa patrem administrantem est intelligendum secundum tradita *ab eod. Merlin. de pignor. lib. 3.* 8 *quæst. 17. per tot.* quæ hypotheca in bonis † patris constituitur etiam si ipse expressè non obligauerit, dum tamen filius, ipso consentiente, bona Reipublicæ administrauerit *l. 3. §. fin. ff. de pecul. l. 2. ff. ad municipal. Statil. de saluian inspect. 3. cap. 4. num. 518. Capiblanc. in addit. ad singul. 141. post. 1.* 9 *tom. tract. de Baronib.* & † non solum hęc obligatio habet locum, si patre pręsente filius destinatur ad aliquam administrationem, sed etiam si ex post facto filii electionem ratificauerit *Loseus de iur vniuersit. par 3. cap. vltim. num. 29.* quæ tamen clusio recipit duas notabiles limitationes, quarum prima est, quod pater non tenetur soluere nisi facta excussione bonorum filii *l. 1. C de Decurion lib. 10 Loseus d. cap vltim. nu. 26. Capiblanc. singul. 141 post. 1. tom. tract. de Baron* altera est, 11 † quod pro filio emancipato non tenetur, sed solum pro eo, quem habet in potestate *l. 1. C. de fil. famil. & quemad pro his Statil. d. cap. 4. num. 517. Merlin. de pignor. lib. 3. d. quæst. 19. nu. 2.*

12 Est tamen † animaduertendum ad fauorem fisci,

sci, quod ipse agens ex vi suæ hypothecę non tenetur probare, bona fuisse possessa a suo debitore de tempore contractæ obligationis, cum in hoc habeat pręsumptionem pro se, nisi possessor probet fuisse prius sibi eadem bona vendita vel alienata *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit 6. num. 41. Intrigliol. singul. 89. num. 43. lib. 3.*

13 Quę redditio rationis † adeò efficaciter iniungitur administratori, vt licet fuerit ab illa per pactum, vel in vltima voluntate liberatus, adhuc teneatur illam reddere *Io. de Anan. cons 80 num. 1. Paris. cons. 21. à num. 56. vsque ad 59. & cons. 79. num. 19. vol. 2. Carpan. ad statut. Mediol tom. 1. cap 318 glos 1 num. 7. Munnoz. de ratiocin. cap. 5. num. 3. & seqq. Cancer. var. resolut part. 3. cap 15.*

14 *num. 311. cum seqq.* & dum † casus mihi fuit alias propositus ita respondi, imò addidi, quod cum similis liberatio esset facta absque causa, illa sapiebat donationem *ad tradit. per Couar. var. resol. lib. 2. cap. 4 per tot & præsertim nu. 8.* quæ in Prouincia Marchiæ etiam a maiore expleta non substinebatur absque solemnitatibus requisitis *à const. eiusdem Prou. lib 5 cap. 25.* vt pluries firmauit *Rot. recent. decis 38. numer. 3. part. 2.* & magis

15 † ad propositum *decis. 553. numer. 4. & 5. part. 5. tom. 2* in qua fuit decisum, quod remissio interusuriorum dotalium sapiebat donationem, & non poterat propterea valere absque solemnitatibus ipsius constitutionis.

An autem huiusmodi liberatio possit validè

16 concedi, si testator legat † administratori omne, & totum id, in quo apparebit remanere debitorem, in varia se tulerunt DD vt poterit videri apud *Gusiden. de art testand tit. 7. cautel. 2. nu. 3. Guttierez de tutel. par. 3. cap. 1 num. 32 cum plurib seqq. & cap. 14. à nu. 4. vsque ad 16. Munnoz de ratiocin. cap. 5. num. 6. & infra Ciriac. controuers 73 num. 10.*

17 Omnis administrator, & aliena † negocia gerens non potest emere aliquid ex bonis eius, cuius res administrat *l. si in emptione 34. §. final. versic tutor rem pupilli ff. de contrahen. empt. Salgad Labyrint creditor. par. 1. cap. 13. §. 2. num. 1.*

18 *cum seqq.* adeò quod † similis emptio non liceat etiam per interpositas personas *Menoch. de arbitrar. cas 459. num 2. & seqq.* vbi docet, quando præsumatur, quem emisse mediante persona alterius *Mantic. de tacit. lib. 4 tit. 23. num. 4. & infra,* quod est prohibitum, & administratori rerum fiscalium tam per se, quam mediante persona alterius *l. non licet 46 ff de contrah. emption. Peregrin.*

19 *de iur fisc. lib. 4. tit. 7. num. 6. & 7.* nisi tamen † versaremur in aliquibus casibus relatis *à Peregr. d. tit 7. num. 7. & 8. Salgad Labyrint credit. par. 1. cap. 13. §. 2. nu. 8. cum seqq.* & magis ample quam omnes pertractat materiam, an liceat, vel non administratoribus fisci emere bona, quę administrat *Sanfelic. in addit. ad decis. 170. impress post 1. vol. à fol. 5. vsque, & per tot. 26.*

Aduersus administratores pro redditione computorum licet regulariter non detur via executi-

20 ua, vt dicetur inferius, nihilominus † & si fiscus executiuè procedat tantum pro debito liquido, & pro illiquido requiratur ordo, & sententia *Peregrin. de iur fisc. lib. 6. tit. 7. nu. 5. & 7.* tamen ad-

21 ministratores † rerum fiscalium a reuisoribus ad id deputatis, visis libris, absque alia citatione, cōdēnantur *l. 2. §. quod de frumentaria & ibi glos. verb. inanis ff de administrat. rer. ad Ciuit. pertinent. Marant. de iudic. par. 6. tit. de citat. num. 24. & ibi Addit. Peregrin. de iur. fisci d. tit. 7. num. 6. Mauson de caus. execut. ampliat. 8. num. 27. vbi affert Bart. Socin. Præposit. & Afflict. & vltra illos Castren. Port. Auendan. Bobadill Bellug. Conrad. & Redin.* adducti pro hac opinione *à Munnoz. de ratiocin. cap. 31. num. 22. versic. in contrarium,* ex quorum DD. opinione *iuncta glos* ita est intelligendus *d. text. in §. quod de frumentaria*; quicquid voluerit diuersum intellectum assignare idem *Munnoz. d. cap. 31. num. 23. & 24.* dum contra ipsum, & paucos allatos vrgent magis communiter DD. quibus addo *Carleuall. de iudic. tom.*

22 *2 tit 3 disput. 6. num. 18. versic. illud est* vbi † dicit esse singulare *ex d. § quod de frumentaria* posse pronunciari, & executioni mandari sententiam contra absentem, qui *Carleuall. ibid.* licet afferat alios DD tamen pro sua opinione male adducit *Munnoz. de Escobar. d. cap. 31.* sentientem con-

23 trarium, nisi tamen † velimus dicere, vtramque opinionem non esse discordem, cum ad effectum habendi librum ab administratore debeat adesse citatio, & libro habito possit ipso non citato proferri sententia, quę hoc casu substinebitur & secundum scripta per ipsum *Munnoz.*

24 Euenit interdum, quod † administrator ante redditam rationem efficitur suspectus de fuga, & ideò creditor vult illum iurare suspectum, & carceribus mancipare, quęsitum a me fuit, an hoc liceret, & respondi, quod licet negatiuam substinuerit *Thomat. decis. 76. per tot.* motus quia ante dispunctas rationes creditum est illiquidum, cum possit reperiri creditor, sicuti debitor, attamen contrarium resolnendum existimaui, quod nem-

25 pe, † si administrator se pręparet ad fugam, dum debet reddere rationem, præcedente informatione super hac suspicione, sumenda iuxta stylum cuiuslibet Tribunalis, possit carcerari, cum tunc aduersus illum iura præsumant dolum, ob quem permittitur carceratio *Escobar. de ratiocin. cap. 4. num. 20.* ad quem se remittit *Ioseph de Me-*

26 *le ad Gizzarell decis. 82. num. 11.* est enim † valdè conueniens, quod subsistente iuxta causa debitor in diem, vel sub conditione possit carcerari, vt caueat, & iudicium assecuret *Giurb. decis. 4. num. 28 Mauson. de caus. executiu. ampliat. 22. num. 4 cum seqq.* & admittit *idem Thomat. d. decis.*

27 *76. num. 7. 8. & 9.* & facit † ratio valdè fortis, quia administrator, quamuis ante redditam rationem non sit debitor quantitatis, est tamen debitor facti, rationis scilicet reddendæ *Antonin. de Amat. resol. 59. num. 10. Andreol. controuers. 318. num. 16.* & in puncto, quod pro facto redditionis ratio-

rationis possit iurari suspectus, tenuit *Fontanell. decis. 235 per tot. & signanter à num. 6.* quem pluribus alijs relatis sequitur *Scanarol. de visit. carcerator. lib. 3. §. 8 cap. 2. num. 27. & 28.*

28 Si verò administratore † mortuo ante positum calculum, conueniatur illius fideiussor, fuit aliquando dubitatum, an obligatio dandi computa transeat in fideiussorem, & per *text. in l. qui Romæ, §. Augerius ff. de verbor. obligat.* fuit decisum penès *Barz. decis. 90 per tot.* fideiussorem ad nihilum teneri, sed hanc opinionem, sicuti nunquam existimaui veram per *text. express. in l. fine hærede 32. ff. de administr. & peric. tutor.* ita in specie reprobauit *Andreol. controuers. 64. per tot.* vbi respondet omnibus obiectis. Ad intellectum autem *d. text. in §. Augerius* vltra DD. super eo scribentes, poterunt videri *Cancer var. resol. par. 2. cap. 5. nu. 67. & seqq.* nec non *Scayn. decis. Bonon. 79 à nu 44.* recensens quotquot vsque ad sui tempora illum textum interpretati fuerunt.

Et postquam locuti fuimus de fideiussore administratoris, referam etiam duos casus, de quibus consultus fui, an scilicet fideiussor hic teneatur, si Ciuitas, seù eius administratores neglexerint

29 exigere à principali omne † id, quod deb bat ex ratione administrationis, si ex hac negligentia fuit ille effectus non soluendo, & dixi hunc casum decidi per *Andreol. controuers. 213. per tot* vbi *nu. 5.* pluribus DD. allatis firmat hunc fideiussorem

30 non teneri, † si semel reuisis computis fuerit administrator absolutus, quamuis posteà per nouos reuisores condemnaretur. Alter casus propositus

31 versatur in eo, an fideiussor † remaneat obligatus, si administrator per annum, illo elapso, confirmatur in officio, & respondi pro tempore confirmationis non teneri, vt probant *Cancer var. resol. par. 2. cap. 2. num. 279. & Andreol. controuers. 45. num. 1. & infra.*

32 Et quia fiscus, † minor, & Respublica æquiparantur *Barbos. loco comm. argum. iur. 72. Carlenall. de iudic. tom 2. tit. 3. disput. 1. num. 10. & disput. 6. sub num 20.* potest dubitari, an administratores, qui fuerunt in mora reddendi computa, & reliquatum soluendi sint obligati soluere interesse.

33 Quoad minorem, † & Rempublicam res est indubitata, quod teneantur ex DD. cumulatis in dusbus meis resolutionibus inferius inserendis, in quibus habetur, quid sit necesse probare pro obtinendo in petitione istius interesse.

34 Quo verò † ad fiscum videbatur nasci dubietas ex scriptis *à Peregrin. lib. 6 titul. 7. num. 4 & Leotard. de vsur. quæst. 22. num. 1 & infra*, volentibus, hodiè de iure Canonico vsuras fuisse abrogatas, & ideò fiscum non posse illas exigere; sed hoc

35 dictum est nimis generale, dum † ius Canonicum aufert duntaxat illas vsuras, quæ sunt lucratiuæ, non autem quæ in emendationem damni, ac recompensationem eius, quod interest, soluuntur, vt sunt vsuræ, quæ debentur ob moram *post Lup. in repetit. l. curabit §. 6. numer. 101. & seqq. C. de actionib. empt. Constant. in l. 1. sub num. 160. C. de pen fiscal lib. 10.* vbi reicit *Peregrin.* contrarium

36 sentientem, & propterea † fiscum in exigendis, & soluendis vsuris censeri, & regulari ad instar aliorum priuatorum, sentit *idem Constant. C de fiscal. vsur. lib 10. numer. 10. 11. 17. 18. & 19.* vbi firmat

37 † illum vti iure minoris; & debitorem fiscalem omnino teneri ad interesse probant *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap 9 num 27. Ciriac. controuers.*

38 *523 num. 49.* vbi † quod absque interpellatione exigitur interesse, & *Leotard. d. quæst. 22. num. 27. in fin.*

39 Datur aliquando † facultas administratoribus fisci, vel Vniuersitatum faciendi aliquas expensas vsque ad summam vnius floreni, vel alterius partis summæ absque licentia Dominorum, vt ego vidi obseruari in pluribus locis, & fuit non semel inuestigatum, an eadem die virtute dictæ facultatis possint separatim fieri plures expensæ, quarum singulæ non excedunt summam præscriptam, & difficultatem hanc non inueni resectam indiuidualiter nisi *à Nouar. pragm. de administrat. Vniuersitat. collectan. 5. num. 25. 26. & seqq* qui pluribus rationibus firmat, hunc administratorem non posse facere nisi bis in die easdem expensas, & dum oporteret pluries facere, debere obtinere authoritatē à Dominis, ad quos spectat; quam opinionem ad euitandas fraudes ego libenter amplector, & in iudicando omninò tenerem.

40 Istos administratores, † seù alios debitores poterit fiscus ante diem, & pendente solutionis tempore exigere, si publica necessitas immineat, deductis tamen vsuris medij temporis *l. 1. C. de condition. ex leg. Io Francisc de Pont de potestat. Proreg. rub. de regal. imposit. §. 8. num. 13. Peregr.*

41 *de iur fisc. lib. 6. tit. 7. num. 21.* vbi ampliatur † ad debitores debitoris eiusdem fisci *Intrigliol singul. 89. lib. 2 Baet. de inop. debitor. cap. 13. numer. 23. Mauson de caus execut ampliat. 30. nu. 57. & 58. Mastrill. de Magistrat. lib. 5 cap. 9. num. 24. & 25.*

42 adeout soluentes † ante tempus administratori fiscali remaneant omninò liberati *Munnoz. de Escobar. de ratiocin. cap. 23. num. 54.* quam libera-

43 tionem † non acquirere debitorem priuati soluentem procuratori creditoris firmat *idem Munnoz. d. cap. 23. num. 51. & seqq. & præsertim num.*

44 *56 & 57.* vbi limitat † si mandatum procuræ esset cum libera *Antonin de Amat. resol. 29. num. 12. Giurb obseruat. decis. 69. num 4.* sed ego, dum ha-

45 bui † casum, indicaui contrarium motus authoritate *Gratian. disceptat. 505. num. 30. ac infra, & Rot recent. par. 5. decis 374. num. 33. & 37.* vbi dicit *Munnoz.* non figere pedes, & opinionem contrariam bene tueri *Ceuall. comm. opin. quæst. 790. num 43 & seqq.*

46 Et quamuis quoad † illum strictum, fiscum posse exigere antè diem necessitate imminente, dixerit *Mangil. de subhastat quæst 107 num. 7.* non videri esse in vsu, & *nu. 15* sibi duram videri hanc traditionem cum fuerit ab initio contractum cum dilationibus, & pacta debeant omnino seruari, non per hoc est recedendum à dicta conclusione,

quæ

quæ fundatur in aperta dispositione iuris, & appro-
47 batur communi scribentium calculo; nam † non vsus allegatus per *Mangil* deberet probari, cum ipsi de illo testanti non sit credendum, maximè vbi non fuit versatus *Rot. coram Gregor. XV. dec.* 274. *n.5.& ibi Addit.n.7 Thomat.dec.36. nu* 10.
48 nec pacta † dilationum apposita obstare possunt, quia illa debent intelligi, rebus in eodem statu permanentibus *Afflict. dec.318.n.5. Surd dec.* 226.*n.* 31.*Rot.recent.dec.224.n.3.par.* 2. hic autem debet
49 supponi mutatio status † ob superuentam fisco necessitatem, quę facit esse licitum, quod alias de iure non esset *cap. quod non est licitum de reg.iur. in 6. Barbos axiomat.* 157.*n.2.Fontanell dec.*284. *num.*11.12.*&* 13. vbi quod necessitas non est su-
50 biecta legi; vnde † semper illa operatur, vt ea a legibus decernantur, quę primo aspectu quandam iniustitiæ speciem præseferre videntur *Capyc. Latr.*
51 *decis.*192.*num.* 14. maximè † ob conseruationem Reipublicæ, quia ista necessitas est superior omnibus legibus, illasq; omninò abrogat in prędiudicium priuati *Osasch decis.17.num.5. Capyc. Latr. decis.* 188. *num.* 76.

Dixi supra velle differere, an contra administratores detur via executiua, & ideò satisfaciendo appono resolutionem meam *in Auximana administrationis* 19. *Ianuarij* 1654.

Vim faciebant in pluribus DD. Bonifatius, & Fratres de Maria pro substinendo Iudicio executiuo moto pro redditione rationis, & reliquorum non implicatorum in emptionem annuorum censuum aduersus hęreditatem Lutii Bernardi, qui hac lege constitutus fuerat Administrator Prędii nuncupati di Pantana à Flaminio Maria Testatore, quam administrationem acceptanerat, non solum percipiendo fructus fundi, sed etiam per quinquennium illos iuxta Testatoris mandatū reinuestiēdo.

52 Et primo deducebant, quod licet † de iure communi Tutor debeat Iudicio ordinario ad reddendam rationem vocari *Alexand. conf* 192. *num.* 3. *lib.* 7. *Surd. conf* 296. *num.*23.*Grat discept foren.* 665.*num.*22 *Antonin.de Amat resol* 59 *num.* 13. Attamen quia Statutum Cinguli *rub.26 lib.* 2. di-
53 sponit in huiusmodi causis debere procedi † summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & omni solemnitate omissa, censetur dedisse facultatem procedendi executiuè *Rot.in Romana Affictus Ferrariæ* 25.*Iunij* 1649.*coram R. P. D. Meltio §. Neque illa post Labyrintum, Creditor. Salgad.dec.*15 *n.2.& in Meleuitana Affictus* 10 *Decēbr.*1652.*§.conuenitētia tamē corā R P.D Bicbio.*

54 Sed huic fundamento respondebatur † Statutum hoc respicere ordinatoria *Fenzon ad stat. Vrb.lib.1.cap* 86.*num* 5.*& cap* 87 *numer.* 10.*Pen. dec.*145.*num.*9.*Thomat.dec* 6.*num.*25.& prapte-
55 rea † non attendendum; dum enim fuit in vno loco contractum, & in alio mouetur Iudicium circa decisoria attenduntur loci contractus, circa ordinatoria vero statuta loci, vbi iudicium agitatur *Ciriac.controu.*384.*num.*36 *Fenzon.& Pen allegat. Rot.post Zacch. de oblig. Cam. dec.* 41.*n.*7.*Post.de manut.obser.*106.*nu.* 87. *Rot. post ipsum dec.* 392. *n.5.& 6.& dec* 639.*n.*17.& licet replicaretur sta-
56 tutum † tribuens executionem contractibus fuisse habitum pro decisorio, & vbique debuisse seruari, vt resolutum in Signatura Sanctissimi coram sanctæ recordationis Clemente VIII. *testatur Salust.Tiber.in prax.lib.2. c.35. n.* 13. Nihilominus omisso, quod statutum illud fuit habitum pro decisorio, quia dabat executiuam etiam contra tertios possessores *Fenzon.lib.7.cap.85.num.*1. videtur posse euitari difficultas ex eo, quod statuentes
57 † direxerunt verba in Iudicem Cinguli, & ideo extra illud Forum seruari minimè debet *Iuxta Theoricam Bald.communiter receptam, in l recepitia numer.* 10. *& seq.C de constit pecun.Ciriac. controu.*140.*num.*11.*Penia d.dec.*145.*n.* 10. 11.*& 12.secund.impression venet. & iuxtà lugdunen.decis.*185.*num* 4.*&* 5.

58 Secundò, quod cum iste † Administrator ex nō confectione libri, & ommissa descriptione fructuū perceptorum videatur in dolo *Farin. conf* 96. *nu.*
59 45 *& seq.*& illos in † vsus proprios conuertisse dicatur ad tradita *per Caualc.dec* 27.*num.* 10. *part.*
60 1. dicebatur † commisisse furtum *Gratian c.* 240. *num.*29.*Paschal.de patria potestate par.*3. *cap.* 9.*n.*
61 28.*& seq.* & potuit † vti Prędio executiuè pulsari *capit grauis de depos Canc var. resol.cap.*8.*nu.* 37.

Tamen quia Bernardus erat particularis Administrator, non tenebatur conficere librum, & ideo nullus poterat dolus considerari *Rot post.* 2. *vol. consil.Farinac decis.*101.*num.*5.*coram Greg.XV. dec.*199.*num* 4.*& ibi addentes numer.* 8. *& decis.* 274. *num.* 3 *vers nec etiam, & ibi Add num.* 7. eo
63 magis, quia † versio in vsus proprios debuit concludenter probari per allegantes, nec enim præsumitur, quia Tutor non fœnerauit, vel non deposuit *l Tutor, qui repertorium §. si post depositionem, ibi, Cæterum non vtique, qui non fœnerauit, vel non deposuit in suos vsus vertit. ff. de admini.Tutor.*

64 Tertio, † quod Administrator fructuum incertum quid erogandorū dicitur Depositarius *Salgad. Labyrint.credit.part.*1.*cap.*23 *§.*1 *n* 2. *& seq.* qui
65 executiuè ad † redditionem depositi cogendus est *Gratian. cap.*667 *nu.*15 *Add ad Bur att. dec.*516. *num.*2. vbi quod procedit etiam in deposito irregulari, & confessionato.

Verum Doctrina Salgadi, & sequacium non fuit visa adeo tuta, vt in iudicando amplecteretur,
66 quia cum † Bernardus receperit fructus, & pęnes se retinuerit non potest agi depositi cum inter Deponentem, & Depositarium debeat adesse differentia *l.*1.*§.quod si rem.ff depositi Marescott. var. resol, lib.* 1. *cap.* 7. *num* 3.*& seq. Gratian.cap.*174. *n.*8.*vers quicquid tamen n* 9.*& seq. & cap.*273.*n.* 5.*Rot.coram Seraph.dec.*1158. *num.* 2.*& seq.* qui omnes determinant Procuratorem exigentem, & pænes se retinentem non posse conueniri actione depositi, sed duntaxat mandati.

67 Vltra quod considerabam quod via executiua † conceditur pro deposito quando de eo constaret

publicum Instrumentum, secus quando probatur per Testes post litem contestatam examinatos *Mettbesil singul.* 5. *& ibi Add. Caroc. de deposit. part.* 1. *q.* 3. *n.* 34 quicquid alias resoluendum esset, 68 si liqueret per Testes ad perpetuam rei memoriam in casibus à iure permissis examini subiectos. *Mauson de caus. execut amplíat* 39. *nu.* 18. *& admittit Caroc. ibid num.* 36

69 Quarto, quod tunc Tutor via † ordinaria esset conueniendus, quando reddere offerret computa administrationis, quia posset remanere creditor, 70 sicut debitor, sed quando † ratio minime offertur, nec redditur, tunc non est agendum ordinariè, sed executiuè *Escobar de ratioein. administrat. cap.* 21. *sub n.* 25. vbi quod Administrator rationes non exhibens vti bonorum vsurpator via executiua ad restitutionem eorum, quæ ad ipsum peruenisse constiterit cogi debet *Carleu. de Iud. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 7 *n.* 13. *Giurb. dec.* 15. *n* 10. *vers. qui voluit Capyc. Latr dec* 14. *n* 11. *&* 13 *lib.* 2.

71 Neque obstare dicebatur, † quod isti DD. loquerentur, quãdo tutor ex Instrumẽto se obligasset vtilia facere, benè administrare, & rationẽ reddere

72 Quia huiusmodi promissio † licet nõ adfuerit expressè, attamen est tacitè subintellecta à lege post *Salicet. Soceín Negusant. Merl. de pign. lib.* 3 *q.* 4. *n.* 7. pro qua tacita stipulatione asserebant dari viã executiuam, sicuti pro expressa *ex Maceraten. resolut.* 60. *cas* 18. *vers & quia tacita stipulatio lib.* 2.

Quoniã autẽ respõdebatur, quod tũc pro tacita stipulatione posset dari executio parata, quãdo colligeretur ex Instrumẽto; ideo relicta vlteriori discussione, cõsideraui cõtra Tutorẽ siue Administratorẽ testamẽtariũ actionẽ ex testamento indulgeri.

73 Primò, quia inter † causas efficientes tutelæ testamentum enumeratur *Mising inst lib.* 1. *de tutel. § est autem n* 15, adeoq; tutela ex testamento de- 74 pendet, vt † si ex illo hæreditas non adeatur, ipsa corruat *l si nemo hæreditatem ff de testam. tutel.* 75 *Port. inst lib.* 1. *de Attil. Tut. n* 3 & in eo † Tutores dari valeant, etiam ad certũ tempus, & sub cõditione *Cancer. var. resol par.* 1 *c.* 7. *n.* 135. *Tomas.* 76 *de Tut tit* 11. *cap* 5. *n.* 1 eorumque † potestas immediatè à Testatore descendat *l. Tutores, & ibi gl. & DD. ff de Test. tut. Galganet de tutel lib* 1. *tit.* 2. 77 *n.* 22. ita vt nullã † indigeant cõ*firmatione Ciriac. contr.* 280 *n.* 10. *Tomas. d tract tit.* 5 *c.* 1 *nu* 27, & 78 quasi eorum † fides sit approbata satisdare non tenerantur *Galganet. d tract. lib* 2. *tit* 1. *nu* 3. *& lib* 3. *quest.* 7 *n.* 1 *Cancer. d c* 7. *n.* 38. *Ciriac contr.* 134. 79 *n* 26 quinimo † ex præcepto testatoris vno administrãte cæteri honorarij appellabuntur *Galganet. eodem tract lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 12 *& seq.* Vnde, cum eo- 80 rum facultas integrè † ex testamento dependeat, tenentur mandata testatoris implere *ad tradit per Caren. resolut.* 186 *n.* 4. *& seqq. & facit Simon de Præt de interpret vlt. volunt. lib* 5. *dubitat* 2. *n.* 1. 81 *& dubitat.* 3. *n.* 1. vbi quod † acceptatione secuta remanent obligati ad mentem Testatoris seruandam, sicuti obligantur procuratores ex acceptione mandati *l. ex maleficijs § si quis absentis ff. de action. & obligat. & tot tit. de obligat. quæ ex quasi contractu inst.* & actio tutelæ contra ipsos, cum ex hac præexistenti materia dici debeat natiua, datur ex testamento, ex cuius acceptatione orta fuit o- 82 bligatio administrandi; qualibet enim † actio regulatur secundum naturam obligationis productiuę, ne causatũ differat à sua causa *Gomes de action. § superest n.* 26. Ideoque omnes Practici in libello contra Tutores testamentarios exprimunt ipsum 83 testamentum, & merito, quia † in actione personali debet de necessitate specificari causa remota *l. & in eadem §. actiones ff de except. rei iudicat. Ias. §. omniũ n* 121 *& ibi Aret. n* 9 *&* 10. *inst. de actiõ.*

84 Secundo, quia sicuti † contra executores vltimarum voluntatum datur actio ex testamento *Aret. §. ex maleficijs n.* 16. *& Ias n.* 22 *de Action.* itã, & 85 contra Tutores †, & Curatores, cum isti executoribus æquiparentur *Bald. in l nulli n.* 10. *C. de Episc. & cons* 308 *n.* 1 *vers nam vbi apponitur lib.* 2. *Fulgos cons* 75 *n.* 3. *Roman. cons* 119. *in prin. Aluis. de Albert singul* 258 *Gratian. c.* 81 *à n.* 30. eo magis in casibus non exceptis *Papien. in form. libel. ad redden ration. tutel glos. ae executores nu.* 1. *&* 86 *seqq.* quorum DD. † licet aliqui loquãtur in executoribus ad pias causas, parum refert, quia minor, & Ecclesia æquiparãtur *c.* 1 *de restit in integr Gratian, c* 601 *n* 4 *D meus Antonel. cons* 99. *num.* 10.

87 Quæ actio competens ex testamento †, quiequid sit de Iure communi, est executiua ex præscripto *Const. Prou March. lib.* 5. *c* 3. *dispončtis* quod si per hęredem, vel legatarium, vel fideicommissarium, vel institutum, vel eorum hęredem petitur aliquid ex testamento executiuè procedatur.

Et ideo relaxaui mandatũ pro Florenis 427. annuatim per ipsum Bernardum perceptis: cum enim 88 ipse † de Anno 1585. receperit ex dicto Prędio Florenos 400. de Anno 1586 Florenos 335. de Anno 1587 & sequenti Florenos 800. & de Anno 1589. Florenos 609. istæ summę coaceruatę constituunt Florenos 2135. & diuisę in singulos quinque annos ascẽdunt ad Florenos 427. pro quolibet anno, qui modus liquidandi fructus postea habitos approbatur à *Munnoz. de ratioein. administrat. c.* 16. *n.* 40. nec dissentit *Rota dec.* 343. *n.* 3. *&* 4. *par.* 1 *recent. post Salgad. Labyrint credit. dec.* 1. *n* 18. *& seqq. & decis* 6 *nu.* 5. *in Bononien. pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1650. *coram Eminentiss. Ottobono in Tiburtina administrationis, seu redditionis rationis* 9 *Decembris* 1641. *coram Dunozetto* & fundatur in theorica *Salieeti in l. hac edictali §. his illud C. de secund. nupt.* quæ est magis communiter recepta teste *Gratian. decis March.* 32 *num.* 6. 12 *& seqq.*

Pro vt etiam condemnaui ad interesse ad ratio- 89 nem octo pro centenario, quia Administrator † obligatus, siue ex promissione, siue ex iuris dispositione, siue ex mãdato acceptato emere aliquã rem pro alio, si nõ emat, & detineat pecunias otiosas tenetur ad interesse *Grat c* 240. *n.* 34. *Mastrill. decis.* 90 *Sicil.* 124. *n.* 1. *& seqq* per totã, maxime † cũ fuerit doctum, quod aderat occasio proxima, & parata ad emendos annuos census iuxta tradita *per Hon. ded.*

ded. cons. 39. num. 6. vol. 2. Gratian. cap 931. nu. 7. Sperell. decis 90. num. 13. Add. ad Pastell. expedition. 33. num. 35. & Altograd. cons. 84. num 25. &
91 facilius, quia statim † quod terminata administratione cessit dies redditionis rationis, fuit contracta mora, & reliqua soluenda sunt cum vsuris l. si postea quam ff. rem pupilli saluam fore Munnoz. de ratiocin. Administrat. cap. 4. nu. 21. Donat. Anton. de Marinis var. resol. cap. 110. n. 3. & seqq. part. 2.
92 quæ taxantur in ea † quantitate, quam minor percepisset ex fructibus censuum, qui emi debebant Honded. d. cons. 39. n. 4 & 5. & cons. 82. n. 22. lib. 2. Grat d. c. 240 n. 35. & seqq. & c. 579. n. 18. 19. & seqq. Rot. post Zacch. de oblig. cam. dec. 275. n. 2.
93 Poruitque iste Administrator † ad certam pecuniarum quantitatem condemnari, vel quia fuit actum, vt reddat rationem, & reliqua soluat, vel quia fuit conuentus pro quantitate percepta, & liquidata Rot Genuen. decis 202 nu. 1. Munnoz de ratiocin. cap. 4. num. 17. & faciunt Cartar. decis. 74: nu. 25. & Giurba decis 15 per totam, & signantèr
94 n 10. vbi † quod si dato termino ad probandum, nihil fuit pro parte administratoris deductum, potest ad certum quid condemnari.

Non obstat, quod ex lapsu triginta, & plurium annorum fuerit præscripta omnis actio, vel saltèm ius executiuè procedendi.

Quia si respicimus Lutium Bernardum, ille vi-
95 uens nullo pacto præscribere poterat, quia † sciens se debere versabatur in mala fide Gratian. cap. 52. num. 13 & 14 Ciriac. controuer 321. num 48. Seraph. decis 614 num. 1. & seqq. Rot. decis. 372. n. 2.
96 par. 4. tom. 2. recent. vbi quod actiones † personales de iure canonico non præscribuntur bona fide cessante Thomat decis. Mareb. 14 nu. 52. quæ
97 mala fides † defuncti influit etiam in heredem, ita ut nec ex persona propria possit præscriptionem incipere, D meus Antoni. cons 70 nu. 14. & seqq. Merlin. de pignor. quæst. 21 n. 18. & 19. lib. 5. Add. ad Ludouis decis. 249 n. 6. Rot. d. decis. 372 nu. 3. & seqq penes Post. de subhast. decis. 119. numer. 3 & post Merlin. d. tract. decis 44 num. 1. & 2. Andreol. controu. 65 num. 1. & seqq.

Si verò respicimus Bonifacium filium Flaminij natum de mense Nouembris 1576. & vita functũ labente Octobre 1600. nondum anno vigesimo
98 quarto expleto, certum est, † quod nulla adest præscriptio, quia cum fundetur in negligentia non petentis, quę non imputatur minori, sunt dementi anni pupillaris, & minoris ętatis Capye. Latro consultat. 99. n. 4. & 5. Ludouis. decis. 489 num. 14. Add. ad Burat decis 774. litt. A. & Statutum Cinguli productum expresse excipit minores; Aduer-
99 sus † autem Mutium filium Bonifacij, ac eius heredes, aut non cucurrit, vel datur restitutio in integrum ex capite ignorãtię Ciriac. controuer. 321. num. 69. & seqq. Rot. decis 573. num. 1. vers Vnde intrat part 3. recent. in Beneuentana domus 10. Maij 1649. coram Eminentiss. D. Cardinali Ottobono, post Labyrint credit. Salgad decis. 33. num. 7.
100 & post Merlin. de pign. dec. 44. n. 1. & 2. etiam † si præscriptio fuisset incepta cum defuncto, & cum heredibus completa, Marescot. var resol c. 57. n. 3. & seqq. lib 2. Rot post Merl. d decis. 44. nu. 3. & 4

Nec minus obstare visum fuit, quod Bonifacius tunc viuens quietauerit de Anno 1592. Bernardũ de administratis, & quod huiusmodi quietatio, & si nulla præstiterit saltem titulum, & bonam fidem ad præscribendum.

101 Quia cum nullibi † appareat rationes fuisse redditas, & dispunctas per electionem Peritorum, ac alia de iure seruanda, non videtur aliquo pacto attendenda Caualer. decis 225 per tot Rot. decis. 242. n. 4. & seq. par 6. recen. Rot Macerraten. in Anconitana redditionis, 12 & 21. Iulij 1645. ß Dicebant
102 enim DD. coram D. de Alexandris, maximè † cũ laboret vitio nullitatis ob omissas solẽnitates requisitas à Const. Mareb. lib 5. c 25. quæ vltra auctoritatem Curatoris interuenire debuissent Lambertengh. de contract. in fine nu. 155. Bertaz. claus. 10 glos. 3. n. 1. & seqq. Tomas de Tutor. tit 19 n. 92. & cauetur eodem lib. 5. Const. Marcb. cap. 27. In
103 quo † titulo omninò inualido, & nullo ab Aduersario producto, non potest fundari aliqua præscriptio Ciriac. qui sufficiat pro omnibus d. controuer. 321 num. 66. & seqq. vbi habens titulum reprobatum dicitur carere bona fide; præsertim quia etiã post dictam quietationem Bernardus administrauit, & sic fructuum postea perceptorum semper remaneret debitor indubitatus.
104 Quam executionem concessi † appellatione remota, quia in huiusmodi iudicijs contra Administratores appellatio non permittitur Gratian. d. c. 665 nu 2. & seqq. Thomat. decis. 27. n. 8. 9. & seqq. & licet idem Thomat. decis 103 nu 2. & 3. voluerit similem sententiam continentem liquidationẽ esse
105 appellabilem, attamen † omisso, quod quando de liquidatione fuit actum simul, & semel cum iudicio executiuo, appellari non permittitur, si illa denegatur à iure communi, quia sortitur naturam eiusdem iudicij executiui Rot. Bononien. diuersorũ decis. 19. n. 18. 19. 20. & seqq Gait. de credit. cap. 3. tit 1. n. 1019 1023. & seqq Zacch. de obligat. Cam. quæst 35. n. 11. & 12. & in puncto vię executiuę cõcessę à Statuto Andreol. controu. 107 per tot. certũ
106 est, † quod præcedente Iudicis decreto condemnante Administratorem ad rationes reddendũ, & reliqua soluendum, liquidatio postea superueniens appellationem non admittit Munnoz. de ratiocin Administratorum cap. 33. nu. 20 & seqq. Gratian cap. 183. num 37 & seqq. Et ita &c.

Hac causa per appellationem ad Iudices Vrbis deuoluta fuerunt pro parte illius, contra quẽ protuli sententiam examinati noui testes, & post dictũ examen fuit reuocata mea sententia, licet Excell:
107 D. Hercules † Ronconus inter primos Aduocatos Vrbis, & Orbis, qui verè potest appellari fulmen belli legalis, pro illa sustinenda plura doctissimè, & solidè cumulauerit in sua informatione, quę sequitur.
108 R. P. videtur esse locus redditioni rationis, quia † cõstat D. Luciũ fuisse tutorem, & pro tẽpore cura-

torem Domini Bonifacii, & specialem administratorem fructuum prędii Pantanę, vnde tenetur reddere rationem, tam de administratis, quam de neglectis iuxta textus expressos *in l.1. & 2 C si tutor, vel curator non gesserit, & in l. fin. C. de hæredib. tutor. & dixit Rot dec 3. n. 4. & seqq. par. 6. recent & in Nepesina redditionis rationis 6. Iunij 1616. coram b. m. Cardinali Fabritio Verospio.*

Et in facto etiam ostenditur administrasse actualiter dictos redditus tam de tempore tutelę, quam de tempore curę *summar. n 4. & duobus seqq.* Hoc

109 † autē sufficiēter ostēditur ex instrumētis in quibus se gessit tanquam talem, vt firmatur *in d. Nepesina, & in d. decis. 3 num 4 & seqq. par. 6 recent.*

110 Vndè rationem † reddere tenentur etiam hęredes Lutii, qui conueniuntur, vt cauetur *in l. omnes C. arbitr. tutel. l 3. §. hæc autem actio ff de negoc. gest. Roman. cons 413 n. 1. & 2. & alij congesti per Cartar. decis Ianuar. 50 n. 1. & 2. Magon. dec florent. 42. n 2. Verall dec. 159 num. 2 par. 2. & in Romana redditionis rationis 27. Iunij 1650. coram Reuerendiss. Domino meo Albergato.*

Non obstat prętensa quietantia reportata a Lutio de anno 1592. quia duobus modis respondetur, & primo nullam fuisse, & extortam à minore fine solemnitatibus. & rationibus redditis in folle,

111 quia ad hunc † effectum requiritur, vt constet ex scripturis deputatos fuisse calculatores, qui inspicerent rationes, alias nulliter agit etiam si adhibuisset solemnitates, vt in terminis tradit *Ancaran. cons. 330. nu. 4 vers. in contrarium multa faciunt* quod pluribus confirmant *Rolan. cons. 49. n. 50. & seqq. libr. 1. Rimin Iun cons. 338. num. 35 & plurib. seqq. Gratian. disceptat. 563. nu. 30. & seqq. Rot. coram Penia decis. 1310 per tot Buratt. dec. 329. n. 1. Recent. decis 242 num 4. par. 6.*

112 Et vlterius † requirebantur solemnitates constitutionis Aegidianæ, & decretum Iudicis, vt latè firmant *Paris cons 99 n 63. lib 1. Gratian. discept. 761. num. 1. & seqq Caualer decis. 225. num. 5.*

113 Respondetur etiam quietantiam † cantare pro antecedentibus annis, vnde non potest deseruire pro subsequentibus, vt firmat *Caualer. d dec. 225. n. 3* sed postea per plures annos administrasse pro-

114 batum fuit ex testibus, & cum † duraret minor ætas Bonifacii tenebatur etiam eōtinuare, vt be-

115 ne subiungit *eadem decisio* nam licet † curator non detur inuito, tamen datus, quando incępit administrare, tenetur etiam perseuerare *Abb cons 91. n. 8. ad fin. & 9 lib. 1 Spin in specul test am glos. 29. n 21. Gutierez de tutel par. 1. cap. 19 num. 18.*

116 Pariter non obstat † prætensa præscriptio, quia cum esset tutor in mala fide non potuit vllo pacto præscribere, vt tradunt *Rot Genuen. dec. 20. n. 12. ad med & 13. & dec 203 num 2 post med & seqq. Surd.* plenissimè hoc firmans *in cons. 296 nu 8. ad med. & per tot.* vbi respondit omnibus, quę in contrarium excogitauerat *Purpurat. Manen. cons 142. n. 119. Escobar. de ratioc in cap. 5. n m. 26 & seqq.*

117 In tantum, vt † nec eius hæres possit eam incipere ex persona sua, vt bene firmant *Rot. Genuen. d. decis 203. num. 4 vers. nec curauimus num. 5.* vbi

118 in specie considerat, quod dum heredes † non comparent, & allegant propriam ignorantiam, transit hęc conclusio absque vllo scrupulo *Surd.*

119 *d. cons 296. num. 35. & seqq.* vbi dicit † malam fidem in hoc casu esse veram, & non præsumptam, & sic non posse heredem ex propria persona incipere præscriptionem *Escobar. d cap. 5. num. 26. §.*

120 *verum vers quinimo, & idem.* & illam † opinionem generaliter loquendo tenet *Rota* vt non possit hęres ex propria persona incipere, vt plures cumulat decisiones *Reuerendiss. Ferentillus decis. 505. numer. 14. Recent. decis 372. numer. 3. & seqq. & dec is 513. num. 10. & 11 par. 8. & in Romana census 25. Iunij 1640. coram Reuerendiss. Domino meo Bichio impress per Merlin. de pignor. decis. 35. num. 25.*

Verum nec potuit incipere passiuè contra Bonifacium, qui decessit durante minori ætate, relicto Domino Mutio filio in infantili ętate, nec factus fuit maior, nisi anno 1625. a quo tempore ad litem motam non fuerunt completi triginta anni; præscri tio autem, licet quando est cępta contra defunctum, currat etiam contra minorem hęredem, & dormiat durante pupillari ętate: ta-

121 men nunquam † incipit contra pupillum, vel etiam minorem iuxta communem traditionem nostrorum maiorum, de qua testatur *Ond. quæst. 88. numer. 22. & a Rot. approbata fuit decis 383. num. 2. verbi quantum verò per. 4. diuers & in Vrbeuetana salutans 28. Ianuarij 1639. coram b. m Pirouano.*

122 Accedat, quod heredi † datur restitutio ex capite ignorantię, vt in terminis reddendę rationis *Rot Genuen. decis 203. numer. 5. ad fin. & 6. Escobar. d. cap. 5. numer. 27 ante fin. vers. aduersus tamen.*

Quare &c.

Herculeś Ronconus Aduocatus.

Motiua autem, quibus audiui fuisse contra

123 meam resolutionem iudicatum, fuere, quod † ratio semel reddita amplius reddi non debet *l. semel C. de apoc public. lib. 10. Rot. coram Gregor. XV. decis. 536. num. 2. vbi Adden. nu. 3. cum alijs allatis in Romana computorum 23. Ianuarij 1640. §. ex quibus cum appareat coram Reuerendiss. D. Cerro* & semel fuisse redditam rationem comprobabant DD. Aduocati Vrbis, considerando quietantiam Bonifacii ad fauorem Lutii superius enun-

124 ciatam, quę & si † absque solemnitatibus statutariis dicebatur probare liberationem, cum esset pluribus adminiculis suffulta *Gabr. cons 51. num. 15. lib 2. Pic. ad statut Vrb glos. 7. num. 41. Rot. in Romana societatis 9. Februarij 1607. coram Ottembergo apud Zacch. de societ. offic. decis 24. n 5.*

Inter adminicula vero afferebant plura instrumenta remuestimentorum ad fauorem minoris a Lutio expletorum, ex quo eliciebant eōclusionē,

125 quod confessio † in parte vera pręsumatur talis in omnibus *Rot cor. Greg XV. dec 62 nu. 7. & 8. recent. par. 7. dec. 160. n. 2. & coram Emin. Ottobono decis. 43.*

126 *decis. 43. num. 1.* taciturnitatem Bonifacii †, & Mutii eius filii per annos sexaginta, quæ, si non valebat in vim præscriptionis, maximam tamen solutionis præsumptionem inducebat *Buratt. decis. 361. num. 12.* & addebant, non constare Lutium continuasse in administratione vsque ad obitum Bonifacii, quinimò contrarium colligi ex depositione testium examinatorum, qui dicunt, illum fuisse vxoratum, sagacem, ac industriosum, fructusq; prædii Panranę percepisse, & inde arguebat liquere, fuisse a Lutio administrationē desertā.

127 Nec obstare † putabant, quod Lutius teneretur in administratione continuare iuxta tradita *per Abb. cons. 91. num. 8. & 9. lib. 1. & Guttierez de* 128 *tutel. par. 1. c. 19. n. 18.* quia † supponebant, istos DD. loqui in tutore, & curatore generali, nō autē in administratore particulari, vt erat Lutius, qui propterea poterat ad sui libitū administrationem deserere, & non tenebatur reddere rationē, nisi de his, quę verè ad eius manus peruenisse probatum fuit *Rot. in Romana domus 17. Martij 1649. § non alterum coram b. m. Bichio.*

Hæc, vt vides, non tollunt aliquam conclusionem in mea resolutione firmatam; & sicuti etiam 129 isti DD. † scribentes videntur agnoscere, in quietantia deficere solemnitates stanti, quę sunt necessariæ *Rot. post Gilian. ad statut. Perus. dec. 117. num. 12. & post Merlin. de pignor. decis. 27. num. 7.* 130 quodq; illis omissis præsumatur dolus in liberatione administratoris, ob quem possit iterato cōpelli ad reddendas rationes *Montan. de tutel. cap. 38. num 142 & seq. Gratian. disceptat. 761. num. 1. & infra.* Ita non possunt effugere obiectum ob adminicula, quibus credunt munitam liberationem, & quietantiam, cum illa nullatenus subsistant: non enim supposita taciturnitas potuit nocere 131 Bonifacio, qui mortuus † ante vigesimum quartum annum nequibat pulsare curatorem pro reddenda ratione adhuc cura durante *l. cum plures, l. actus, § fine herede § tutores glos. in l. eum curatore ff. de administrat. tutor. l. 2. C. eod. l. si non C de suspect. tutor. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. num.* 132 *36.* & in puncto † quod non possit minor, & si matrimonium contrahat, adstringere curatorem ad redditionem rationum, voluit *Munnoz. de ratiocin. cap. 6. num. 24.*

133 Minus potuit † præiudicare Mutio eius filio, qui vti hęres ignorans actiones defuncto competentes *l. qui in alterius ff. de reg. iur. Capyc. Latr. consultat. 156. num. 47. Rot. recent. decis. 314. num. 16. par. 4 tom. 2. & coram Durano decis. 426 num.* 134 *10.* non † potuit tacendo remittere ius ignoratum, nec illius priuationem pati *Surd. decis. 203. num. 22. Gallerat de renunciat. lib 3. cap. 9. numer. 4. & lib. 5. capit. 1. numer. 58. Fontanell. decis. 17.* 135 *num. 6* ignorans † enim non contemnit, non delinquit, non negligit, non patitur *Arias de Mesa var. resol. lib. 1. c. 8. n. 4. Surd. decis. 25. n. 30. Fontanell. dec. 396. n. 7. & seqq. Rot. recent dec. 188. n 12. par. 7.* cum in eo deficiat consensus *Surd. dec. 228. nu. 10. Fontanell. d. dec. 396. num. 6. & decis. 400. num 14. & latius Addit ad dec 3. num 10 & seqq. par. 3. recent*

136 Eoq; fortius, dum † sola taciturnitas creditoris non sufficit ad præsumendam solutionem, cum alias esset frustratoria præscriptio, vt in puncto respondit *Rot. in Romana extinctionis census 7. Maij 1584. coram Cardinali Seraphin. impressa par. 1. diuersor. decis. 788 num 12 & 13. & in Bononien. pecuniaria de Calderinis 4. Nouembris 1598. coram Penia inter eius impress decis. 721. numer. 13.* quas decisiones cum aliis ibi relatis refert & sequitur *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 67. num. 35. & 36.* cui fundamento non obstat *decis. Buratt. 361. num. 12.* quia loquitur in terminis valdè diuersis, ad effectum nempè præsumendi simulationem contractus, non autem solutionem.

137 Et quamuis † Bonifacius minor fuerit vxoratus, non propterea poterat se eximere a cura semel accepta vltra *Abb. & Gutierez supra allegatos* scripserunt *Peguer. decis 132 Cancer. var resol. par. 3. cap 1. nu. 226 & seqq* eam assignans rationem, quia licet vxorem duxerit, non tamen desinit esse minor *Munnoz. de ratiocin. cap. 6. nu.* 138 *21. cum seqq. & num. 43.* asserens curatorem † semel simpliciter acceptum debere continuare vsque ad annum 25. & in istis terminis loqui *Abb. cons. 91. num 9. lib. 1. Giurb. decis 109 num. 1. 2 & 3.* nec curator ipse valuit propria authoritate se a cura exonerare, sed requirebatur sententia Iudicis seruatis seruandis lata *Gutierez. de tutel. par. 1. cap. 21. n. 34.* qui loquitur ante curam acceptam, sed fortius regula procedit post acceptationem, cum administratio tutelaris semel assumpta non possit deseri, nisi translata fuerit in alium curatorem, vel de mandato Iudicis ipsi minori assignata *Cancer. var. resol lib. 3. cap. 1. num. 233. & seqq.* qui & si adducat leges loquentes de tuto- 139 re, parum refert, quia in † dispositione legis sub nomine tutoris venit curator, & e contra exceptis casibus, in quibus iura differentiam constituerunt *l qui neque, ibi glos. in verb. pertinere ff. de reb. cor. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 1. nu. 16. & lib 3 quæst. 4. numer 6. Munnoz de ratiocin capit. 6. nu. 41. 42. & 43.* in desertione autem tutelę, vel curę nullum inter ipsos fuit in iure assignatum discrimen.

Sagacitas verò, & industria eiusdem Bonifacii probata per testes non releuat, nam vltra quod mihi supponitur, illos nihil probare, ego enim eorum depositiones non vidi, cum fuerint examinati post causam a me terminatam coram Iudice 140 ad quem, redditur indubitatum † in iure, quod minoribus viginti quinque annorum, & si vxoratis, & rem suam bene gerentibus non debet commiti suarum rerum administratio *per text. express. in l. 1. ibi, nec ante rei suæ administratio eis committi debet, quamuis benè rem suam geren-* 141 *tibus iuncta l. seq. ff. de minor.* & propterea si † curator ante vigesimum quintum annum, vel antè impetrationē veniæ ætatis reddiderit vltrò rationes minori nō liberatur, sed curatorū oneribus

obnoxius manet *Munnoz. de ratiocin. d. cap. 6 n. 19 & seqq* quamuis verò postea *num. 25. & infra* dicat per matrimonium curam cessare, attamen est aduertendum, illum referre opinionem *Didaci Perez* qui loquitur in terminis legis Hispaniç eximentis filium nuptum à potestate patris, & ex-
142 tendit † eum ad curam, quç sententia & si vera esset, cum quoad curam fuerit decisum contrarium in Senatu Cataloniç testibus *Peguer. & Cancer superius adductis* nihil nocere debet, vbi similis lex non habetur; quinimò & in illis terminis *Munnoz sub n. 26 versic. ego tamen cum seqq.* dicit esse remittendum arbitrio Iudicis, qui in so-
143 lo † patrimonio exiguo vix ad alimenta sufficiente debebit tradere minori rerum suarum administrationem, non autem in opulento vt est ca-
144 sus noster. & insuper *num. 29. 30. & 31* firmat, † quod si vellet teneri opinio *Didac. Perez* deberet probari tales minores vxoratos esse doli capaces, industriosos, admodum cautos, & circa rem familiarem adeò sollicitos, vt ipsi reddita administratione facerent eam gubernationem, quam reliqui maiores, alias staret prçsumptio imbecillita-
145 tis ob ætatem minorem. Quç † omnia sunt intelligenda tunc acquirere liberationem curatori, si omnibus istis iudicialiter discussis interuenerit decretum Iudicis, vt colligitur ex dictis *per eundem Munnoz. d. cap 6 num. 18 & seqq & præsertim sub num. 31. versic. praxi tamen receptum* vbi
146 asserit seruari † in Cancellaria Pinciana, quod si minor, pauper, agricola, siuè alius, qui dietim laborat, & negociatur, perit, vt bona à curatore tradantur, ad hoc, vt ipse possit administrare, colere, & benificare, fit prouisio, vt illa consignentur præstita fideiussione de conseruando integra, & illibata vsque ad annum vigesimum quintum, quam practicam ipse laudat, quia prouidetur multis incommodis minorum, & resultat idem effectus, ac si eadem bona sub curatore manerent.

Quod obiectum non cultatur per responsionem datam, quod scilicet Lutius Bernardus fuerit administrator particularis, vndè potuerit ad sui libitum administrationem relinquere, & teneatur de solis illis, quç ad eius manus peruenerunt, quia debet animaduerti in facto, plures curatores fuisse deputatos Bonifacio, & inter illos administratione diuisa, curationem prædij Pantanæ fuisse commissam Lutio, quç diuisio non potest operari, vt ille non sit curator, & teneatur omnibus legibus, quç de curatore loquuntur, cum, quic-
147 quid aliud sit in tutore, indubitatum sit, † curatorem certç rei, vel causæ dari posse *Port. de curat num. 4 Aretin. in §. certe, & ibi gloss instit. de curat. Omotim §. ad tertium num 7. tit. qui testam. tut dari poss. & tit. de curator. num. 5. versic. 3. vrget q; text. in §. 1. ver sic curator enim instit. d. tit. de curator Montan. de tutel cap. 29 numer. 33. Galganet eod. tract. lib. 1 tit. 2. numer. 26. & tit. 14.*
148 *num 9.* nec tamen aliquis Doctor dicit, † quod curator minoris in re certa possit administrationem deserere *& Rot. in Romana domus 17. Martij*
149 *1649. §. non alterum coram b. m. Bichio* non † applicatur, quia loquitur in voluntario administratore bonorum maioris.

Nec valet replicatio, quod prædicta procedant in curatore voluntariè accepto à minore, non autem in testamentario, qui prçuia petitione ipsius minoris debebat à Iudice confirmari, quia quoad minorem res videtur satis expedita, dum
150 sub curatore permansit, & quoad curatorem, † qui vti talis administrauit, certum est, illum iudicio curæ vti verum curatorem teneri, & si non fuerit à Iudice confirmatus, vt respondendo contrariis firmauit *Rot. coram Buratt. decis. 557. num. 3. & 4. & par. 6. recent. decis 3. num. 2. 3 5. 6. 7. & infra,* quç est eadem cum *decis 500 à num. 4. inter impress. b. m. Merlin.* vbi fuit dictum *decisionem in Signina administrationis coram Sacrato,* quç est
151 *decis 470 par 1. recent* † non habere locum quotiescunque appareat tutorem, vel curatorem administrasse, vt hic.

Vltra quod debet considerari, quod licet Lutius non teneretur vti curator, tenetur tamen indubitanter vti tutor reddere rationem, cum enim ipse fuerit à testatore relictus filio tutor, & pro tempore curator, si curam nolebat acceptare, vel minor sub curatore permanere noluisset, quorum tamen neutrum iustificatur, cum appareat, ipsum fuisse curatorem, & Bonifacium illum vti talem accepisse, & recognouisse non recedendo à iudicio paterno, vt colligitur ex actibus administrationis per ipsum Lutium gestæ sciente, & acquiescente minore, redditur omninò indubitatum
152 in Iure, quod tutor † debet puberate completa facere deputare curatorem adulto, vel de mandato Iudicis in eundem minorem transferre administrationem, alias, & post pubertatem debet continuare, & iudicio tutelæ remaner obligatus *l ita autem §. si tutor ff. de admin. & peric. tutor. Cassan. ad consuetud Burgun rub. 6. §. 4. in text. an age suffisant num. 2. Galganet. de tutel lib. 2. tit. 24. num. 2. 3. & 4. Montan. de tutel. cap. 37. num. 81. & numer 86* dicens seruari de consuetudine omnium regionum, quem sequitur *Cancer. var. resol par. 1. capit. 7. num. 25. & par. 3 numer. 233. & 234.*

Nec minus isto casu potest aliquid operari ad eius fauorem diuisio administrationis facta à testatore, nam, cum Lutius solus habuerit regimen
153 † prædij Pantanç, hçc diuisio nihil aliud operatur, nisi quod quilibet tutor teneatur tantum de bonis in administrationem per diuisionem habitis *l si duo 52. ff de administr tutor l 2. C. de diuidend tutel. Galganet. de tutel. lib. 3 tit. 26. num 20. Montan de tutel. cap. 39 num. 175. & infra* diuisio-
154 ne † enim cessante debuissent in solidum conueniri, quamuis beneficium diuisionis habuissent, si omnes soluendo fuissent *Arias de Mesa var. resol lib. 2 cap. 14. num. 16 Rot coram Merlin. decis. 519. num 1.*

Sed cessat omnis amaritudo, dum fuit probatum post prædictas quietantias secutas de annis 1592.

1591. & 1595. Lutium continuasse in cura, eum 155 † de anno 1598. vti curator adfuerit Bonifacio contrahenti super eodem prædio Pantane, ex quo remanere probatum, ipsum permansisse in cura, resoluit in terminis *Rot. coram Buratt. dict. decis. 557 num. 4.*

156 Iustificatio cęterarum † partitarum fructuum administratorum per instrumenta reinuestimentorum non potest obesse pro restitutione reliquatus, tum quia deficiunt reinuestimenta pro tribus annis, nempè 1584. 1591. & 1592. vt iustificatur ex instrumentis, & quę debebant necessariò adesse, cum in asserta quietatione secuta de mense Octobris 1592. exprimatur, vsque in illum diem fuisse continuatam administrationem ceptã ab obitu Flaminij secuto de mense Iunij 1584. à quo tempore erant lapsi nouem anni, quibus Lutius fructus perceperat, & tamen non reinuestiuit, nisi per annos sex, ex quo ipsa quietantia detegitur manca, & erronea, tum quia daretur alias occasio tutoribus, & curatoribus dolosè extorquendi huiusmodi liberationes, & solutione alicuius paruæ quantitatis se à residuo maioris summæ liberandi, vt considerat *Gratian. discept. 563. num. 46* quod leges adeò abhorruere, vt propte- 157 reà † dissolueri. t liberationes etiam ab adultis factas præsumi dolosas, nisi doceatur fuisse rationes realiter, & cum effectu calculatas, & dispunctas *Montan de tutel. cap. 38. num. 141. Peguer. decis. 142. num. 2. 4 & 5.*

Et in omnem euentum omnia adminicula ponderata non possent importare aliud, quam supplere solemnitates statuti, sed illis suppositis adhuc tenetur curator nouam rationem reddere, cum non probetur verè, & actualiter reddita cum exhibitione librorum, & solidatione computorum facta per peritos, vt in terminis punctualibus fi- 158 milium liberationum† secutarum cum omnibus solemnitatibus statutarijs, & quod magis est, cum assertione minoris computa fuisse mediantibus peritis inspecta, & reliqua restituta, firmauerunt *Gratian. d. disceptat. 563. num 44. & 45. Penia decis. 1310. per tot. Merlin. decis. 603. num. 3. 4 & 5. quæ est eadem cum decis. 642 num 4. & seq. par. 6. recent.*

Sequitur resolutio Authoris in Recanaten. Pecuniaria 30. Octobris 1654.

Vsque à prima Ianuarij 1625. D. Petrus Hieronymus Percicarellus cum accessione in solidum D. Hieronymi Gilij exercuit officium Camerariatus Recineti, promisitque exigere omnes eiusdem Ciuitatis Prouentus; Cumque officio hoc expleto de mense Augusti 1628, eius rationes per homines à Ciuitate electos reuiderentur, fuit adnuentus deb tor in scutis 2294. 99. 2. quæ reiteratis vicibus post plures annos persoluit.

Quia autem vltra prouentus exactos remanserunt etiam plures alij, quorum non fuerat exactio curata, ideò Ciuitate pro illorum solutione Percicarellum, & Gilium Iudicialiter vrgente fuit desuper lata sententia condemnans tantummodo ad solutionem scutorum 630. 10. à qua Ciuitas appellans obtinuit causæ cognitionem per Breue Sanctiss. de anno 1642. committi Gubernatori Recineti, qui tandem de Mense Decembris 1644. damnauit eosdem Percicarellum. & Gilium ad soluendum Cõmunitati omnia credita ab ipsa tradita, & cõsignata, siuè fuissent exacta, siue inexacta; cui resolutioni, nec Ciuitas acquiescens, iam pridẽ appellatione interposita, ac ijdem Percicarellus, & Gilius sententijs renunciantes instabant coram Illustriss. D. meo Marchiæ Gubernatore pro decisione omnium differentiarum inter ipsos, & Ciuitatem excitatarum. Quapropter disputatione difficultatum aggressa fuerunt ad duo capita prætentiones Ciuitatis restricta.

Primum versabatur circa interesse scutorum 2294. 99. 2. in quibus positis calculis Camerarius debitor remanserat, & visum fuit interesse hoc deberi Communitati, quę illud passa fuit, eo quia 159 regulare est † Admini tratores Reipublicæ ad illius solutionem ex mora irregulari teneri *Munnoz. de ratiocin. cap. 15. num 34 Gratian. discept. foren 241 num 55. & seq.* & prius de minore, cuius iure vtitur Ciuitas *dixerat. d. discept. 240. num. 12. & seqq. concordat Sperell. decis. 90 num 31.* & pas- 160 sim profitentur Doctores; & mora hęc † illico finito officio contrahitur, quia statim ratio administrationis reddi debet *l. prima §. officio ff de tutel.* 161 *& ration. distraben.* Etsi nulla † contra ipsos adfuerit interpellatio, *Rolan. cons 49. num. 16. vol. 1. Guttierez de tutel. part. 3. cap 1. num 7.*

162 Non obstat, † quod illud non debeatur nisi à die redditæ rationis, quasi quod prius creditum liquidum non esset.

Quia contrarium est verius *ex Text. in l. si postea quam ff rem pupilli saluam fore, l. Tutor qui repertorium § si Tutor pro contutore ff de administr Tutor. Munnoz de ratiocin. cap. 4. numer. 21. de Marin. variar resol cap 110. num. 3 & seqq. par 2. Sperell. d. decis 90. num. 26 & seqq Leotard. de vsur. quæst. 84 nu. 8.* ex quibus desumitur, quod donec reddatur ratio administrationis istem per curratur vsuræ, & reliqua sunt vna cum illis restituẽda.

163 Minus obstat, † quod pluries fuerit oblata redditio computorum, & propterea cesset mora in eo, per quem non stetit, quo minus rationes redderentur.

Primò, quia oblatio etiam Iudicialis non sufficit, si creditor expressè non recusauerit, sed duntaxat tacuerit, & non contradixerit *Caroc de oblat part. 1. quæst. 7 num. 1. 2. & 5. Add ad Buratt. decis. 517 num. 3. & seq* maximè ad effugiendum cursum vsurarum iam inceptarum *post Hondec. & Vinc de Franch Gratian. disceptat. forens 241. num 40.*

164 Secundò, quia sola † oblatio in his casibus non sufficit, sed debebat pecunia debita deponi, vt impedirentur vsuræ *l finali iuncta gloss. C. de vsuris pupillaribus, Gaganet. de tutelis lib. 2. tit. 27. num. 11. & seqq & numer. 22.* præsertim, quia verum est dicere, quod nulla potest considerari incertitudo

quoad

165 quoad ipsum Camerarium, qui habens † præmanibus libros introitus, & exitus, quibus fuerūt redditæ rationes, & consequenter sciens quantitatem pecuniarum exactarum, & solutarum non poterat ignorare, quanta pecunia Ciuitatis exacta, vel inexacta penes ipsum remaneret, vt ratiocinatur in simili *Rot. Genuen. decis.* 164. *per totam, & signanter num.* 20. *& seqq.* Ideoque poterat certam quantitatem deponere, & in omnem

166 euentum † Iulium vnum cum oblatione residui, quod seruatur in omnibus aliis illiquidis excepto Iudicio Spolii, & attentatorum *Pania decis.* 1336. *num.* 6. *& 7. par.* 2.

Secundum caput continebat plures gabellas à Percicarello non integrè exactas de tempore eius Camerariatus, quarum solutio nec ab eodem, nec à Gilio fuit denegata, quinimò in scutis 646 23. & 4. vnanimiter concordata, sed tantummodo controuertebatur interesse, ad cuius præstationem ipsos obstrictos esse Ciuitas contendebat.

Et pariter fuit à D. S. Illustriss. resolutum Ca-
167 merarium † debuisse exigere intra sui officii tempus, & nomina debitorum inexacta soluere de proprio Communitati *l. debitoribus & ibi glos. C. de administr. tut. l. missi opinatores, C. de exactor. tribut. lib.* 10. *Cyriac contr.* 433. *num.* 6.

Nec obstare visum fuit, quod cum Camerarius non teneretur vigore Capituli initi in susceptione officii ad has gabellas exactas, & inexactas debeat duntaxat culpam præstare, quæ cum sonet
168 in delictum non est præsumenda, imò † videatur satisfecisse proprio muneri solis diligentiis adhibitis in exigendis nominibus debitorum, quæ diligentiæ, etsi non probatæ possunt præsumi *ex Bellon decis. Ianuen.* 75 *num.* 8. *& 9. Rot decis.* 149 *num.* 10. *& seq. par.* 5 *recentior.*

169 Primò, quia cum † Administratores rerum publicarum non solum teneantur de culpa, sed etiā diligentiam præstare debeant *l. Magistratus ff de*
170 *administr. rerum ad Ciuit. pertinen.* Vtique † eo ipso, quod potuit exactio curari, & fuit omissa, dicitur probata negligentia *Munnoz. de ratiocin. cap.* 19 *nu.* 27. *vers. vbi Bartolus, Gratian. discept. foren.* 626. *num* 9. *Cyriac d. controuers.* 433 *num.* 3.
171 quæ in † administratore dicitur lata culpa *Glos. in l nomina. verbo negligentia, Cod. arbitr. tutel. Socein. cons.* 2 *num.* 10 *vol.* 1. *Guttierez de tutel. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 11.

172 Secundo, Quia Procuratores, † qui non adhibent operam gratuitam, sed mercede constituta exigunt, etiam de leui culpa tenentur, quasi quod Ciuilis quędam inaduertentia sit præstanda in his, quę celebrantur causa vtriusque contrahentis *Gratian. disc. foren.* 125 *num.* 3 *Andreol. contr.* 36. *num.* 20 & propterea cum infra annum officij Camerariatus iste stipendio conductus minimè exegerit tenetur de proprio soluere Communitati pecunias inexactas, vt fuit consideratum superius §. *& pariter resolutum fuit* quo casu etiam *Rota d. decis.* 149. allegata ab informantibus pro Gilio, & Percicarello num. 12, concludit pro negligentia exactoris, & confirmauit *decis.* 186. *num.* 3. *& seq. par.* 5. *recent.*

Tertiò, quia non solum idem Percicarellus tenebatur præstare diligentias ex præscripto Iuris communis, sed etiam ex pacto, quod nempè deberet esse diligens contra debitores exercendo carceres, vel pignus, & quod si neutrum potuisset peragi, debuisset notificare Cancellario Ciuitatis cum relatione Nuncii, & omnibus alijs peractis. Ideoque frustra prætenditur posse præsu-
173 mi diligentias, vbi forma † præscripta non fuit impleta, vndè debet ipse omnino diligentiam probare iuxta Theoricam *Baldi in l. prima §. si Magistratus, ff de Magistratibus conueniendis relatam à Gratian d. discept.* 125. *num.* 27. Quę di-
174 ligentię † iniunguntur etiam cuilibet exactori publico a Sacra Congregatione Teste *Cobel. in Collect. an Bullarum, & resolutionum fol.* 156. *num.* 15. *& 16.* vbi quod si illæ fuerint aliter expletę non suffragantur, & Administrator tenetur de proprio ad resarciendum damnum Communitati, ad quę
175 † præscripta Sac. Congregationis censetur se obligasse Percicarellus ineundo contractum Camerariatus. *ad Glossam finalem in l. si duo ff de acquir hered. Laur. alleg fiscal.* 17. *num.* 11. *par.* 1. *Hodiern. de secundis nuptijs quæst.* 11 *num.* 29. *&*
176 *seqq.* adeoque † erant seruanda, vt nec illorum forma potuerit à contrahentibus immutari, cum pacta priuatorum non possint Iuri publico derogare in iis, quę respiciunt Iura fiscalia, vel ea, quę possidentur in communi *l. Ius publicum iuncta*
177 *glos. ff de pactis, l. pacta C. eod.* & ideò † non adhibita diligentia, ad quam tenebatur, etiam debuit ille deber sibi nomina inexacta imputare, ac si cum effectu exegisset *Socein. cons.* 273. *num.* 3. *vers. nam si ad aliquem pertinet vol.* 2.

178 Nec potest excusari ex eo, † quod non debebat videri importunus exactor, sed poterat etiam dilationem semestralem concedere *Gratian. cap.* 125. *num.* 49. *& seqq.* maximè cum exegerit magnam pecuniarum quantitatem, & propterea hęc summa residua, vti modica non sit illi imputanda.

Quo enim ad dilationem vltra quod est plusquam semestralis si consideretur, tempus quo cesse-
179 sit die solutionis debitoribus *Gratian.* † pro dilatione allegatus nihil ibi firmare videtur, cum afferat dubitare *Alciatum*, & tandem se remittat ad *Munnoz de ratiocin. cap.* 19 *qui num* 30. *& seqq sentit* quod diligenter, & sine cunctatione debebat ad exactionem procedi, & quod sola dilatio decem dierum possit videri permissa *ex glossa in §. omnis, verb. confestim, instit de verb oblig.*

180 Quo verò ad exactionem † magnę summę obiectum facilius retorquetur, quia cum inceperit exigere, nec fuerit prosequutus, eius negligentia magis arguitur *Bald. in l. Tutori sub num.* 4. *vers. si incipit, & non perficit, C. de negotijs gestis, Socein. d. cons.* 273 *num.* 6 *vers. ex quo enim exigere, Caualcan decis.* 39. *nu.* 33. *& 36 par.* 1 eò magis cum
181 ipse teneretur † ad exactionem certā, & limitatā loco, & tempore, *Caputaq. decis.* 166. *n.* 4. *parte* 1.

Ideoq;

Ideoq; D. S. Illustrissima condemnauit ad interesse prouentuum inexactorum, quia sicuti ad illius prestationem tenentur Administratores pro 182 exactis non redditis, ità etiam † pro illis, quos exigere neglexerunt *l. tutor, qui repertorium §. si post depositionem prope finem, vers. vsuræ ff. de administratione tutor. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 27. num. 21. & 44.*

Eoq; facilius in hanc sententiam itum fuit, cum 183 adsit dissolutissima negligentia, dum ab Anno † 1628. officio terminato vsque adhuc, non solum nullę fuerint adhibitę diligentię pro exactione, sed nec fuerit curatum notificare nomina debitorum inexacta, vel successoribus, vt illa exigerent, vel Communitati, vt exactorem deputaret *l. Titium, & Mæuium §. Tutores dati, ff. de administr. tutor. Ciriac. d. controuers. 433. num. 23.* debe-184 bant † enim expletis libris nomina debitorum reddere *l. ita autem §. post completum ff. de administr. tutor.*

185 Aduersus predicta † potest allegari *text. in l. constitutionibus 24. iuncta glos. ff. ad municipal.* vbi administrator excusatur ab vsuris pecuniarum, quas malè administrauit, sed non obstare 186 visum fuit ob nimiam † dissolutam negligentiam tot annorum superius consideratam, quę dolo æquiparatur, vt fuit dictum *in quæstion. 18. nu. 104.* & considerat *Leotard. de vsur. d. quæst. 22. num. 26. & 27.*

De Repudiatione bonorum confiscatorum.

SVMMARIVM.

Hæres semel non potest amplius desinere esse hæres. num. 1.

Limita primo non procedere in odium secundarum nuptiarum. num. 2.

Limita secundo dictam conclusionem non procedere ad fauorem minoris, aliisque paucis in casibus remissiuè adductis num. 3.

Repudiari non potest, quod semel quæsitum est. numer. 4.

Fiscus, qui acceptauit bona confiscata, licèt propriè non sit hæres, dicitur tamen hæres anomalus. num. 5.

Fiscus potest refutare bona confiscata semel agnita, at se ab omnibus obligationibus eximere. num. 6. ac num. 11.

Fiscus non tenetur vltrà mensuram bonorum, quæ habuit. num. 7.

Fiscus iuuatur in eo, quod sua interest, ne litibus, & expensis grauetur. num. 8

Minori, qui hæreditatem etiam adiuit cum inuentario, datur restitutio, ne litibus, & expensis vexetur num. 9

Text. in l. 1. §. an bona ff. de iur. fisc. declaratur. num. 10.

Fiscus, qui aliquam pœnam per sententiam acquisiuit, si incorporat, & confiscat, confiscatione, & incorporatione repudiata, non potest redire ad exactionem pœnæ. num. 12.

Fideiussor pro solutione alicuius pœnæ remanet liberatus, sequuta Rei bonorum confiscatione, & ratio est, quia fideiussor soluens, repeteret à fisco, cui soluit. num. 13.

Intellige hanc conclusionem procedere quando bona publicata sunt soluendo, secùs si non essent soluendo, quia tunc dimitterentur creditoribus, & fideiussor remaneret obligatus. num. 14.

Fiscum acceptasse bona damnatorum probatur ex descriptione bonorum eorundem in libro damnatorum, & ex responsionibus factis creditoribus Rei. num 15.

Fiscus non dicitur incorporasse, nisi actualiter bona apprehendat post sententiam condemnatoriam. num. 16.

Fisco non conceditur restitutio in integrum in pœnalibus lucris. num. 17.

Fiscus, vt possit redire ad pœnam repudiatis bonis Rei publicatis, datur cautela. num 18.

Filius intra triennium potest abstensionem, seu repudiationem factam de hæreditate paterna reuocare. num. 19.

Filius minor habet quatriennium ad reuocandam repudiationem, quam fecit de bonis paternis, & eo elapso triennium. num. 20.

Filio minori datur restitutio aduersus repudiationem factam de bonis paternis, si dicta bona fuerunt alienata existente filio in minori ætate, & triennium concessum ad petendam restitutionem incipit currere post vigesimum nonum annum. num 21.

Repudiatis bonis ab extraneo, non potest is postea ad illa redire. num. 22

Limita si repudiatio sit nulliter facta, quia iterum potest adire, sicut posset iterum repudiare, num 23.

Repudiationis nullitas consideratur quoque in hæreditate non delata. num 24.

Excellentissimi D. Hieronymi Carboni Aduocati Macertensis laudes. numer 25.

Repudiatio potest reuocari, si esset facta in iudicio cum solis creditoribus ad effectum effugiendi illorum vexationes. num. 26.

Hæreditatis aditio inducitur, si illam repudians aliqua bona hæreditaria retineat sub aliquo iure, quod non iustificatur. num 27.

Hæreditas dicitur adita ex actu aditionem importante, quamuis postea repudietur. num. 28.

Hæreditatis repudiatio subsecuta post aditionem non releuat in praiudicium tertij. num. 29.

Hæreditas quando dicatur repudiata, si post repudiationem fuerunt gesti actus aditionem importantes, remissiuè. num. 30.

Hæreditate repudiata, si postmodum soluatur aliquod debitum soluens non sibi praeiudicat quoad alios creditores hæreditarios. num. 31.

Hæreditatis in repudiatione non requiruntur solemni-

Intellige d. conclusionem, quando renunciatur hereditati certa persona, non autem de renunciatione generali, & incerta. num. 73.

Renunciatio certa hareditatis facta in instrumento, non redditur incerta ex generali renunciatione quarumcunque successionum in eodem instrumento postmodum facta. num. 74.

Renunciatio hareditatis deuoluenda, licet non subsistat, saltem habet vim translatiuam, & continet interim tacitam conditionem, si in futurum hareditas deferatur, & adita prasumitur per renunciantem tempore illius delationis. num. 75. & 87.

Dicta tamen conclusio non subsistit ex rationibus adducendis num. 76. & seqq.

Hareditatis aditio tanquam consistens in facto non prasumitur, nisi probetur. num. 77.

Hareditas defertur monasterio absq; aditione monialis in eo professa. num. 78.

Monasterium nec pro se, nec ex persona Monialis succedit, stante generali Monialis renunciatione num. 79. & num. 88.

Monialis professa non habet neq; velle, neque nolle, & habetur pro mortua. num. 80.

Hareditas viuentis non potest transferri, maxime si renuncians tempore delationis hareditatis sit incapax. num. 81.

DD. relati numer 82. loquuntur de renunciatione hareditatis delata, non deuoluenda.

Montan. tenens, quod Monasterium possit cogi per renunciatarium ad adeundam hareditatem delatam moniali, & ab eadem renunciatam, reijcitur. num. 83.

Obligatio de adeunda hareditate viuentis est a iure improbata num. 84.

Repugnantia duo inter se subsistere non possunt. numer 85.

Statutum exclusiuum fœminarum, comprehendit etiam moniales, quando simpliciter fœminas excludit, & nullam mentionem facit de religiosis, & quando ante monacatum vinculum iniersit ratione sexus num. 89.

Et decisio allegata nu. 90. non caret dubietate, quin imò in ea non potest fieri fundamentum. numer. 91.

Statutum fœminarum exclusiuum, quod non comprehendat moniales, quibus delata fuit hereditas tempore, quo erant professa tanquam non subiecta, reijcitur à DD. allegatis num. 92. vbi redditur quoque ratio.

Statutum fæminarum exclusiuum comprehendit etiam monialem, qua ante ingressum religionis renunciauit omnibus hareditatibus. numer. 93.

Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos agnatos a quibuscunq; successionibus, tam delatis, quam deferendis, post dotationem etiam ab vno tantum factam, comprehendit etiam Moniales. num. 94.

QVÆSTIO. XLV.

1 CVM semel † hęres non possit amplius desinere esse hęres *l. & qui soluendo 88. ff. de hared institnend Bellon. de iur. accrescend. cap. 7. quast. 16. num. 9. Buratt decis. 847. nu. 10.* 2 quę regula non fallit, nisi in † odium secundarum nuptiarum consideratum *ab Altograd. cons. 49.* 3 *num. 3. & seqq. lib. 2.* vel ad † fauorem minoris, vt ponderant *Bottilier de success cap. 2. theorem. 50. nu. 39. & Bellon de iur accresc. d cap 7. quast. 17. nu. 68* & in alijs paucis casibus adductis per eundem *Bellon d. quast. 17 à nu. 66 per tot. 69.* & cum 4 etiam † quod semel quæsitum est non possit amplius repudiari *leg. 1. §. decretalis ff de successor. edict. Bellon de iur accresc cap. 5. quast. 48 num. 11.* fuit ideo dubitatum, an fiscus, qui acceptauit bona confiscata per actualem incorporationem pos-5 sit illa repudiare, nam licet ipse † non sit propriè hæres, habetur tamen loco hęredis, & dicitur hęres anomalus, vt fuit dictum *quast. 35. num. 8.*

Hanc dubitationem inuenio fuisse resolutam ad fauorem fisci *à Constant. in l 1. num. 159. C. de* 6 *pan. fiscal. lib. 10* vbi determinat † fiscum, si velit, posse bona semel agnita, & incorporata refutare, ac se ab omnibus obligationibus eximere, fuitque secutus *Caren. de offic. sanctiss inquisit par. 2. tit. 1. §. 30. num. 167.* licet ipse arbitretur 7 superfluam hanc quæstionem, dum † fiscus non tenetur vltra mensuram bonorum, quæ habuit; non tamen est superflua, quia, vt ipsemet *Caren.* 8 agnoscit, iuuabitur fiscus † saltem in eo, quod sua intersit litibus, & expensis non vexari; ob 9 quam rationem se liberandi à litium† vexationibus dari restitutionem minori, quamuis cum inuentario hæreditatem adiuerit, voluerunt *Gratian. disceptat 767 num. 51. Tomas. de inuentar. tit. 24. numer 3. decad 1. tract 7 Rot coram. Gregor. XV. decis. 181 per tot iuncta addit & decis. 125. par 2. recent.*

Ponderatis tamen adductis *à Constant. d. num.* 159. inueni illa non probare hoc assumptum, nam 10 *text. † in l. 1. §. an bona ff. de iur fisc.* loquitur de acquisitione ante agnationem bonorum, quę, cum sit reuocabilis, non dicitur vera acquisitio, vt explicat *Aretin in l. 1. §. final. num 95. ff. de acquir. possess*, qui pariter affertur *à Constant.* Sed ego ni-11 hilominus adhęrerem opinioni pro fisco, † quia licet bona agnouerit, attamen debet aduersus illam agnitionem restitui, vt restitueretur minor; fiscus enim vtitur iure minoris *Peregrin de iur. fisc lib. 6. tit. 2. num. 7. & 10. Io Francisc. de Pont. de potestat. Proreg. tit. 4. de regal. imposit. §. 4 num. 49 Barbos loc. comm. argum. num 3.* & in puncto restitutionis concedendę fisco, qui fuit lęsus per suos administratores, tenuerunt *Odd. de restitut. quast. 3 artic. 13. num. 83 versic. in contrarium & num. 84. Intrigliol singul. 89. num. 76. lib. 3. Capye. Latro consultat. 5. num. 32.*

Alte-

Alteram difficultatem in hoc proposito excitauit mihi *Caren. d. §. 30. num. 159. 160. & seqq.* an 12 si fiscus habeat aliquam† pęnam pecuniariam acquisitam per sententiam, sed adhuc non exactam, & postea bona confiscet, & incorporet, vel alio modo acceptet confiscationem, an possit confiscatione repudiata ad exactionem pęnę redire, & concludit negatiuè contra fiscum, multisque modis suam opinionem probat, & præsertim authoritate Senatus Mediolani, quem sic refert iudicasse, adducitque *Hering. de fideiussor. cap. 10. §. 14. num. 10. & Crauett. cons. 797. per tot. vol. 5.*

Perlegens ideo *Hering. d. num. 10.* percipi, illum simpliciter firmare, quod fiscus non potest bona semel incorporata repudiare, & affert *Raphael. de Raimund. cons. 36. inter criminal. diuers. vol. 1. in magn.* qui posita quæstione, an fideiussor de sol- 13 uendo aliquam † pęnam pro reo secuta confiscatione bonorum eiusdem Rei, dicatur liberatus resoluit pro liberatione, quia deberet soluens repetere ab ipsomet fisco, cui solueret, & tandem *num. 19. 20. & seqq.* asserit hoc procedere, si bona 14 publicata † sunt soluendo, nam in casu, quo soluendo non essent, illa dimitterentur creditoribus, & obligatio fideiussoris non tolleretur, quodque in dubio stat præsumptio pro sufficientia bonorum, nisi appareret esse damnosa, & ob id à fisco repudiata, ex quibus potius colligitur fiscum posse repudiare. In eadem causa consuluit *Stephan. de Barber* pariter ab *Hering.* allegatus *cons. 29 d. vol. 1.* qui pariter probat, fideiussorem esse libe- 15 ratum, & ad ostendendum, fiscum † acceptasse confiscationem, dicit, quod descripserat bona in libro damnatorum, & responderat creditoribus Rei condemnati contra ipsum agentibus. vnde liquet nihil firmare in eo puncto, an fiscus possit bona agnita repudiare, & sic traditio *Hering.* remanet destituta authoritatibus, quas ad illius corroborationem adducit; Stat ergo solus *Crauett.* qui affertur à *Caren.* & licèt indiuidualiter ponat casum, attamen loquitur, dum sola sententia cōdemnatoria in publicatione successit, & sic ante 16 incorporationem, ad quam inducendam † sola sententia non sufficit, sed requiritur actualis apprehensio, vt fuit dictum *quæst. 41. num. 10. 12. & 13.* dum ergo casus versatur ante agnitionem per actualem incorporationem, videtur non posse admitti sententia *Crauett.* cum, vt supra firmaui, possit fiscus bona non incorporata repudiare saltem remedio restitutionis in integrum.

Non tamen puto recedendum ab opinione *Caren.* fundata in resolutione grauissimi Senatus Mediolani, & moueor, quia fiscus non posset alia via, quam restitutionis in integrum repudiationem explere, & tamen hęc restitutio ipsi non 17 conceditur † in lucris pęnalibus *Cephal. cons. 605. num. 42. & seqq. lib. 4. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 2. num. 11. versic. sed adhuc Farinac. quæst. 25. num. 167. & cons. 40. nu. 59. Guazzin. de confiscat. conclus. 19. num. 13. Constant. in l. 1. num. 85. C. de* 18 *pæn. fiscal. lib. 10.* & propterea † laudarem cautelam positam *ab eod. Caren. d. §. 30. nu. 165. & seqq.* quod nempe in descriptione bonorum damnati fieret expressa mentio mulctæ debitæ, reseruando iura fisci, tam in sententia confiscationis, quam in omnibus alijs actibus, qui postea sequerentur.

Propono ego aliam dubitationem, quam non inueni tactam à Doctoribus, quos perlegere potui, an scilicet fiscus aduersus bona repudiata debeat assequi restitutionem in integrum, & pro habenda illius resolutione censui præmittendum, quid sit resoluendum in alijs personis priuatis, & 19 incipiendo à filio, † indubitati iuris est, illum intra triennium posse abstensionem, vel repudiationem reuocare *l. si quis suus ff. de iur. delib. l. fin. C. de repudiand. hæredit. Rot. recent. decis. 96. num. 9.* 20 *& 11. part. 6.* si vero † filius fuerit minor habet quadriennium, & eo elapso triennium, si tamen bona non fuerint alienata, nisi alienatio fuisset 21 secuta, adhuc † eo in minori ætate existente, quo casu restitutio non denegatur *d. l. fin. vbi communiter Scribb. & præcipuè Alex.* qui dicit, hoc triennium currere minori post vigesimum nonum annum.

22 In alijs verò extraneis † constituitur regula, quod non possunt ad bona repudiata redire *l. sicut C. de repudiand. hæredit. l. 1. C. de repud. bon. poss. Rot. recent. decis. 323. num. 1. & infra par. 6* quod 23 fallit, si repudiatio esset † nulla, nam eueniente casu posset quis iterùm repudiare, vel adire *l. is qui heres ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 398 num. 1. 2. & cons. 446. num. 3. cum alijs adductis per Rot.* 24 *d. decis. 323 numer. 15.* quæ nullitas † tunc etiam consideratur, quando repudiatio fit de non delata hæreditate *Crass. de success. §. omissio hæreditatis num. 9. Rot. d. decis. 323 nu. 13.* vndè super hoc remaneret videndum, in quo differant repudiatio, & renunciatio, & an importetur translatio, vel nuda abdicatio; sed abstulit mihi laborem, 25 *Excellentiss.* † *D. Hieronymus Carbonus Patritius Macerata inter primos huius Prouinciæ Aduocatos*, cuius allegationes inferius impressas habebis.

26 Posset etiam repudiatio † reuocari, si esset facta in iudicio cum solis creditoribus ad effectum effugiendi eorum vexationes *Bart. in l. sicut versic. venio ad secundum, & ibi Alex. num. 1. versic. sed aduerte C. de repudiand. hæredit. Post. resolut. 24. numer. 64.* vbi mendosè allegantur *Bartol. & Alex in tit. C. de iur. delib. Rot. recent. decis. 341. par. 4 tom. 2.* & in hoc proposito repudiationis hęreditatis cum creditoribus aduerto, quod si quis 27 † declaret refutare hęreditatem, & retinere bona pro aliquo credito, vel iure, quod posteà non iustificetur, aut non competat, illa declaratio non iuuat declarantem, sed ea non obstante inducitur aditio *Hodiern. controuers. 50. numer. 13. Rot. coram Merlin. decis. 247. numer. 7 & seqq. & decis. 280. num. 8 & infra & par. 5. tom. 2. recent.* 28 *decis. 486. num. 4. 5 & 6.* nec similis † declaratio potest iuuare repudiantem, si prius fecit actus importantes aditionem, & postea declarauit *Post.*

resol.

29 resol. 28. num. 32. & infra; repudiatio † enim subsecuta post aditionem non releuat in præiudicium tertij Hodiern. d. contron. 50. n. 10. 11. & 12. Merlin d decis 247. n. 3. & 4. & decis 280. n. 4. plus dixit 30 Post. d. resol. 28. n. 44. quod à repudiatione † censetur recessum, si posteà quis faciat se hęredem exigendo credita hæreditaria, sed pro veritate huius conclusionis erunt videndi Mascard. de probation. conclus 47. n 9. & seqq. & Ciriac. controuers. 244. n. 36. cum seqq. qui distinguunt plures casus, nec erit omittendus Paschal de patr. potest. par. 4. c. 1. 31 n. 26. qui dicit † repudiata hæreditate, si repudians soluit tanquam hæres debitum hæreditarium, non inferre sibi præiudicium quoad alios creditores.

Considerandum quoque remanet, in repudia- 32 tione hęreditatis † non requiri solemnitates statuti Arnon dialog. 12. Cravett conf. 114. n. 15 Phanuc. de lucr. dot glos. 8. n. 17. & seq. Borgnin. de tutor. in Repertor verb. statutum quod mulier, vel minor. Carpan ad statut. Mediol c. 328 n. 158. Grat. discep. 568. d n. 52 per tot. 60 & n 66. cū seqq quicquid sit tenendū in statuto Vrbis, quod cōprehēdit expressè refutationē Pie. ad idē statut. gl 8 per tot.

33 Quibus minimè nocet traditio † Gabriel. conf. 6. num. 6. cum seqq lib. 2. & sequacium dicentium, tunc non requiri solemnitates, quandò ius refutatum nec re, nec spe competebat, secus vero in iure delato; quia hoc articulo proposito in Sacro Auditorio Romano fuit eadem distinctio Gabriel. reiecta, & iudicatum in refutatione iuris delati non requiri solemnitates statuti Rot. recent: decis. 320. num. 13. & seqq. par. 6.

His positis si minor, vel mulier repudiant hęreditatem, dum supponitur validitas repudiationis, non possunt aduersus eam alio remedio vti, quam restitutionis in integrum, si adsit lęsio, quę restitu- 34 tio † an sit concedenda mulieri, discutiunt Odd. de restit. quæst. 10 per tot Gratian discept. 604. n 6. cum seqq Capyc. Latr consultat. 119. n. 39. & infra 35 qui constituunt regulam negatiuam. Minori † autē est omnino illa indulgenda, si res est integra l 3 §. quod si minori ff. de minor. Odd. de restit. quæst 63. n. 13 & seqq. & quæst. 85 num. 17 Bottilier de success cap. 3 theorem. 109 num 49 & infra.

Nec obsunt tradita per Capyc Latr d consultat. 36 119 n. 7. cum seqq. quia ipse † loquitur re non inte- 37 gra, & firmat tex. in l quod si minor † §. Scæuola ff. de minor procedere in hęrede extraneo, & alterum 38 qui aduersatur † in l fin §. nisi fortè C. de repudian. hæredit. habere locum in hęrede suo; quos tamen textus ad hoc propositum conciliat Odd. d. quæst. 63. n. 13. & infra. etsi professus fuerit illorum concordiam ignorare Genua in suo tractat. consiliat. legum sol mihi 51. & seqq. vbi tamen num 6. & 7. reprobat in specie discrimen allatum d. Capyc. Latr. inter hæredem suum, ac extraneum.

39 Nulla tamen posset considerari † læsio in hęreditate renunciata viuentia, qui renunciationi cōsensum dedisset Fontanell. de pact. nupt. claus. 9. par. vnic. n. 22. & seqq. Add. ad Buratt. decis. 894. n. 6. & fuit dictū in Asculana renunciationis 22. Maij 1651 cor. R P. D. Cerro cōfirmata cor. eod. 1. Iulij 1652.

Ex istis resultat determinatio dubitationis, quod 40 licet, si fiscus † ante agnitionem bona refutauit, vtitur iure priuati, vt semper vti debet, quando nō est specialiter priuilegiatus Surd decis. 13. & dec. 18 vtrobique n 1. Fontanell decis 221. n. 1. & 4. & decis 265. n. 12. Sanfelic. dec 135. n 7. qui priuatus non potest habere vllum regressum ad bona renūciata, & sic nec fiscus, qui in lucria pœnalibus restitutionem non habet; si verò post incorporationē fiscus repudiauit, & fuit lęsus, tunc debet distingui 41 quod aut repudiatio † fuit solemniter secuta de mandato Principis, vel Princeps ipse refutauit, & non datur restitutio, quia illius remedium denegatur Principi, nisi esset lęsa Respublica, vel Status suus Odd de restit. quæst. 3. n. 90 & 91. aut repudiatio est simpliciter facta per administratores fiscales nulla solemnitate seruata, & non est necessaria restitutio, quia illa abiectio, & alienatio bonorum fiscalium est nulla, vt dicetur quæst. 47. sunt enim per incorporationem effecta de patrimonio Principis, vt fuit dictum quæst. 41. num. 13.

Sequitur decisio S. Rot. Rom in Asculana renunciationis luna 22 Maij 1651 coram R P. D. Cerro.

Promiserat Laurentius Ferruccius in Instrumento dotali sub iuramento, & obligatione Camerali, quod Anna Maria eius vxor solemniter renunciasset ad fauorem Phebi de Nouis eius fratris omnibus bonis paternis, maternis, Auitis, & fraternis, additis his verbis ibi, Et denique &c. promisit ità, & taliter agere, & curare quod possibilia, & impossibilia fecisse, factumque alienum promisisse nullo modo excusari possit aliàs de proprio, & ad omnia damna &c. Verum quia huiusmodi renunciatio actualiter facta non fuit; ideò Phebus iudicialiter illum cōuenit coram A. C. qui 11. Maij 1649. contra ipsum relaxauit mandatum executiuum ad factum, & deindè 3 Augusti sequentis pręuio decreto expeditionis dicti mandati aliud relaxauit pro summa florenorum 5000. loco damnorum, & interesse; sed interposita appellatione causa mihi commissa fuit cum clausula Si quid exequendum, vndè proposito dubio ad formam commissionis Informātes pro Laurentio principaliter opposuerunt mandatum ad interesse excusari non posse ab euidenti nullitate, vt potè relaxatū nulla præcedente illius liquidatione, quo per DD perpēso ad tollendum omnes ambages placuit ipsis respondere, ex integro relaxandum esse nouum man- 42 datum ad factum, quia dicta † clausula si quid exequendum constito de bono iure agentis præferat viā exequutiuā pro noua mādati relaxatione quatenus pręcedēs patiatur aliquas difficultates circā validitatem, vt respondit Rot coram Card. Mellino decis. 362 n. 3. in Eugubina pensionis 25. Maij 1618. coram b m Manzanedo, ac nuperrimè in Romana pecuniaria 27. Maij 1650. cor. R. P. D. meo Celso §. verum DD. & §. finali. Dū igitur promissio Laurētij de faciēdo renūciare vxorē munita fuit iuramē- 43 to, † & obligatione Camer. paratā habet exequutionē, vt probat Zacch. ad Galles, de oblig. Cam q. 2. num. 1.

44 num. 1. & 14. cum seqq. Atque ideò non dicto † de actuali renūciatione relaxari debet mandatum ad factū, vt obligatus præuia carceratione, & pignorum captione promissum factum adimpleat. vt responsum fuit in Fulginaten. liberationis à molestijs 27. Iunij 1646 coram R. P. D. meo Bichio penes eūdem Zacch decis. 261. num. 9. cum duobus seqq.

Non obstat quod Laurentius omnes adhibuerit diligentias, vt eius vxor renunciaret, ideoque excusari debeat.

45 Licèt enim Maritus faciendo † quidquid potest pro habenda renunciatione; si illam obtinere non valet regulariter sit excusandus, nec proindè teneatur ad aliquod interesse, secundum communem sententiam, de qua per Iasonem l. stipulatio ista sub num. 10 ff. de verb. oblig. Cret in l. 4. §. Cato in secunda lectura num. 30. ubiq. Galian. nu. 52 & Alciat. num. 130 ff eodem Ludouic. A fer. cons. 5. n. 14. cum duobus seqq. Ruyn cons. 67. n. 1. & per tot. lib. 4. Paris. cons. 110. n. 7. lib. 1. Card. Mantic de tacit. lib. 14. tit. 34. n. 11. & tit. 35. n. 1. cum seqq. Marant. in prax. p. 6 disp. 7. n. 20. referens in pūcto hāc opinionem esse veram, dummodò sine fraude fecerit totum conatum cum alijs per Rot. cor. b. m. Buratto decis. 64. n. 1. cum seqq. ibique Adden. n. 15. qui hoc defendit constito, quod non ficte, nec simulatè sed bona fide diligentias fecerit; Idq; et si

46 promissio esset amplissima, † nempè quod cum effectu entaret promissam renūciationem Couar. in cap. quamuis par. 2. §. 4. n. 6. ad fin. de pact. in 6. Ferret. cons. 128 n. 9. Paris. d. cons. 110. n. 42. & seqq. a n. 52 & 84. vbi respondet omnibus obiectis, Et iuramento vallata Surd. decis. 274 n. 12. cum seqq. vbi plures cumulat auctoritates Buratt. d. dec. 64. d. n. 2. immò etiam si fuisset promissum prout in casu nostro, quod faciendo possibilia non excusaretur Paris. d. cons. 110 sub n. 58. Gabr. cons. 131 n. 5. 6. & 7 lib. 2. vbi quod hoc potissimè seruari debet in Terris Ecclesiæ, vbi proceditur de æquitate.

47 Nisi omnius præfata non procedunt † quando prout hic, existente Contrahentium constare potest quod promittente non sufficeret quantumuis maximam diligentiam adhibere, nisi effectus sequeretur. Hoc enim casu promissor sine dubio ad interesse obligatur, cum voluntas Contrahentium etiā in stipulationibus in primis seruari debeat, vt limitādo præfatam conclusionem probant Dec. cons. 324 n. 1. Panciról cons. 44 n. 33. Ferret d. cons. 128. n. 10 Card. Mantic. vbi supra d. tit. 35 n. 19. vbi dicit hunc articulum esse valdè ambiguum, & controuersum Gabr. de pact. concl. 2. n. 9 Seraph. de priuil. iuram. priu. 74. n. 31. Cyriac. contr. for. cap. 103. n. 13. & 89. Vincentius Franch. decis. 624. nu. 12. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 17 n. 8 Rota decis. 67. num. 3 par. 4 recent cum alijs adductis per Adden. ad Buratt. dicta decis. 64 n. 18. & 19. Præfata autem

48 tem † contrahentium voluntas in proposito satis clara dehimitur, Tum ex illis verbis, quod possibilia, & impossibilia fecisse; factum alienum promisisse nullo modo excusari possit &c. vt in puncto perbellè firmat Marant. dicta disput. 7. num. 23.

vbi ponderat hæc præcisa verba; Tum etiam,

49 quia addita fuit clausula, † aliàs de proprio, per quam datur intelligi promittentem in omni casu non secutæ renunciationis de suo teneri voluisse, vt admittit Paris. dicto cons. 110 n. 10. & pluribus adductis probat Mantic. vbi supra dicto tit. 35. nu. 32. cum cæteris allegatis per Adden ad Buratt. dicta decis. 64. num. 1.

50 Præterea ponderatum fuit, quod prædicta † promissio emanauit correspectiuè ad Constitutionem dotis, vndè cum Laurentius præfatam dotis constitutionem acceptauerit, & consecutus fuerit, tenetur proindè ex parte sua adimplere propriam obligationem, aliàs iure optimo conueniri potest ad interesse, vt in puncto firmauit Rot. cor. Card. Caualer decis. 64 n. 1. & per tot quam refert, & sequitur Add. ad sa. me Greg. decis. 241. sub littera B. vers. hoc certum est.

51 Nec refert, † quod vxor noluerit renunciare sub prætextu, quod enormissimè læderetur, ac proindè ob hanc causam ipse quoque Laurentius excusari debeat, vt probat Ioseph Ludouic. dicta decis. 27. num. 11. & dixit Rota coram Buratto dicta decis. 64. n. 16.

Quia cum de tempore promissæ renunciationis

52 illius mater viueret, & sic quo ad ipsam † non ageretur de iure iam quæsito, sed de iure quærendo, ac de sola spe succedendi omninò incerta, & euentuali, vt potè pendente tam futura eius bonorū acquisitione, & conseruatione, quam ab illius dispositione, nulla penitus quoad eam probabilis læsio considerari valet l. 1. §. si impuberi ff. de Collat. Bonor. Aldobrand cons. 26. n. 119. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 9 gloss. vnic. par. 1. n. 22 & 23. cum cæteris allegatis in Romana Renunciationis 14. Iunij 1649 coram R. P. D. meo Ottobono, & 23. Martij 1650. coram Me otrobio sub §. final. Eoq; minus cum Anna Maria congruè esset dotata non solum de bonis Paternis, sed etiam pro summa florenorum 500. de materni, vt est in confesso apud Partes, ex quo proindè facilius excluditur allega-

53 tæ læsionis exceptio, nam † similiter dotata non læditur renunciando etiam pingui hereditati Dotantis Carol. Ant. Put. inter cons. Odd. cons. vnic. sub n. 17. vers. renunciatio autem. quem refert, & sequitur Fontanell. vbi supra dicta par. 1. num. 35. cum seqq.

Minimè obstat, quod Laurentius promiserit vxorem renunciaturam bonis, non autem hæreditatibus.

54 Quia bona cum hæreditate confunduntur, † ac promiscuè accipiuntur l. hæreditas 5. C. de pact. conuent. Alciat. cons. 14 n. 8. & 12 lib 5. Cyriac. contr. 88. n. 9. Præsertim in proposito, Tum quia sub vnica Periodo, & structura verborum etiam promissa fuit renunciatio bonorū paternorum, ideoq; sicut ista non possunt intelligi, nisi de hæreditate cum Pater iam esset mortuus, ita etiam idem dicendum est respectu maternorum, nè vnica

55 † determinatio inæqualiter determinet, contra text. in leg. iam hoc iure ff. de vulgar.

Tum

56 Tum etiam † quia dum Laurentius sequuto obitu Matris vxorem requisiuit, vt illius bonis renunciaret, non nisi de illius hęreditate intellexisse censetur, quod proindè omnem remouet verborum dubietatem, alias fortassè contingentem *argumento tex. in l ex facto ff de vulg. & in cap. si Papa de priuil in 6.*

Et ita vtraque parte informante &c.

Adsit Deus, qui veritas.

DEfuncto D. Petro absque prole, & ab intestato anno 1655. Dominus Franciscus ad eius successionem anhelabat, fundans se in renunciatione, quam anno 1640. Iacobo eius Patri, & hæredibus fecerat D. Lauinia, nunc soror Felix eiusdem Petri ex sorore nepos, duobus mensibus ante professionem, sub verbis amplissimis, nedum de hæreditatibus patris, & matris, sed & auunculi, patrui, & aliorum quomodocunque, sic tunc, & in futurum competentibus, & competituris, deuolutis, & deuoluendis per Aquilianam stipulationem, & pactum de non petendo, transferens &c. donans &c. cedens &c.

57 Ac proinde remedium † quorum bonorum contra meos principales intentauit, quod etiam hęredibus cessionarii, & renunciatarii competere, pro absoluto firmat *Ridolphin. in prax. par. 1. c. 10. n. 47 Rot coram Buratt. decis. 386 & par. 4 recent. dec. 48 num. 1. & decis. 73.*

Sed perperam, & minus iuridicè, vt arbitror, siquidem, cum tempore dictę renunciationis viueret adhuc dictus Petrus; vti ue renunciatio facta

58 per sororem Felicem de hereditate † viuentis, & nondum sibi delata sed deferenda in futurum, non potuit importare translationem, & cessionem dictæ hereditatis ad fauorem Iacobi renunciatarii, & eius hæredis, sed solum sororis Felicis abstensionem, abdicationem, repudiationem, & pactum de non petēdo dictam hereditatem, vbicumque casus dictę successionis quandocunque veniret, quasi ipsa per talem refutationem, solum se tollendo de medio aliis (quicumque illi forent) successionis ab intestato, faceret locum, vt bene distinguendo inter hereditatis delatæ, & deferendæ renunciationem, docuit magistraliter *Castren in l. planè 34. §. si duobus n. 9 ff de leg. 1 & in l si actionem 24 n. 2. C. de pact. Corn. cons. 206 n. 17 vol. 3 & cons. 239. vol. 4 Gabr cons. 135 n. 22. & seqq lib. 2.* vbi quod

59 † tali casu, qui promisit renunciationem, videtur solum se reddere insuccessibilem, non vero transferre *Crauett cons. 288. n. 1. & 2. Soccin. Sen. cons. 34 n. 1. lib. 4 Surd. cons 137 n. 7. & 8 Capyc. Latr. consultat. 76 n 46. & 48. & conclus 77 n 44. lib. 2. Onufr. Donand de renunciat. c. fin. n. 3. Hodiern. ad l. hac edictali C de secun. nupt. quęst. 11 nu 39. & 41. cum alijs seqq vsque ad 48 & plenissimè contr. 7 per tot. Io: Andreas de Georg. alleg. 29. per tot & in specie n. 14 & 22. Molfes ad consuetud. Neapolit. de renunciat q. 6. n. 27 & seq. Altograd. cons. 43. n. 37 & 41. lib. 2. Horat. Montan. controuers. 10. per tot. Andreol controu. 310. n 15. 22. & per tot. lib. 4. Francisc. de Andrea in cons apud Bottilier. de successi cap. 2. theoremat. 49. n. 18 cum pluribus seqq. & ipse Bottilier d cap. 2. theorem. 43. n 1. & theoremat. 50. num. 27. versic. Tamen subtiliter, & num. 28.*

Neque desunt rationes, quę huius opinionis

60 veritatē conuincunt. Tum quia cedere, transferre, & donare supponit iam acquisitionem, & existentiam iurium in cedente, donante, renunciante, & transferente, quia alias non posset transferre, & cedere illud ius, quod non haberet *l traditio 20 in princ ff de regul. iur.* cum ergo hęreditatis deuoluendæ in futurum, nulla possit considerari existentia, ius, & acquisitio penes renunciantem, quia viuentis nulla est hęreditas, & quia spes succedendi non

61 est in bonis, vt infra dicetur; proindè sequitur renunciationem futuræ, & deuoluendæ hereditaria censeri abstensionem tantum, abdicationem, & pactum non petendi, quod nullam acquisitionem supponit, non autem translationem, quę ius delatum, & acquisitionem indicat, vt bene ratiocinantur in proposito *Castren in l sicut maior n. 2. & 3. C. de repud hered. & in l. pactum quod dotale n. 8. C. de collat Corn. d cons. 236 vol. 4 Soccin Sen. d. cons 34 n 1. Consulens ille at ad Bottilier. d theor. 49 n 15. & Bottilier i sup d theor. 43. n. 1. Montan. d controu. 10 n. 12 & 13 Hodier d. controu. 7 n. 3. 4 15 cum pluribus seqq & d quast. 11 n 43 & 44.*

62 Tum, quia ius adeundi de sui natura est personalissimum, nec potest cedi, transmitti, & transferri in alios, præter suos heredes *l vnic. C. de his qui ante apert. tab l si mulier 9 ex ipso ff de iur. Dot. Hug. Donell comment Iur ciuil. lib. 7 cap. 4. Sanchez ad praecept Decal lib 2 cap 14. nu. 8. Gionagnet resp. 91 n 8 l. b. 2 Corn cons 171 n 4 & 5 lib 3. & cons 236. & 23 . lib 4. Cancer. var resol par 3 cap. 21. nu. 3 cum seq. Noal. de transmiss cap 8 per tot. Bottilier. d theor 71. n 2. & 3 Surd dec 140 n. 9. Grat. discept 271, à n 27 Peregr decis 151. n. 1. 2. & 3. Rot corā b m. Eminentiss Panzirolo in Firmana fideicommissi de Formonis 9 Iunij 1634 ferè*

63 *per tot.* vbi quod non est ius, nec venit † sub generali bonorum, & iurium donatione, & renunciatione, prout etiam firmant omnes suprà citati, nimo quod ideò ius adeundi non possit neque in fiscum transmitti licet sit loco hæredis, & successoris vniuersalis, nec veniat in generali confiscatione bonorum, docent *Parin quęst. crim. 25. num. 41. Nool. de transmiss d cap. 8. num. 18. Surd d decis. 140 n 3 vsque ad 10 & nu. 19. Gratian d discept. 271 num. 29 & seq. Bottilier. d theor. 71. num 3. Rot in dict. Firmana de Formonis*; & in fortiori-

64 bus terminis, quod neque spes hereditaris, † vel etiam legitimę patris viuentis, tanquam improba, immatura, acerbissima vana, non iuridica, & non considerabilis, non veniat nomine successionum, & iurium de futuro, & non transmittatur, licet sit cessa per contractum, & renunciat onem *ex text. in l. 1. §. si impuberes ff de collat. bonor Castill quotid controuer. par. 3 cap. 5. sub n 5. vsque ad fin. in specie n. 12. Anton Fab. de errorib.*

Z 2 pragmat.

pragmat.decad. 12.error.3.numer. 8. vsque ad fin. Sanchez ad præcept.decalog lib 7.cap. 2.numer.8. cum seq.& nu.33.Guttierez in repert. cap.quamuis in princ. num. 34. & 35.de pact in 6. Bertazzol.cons.55.numer. 27. Rot.& alij quos plenissimè Altograd. cons. 40.num.13.cum seq.vsque ad 18. & num.63.69.& 72.& cons 41.num. 56. cum plurib.seqq. vbi maxime quando dicta spes erat me-
65 diata, † non immediata, quia scilicet tempore renunciationis alij proximiores aderant (prout hic, ex infra dicendis) & num. 72. & 96. & cons. 43 num. 4. 10. & 36. lib. 2. & ita fuit decisum in Rot. Florentin. vt in decis. ibid. posita post d. cons. Altograd 43. §.moti autem.

Tum quia, quicquid sit de illa conclusione,
66 quod renunciatio successionum† deuoluendarum, & sic iuris de futuro, teneat, quando in renunciatione adsunt verba amplissima, & futurum tempus importantia, de qua Bart.Castr. Purpur. & Cagnol.in l.1 C de pact.cum alijs, quos Capyc. Latr. d. consultat. 77. num. 39.versic. secundo. Rot. post Gilian.ad statut.Perus. decis. 95.& 96. Attamen
67 hoc vnum certum est, quod dicta conclusio † intelligitur, vel quod illa teneat, & substineatur tantum in vim abdicationis, abstentionis, pacti de non petendo, & repudiationis, non autem translationis, & cessionis iurium, vt in terminis considerat Altograd. d. cons. 43.num.36.versic.secundo dicitur, Francisc. de Andrea apud Bottilier.d. theoremat. 49. num. 21. & 22. Versic. nam potest renunciari, & versic. nemo enim, & num.23.versic. cum illa fuerit & num. 26. versic. At nequaquam; Vel intelligitur quod illa procedat solum
68 quando hereditas futura habet† causam probabilem, & immediatam de præsenti, non autem mediatam de futuro, sine spe probabili, & immediata de præsenti, nam hoc casu, etiam si per verba amplissima, & de futuro concipiatur renunciatio, numquam in ea comprehenditur hereditas postea de futuro mediatè superueniens, vt post alios Ciriac. controuers. 290 nu.8.& 9 Rot.part.1.recent.decis. 549.nu.3.& apud Tamburin.de iur. Abbat.decis.6. Addent.ad Gregor.decis.265.nu.6.Surd.cons.267. num.5.20.21. vsque ad 36. & cons 308.à num.29. Menoch.tot. cons.749. Hodiern. in d.d.hoc edictali quæst.11 n.75.cum alijs pleniß.cumulat.per Paul. Rub.in Annotat.ad decis.123.par.4. recent. tom.2. Rot.præclarè decis.543.à num.9.vsque ad fin.par. 5.rec. vbi aderant verba (quibus ampliora in futurum excogitari non possunt) & post Merlin. de legit.decis.48.num.6.versic.Ideò renunciatio, vbi quod debet intelligi de hereditate immediata Altograd.d. cons.41.n.56.versic.secundo clarum. Quare cum in casu nostro, tempore contractus dicta soror Felix super hereditate futura d. Petri Auunculi non haberet ius, seù spem probabilem, & immediatam de præsenti, nedum quia viuebant eius fratres, à quibus vigore statuti exclusiui femina-
69 rum repellebatur, stante dotatione, quæ sufficit † ad hunc effectum, etiam in matrimonio spirituali Hended.cons.11.nu.12.& seq.lib.2. Tamburin.de iur. Abb.disp.8 quæst.10.Sperell.tot. decis.11. Michalor.de fratrib.par.3 cap 8.nu.2. sed etiam quia
70 viuebat quondam D.Lelia, sororis† Felicis mater, cui tanquam proximiori, de iure competebat dicti Petri fratris sui successio, ante ipsam nepotē l.consanguinitatis 3 C de legit.hæred. vtique appareat, quod hereditas Petri, quæ nunc (fratribus & ma-
71 tre † præmortuis) prætenditur delata d. sorori Felici, ex causa superuenienti post dictam renunciationem, tanquam ius tempore renunciationis non formatum, & immediatum, sed sine spe probabili de præsenti (vti mediatum, & futurum) non poterat in tali renunciatione comprehendi, vt (præter supra citatos) in puncto considerat Rot. d.decis.543 num.5. Altograd.d.cons.41.nu.56.versic secundo & num.57.cum seq.& d.cons.43.num. 15.16. 17. 18. & seq. vbi quod tunc nulla est spes probabilis de præsenti, quia renuncians potest præmori, & plura alia accidere, ex quibus non succedat, puta si adessent proximiores, à quibus excludatur, sed potius est spes improba, incerta, vaga, & inanis, vt etiam supra firmatum fuit, & num.35.& 36. & in terminis terminantibus, quod renunciatio facta de hæreditatibus, & bonis futuris, etiam verbis amplissimis à filia tempore, quo mater eam antecedebat in gradu, non extendatur ad Auunculi viuentis tunc, hereditatem, & bona Ruin.cons 98 per tot.in specie à num. 8. vol. 1. Dec.cons 379. per tot.signanter à n. 10. quod Decij consiliū sequitur in specie Fulgin de iur.emphyt.tit.de renunciat.quæst.7 n.8.& allegatur generaliter in proposito per Addent.ad Gregor decis.265. num.6.& Rot.post Merlin.d. decis 48.num.7.

72 Tum tandem, quia † ad omne peius Renunciatio hereditatis Petri viuentis, nulla semper fuit, & inualida, dum tunc, non consentit ipse Petrus (de cuius hereditate agebatur) vt dicit text. ad litteram in l.fin.C de pact., & est absolutissimum ex cumulatis per Antonin.nostr.Maceraten.var. resol.lib.2.cap.59.cas.22.Addent.ad Buratt.decis. 894.num.9 & ad Gregor.decis.85 num.32.Rot.coram Merlin.decis.274 Caren. resol.245. Andreol. d.controuers.310. num.1. & plenissimè Altograd. d.cons 40.n.5 & per tot.cons 41.42.43.lib.2. etiam stante iuramento Thesaur. Iun. quæst.forens.95. sub num.5.& 6 lib.1. Andreol.d.controuers 310. n. 6 Altograd.d.cons.41. num 11.& seq lib.2. latissimè Bottilier.de success.cap.2. theoremat. 44. num. 1.& per tot.

73 Neque applicatur † Limitatio, vt text. in d. l. final. non procedat, nisi dum specificè fuit renunciatum hereditati certæ personæ, secus autem vbi renunciatio fuit incerta, & generalis de omnibus hereditatibus, qualitercumque deuoluendis patris, matris, fratris, ac aliorum omnium; Quo casu non requiri consensum personarum incertarum, de quarum hereditate agitur, explicat in d.l. fin Cagnol.num.125.Crass.§.successio ab intestato quæst. 9.num 16. cum alijs per Gratian. disceptat. 692.num.46.& seq.& num.56.

Quia imo in casu nostro fuit specificè renunciatum

ciatum bonis patris, matris, auunculi, vt legitur in instrumento, & quamnis postea fuerit generaliter renunciatum incertorum etiam aliorum quorumcunque successionibus, non proinde sequitur, vt renunciatio priùs facta in specie de successionibus certis, non sit amplius specifica, & certa, vt omnium instar latissime defendit *Altograd d. cons. 42. per tot. & Andreol. d. controuers. 310. nu. 9. 10. 11. & 12.* vbi quod procedit hęc declaratio, etiamsi fiat renunciatio, ratione ingressus, dum fuit specificata prius certa persona, eiusq; hęreditas, indeq; malè prætenditur effectus translatiuus, & non abdicatiuus.

His positis non obstat pręcipuum partis aduersę fundamentum, quod huiusmodi renunciatio hęreditatis deuoluendę, saltem † habeat vim translatiuam, cum contineat interim tacitam conditionem, si in futurum dicta hęreditas deferatur, ideoq; tempore delationis secutę illa pręsumatur statim adita per renunciantem, & subindè cessa vt, *ex Castren. cons. 252. nu. 2. versic non tamen dico lib. 1. Gabr. cons. 135. numer. 3. versic Hoc casu lib 2. Becc. & alijs*, quos simul in fide, & materia non examinata secuti fuerunt *Giouagnon. resp. 91. num. 19. lib. 2. Gratian. disceptat 692. numer. 5. Surd. cons. 244 num. 19.*

76 Etenim hęc opinio † est penitus erronea nedum quia aditio tempore delationis, tanquam consistens in facto non pręsumitur, nisi probetur, plene *Noal. de transmiss. cas 8. numer, 18. Ciriac. controuers. 244. num 5 cum plurib. seqq Rot coram Buratt. decis 544. numer. 5. & coram Merlin. decis. 888. num. 2.* & tanto magis hic, vbi, sicuti aditio dictæ hæreditatis deferendę, nec animo fieri potuisset tempore renunciationis cum incer-

77 tum tunc non foret, † an deuoluenda, vel non propter existentiam aliorū proximiorū, & propter contingibilem pręmorientiam renunciātis ante illum, de cuius hęreditate agebatur, vt dixi, & proindè semper incerta d. translatio in alium, & in subsistens appareret, vt in specie considerat *Molfes. ad consuetud. Neapolit d. tit. de renunciat d quæst. 6. n. 32.* vbi quod ideò tunc operatur solum effectum abdicatiuum, prout considerat etiam *Altograd. d. cons. 43. n. 4 Hodier. ad Surd dec. 70. n. 13. Francb; dec. 89. n. 3. & 6. Io: Andreas de Georg d. alleg. 29. n. 17. cum duobus seqq. Montan. d. controuers. 10. n. 8. in fin. Versic. hinc in illa & n. 10. Versic. hinc in hac facti* ita pariter nec fieri poterat tempore delationis secutæ, & sic mortis illius, de cuius hęreditate tractabatur, cum renuncians tanquam monialis professa, esset tunc incapax omnino ad adeū-

78 dum, ne dum quia, vel † secundum opinionem Canonistarum cōmuniter receptam, hereditas delata dictę moniali, immediatè statim fuisset acquisita Monasterio, absque alia monialis aditione *Soccin Sen. cons. 183 n. 1. & 2. lib. 2. Becc. cons. 74. n. 12. & seq. Hodiern. d. contr. 7. n. 41. cum alijs per Rot. coram Buratt dec. 394. n. 3. & ibi Addent. num. 10.*

79 vel quia, secundum etiam aliam opinionem † Legistarum, certè in casu nostro, neque Monasterium potuisset pro se acquirere, & adire ex persona monialis, stante pręfata generali eiusdem monialis abdicatione, & repudiatione, facta tempore ingressus, prout etiam punctualiter aduertit (aliis relatis) *Hodiern. d. cōtrouers. 7. num. 41. Bottilier. d. theoremat. 71. num. 1. 4. & per tot. Montan. d. controuers. 10 num. 13 Andreol. d. controuers. 310. num. 23. Altograd. d cons. 42. num. 28. Michalor. de fratr. par. 3. cap 12. num. 52. cum plurib. seqq. in*

80 *specie nu 61. & seq.* sed etiam, quia † eum tunc monialis, vti professa non haberet amplius neque velle, neque nolle, & haberetur pro mortua *c. placuit & cap. nonnulli 16. quæst 1. cum alijs per Antonin. Macer. var. resol lib. 1. resol. 83. num. 19.* Vtique cessabat etiam retrotractionis fictio ad tempus dictæ renunciationis, cum extrema non essent am-

81 plius habilia, nam † tempore renunciationis, non potuit fieri translatio dictæ hęreditatis tanquam viuentis, & tempore hæreditatis delatæ, iam monialis esset incapax, professa, vt in specie dicto obiectui respondent *Molfes. vbi supra numer. 32. Hodiern d controuers. 7 numer 40. cum pluribus seqq in specie numer 42. 46 & seq. de Georg. d alleg. 29. numer. 17. cum seq. Andreol d controuers. 310. num. 23 24. & 25. Altograd. d. cons. 43. numer. 41. cum duobus seqq.*

82 Eoq; magis † insubsistens detegitur hęc opinio *Gabriel Giouagnon & Gratian. vbi supra* quia originaliter se fundant in *præalleg. cons. Castr. 252. lib. 1.* qui tamen loquitur in hęreditate delata (& sic extra casum nostrum) *numer. 3. Versic. respondeo quod licet* prout etiam in hęreditate delata loquitur *Surd. d. cons. 244. per tot. & cæteri DD. per Gabr. Giouagnon. & Gratian. allegati, Soccin. verò Sen. d. cons. 183 numer. 1. & 2 lib 2. Becc. d. cons. 74. num. 12 & Corn. cons. 272. numer. 4. & 5. lib 3.* pariter *per Giouagn. & Gratian. allegati* firmant potius nostram opinionem, vel quia dicunt ius adeundi non esse cessibile, vel quia firmant, moniales, esse tempore delationis inhabiles ad adeundum; Vltra quod in casu *Gratiani* renunciatio non erat facta à moniali, & proindè cessabat impossibilitas postea adeundi (de qua nos supra) & contrarium fuisse decisum *per Rot.* in suo casu, etiam ingenue fatetur *idem Gratian. numer. 22.*

83 Er quamuis *Horat. Montan. d. controuers. 10 sub num. 10. cum seq.* dixerit † posse renunciatarium monialis, tempore delatę successionis, cogere saltem monasteriū ex persona monialis ad adeūdum, & postea ad restituendum hæreditatē vigore obligationis per monialē factę tēpore renūciationis; tamen cōtrariū (latè rationibus *Montani* respondendo) demonstrat *Andreol d. contro. 310. n.*

84 *17. cum quatuor seqq.* & rectè, cū talis † obligatio de adeūda hęreditate futura alicuius viuentis sit a iure improbata *d l. fin. C. de pact.* cum alijs supra allegatis; & ideò cum semper ex prędictis, renunciatio furnrarū hęreditatū resoluatur in siplicē repudiationē, & pactū de nō petēdo, vt supra plenissimè probatum fuit, sit etiam consequens, vt tanquā

contradictoria repugnent inter se, repudiare, seu facere pactum de non petendo hęreditatem, & promittere illam adire, & restituere, & ideò tan-

85 quam † repugnantia inuicem hęc duo subsistere non possunt *ad l. obrepugnantia ff. de reg. iur.* vt ex aliis etiam benè prosequitur *Andreol. d. controuers. 310. num. 18. cum plurib. seqq.*

Non obstant tandem *Fab. de Anna consl. 45. per tot.* signanter *à num. 28. lib. 1. Surd. cons. 244. lib. 2. Giouagnon. d. resp. 91. num. 19. lib. 2. & Gratian. d. disceptat. 692. nu. 5.* si quidem authoritatibus *Surdi, Giouagnon & Gratian.* iam abundè satisfeci supra *Versic. Etenim hac opinio* Fab. verò de Anna reijcitur, tam ex rationibus supra per nos deductis, quam communiter a modernioribus pariter pro nostra opinione allegatis supra in principio, imò eiusdem Fabii de Anna rationibus pleniſſimè, & sigillatim satisfecit *Horat. Montan. d. controu. 10.* vnde satis erit locum indicasse, ne actum agere videamur.

Quibus sic stantibus non facit momentum quod stante renunciatione facta per dictam sororem Felicem ante ingressum, ad fauorem fratris, & heredum, ius fingat, quod mortuo dicto Petro auunculo, dicta monialis statim adiuerit hęreditatem dicti Petri, & vigore dictæ renunciationis transmiserit, & transtulerit ad hęredes fratris prędefuncti, nedum bona extra territorium, sed & bona in territorio existentia, cum tempore delationis dictę hęreditatis reperiatur dicta monialis professa, & successiuè non comprehensa sub statuto, exclusiuo fęminarum ab hęreditatibus quiuscunque personæ.

Nã tollitur primo, quià si dicta renunciatio hęreditatis nondũ delatæ, sed deferendæ, non fuit tran-

86 slatiua † iurium, sed tantum repudiatiua, abstensiua, & pactum non petendi, ac proinde ob eam tantum dicta Monialis se exclusit ab illis futuris successionibus, quibuscumque postea illę deferantur; iam sequitur dictam monialem, eueniente casu dictæ successionis, non potuisse transferre bona dictæ hęreditatis, neque extra, neque intra territorium existentia, vt probaui.

Secundo quia cum ta i tempore delationis dictę hęreditatis, dicta monialis esset professa, vtique

87 nullo pacto † potuit adire, & transferre ex cumulatis supra sub versic. etenim hęc opinio, est penitus erronea, & versic. pariter nec fieri poterat, vbi demonstraui, quod nec ipsa monialis ob professionem poterat amplius tempore delationis adire, & transferre, nec monasterium amplius acqui-

88 rere, obstante † repudiatione dictæ monialis facta tempore contractus, nec tandem amplius fieri aliqua retrotractio, cum extrema non essent amplius habilia *ex Molfes. Hodiern. de Georg. Andreol. Altograd. & Michalor. in locis supra allegatis.*

Tertio tandem, quia imo statutum exclusiuum fęminarum dotatarum a successione quarumcun-

89 que personarum, comprehendit † etiam moniales, dummodò (vt hic) statutum simpliciter fęminas excludat, nullamq; de religiosis mentionem faciat, & dummodò ante monacatum vinculum iniecerit ratione sexus *Honded. conf. 11. num. 12. & seq. lib. 2. Tamburin. de iur. Abbat. & monial. disputat. 8. quæst. 10. Graff. de effect. cleric. cap. 2. nu. 269. & 271. Thesaur. Iun. quæst. forens. lib. 2. quæst. 3. & quæst. 92. per tot. Bellett. disquisit. clerical. tit. de exempt. cleric. a statut. §. 4. nu. 14. & 19. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 11. in primo, & secundo casu, & quæst. 19. Barbos. de appellat. verb. signif. appellat. 99. num. 155. Bottilier. de success. theoremat. 12. num. 18. Peregrin. decis. 138. nu. 4. P. Azzor. instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 8. versic. item solent esse P. Dian. resol. moral. tom. 1. par. 1. resol. 124. & tom. 3. par. 6. resol. 8. versic. ad tertium P. Boss. Barnabit. de matrim. par. 1. cap. 11. nu. 68. Hodiern.* (pręclarè respondendo obiectis) *d. contr. 7. à num. 58. vsque ad 68. & ad Surd. decis. 10. nu. 4. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 8. num. 2. Mangil.* (disputato ad partes articulo) *de imput. quæst. 58. per tot.* qui ferè omnes de magis vera, & magis communi opinione, tam legistarum, quam etiam canonistarum, & Theologorum testantur addendo, quod ab ista non est neque in iudicando, neque in consulendo recedendum ex pluribus solidissimis rationibus, & signanter, quia debet attendi ratio finalis statuti conseruationis bonorum in masculis, & quia fęmina monialis non excluditur, nisi vti fęmina, non autem odio religionis, sed a primordio illam inhabilitando a successionibus tam delatis, quam posteà deferendis, vt latius per eos.

90 Neque refragari † videtur *Rot. in Bononien. successionis de Zanis 9. Decembris 1654. coram b. m. Bichio.*

Nam prӕterquam quod *d. decis.* visa fuit aliquam habere difficultatem, dum (vt audio) iterum disputato articulo, an esset standum, vel recedendum a decisis, non fuit capta aliqua resolutio in amplissimo illo iuris prudentię theatro, &

91 proinde † non videtur in ea fieri posse fundamentum, vt in simili dixit *ead. Rot. decis. 405. num. 54. par. 5. recent.* stante maximè recentissima opinione pro comprehensione monialium in dicto statuto exclusiuo, de qua nos supra; certè consideratio ibi adlata per *Rot. ex Salicet. in auth. cassa num. 14. C. de sacrosant. Eccles. & ex Ruin. & Cephal.* quos ibi allegat *ac Sperell. decis. 11. num. 13.* quod exclusio

92 † monialis non comprehendatur vbi statuti verba exclusiua fęminarum respiciunt tempus delatę successionis, quo iam fęmina reperiebatur monialis, & sic non subiecta, non videtur subsistens, cum illam in specie improbauerint *Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 43. num. 7. 8. & seq. Brun. de statut. exclusiu. artic. 6. num. 48. & seq. Thesaur. Iun. d. quæst. 92. num. 4. & 5. versic. neque attendendum. Tamburin. d. disput. 8. quæst. 10. num. 9. vers. quod vero sit Honded. d. cons. 11. num. 38. lib. 2.* quià statutum expresse, prӕueniendo a primordio, donec existant masculi, inhabilitauit fęminas ab omnium successionibus, auferendo mulieribus etiam spem ad hęreditates posteà quandocunque illis

deferen-

deferendas, vt in specie dicunt *Tamburin. Thesaur. & Hondedd. lo. c. citat. Graff. effect. cleric. 2. nu. 271. vers. alia est ratio* quę omnia magis militant in statuto nostro *lib. 2. rub. 38. § dictas autem feminas* vbi dicta inhabilitatio expressis verbis legitur inducta.

Sed quicquid sit in casu nostro, verè non obstat dicta decisio, nedum quia *ead. Rot. ibi in § fin* 93 admittit † expressè, tunc monialem excludi per Statutum, quando illa ante ingressum fecisset renunciationem de omnibus hęreditatibus, & successionibus, vt hic, quod idem pro cautela proponit etiam *Sperell d. decis. 11. num. 23. in fin.* Sed etiam, quia Statutum Maceratæ absolutè exclu-94 dit fęminas dotatas propter masculos † agnatos à quibuscunque successionibus tam delatis, quam deferendis post dotationem ab vno tantum factam, illas inhabilitando, donec supersunt masculi, & eorum descendentes, vt patet *lib. 2 rub. 30. de mulier dotat & rub 35. de testamen. §. nos igitur, & d. rub. 38 d. § dictas autem feminas*, quo casu *Rot. in d. decis. per tot.* & in specie *in § nam obiectum, & in § adeoquod*, firmat comprehendi etiam moniales dotatas, prout etiam in simili statuto idem pro absoluto docent *Cephal. cons. 146. num. 26 Marta cons 118. num. 15. Hondedd d. cons. 11. num. 38. versic & quando & num 39. Cancer. par. 3 var. resol. cap. 11 num. 197.* & passim alij supra allegati.

Quare &c.

Hieronymus Carbonus Maceratensis Iur. Ciu. Interpres, Curialis, & Cameræ Apostolicæ Fiscalis Aduocatus.

De Reo debitore confiscationem passo.

SVMMARIVM.

Fiscus tenetur ad omnia onera super bonis confiscatis contracta. num. 1.

Et ad omnia debita ante, non autem post delictum secuta. num. 2.

Creditores Rei confiscati tenentur agere contra fiscum, & non possunt contra debitorem. nu. 3.

Debitor confiscatus eximitur ab omnibus obligationibus ante confiscationem contractis. num. 4.

Etiamsi à Principe fuerit restitutus ad gratiam, sed non ad bona. num 5.

Dicitur nouus homo, nec potest molestari in bonis postea quaesitis ibid.

Et si esset obligatus in forma Cameræ num. 6.

Et remanet liberatus etiam in foro conscientiæ, num. 7.

Restitutus tamen ad bona tenetur ad solutionem æris alieni. num. 8.

Si confiscatio non est vniuersalis, sed alicuius quotæ bonorum, remanet liberatus pro illa sola portione, quæ deuenit ad fiscum. num. 9.

Confiscatio non extenditur ad bona diuersi territorij. num. 10.

Creditores Rei confiscati respectu bonorum non comprahensorum in confiscatione possunt plenè agere contra debitorem num. 11.

Fideiussor debitoris confiscati an, & quando remaneat liberatus num. 12. 13. 14. & 15. vbi plenè discutitur articulus.

Fiscus non potest dare in solutum bona, vel nomina debitorum creditoribus Rei confiscati, nisi in casu, in quo nihil ipsi remaneret. num. 16.

Tenetur ad omnia debita etiam contracta sub conditione potestatiua, fraude omni cessante. numer. 17.

Non potest conueniri executiuè secundum opinionem Antonini de Amat. num. 18.

Sed tenebitur summariè, & sine dilatione satisfacere creditoribus. num. 19.

Tenetur satisfacere creditoribus, qui contraxerunt in Prouincia debitoris confiscati, nec potest illos remittere ad bona diuersi territorij. num. 20.

Creditores Rei confiscati, qui in diuersis territorijs habet bona, an possint ex vi hypothecæ, omisso fisco sui Principis, agere contra fiscum alterius Principis, est quæstio controuersa, & resoluitur num. 21. 22. 23. & 24. vbi reijciuntur, & declarantur contraria.

QVÆSTIO XLVI.

1 QVoniam confiscatis bonis alicuius delinquentis † Fiscus tenetur ad omnia onera super illis contracta *l. 1. C. ad l. Iul. de vi publ. l. si ademptis C. de senten. pass. Sanch. in præcept. decalog. lib. 2. cap. 22. num. 74. & 75. Caball resol. 166. nu. 2 Gratian discept. 423. à num. 14. & discept. 840. num. 36 Thomat decis.*

2 *145. num. 11.* & debet soluere † omnia debita ante delictum, non autem postea secuta *Sanchez d. cap. 22. num. 76. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. titul. 1. numer. 54. versic. intellige Guazzin. de confiscat. conclus. 23. num. 29. Capyc Latr. consultat. 131. numer. 39* ideò creditores tenentur dirigere actio-

3 nes † contra fiscum in bonis debitoris succedentem, nec possunt contra ipsum debitorem *l. 3. C. de sentent pass. Farin. quæst. 25. num. 177. & 178.*

4 *Vermiglio! cons. 50. num. 1.* & debitor † confiscatus remanet omninò liber ab omnibus obligationibus ante cōfiscationem contractis *Giurb. cons. 45 num. 2. & infra Gratian. d. discept. 423. per tot. Thomat. d. decis. 145 num 2. Guazzin. de confiscat. conclus. 25 nu 1. & infra Merlin. de pignor. lib 5 quæst. 51 num. 1. Grammat. decis. 85 num. 5. & 6. iuncta addit. Petr num. 13. & de Mari num. 12. Caball. resol. 234 num. 1. & seqq. Zacch. de oblig. Cameral. quæst. 17. numer. 16. & infra Rot. recent. par. 3. decis 565 num. 1. & par. 4. tom. 3. decis 627. & decis. 635. vtrobique num. 1.* etiamsi Principe indulgen-

5 dulgente fuerit † restitutus, sed non ad bona, quia dicitur nouus homo, nec potest molestari in bonis postea quæsitis *Giurb. d. cons 45 num* 4. *Vermigliol. d. cons. 50. num* 2. *&* 3. *Caball. d. resol.* 234. *num* 4 *& seqq. Merlin. d. quæst.* 51 *num.* 12. *&* 13. *Rot. d. decis* 565 *num.* 1. *& d. decis* 627. *num.* 2. quæ 6 † procedunt etiam stante obligatione Camerali *Zacch d. quæst.* 17. *num* 20. 21. *& seqq.* ac in foro 7 † conscientiæ, in quo debitorem esse hoc casu tutum probat *Guazzin. Iun. tract. moral. lib.* 2. *cap.* 8 49. *num.* 35. sed si recuperaret † etiam bona, teneretur ad debiti solutionem, vt agnoscunt omnes allegati DD, & signanter *Giurb. d. cons* 45 *num.* 5. *& Merlin. d. quæst.* 51. *num* 22.

Est tamen aduertendum, quod si confiscatio nō 9 esset vniuersalis, sed alicuius † quotæ bonorum, non intrat liberatio debitoris confiscati, nisi pro illa portione, quæ deuenit ad fiscum *Peregrin. de iur. fisc lib.* 5 *tit* 1 *num* 37 *Giurb. d. cons* 45. *num.* 3. *versic adeo vt*; & debet etiam considerari, quod 10 si † confiscatio est secuta in vno territorio, & in alio sub diuerso Principe adsunt etiam bona, ad quę confiscatio non potuit extendi *iuxta dicta in quæst.* 43. respectu bonorum non comprehen- 11 sorum † possunt creditores plenè agere contra debitorem *Rot. decis* 545. *numer.* 2. *& seqq. par* 3. *recent. & post Zacch. de oblig. Cameral. decis.* 176. *num.* 7. *& infra.*

12 An autem debitore sic liberato † remaneat etiam liberatus eius fideiussor, est quæstio controuersa, si debet attendi varietas DD. relata a *Giurb. d. cons.* 45. *num* 6. & ideo existimo, parum accuratè fuisse locutum *Merlin. de Pignor. dict. quæst.* 51. *num.* 11. dum dixit fideiussorem esse liberatum pro rata bonorum deuentorum ad fiscum; quod enim fideiussor non liberetur, est *text expreß in l.* 1. *C de fideiuss* cuius verba sunt *si Lisias adempta parte bonorum exulare iussus est, non nisi pro parte, quam retinuit, creditoribus obligatus est; verum qui pro eo fidem suam adstrinxerunt, iure pristino conueniri possunt*; ecce ergo ex verbis textus colligitur non liberari pro parte fideiussorem debitoris confiscati, *& in l. sententia C. eod.* ibi *sententia bonorum omnium ademptionem continente, Rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non adimitur*; & propterea *Caball pluribus adductis d. resol.* 234. *numer.* 12. 13 *& infra* tenet fideiussorem posse à 13 creditoribus conueniri, sed ipsum † habere regressum contra fiscum, qui tenebitur satisfacere pro mensura bonorum, & non vltra, eandemque opinionem firmauerunt *Hering. de fideiussor. cap.* 20. *§.* 14. *num.* 11 *& seqq. num* 22. *&* 34 *Giurb. d. cons* 45. *num.* 12 *& Arias de Mesa var. resol. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. credo benè tamen, quod nisi be- 14 neficio excussionis † renunciauerit, possit dicere, prius esse excutiendum fiscum, qui successerit in omnibus bonis per vniuersalem confiscationem *Peregrin. de iur. fisc lib* 5 *d tit.* 1 *num* 66. *Mantic. de tacit lib.* 16. *tit.* 15 *num.* 21. *&* 22. *Hering. de fideiussor. cap.* 20. *§.* 14 *numer.* 23 *&* 31. *Giurb. dict. cons.* 45. *n.* 10. *& seqq. Arias de Mesa d. c.* 12. *n.* 3.

Quę diximus fideiussorem non liberari, fortius 15 procederent, si fideiussor † se obligauerit vti principalis, & tamquam talis conueniretur *Giurb. d. cons* 45 *num.* 8. *& facit Arias de Mesa var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *num* 6 volens eum, qui se debitorem principalem cum alio constituit in eodem instrumento, non gaudere beneficio excussionis, *& cap.* 14 *per tot.*

Quibus creditoribus Rei confiscati non tenetur fiscus satisfacere, nisi quatenus suppetunt vires bonorum, quæ fuerunt publicata, sed non ta- 16 men † potest nomina debitorum, vel alia bona dare in solutum, nisi in casu, in quo nihil ad eius commodum superesset *Caball resol* 266. *à num.* 1. *per tot.* 6. iunctis ijs, quæ scripsit *Constant. in l.* 1. 17 *num.* 111 *C de pæn fiscal. lib.* 10 & tenebitur † ad soluenda omnia debita etiam contracta sub conditione potestatiua, fraude tamen cessante *Constant. in d l.* 1. *num.* 113. 114 *&* 115.

Nec deterreantur creditores debentes agere contra fiscum, qui semper est durus aduersarius; quia licet contra ipsum non possit executiuè pro- 18 cedi, vt poterat agi † contra debitorem, si debet eredi *Antonin. de Amat resol.* 13. *nu* 23. 24. 25. 19 *&* 26. tamen debent † summariè, & sine dilatione docto de eorum credito assequi satisfactionem *Peregrin de iur fisc. lib.* 5. *tit.* 1 *num.* 1. *versic. creditores Farinac. quæst.* 25. *num.* 176. *Guazzin de confiscat. conclus* 23 *num.* 20. *& conclus* 25 *num.* 8 *Constant. in l.* 1. *num.* 83. *C. de pæn. fiscal lib.* 10.

Creditores Rei confiscati, qui in diuersis territorijs habet bona, an possint pro libito eorum voluntatis agere contra quemlibet fiscum, vel dumtaxat aduersus illum suę Prouincię, non est leuis contentio inter Scribentes; nam licet communiter admittatur, fiscum teneri satisfacere † 20 creditoribus, qui in illa Prouincia contraxerunt, nec posse eos remittere ad bona alterius territorii *Farin quæst.* 25. *num* 162 *Adrian. Negusant. in sylu respons quæst.* 348. *num* 11. *&* 12. *Constant. in l.* 1. *num.* 161. *C. de pæn fiscal lib* 10. *Salgad. Labyrint. creditor par.* 2. *cap.* 12 *num* 43. *& infra*, tamen si creditor ex vi suę hypothecę omisso fisco 21 suę Prouincię † vellet contra alium agere *Imol. in l. ex facto numer.* 16 *ff de hæred. instit.* voluit id esse licitum creditori, & non posse per fiscum impediri, in quam opinionem iuit etiam *Merlin. de pignor d. quæst.* 51. *num.* 19 asserens facere *Rot. decis.* 565 *num* 5 *par.* 3 *recent.* cui potest adiungi *decis* 176. *num.* 9. secuta in eadem causa *post Zacch. de oblig. Camer.* & probauit etiam *Salgad. d. cap.* 12 *num.* 34. *& seqq.*

22 Sed contrariam sententiam, quam † arbitror sequendam ad euitandas fraudes, quę sequerentur, dum omnes creditores, vt proprio Principi placerent, relicto fisco suę Prouincię aduersus alium experirentur, tenuerunt *Cyn. Petr Bald Angel Augustin. & Clar. quæst.* 78. *numer* 28. *relati à Farin.* qui illos sequitur *quæst.* 25. *num.* 173. quibus addi possunt *Carpan. ad constit nouiss Mediol.* in

in § omnium num. 546. & 547. Caball. resol 266. num 8. & seqq. & Constant in d l 1. num. 163. vbi quod non recederet in iudicando C. de pan fiscal. lib. 10.

23 Admittitur tamen, quod possit agi † contra fiscum alterius territorij, si bona in sua Prouincia existentia non sufficerent Carpan. dict. § omnium num. 548. Caball d. resol 266. numer. 12. Farinac. d. quaest. 25. sub numer. 173. & Constant in d. l. 1. numer. 164.

Nec conclusioni desuper firmatae, quod creditores non possint pulsare fiscum diuersi Principis obest decis. 365. num. 5. superius allegata, quia

24 Rota ibi † non decidebat causam cum fisco, sed inter debitorem, & creditores, & propterea dixit, quod circumscripto interesse fisci ille rationes placuerunt contra debitorem, qui passus confiscationem Florentiae, & habens bona in Vrbe non poterat reijcere creditores, vt agerent contra fiscum florentinum.

De Venditione rerum Confiscatarum.

SVMMARIVM.

Alienationes bonorum fisci, vel confiscatorum, & incorporatorum plures expostulant solemnitates, & quas, remissiue num 1. & 3.

Alienatio bonorum fisci est nulla, si deficiat vna ex solemnitatibus requisitis num. 2.

In alienatione praedicta requiritur subhastatio. numer. 4.

In alienatione bonorum acceptorum vti vacantium est necessaria subhastatio num 5.

Limita nisi Princeps, vel eius Procurator vendere bona num. 6.

In alienationibus, seu venditionibus bonorum fisci leges exposcentes subhastationem loquuntur in procuratore fisci, non autem Caesare num. 7.

In alienatione rei alienae facta a Principe, vel a fisco requiritur subhastatio ad effectum vt acquirens possit vti beneficio l. bene a Zenone, C. de quadriennij praescript. num. 8.

Et in venditione rerum debitoris fisci num. 9.

Alienatio, seu vendit. bonorum debitoris fisci semper sequitur salua conditione bonorum, nempe si essent subiecta fideicommisso, vel hypothecae num. 10.

Subhastationes, quae fiunt per Principem, vel eius specificum procuratorem non requirunt solemnitates statuti num. 11.

Princeps statutis non ligatur. ibid.

Fiscus an ligetur statutis, remissiue num. 12.

Fiscus ligatur statutis, & est opinio magis communis. num. 13.

Fiscus si vult subhastare bona sui debitoris, debet seruare statuta, vel consuetudines locorum, & stylum Tribunalium. n. 14.

Statutum praescribens formam in subhastationibus causarum ciuilium non ligat causas fiscales. num 15.

Reprobatur haec opinio. num. 18.

Statuta in ordinatorijs iudiciorum ligant fiscum num. 16.

Statuta dantia formam in subhastationibus perficiendis dicuntur ordinatoria. num 17.

In subhastatione bonorum fiscalium est seruanda forma iuris communis, non autem solemnitates statutorum. num 19.

Statuta condi non possunt a Populis subiectis absque speciali Principis confirmatione, maxime in derogationem Iuris communis. num 20.

Emptor bonorum fiscalium non potest inquietari a fisco secuta venditione. num. 21

Fiscus prohibetur euincere bona, quae vendidit, numer. 22.

Limita nisi fuisset laesus in pretio num. 23.

Laesio, ob quam fiscus potest contrauenire alienationi, seu venditioni laesiuae, quanta esse debeat, remissiue. num. 24

Venditio rerum Ciuitatis facta authoritate Praesidis est valida, & non potest retractari num. 25.

Laesio consideratur de tempore celebrati contractus, non autem si postea superuenerit. num. 26.

Limita. num 52.

Laesio non consideratur in his, quae pendent a futuro euentu. num 27.

Etiam in venditione rerum Minoris, Vniuersitatis, & fisci num. 28

Contractus celebratus cum Minore, Vniuersitate, vel fisco non debent rescindi, nec aliquam restitutionem admittunt ob lucrum, vel damnum superueniens. num. 29

Contractus ob lucrum superueniens non rescinditur, & quando. num. 30.

Contractus ob lucri superuenientis rescinditur ad fauorem fisci, secus autem Ecclesiae, Vniuersitatis, vel minoris num 31.

Frumenti pretium vilescit appropinquante messe. num. 32.

Venditio rerum minorum non potest rescindi remota negligentia administratorum. num 33.

Clausula dummodo non cedat in praeiudicium, & damnum Abundantiae apposita in venditione frumenti abundantiae, respicit tantum damnum, & praeiudicium de tempore contractus. num. 34.

De futuris nulla datur scientia num. 35.

Clausula praedicta nequit referri ad ipsum pretium, aliaq; deducta in contractum, & Praesidi exposita, sed ad praeiudicium, vel damnum non expressum num. 36.

Fiscus, vniuersitas, & minor an restituantur ad lucrum. num. 37 & 38.

Fisco, Vniuersitati, & minori datur restitutio non tantum, si vendiderunt tempore importuno, sed etiam si pretio non iusto. num. 39.

Contractus laesiuus in pretio est reducendus ad iustitiam, data electione emptori illud supplendi. num. 40.

Minor

Minor læsus in pretio potest rem ipsam auocare. numer. 41.

Frumentum, quando est seruandum pro nona Annonæ indigentia, si fuit a Ciuitate venditum, potest vendicari. num. 42.

Donat. Anton. de Marin. dicens restitutionem esse denegandam in contractu minorum læsiuo, declaratur. num 43.

Restitutio datur aduersus priuatam venditionem, non autem contra distractionem pignoris Pratorij, vel Iudicialis num. 44.

Contractus venditionis rerum minorum non validantur, nisi vendentes habeant facultatem vendendi, ac etiam vendant iusto pretio. n 45.

Contrahentibus licet se decipere in pretio. num. 46.

Regula prædicta procedit in ijs, qui habent liberam facultatem contrahendi, & possunt in rebus proprys sibi præiudicare, non autem in Ecclesia, fisco, vniuersitate, & minore. num. 47.

Læsio sufficiens ad impetrandam restitutionem est iniustitia pretij in sexta parte. num. 48.

Læsio in scutis 50 *in contractu scutorum* 1000 *est quantitas sufficiens ad impetrandam restitutionem. num* 49.

Læsio in scutis 1000 *fuit habita pro grandi a Senatu Neapolitano in venditione pro scutis* 32000. *num.* 50.

Læsio in ducatis 3000. *est habilis ad rescissionem contractus expleti pro ducatis* 43000. *n.* 51.

Læsio consideratur de tempore celebrati contractus in illis contractibus, qui momento perficiuntur, non autem quando est explicandum aliquid de futuro, differendo traditionem rei, vel solutionem pretij, quia hoc casu non spectatur amplius tempus secuta venditionis, sed destinatæ solutionis. num. 52.

In contractibus rerum Ciuitatis, vbi potest considerari futurum lucrum emptoris, & damnum vendentis, est pretium ad æquitatem reducendum. num. 53.

Pretio non soluto, vel non habita fide de illo non transfertur dominium rei venditæ in Emptorem. num. 54.

Administratores bonorum fisci, Vniuersitatis, & similium personarum non possunt credere pretium, sed debent vendere in pecunia numerata. num. 55.

Administratores prædicti non possunt vendere, nisi ex causa necessaria, vt satisfiat eorum creditoribus, quod non potest impleri, nisi cum receptione pecuniæ. num. 56.

Fiscus, vniuersitas, minor, & Ecclesia non possunt vendere nisi in pecunia numerata, non autem habita fide de pretio. num. 57.

Læsio in venditione fisci, vniuersitatis, & similium consideratur ex eo solum, quod fuit habita fides de pretio, & datur restitutio. num. 58.

Læsione probata datur restitutio fisco, minori, vniuersitati, & Ecclesiæ non obstante decreto Præsidis in venditione interposito. num. 59.

Clausula, quatenus Ciuitas, & Abundantia nullum detrimentum, seu damnum ex venditione recipiat, *operatur, vt præiudicio detecto contractus resoluatur. num.* 60.

Clausula, non alias, aliter, nec alio modo, *limitat voluntatem, & necessariam formam inducit, & ita facit resultare actus resolutionem, ac si nihil actum fuisset. num.* 61.

Clausula quatenus ciuitas, & Abundantia nullum damnum, seu detrimentum ex venditione recipiat, *& si non referretur ad expressa in contractu, attamen relinqueret actum eo modo, quo de iure esse deberet num.* 62.

Læsio superueniens non attenditur in venditione rerum mobilium. num. 63.

Contrarium. *num* 65.

Læsio superueniens non attenditur in contractu statim perfecto, & quando solutio non fuit dilata. num. 64.

In alienatione bonorum minoris, & similium personarum priuilegiatarum eædem solemnitates requiruntur, si bona sint stabilia, quam si mobilia, etsi seruando seruari non possint. num. 66.

Frumentum seruari potest per triennium. num. 67.

Minori denegatur restitutio vbi contractus est iuratus. num 68.

Limita nisi læsio sit enormissima. num. 69.

Cōmunitati denegatur restitutio vbi contractus fuit iuratus per suos administratores. num. 70.

Læsio in sexta parte admittitur ad fauorem fisci, quando sequitur venditio sub hasta, secus in venditione voluntaria, in qua requiritur læsio vltra dimidiam, nisi adsit dolus, vel fraus n. 71.

Læsio vltra dimidiam requiritur, vt detur restitutio in contractibus priuatorum, cessante tamen dolo, vel fraude. num. 72.

Venditio voluntaria bonorum fisci absq; hasta non potest sequi absque speciali Principis mandato num. 73.

Læsio an, & quomodo considerari debeat inter priuatos, si fuerit inita transactio super articulo adeo dubio, vt de futuro litis euentu non possit dari aliqua certitudo remissiue. num 74.

Fiscus habens bona cōmunia cum priuato, si vult illa diuidere, tenetur facere partes, & socio datur electio. num. 75.

Fiscus habens bona cōmunia cum priuato, si non vult illa diuidere, sed alienare, potest etiam partem socij vendere, sed tenetur socio partem pretij ad illum spectantem tradere. num. 76.

Etiam si fiscus habeat modicam partem. num. 77.

Amplia etiam si bona sint diuidua, dummodo intersit fisci totam rem vendere. num. 78.

Fiscus habens bona communia cum Ecclesia non vtitur suo priuilegio. num. 79.

Personæ omnes priuilegiatæ dicuntur personæ priuatæ, facta comparatione cum fisco num. 80.

Fisci Priuilegium in quibus casibus seruetur in venditione bonorum possessorum in cōmuni cum priuato, remissiuè. num. 81.

Fiscus habens bona communia cum Priuato, dum illa vendit debet requirere socium, vt si velit idem offerre

Pater

Pater legans filiæ mille pro dote, si viuens dat nuptui eum quingentis, illa Patre defuncto non potest petere nisi quingenta residui legati. nu. 128.

Legati ademptio non datur si causa, ob quam fuit donatum, non est eadem finalis legati. n. 129.

Legatum corpus, si sit diuersum a donato, vtrumq; debetur. num. 130.

In Donatione facta, vt quis contrahat matrimonium cum aliqua, dicitur causa finalis donationis ipsum matrimonium. num. 131.

Donationes factæ ob causam matrimonij fiunt pars matrimonij, & concernunt vtilitatem ne dum donatarij, sed etiam mulieris, ac ipsius parentum, qui alias tantam dotem non promisissent. num. 132.

Donationes factæ contemplatione matrimonij non possunt reuocari in praiudicium vxoris, neque ipso Donatario consentiente. n. 133.

Donatio facta contemplatione matrimonij spectat pro medietate ad maritum, & pro alia ad Vxorem num. 134.

In Donatione facta contemplatione matrimonij magis Corroboratur causa finalis, si absque illa matrimonium non fuisset secutum. num 135.

In Donatione causa impulsiua non habetur in consideratione. num 136.

Ademptio legati est quæstio voluntatis, non potestatis. num. 137.

Testator ex reuocatione vnius censetur voluisse confirmare omnia alia in testamento contenta. num. 138.

Dispositio collata post mortem Testatoris facit cessare præsumptionem solutionis prauentiua. num. 139.

Testator volens subrogare in vicem legati Donationem, non habet necesse repetere in testamento easdem conditiones. num. 140

Testamentum confirmatum in donatione facta contemplatione certi matrimonij transit in donationem, & efficitur inuariabile. num. 141.

Cautela nulla fuit vnquam reperta, quæ vltimas voluntates semper ambulatorias potuerit reddere immutabiles. num. 142.

Vltimæ voluntates non obstante iuramento semper possunt abscindi. num. 143.

Hæres testamentarius capit omnia bona etiam post testamentum quæsita, tam ex vi institutionis testamentariæ, quam ex verbis Generalissimis, instituit vniuersalem hæredem in omnibus, & quibuscunque bonis *num.* 144 & 145.

Donatio, in quam prætenditur transmutatum testamentum, est nulla. num. 146.

Testamentum non potest transfundi in Donationem inter viuos. num. 147.

Etiam fauore determinati Matrimonij. nu. 148.

Hæreditas non potest dari per pactum, quando illud continet successionem, & obuentionem bonorum post mortem. num. 149

Quod verificatur, quando quis vult aliquem esse suum hæredem. num 150.

Confirmatio non potest efficere irreuocabilem illum actum, qui de sui natura subiacet reuocationi. num. 151.

Confirmatio sequitur naturam confirmati ibid.

Confirmans nihil de nouo dat, vel facit, sed tantum approbat, quod confirmat. num. 152.

Confirmans relinquit actum eo modo, quo fuit ab initio præstitus, nec illum extendit. num. 153.

Confirmatio regulatur eisdem terminis actus confirmati num. 154

Dispositio, quæ est de sui natura reuocabilis, semper remanet talis, & si addatur pactum iuratum de habendo ratam, gratam, & de obseruando, nec contraueniendo. num 155.

Promissio de non reuocando nihil operatur, dum est apposita in clausulis executiuis. num. 156.

Ius accrescendi datur in vsufructu, etiam stante sola coniunctione verbali num. 157.

Legatum vsusfructus relicti a Testatore, ad substentationem nepotum, intelligitur de alimentis, quo casu cessat ius accrescendi. num. 158.

Vsusfructus legatus semper restringitur ad causam expressam. num. 159.

Legatũ vsusfructus cõprehẽdit etiã proprietatẽ, si post mortẽ legatariorũ sũt substituti eorum descẽdẽtes per viam fideicommissi, & primogenij n. 160.

Ex legato an dicatur debita proprietas, vel vsusfructus remissiuè. num. 161.

Alienationes volũtariæ adẽptionem inducunt. n. 162.

Transactionem impugnans an debeat restituere acceptum. num. 163. 164 & 165.

QVÆSTIO XLVII.

1 ALienationes † bonorum fisci, vel confiscatorum, & incorporatorũ plures expostulant solemnitates, quas enumerat *glos in l.* 1. *C. de fid.* 2 *instrum. & hast. fiscal. lib.* 10. † vbi quod vna ex illis deficiente alienatio est nulla, cuius glossæ meminit *Io. Francisc. de Pont. de potestat. Proreg. tit.* 4 *de regal. imposit.* 3 *§.* 5. *nu.* 10. & 33. inter alia autem requisita, quę † latè recensentur à *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 6 *tit.* 4. 4 *n.* 4. & *seqq.* requiritur subhastatio *§* 1. & 2 *cũ tot. tit. C. de fid instrum & hast fiscal Mangil de subhastat q.* 34. *per tot. Merlin de pignor. lib.* 4 *q.* 106 *n.* 3. *Carleuall. de iudic tom.* 1. *tit* 3 *disput.* 1 *n.* 9. *Sanfelic. in addit. ad decis.* 170. *n.* 14. *impress post* 1 *vol. solm ibi* 21 *col.* 1. *Post. de subhastat. inspect.* 3. *nu.* 5. 5 & 6 vbi extendit † ad bona accepta vti vacantia, & *n.* 35 *Dexart. decis. Sardin.* 93. *nu.* 2. & *seqq* sed 6 si † venderet Princeps ipse, vel eius specialis procurator, non debet interuenire subhastatio *Post. d. inspect.* 3. *n* 20. & *seqq.* volens, quod leges † ex- 7 poscentes subhastationem loquuntur in procuratore fisci, non autem in venditionibus, quæ fierent per Cęsaris procuratores.

8 Quæ subhastatio † requiritur etiam in venditione, seu alienatione rei alienę facta à Principe, vel à fisco ad effectum, vt acquirens possit vti beneficio *l. bene à Zenone C. de quadrienn. præscription. Mangil.*

Mangil. de Subbastat. quaest. 136. *nu.* 5. *& 7. Post.* 9 *d. inspect.* 3. *nu* 36. *&* 37. ac † in venditione rerum debitoris fisci *Nicol Bellon. cons* 5 1. *nu.* 5. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *nu.* 4, *Post. d inspect.* 3 *n.* 34. 10 *&* 35. in qua † venditione est aduertendum, quod semper illa sequitur salua conditione bonorum, nempè si essent subiecta fideicommisso, vel hypothecę, nam sine huiusmodi iurium pręiudicio dicitur experiri alienatio *Peregr. lib.* 6 *d. tit.* 4 *n* 43. quę consule ad effectum videndi distinctionem ibi traditam *Post. de subbast. inspect.* 52. *num* 9.

11 In subhastationibus, † quæ fiunt per Principem, vel eius specificum procuratorem, non desiderantur solemnitates statuti, cum Princeps illo non ligetur *ex Io. Francisc. de Pont. cons.* 54. firmat 12 *Post. d. inspect.* 3. *nu.* 11. 12 *&* 13, quęstio † tamen satis controuersa est, an fiscus ligetur statutis, vt poterit videri penes *Surd. decis.* 13. *& ibi Hodier. Farin. cons.* 183 *Paschal. de patr potest. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 59. 60. 61. *cum pluribus alijs seqq. Capyc. Latr. consultat.* 157 *num.* 52 *Rouit. decis* 69 *per tot.* quos perlegēdo patebit plurimos hinc inde extare Scri13 bentes, sed facile † colligetur magis communem esse, fiscum ligari statutis ob fortissimas rationes ab ipsis adductas, quas omitto, ne per alios actum agere velle videar.

14 Sed si fiscus vellet subhastare bona sui debitoris ego tenerem, esse omninò seruanda statuta, vel consuetudines locorum, & stilum Tribunaliū *Gratian. disceptat.* 375 *num.* 16. *Merlin. Pignatell. controuers.* 75 *num.* 12. & in puncto subhastationis rerum debitoris fiscalis *Merlin de pignor. lib.* 3. *quastion.* 6. *num.* 29.

Et licet *Gratian. d disceptat* 375. *num.* 21. quem refert *Post. de subbastat. inspect.* 24. *num* 37 dixe15 rit, statutum † præscribens formam in subhastationibus causarum ciuilium non ligare causas fiscales, non per hoc est recedendum a regula, quod 16 statuta † in ordinatorijs iudiciorum ligant fiscum *Hodiern. ad Surd. decis.* 13. *num.* 7. *&* 8. & conse17 quenter etiam statuta † dantia formam in subhastationibus perficiendis, quia dicuntur ordinatoria *Post, dict inspect* 24. *numer.* 28 *Rot post ipsum* 18 *decision* 94. *num* 7. nec † est curandum de authoritate contraria *Gratian.* quia non figit pedes, quinimò facit vim super inobseruantia statuti.

19 Si verò † essent subhastanda ipsa bona fiscalia, tunc censerem, esse seruandam solam formam traditam a iure communi, non autem solemnitates statutorum, quę fuerunt condita a Populis subie20 ctis, qui † absque specifica Principis confirmatione non possunt statuere, maximè ad derogationem iuris communis *Rot. coram Gregor. XV. decis.* 267. *num.* 7. *& Add. num.* 14. *coram Buratt. decis* 230. *num* 3. *& ibi Add. num.* 12.

21 Venditione † tamen secuta statim emptor est tutus, nec potest amplius inquietari per fiscum, 22 qui † prohibetur euincere bona, quæ vendidit *l.* 1. *&* 2. *C. de fisc. lib.* 10 *Margil de euiction. quaest.* 171. *num.* 14. *Arias de Mesa variar. resolut. lib.* 2. 23 *cap.* 17. *num.* 33. nisi † fuisset fiscus lęsus in pretio, nam tunc posset contrauenire alienationi, & venditioni læsiuæ *Antonin. de Amat. resol.* 38. *num.* 21. *Donat. Anton. de Marin. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 24 147. *num.* 1. quanta † vero debeat esse læsio, habui discutere in facto, dum hęc scriberem *in Recanaten. venditionis frumenti* 27. *Septembris* 1657. ad cuius decisionem secutam iuxta mea scripta edidi sequens votum.

Adhibito decreto Illustrissimi Domini Prǽsidis Prouinciæ Congregatio Annonę Ciuitatis Recineti vendidit vndecima Aprilis exacti Iosepho Petri Gentilis Pistori rubra quingenta frumenti pretio tunc temporis currente scutorum quinque pro quolibet rubro soluendo, dum in dies frumentum consumeretur, vel per totum Mensem Octobris 25 si consumi prius nequiuisset; quę venditio † successit hac forma adeo validè, vt de illius nullitate hodiè nullatenus dari possit *l* 3. *& ibi Bart. C. de vendend. reb. Ciuitat lib.* 11.

Nec potest retractari, & dici lęsiuus contractus, ex eo quod messe completa post plures menses fuerit secuta penuria frumēti, & pretium rubri fue26 rit auctum vno scuto vltra quinque, quia † ad effectum inducendæ lęsionis iniustitia pretij debet adesse de tempore celebrati contractus, non autem postea superuenire, cum lęsio superueniens non attendatur *l. si voluntate, C. de rescindend. vendit. Sola ad Constitut Sabaud. in rub. de alien. bonor min gloss* 2. *num.* 8 *Capyc Latr. consult.* 156. *num.* 54 55 *&* 56. *Altograd. cons.* 24. *num.* 21 *lib.* 2. *Rot coram Penia decis.* 620. *num.* 4. volens, non 27 † considerari læsionem in his, quę pendent à futuro euentu, *& in Asculana renunciationis prima Iulij* 1652. *§. Non obstat coram Reuerendissimo D. Cerro.*

28 Et in † terminis punctualibus venditionis rerum Minoris, Vniuersitatis, & fisci idem tenuerunt *Menoch. de arbitrar. cas* 149. *num.* 19. *Odd. de restitut. in integr. quaest* 57. *num.* 18. *& seqq. Ioann. Laganar in addit ad Rouit. pragmatic.* 1. *de iuribus & exactor fiscal. §. & licet iniustitia, iuncto §. & postremo,* vbi quod debet omninò attendi tempus celebrati contractus, non autem prospeti, vel mi29 nus prosperi subsecuti euentus, ac † huiusmodi contractus nunquam rescindi debere, nec aliquam restitutionem admittere ob lucrum, vel damnum superueniens, senserunt *Donat. Anton. de Marin. variar. resolut. lib* 1. *cap.* 46. *& cap.* 147. *vtrobique per tot. Post. de subbastation. inspection.* 57. *numero vigesimo secundo, & seqq. Arias de Mesa variar. resolution. lib.* 2. *cap.* 20. *numer.* 5 6. 12. 13. *&* 19.

Vt enim inquit *Bald. in l. cum pro pecunia numer.* 1. *C. de solution.* quem sequitur *Caput. de* 30 *Regim. Reipub. cap.* 7. *§.* 4. *numer.* 24 ob † lucrum superuenientes contractus non rescinduntur, quia, sicuti Emptores, vel Conductores rerum publicarum, si essent in damno, illud non peterent, ita non debemus eis inuidere, si sunt in lucro.

Plus dixerunt *Donat. Anton. de Marin. dicto* *cap.* 46.

cap.46. num.3. Fontanell decis 519 numer. 11. 12. & 16. & Capyc. Latr. consultat.5. numer.2.
31 firmantes rescissionem † contractus ob lucrum superueniens concedi soli fisco, non autem Ecclesiç, Vniuersitati, vel Minori adducentes optimos textus *in leg. prima, & secunda Cod. de vendend. reb. Ciuit lib. 11.*

Eoque magis esse ità resoluendum existimatur, dum nulla potest imputari culpa eidem Congregationi Annonę in hac venditione frumenti, nam nulla aderat spes certa, quod pretium crescere debuisset, quinimò poterat † sperari, illud
32 vilescere, appropinquante iam Messe, ad tradita, *per Merlin. decis 441. numer.7.* qua † negligentia remota, venditionem omninò subsistere, nec posse aliquo pacto rescindi, concludunt *Odd. de restitut. in integr. dict. quaest.57 num.25. & Arias de Mesa variar. resolution. lib.2. dict. cap. 20. numer.12.*

Quibus omnibus non videtur obstare, quod Illustrissimus Gubernator authorauerit venditio-
34 nem hanc, dummodò † non cederet in preiudicium, & damnum Abundantię, quia, vltrà quòd clausula non poterat respicere, nisi damnum, & praeiudicium de tempore contractus, cum de
35 † futuris nulla detur scientia *Caren resolut. 73. numer.21.* est etiam indubitatum, quod, dum
36 † ipsi Pręsidi fuit exposita tota series venditionis, & pretij, nequit referri ad ipsum pretium, aliaque deducta in contractu, sed ad aliud preiudicium, vel damnum ibidem minimè expressum *Mart clausul.158 numer.3. part.1. & clausul 8. numer.5. part 4. Rot. recent. decis.192. numer.5. part.1. & decis.720. numero sexto part. 3. cum alijs apud Barbos. clausul. 157. numero quinto, sexto, & septimo.*

Sed singulis supra adductis minimè attentis contrarium decidendum putaui, quod nempè sit concedenda restitutio in integrum aduersus contractum venditionis frumenti, quia omissa que-
37 stione, an † fiscus, Vniuersitas, & Minor restituantur ad lucrum, quam negatiuè determinant *Antonin. de Amat. resolution.38. numer.19. & 20. & Arias de Mesa variar. resolut. lib.2. cap.20. nu-*
38 *mer.7. 8. & 9.* pro † veritate tamen conclusionis erunt videndi *Salgad. Labyrint. creditor. part.2. cap.2 numer.5. & seqq. Capyc. Latr. consultat. 5. per tot. Fontanell. decision. 519. & decis. 520. vtrobique pariter per tot. cum ibi al-*
39 *legatis*, videtur indubitatum, quod † illis datur restitutio, non tantùm, si vendiderunt tempore inopportuno, sed etiam si pretio non iusto *Mangil. de subhastat. quaestion. 28. numer.3. 4. & 5. Antonin. de Amat. dict. resolut.38. numer.21. Fontanell. decis Catalon. 520. num.2. Salgad. Labyrint. creditor. part.2. cap.2. num.7. 9. 27. 28. & seqq.* admittit *Arias de Mesa dict. cap.20. numer. 13. in fin. num.16. & numer 19.* nec dissentit *Donat. Anton. de Marin.* cōtrariae opinionis accerrimus defensor *var. resol. lib.1. cap.147. num.6. & 7.* dum distinguendo inter lęsionem ex contractu,

40 vel ex pretio, firmat, contrarium † lęsiuum in pretio esse reducendum ad iustitiam data electione emptori illud supplendi, cuius opinionis in puncto illius supplementi fuit etiam *Odd. de restit. dict. quaest.57. art.4. per tot.* sed quod imo minor,
41 etsi laesus in solo pretio posset rem ipsam reuocare, non defuerunt firmare multi DD. *apud Simoncell. de decret. lib.3. tit.7. num.13. vers. quibus tamen non refragantibus, vbi adducuntur Cyn. Alberic. Castrens. Fulgos. Couarr. Natt. Crauett. Menoch. & Arius Pinell.* qui testatur, nunquam vidisse seruari opinionem contrariam, quae nec
42 hodie est recipienda, quoniam † non expediebat Ciuitati vendere idem frumentum, sed illud omnino pro noua Annonae indigentia seruare, quo casu res ipsa vendita vendicatur *Odd. dict. quaest. 57. num.11. Simoncell. de decret. dict. titul 7. numer.12.*

43 Et licet apud eundem † *Donat. Anton. de Marin. dict. cap 147.* adsint impressę quędam allegationes Pręsidis Vrsini, in quibus conatur probare, restitutionem esse denegandam, attamen, vltra quod ille loquitur de restitutione ad lucrum, & secùs dixisset de iniustitia pretij, vt videtur fateri *numer 17.* contra illa scripta *Vrsini* fuit resolutum ad fauorem fisci, vt habetur *ibidem sub numer.26 versic. hac causa*; Prout etiam ab hac opinione indulgente restitutionem non videtur discedere *Posi. de subhastat. inspect. 57. nam nu. 46.* vult, requiri iustum pretium, *& num. 50.*
44 dicit, dari † restitutionem aduersus priuatam venditionem, sed non contra distractionem pignoris Pretorij, vel Iudicialis.

45 Etenim inter † cętera requisita ad validandos similes contractus requiritur, vt qui vendit, non solum habeat potestatem vendendi, sed etiam vendat iusto pretio, quod si deest, venditio minime valet, *gloss in l. 1. vers omni ordine C. de fid. Instrument. & hast fiscal lib. 10. Io. Francisc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impposition. §.5. numer.32 33. 34. & numer.41. vers enim re-*
46 *quiritur*; Regula vero, quod licet † contrahen-
47 tibus se decipere in pretio, procedit † in ijs personis, quę habent liberam voluntatem contrahēdi, & possunt in rebus propriis sibi preiudicare, quales non sunt Ecclesia, fiscus, Vniuersitas, & Minor, prout animaduertit *de Ponte d. §.5. n.14.*
48 Iniustitia † autem pretii hic superuenta in sexta parte habetur pro lęsione sufficienti ad impetrandam restitutionem *de Ponte d §.5 nu.15.16. & infra num.23. in fin. num.31. vers. vbi omittitur Sola ad constit. Sabaud. tit. de iur. emphyteut. gloss. 2. num.24. Mastrill decis.84. num.6. & infra Mangil. de subhast. quaest 28 num.20. Antonin. de Amat. d. resol.38. num.21. Salgad Labyrint. creditor. par. 2. d. cap.2. num.9.* & fuit insuper consideratum,
49 quod scuta † quingenta de per se considerata, in quibus hodie secundùm pretium currens Ciuitas est grauata, sunt quantitas considerabilis, & afferrent maximum damnū Ciuitati, ideòq; sunt satis ad restitutionem, vt in contractu scut. mille

fuit

fuit habita pro sufficienti quantitas scutorũ quinquaginta à Couarr. variar. resol. lib. 1. cap. 3. num. 11. quam traditionem aliquantulum confusè retulit Odd. de restitut. in integr. quæst. 4. num. 123. vers. & tunc in bis, melius tamen, & clariùs recensuit Menoch. de arbitrar. cas. 75. per tot. & fuit amplexus Senatus Neapolitanus apud Donat. Anton. de Marin. d. cap. 147. sub num. 26. vers. hac

50 causa, in cuius † terminis erat facta venditio pro scutis triginta duobus millibus, & tercentum, & fuit habita pro grandi quantitas scutorum mille, & penes Capyc. Latr. consultat. 5. nu. 20. 21. & 22.

51 vbi † quantitas ducatorum ter mille fuit cõsiderata habilis ad importandam læsionem in contractu explero pro ducatis quatraginta tribus mille.

52 Non obstat, † læsionem debere adesse de tempore celebrati contractus, non autem superuenire, quia conclusio habet locum in illis contractibus, qui momento perficiuntur, non autem, quando est explicandum aliquid de futuro, differendo traditionem rei, vel solutionem pretij, vt hic, nàm in hoc casu non spectatur ampliùs tempus secutæ venditionis, sed destinatæ solutionis Mascard. de probat. conclus. 963. num. 7. Donat. Anton. de Marin. variar. resolut. lib. 1. cap. 91. numer. 17. qui ambo loquuntur, dum fuit dilata solutio, & lib. 2. cap. 139. numer. 8. & seqq. Larrea decis. Granat. 69. per tot. tom. 2. Mangil. de subhastat. quæstion. 42. numer. 16. & 17. Post. dict. tract. inspect. 60. num. 31. apud quos innumeri adducuntur concordantes.

Et fortiùs, dum ab ipso mense Aprilis experti rerum rusticarum asserebant non mediocrem frumenti penuriam in hac Prouincia fore ad futuram;

53 ideoq; † huius frumenti venditio ad lucrum emptoris, & damnum Ciuitatis vendentis poterat iudicari successura, vnde circa omnem difficultatis aleam contractum ad æquitatem reducendum, resoluit Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 274. & 275.

Pauca etiam, vel nulla dubitatio videbatur admitti,

54 dum † nullum potuit transferri dominium in emptorem, pretio non soluto, vel non habita de illo fide l. quod vendidi ff. de contrahen. empt. §. vendita instit. de rer. diuis. Io. Francisc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impositione. §. 6. num. 7. Altograd. cons. 9. num. 3. & seqq. vbi quod ipsa res potest vendicari, vol. 1. nam fides habita in hoc contractu non fuit visa considerabilis ex defectu potestatis, cum administratores † bonorum

55 fisci, Vniuersitatis, & similium personarum non possint credere pretium, sed debeat vendere in pecunia numerata l. si Procurator in fin. iuncta gloss. ff. de iur. fisc. de Ponte d. §. 6 num. 8. & infra, eam

56 assignans rationem, quia † istæ personæ non possunt vendere, nisi ex causa necessaria, vt satisfiat eorum creditoribus, vel alijs eorum necessitatibus, quod non potest impleri, nisi cum receptione pecuniæ Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 21. num. 4. Arias de Mesa variar. resolution. lib. 1. cap. 50. numer. 13.

57 idemq; † venit dicendum, quamuis venderent ipsemet personæ superiùs expressę, gloss. parua in dict. l. si Procurator, & innuunt etiam de Ponte. Mantic. Arias de Mesa in locis allegatis, & Odd. de restitut. in integr. dict. quæst. 57.

58 numer. 10. volens † resultare læsionem, & dari restitutionem ex eo solum, quod fuit habita fides de pretio; quę sunt tanto maiori animaduersione digna, cum Ciuitas debens emere frumentum pro annona publica, & non habens pecuniam, cogeretur accipere sub vsuris, dum posset habere propriam, si non fuisset habita fides.

Nullum fuit visum exoriri impedimentum ex

59 Decreto Domini Gubernatoris; Tum quia † illo non obstante aduersus læsionem probatam, conceditur restitutio fisco, Minori, Vniuersitati, & Ecclesiæ Sola ad constitut. Sabaud. titul. de form. et ordin. seru. and. in pignorationib. subhastation. & deliberation. bon stabil. gloss. 3. numer. 16. & seqq. Mangil de subhastat. quæstion. 39. numer. 8, ad quem locum se retulit in quæstion. 42. num. 11. pro conciliandis opinionibus contrarijs; Tum quia Gubernator præuidens damnum Communitati aduenturum noluit suam auctoritatem inter-

60 ponere, nisi conditionalitèr † cum clausula, quatenus Ciuitas, & abundantia nullum damnum, seu detrimentum ex eo recipiat, qui modus loquendi operatur, vt præiudicio detecto, contractus resoluatur Gratian. disceptation forens. cap. 980. numer. 7. & 8. cum alijs allatis per Barbos. dict. claus. 157. numer. 9. maximè superaddita

61 † alia, non alias, aliter, nec alio modo, quæ sicuti limitat voluntatem, & necessariam formam induit, ita facit resultare actus resolutionem, ac si nihil actum fuisset Barbos. qui sufficiat pro

62 omnibus, claus. 82. per tot. & quatenus † etiam non referretur ad expressa in contractu, adhuc relinqueret actum eo modo, quo de iure deberet esse, cum similis reseruatio nihil noui concedat, sed ius, siuè bonum, siue malum, vt prius erat, dimittat Pat. decision. 191. numer. 17. in correct. libr. 1. Barbos. dicta clausul. 157. numer. 8.

Perpensis omnibus rationibus, vna cum DD. suprà adductis, & inhærendo etiam æquitati, censui, supplendum iustum pretium per emptorem, eoque nolente supplere, Ciuitati reddendum esse illud frumentum, cuius pretium non fuit solutum.

Et ita fuit iudicatum, sed audiui post causam

63 decisam, quod obijciebatur, hic dicta † circa læsionem superuentam non posse procedere in venditione rerum mobilium in qua debuisset læsio probari præcisè de tempore contractus ad tradita per Bartol. in leg. vnic. numer. 31. Cod. de eo quod interest, & ibi Rebuff. numer. 503. Rot. diuers. decision. 825. numer. 2. part. 4. quæ est Pamia decision. 706. numero quarto, secundum impression. Lugdun. Add. ad Buratt. decision. 538. numer. 22. versic. primus est; nihilominus putaui non esse discedendum à conclusione firmata, nàm vltra quòd & in his contractibus non est

necesse, quod testes se restringant ad tempus celebratę venditionis, vt explicant *decis. Pen. & Add. ad Buratt.* certum † est *Bart. & sequaces* loqui in contractu statim perfecto, & non quando solutio fuit dilata, in quo casu, sicuti ipsi nihil dixerunt, ità intrat limitatio adducta per DD. suprarelatos, apud quos non distinguitur, an bona sint mobilia, vel stabilia, imò † *Cancer. & Larrea* exemplificando vnum casum per ipsos positum in frumento videntur, hanc distinctionem non attendere; eoque magis, quia † in minoribus, & similibus personis priuilegiatis, quę iure minorum vtuntur, DD. considerant tam bona stabilia, quam mobilia, & si seruando seruari non possint, & volunt, in vtrisque easdem solemnitates requiri, si alienantur *Carpan. ad statut. Mediol. capit. 328. numer. 83 part. 1. Pic. ad statut. Vrb. glos. 7. numer.* 13. quæ fortius procedunt in tam magna † quantitate frumenti, quod adhuc per triennium seruari poterat *Surd. decis. 81. num. 1. Munnoz. de ratiocin. cap. 17 num. 8.*

Si autem † contractus esset iuratus, denegaretur minori hoc remedium restitutionis *Odd. de restit quæst. 54. num 32 Gregor. XV decis. 406. num 1. & 5. iuncta addit. num. 18.* vbi, quod tamen † iuramentum non obstaret, si læsio esset enormissima; & idem † beneficium restitutionis denegari Communitati aduersus contractum iuratum per suos administratores, scribit *Seraphin. priuileg. iuramen 83. numer. 26.* & latius reassumpsit *priuileg. 96 sub num. 3. versic. ista conclusio extenditur, & numer. 4. cum seqq.* vbi respondet omnibus contrariis.

Censeo tamen aduertendum, quod læsio † in sexta parte ad fauorem fisci tunc attenditur, quandò sequitur venditio sub hasta, nam in venditione voluntaria illi non subuenitur, nisi adsit lęsio vltra dimidium, vt † practicatur in contractibus priuatorum, cessante tamen dolo, vel fraude *Capyc. Latr. decis. 188. à numer. 25. per tot n 31.* hęc † autem venditio voluntaria absque hasta non potest sequi absque speciali Principis mandato, vt diximus *in princip. huius quæstion.*

Viso quanta sit la... in bonis fisci, minorum, & similium personarum, volo apponere casum valdè practicabilem, quem ego iudicando determinaui †, an, & quomodo debeat considerari lęsio inter priuatos, si fuerit inita transactio super articulo adeò dubio, vt de futuro litis euentu non posset dari aliqua certitudo, & propterea resolutionem tunc per me editam *in Firmana restitutionis transactionis* volui in fine præsentis quæstionis denuo committere typis.

Non semel vidi dubitatum, an fiscus habens bona communia cum priuato possit illa alienare, & pro dubij determinatione est notandum, quod si fiscus † vult illa diuidere, tenetur ipse facere partes, & socio datur electio *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. numer. 24. Constant. in l. 1. numer. 9. & 10. Cod. de vendition rer fiscal. lib. 10.* vbi loquitur de bonis confiscatis *Carocc. decis. 135. numer. 5. Massil. ad Capyc. decis. 36. numer. 2. versic. quinto fiscus Capyc. Latr. decis. 28. numer 13* si † autem fiscus non vult diuidere, sed alienare, quia magis sibi expedit, potest etiam partem socii ex speciali priuilegio vendere, sed tenetur socio partem pretii ad illum spectantem tradere *leg. 1. vbi Constant numer. 1 & seqq. C. de vendit. rer fiscal. libr. 10. Carpan. ad statut. Mediol. capit. 433. numer. 75. tom. 1. Intrigliol. singul. 27. numer 1. & per tot. libr. 1 Posi de subhastat. inspect. 28. numer. 58 & 59. Antonin. de Amat. resol. 54 numer. 2. Arias de Mesa var. resol. libr. 2. capit. 17. numer. 1. & infra Capyc. Latr d. decis. 28. numer. 14. iuncta addit numer. 28.* & si † fiscus habeat modicam partem, quia illa modica portio fiscalis trahit ad se totum *d. l. 1. C. de vendit. rer fiscal. Peregrin. de iur fisc. libr. 6 d tit 4 numer. 23. Posi. de subhastat. d. inspect. 28. numer. 61. & 62* vbi ampliat † etiam si bona essent diuidua; dummodo intersit fisci vendere totam rem *Arias de Mesa d cap. 17. num. 23. lib 2. Berlich decis 300. num 96. tom. 2.* quę tamen, sicuti † cessant, dum bona sunt communia cum Ecclesia, cum qua fiscus suo priuilegio non vtitur *Constant in d l 1 numer. 29 30. & 31 C de vendit rer fiscal* ita practicantur aduersus omnes alias personas etsi priuilegiatas, quia † facta comparatione cum fisco, omnes dicuntur personę priuatę *Arias de Mesa d. cap 17. num. 31. & 32.*

In omnibus † tamen casibus, in quibus hoc priuilegium fisci seruatur, qui recensentur *per Carpan. d cap. 433 à num. 76 & Constant. in dict. l. 1. num. 33. & seqq. vsque in fin.* certum est, quod fiscus † debet socium requirere, vt si velit idem pretium offerre, in emptione pręferatur *Constant. in d. l. 1 nu. 19. & num 69 versic & denique Intrigliol in addit ad d sing 27. lib. 1. Antonin. de Amat. resol 54. num. 1. Giux. ad Capyc. Latr. decis. 28. num. 28. & seqq.* vbi disputat, an idem † procedat etiam in locatione rei communis, quam quæstionem discutit etiam *Constant. in d. l 1. à nu. 59 per tot 60.* ad ipsos ergo erit recurrendum, dum casus eueniet.

Electa † via diuisionis per fiscum, & effectiuè illa secuta, censerem non posse amplius vti hoc priuilegio vendendi totam, cum deficiat communio, quæ desideratur ad hunc effectum *Arias de Mesa d. cap 17. num. 6. lib. 2. & latius Constant. in l. 1. numer. 22. versic. non autem C de vendit. rer fiscal. lib 10.* vt in simili dicitur, quod socius † habens ius retractus in venditione rei communis, non potest illum obtinere, dum prius fuisset facta effectiua diuisio *Grattan. discept tat 874. numer. 12. & seqq. Rot. coram Merlin. decision. 386 numer. 16 cum seqq. & decis 41 numer. 16. & 17* in quibus locis assignantur efficacissimæ rationes.

Sed non † tamen fiscus poterit aliquem coge-

cogere ad emendum bona confiscata *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6 tit. 4. num. 44. Gratian. disceptat. 149. num. 33. Giurb. decis. 86. num. 2. & obseruat. decis. 90. num. 17* quæ tamen regula posset accipe-87 re notabilem declarationem, quod si † res fiscales non haberent conductorem, posset quis cogi ad cōducendum tribus requisitis concurrentibus, nempe quod conduxerit in antecedētibus annis, secundo, quod multum fuerit superlucratus, & tertio, quod in futurum conductor non reperiatur *Giurb. d. obseruat. 90 n. 18. Ioseph de Mele ad Giz-88 zarell dec. 5. n. 6 & seqq vbi n. 7.* addit † quartum requisitum, scilicet rebus sic stantibus, & non mutatis de primo ad alium annum causa pestis, belli, & similium *& num 9.* dicit non obseruari nec in 89 Ciuitate Pataui, neque in Hispania, an † autem, sicuti antiquus conductor potest cogi ad subeundum incommodum reconducendi, ita etiam volens sit præferendus conductori nouo rerum fiscalium, extat *decis 5. Gizzarell quę iunctis additiion Baldaxar. de Angel. Ioseph. de Mele Didac. de Mare* adeo plene, ac exactè casum decidit, vt ni-90 hil possit amplius desiderari, & ponit etiam, an † idem sit dicendum in conductoribus bonorum Ecclesię, ideò ad illos remitto lectorem, addens idem tractari per *Capyc. Latr. decis 159.*

91 In Statu † tamen Ecclesiastico non habet locum conclusio supra adducta, quod fiscus non possit cogere inuitos ad redimēda bona confiscata, quia adest *bull. Sixti IV. inter constit. Marchi-92 lib 4. cap 18.* per quam † compelluntur consanguinei, & affines vsque in quartum gradum ad re-93 dimendum eadem bona, † & illis deficientibus Communitates locorum, vbi bona posita sunt, 94 quos † consanguineos, & affines non esse considerandos ordine successiuo, & iuxtà gradus prę-rogatiuam, sed quemlibet teneri pro virili, solidè, ratiocinatur *Caballin ad d cap. 18. nu 2.* quem vti vltimo loco relatum videtur secutus *Paschal. de patr. potest par. 4. cap. 5 nu 73. versic sed huic con-95 clusioni;* & ita in simili seruat † S. Consulta, dum indistinctè astringit affines, & consanguineos bānniti ad prestandam cautionem de non offendendo, vel non ingrediendo Statum Ecclesiasticum, adiecto temperamento, quod proximiores releuent absque damno remotiores in gradu, de qua obseruantia facit fidem *Guazzin de caution. p. 2 quæst. 59. n. 5.* cuius meminit *Paschal d. cap 5. sub d. n. 73.*

96 & licet † contrarium scripserit *Vermigliol. cons. 316.* non tamen est recedendum à prędictis, dum eius scripta pugnant diametraliter cum dicta obseruantia S. Consultę, ideoq; nec est adhęrendum *Negusant. in Sylu. respons. quæst. 531. num. 6. 7.*

97 & 8. contrarium volenti; quia Princeps † sic statuendo voluit prospicere fisci vtilitati, non autem ordinem successionum attendere; melius tamen erit cuiuslibet Tribunalis obseruantiam inspicere, & sequi, vt inquit *idem Caballin. d cap. 18. n. 3.*

98 in reliquis tamen circà intellectum prefatæ bullæ puto pertranseundum cum *eod. Negusant. dict. quæst. 531.* quia hoc casu excepto benè explicat mentem illius Summi Pontificis.

Sequitur Resolutio Authoris in Firmana rescissionis transactionis 1. Martij 1655.

Iurgij iudicialis instantis super bonis olim Ioannis Baptistę de Lucis sopitricem transactionē initam inter Marinoctium, & Lutium ipsius Nepotes, qui prius ex testamēto, mox vi donationis ad successionem vocatos fuisse contenderant, sicuti euertere nitebantur Moniales S. Laurentij Terrę Amandulę, quæ ex postrema Marinoctij voluntate illius hęreditatem fuerant adeptæ, ita defendere conabatur ipse Lutius pro illius rescissione pulsatus.

99 Et pręcipuo, quod transactio † hęc maximam continens lęsionem esset ex remedio *l. 2. C. de rescind. vend.* infringēda *Bellon Iun. cons 79. n. 9. Penia decis 1489. num. 6. & decis 1655. num. 3.* satis occurrere existimabat, considerando prius in facto, quod ingrediente anno 1627. idem Ioannes Baptista testans legauit ipsi Lutio, ac etiam Marino, & Guido alijs nepotibus quædam bona, instituitque heredem vniuersalem primogenitum ab vno ipsorum trium procreandum, iniuncto reciproco ac perpetuo fideicommisso; quod de mense Augusti eiusdem anni donauit contemplatione certi matrimonij prefato Lutio alia bona irreuocabiliter inter viuos, & in eiusdem donationis Instrumento declarauit nolle infringere testamentum, quinimò illud medio iuramento in omnibus confirmauit; quodque iam cadente anno 1630. pariter determinati matrimonij ratione donauit Marinoctio alia bona, & simul ex nominato testamento ademit institutionem vniuersalem ad fauorem ipsius Lutij; eiusque primogeniti in primogenitum in infinitum, ob ingratitudinem, aliasque causas ibidem descri-100 ptas. Exinde in Iure, quod testamentum † in donatione reuocari minimè valet, cum requiratur actus tetrosimilis, nec per dispositionem inter viuos infirmetur *Thesaur. Iunior quæstion. forens 45. numer. 2. libr. 3. Francchin & Pheus apud Farinac. cons 105. per tot. vol. 2. Andreol. controuers. 221. num 27. & seqq.*

101 Nec minus † eadem donatio poterat inseruire pro contraria voluntate testatoris coram tribus testibus explicata, ad hoc, vt testamentum diceretur reuocatum iūcto lapsu decennij *l. Sancimus, C. de testam. & ibi Bald num. 1. & Alexand. nu. 8. vers veritas est igitur, Nitas in § ex eo autem numer. 6. & Mysinger numer 5. institut quib. mod. testam. infirmentur Couar. de testam. par. 2. num. 10. vers 9. Magdalen. de numero test. in testamen. cap. 17. num 22. & 23. Gallus except. in success 4. numer. 4 par. 3. titul. 1. Ias. cons 131. lib. 1. Alciat. respons. 111. nu. 9. lib. 9. Giouagnon. cons 7. num. 23. lib. 1. Altograd. cons 65. numer. 8. & 23. volum. 2. Boss. moral. tom. 1. tit. 2. §. 2. num. 146.* Quoniam 102 decennium, † aut debet adfuisse ante reuocationem testamenti *Castrens. in dict. leg. Sancimus sub numero primo Azorius Cod. de testam.*

testam. num. 23. Cuiac. C. eodem tit col.7 fol. mihi 685. Socein in *l si mihi, & tibi §. in legatis num. 15. ff. de legat primo. Ancharan. quaest. 70. num. 1. & seqq. lib. 2. Alexand. conf 30 num 4 lib. 3. & cons.* 159. *num. 5 lib. 7 Paris cons 34 num 58. lib. 2. cons.* 10. *num. 17 & cons. 46 num 25. lib. 3 Decian. responsf. 126 num. 2 lib. 3 Rolandin. de testam. rubr. 36. num. 6. vers. item si à tempore, Menoch. praesumpt. 166 num 44. lib. 4 Personal. de petition. haereditat. num. 629. vers secundo quoque, Bellon. Iun. de Iur. accrescend. cap. 7. quaest 50. num. 13. Sanchez consil moral. lib 4 cap. 1. dubit. 23 num. 9.*

103 Adeo † vt intra nullo pacto mutatio voluntatis operetur hereditatis ademptionem *Aldobrandin. siue alius quisquis sit glossator in §. ex eo autem, verb. perfectè, littera D. instit quib. mod. testam. infirmentur. Ruin. cons. 6. num. 2. & seqq. vol. 2. Clar. de testam quaest 91 num. 4. Simon de Prat. de interpret vltimar. volunt. lib. 4 interpretat. 3. dubitat. principal. 2. num. 83. & 84. fol. mihi 228. col. 4. Peregr. decis 43. num. 3. Gratian. discept forens. 763. num. 14.*

104 Aut † decennium debet effluxisse post ipsam reuocationem *Hostien. de testam. lib. 3. sub num. 11. vers. & si dixerit, Castren. in l. haeredes palam, §. si quid, num 10 ff de testam. Bologn. etc. in rub. ff. de acquirem. possess num. 59. vers secundo instatur, Horatius Maius in d §. ex eo autem in princ. & ibi Tuning. in vers iure ordinatae instit quib mod testam infirmentur, Claud. Cantiuncul. de testam. fol. mihi 436 vers. diuersum ergo fuerit, lib 2. instit. Bero. cons 4 num. 1. vers. quoad primum lib. 2. Petr. de Rauenn. singul. 704. Thesaur Iun. quaest forens. 56. numer. 17. lib. 1. & quaest. 45 nu. 2 lib 3.* Quę tamen opinio latè confutatur *ab Hodiern. ad Surd. decis 128. nu. 8. vers. quamuis tale decennium* Ex quibus inferebant informantes pro Lutio, quod alterutra ex duabus opinionibus relatis etiam per *Mastrill decis 132. num. 11. & 12.* esset sequenda, nedum excludebatur lęsio, sed aderat pro ipsis victoria ineuitabilis.

105 Licet autem replicaretur sententiam † veriorem, ac magis in Tribunalibus receptam esse, quod decennium connumeretur à die conditi testamenti, vsque ad obitum testatoris, ita vt voluntas contraria medio tempore superuenta semper tollat testamentum praecedens *Ias. in d. l. Sancimus num. 5. & Corn. num 4 ibi textus autem noster videtur procedere siue sit decursum antea, siue postea. Gulielm de Benedict. in repetit cap. Rainutius §. testamentum il secondo num. 8. de testam. Fulgos qui diluit contraria cons. 57. per tot. Tob. Non. cons 23. num 11. & seqq.* vbi respondet omnibus obiectis *Greg Tholosan. Syntagmat. iur. vniuers lib 44. cap 1. num. 8.* testans ita fuisse decisum *Guid Pap decis. 200. per tot. & signanter num. 4. Pappon. arest. 21 lib. 20. tit. 1 Mainard decis 23. lib. 5 Crass de testamen quaest. 84. vers. sed aduerte, Mascard de probat. conclus. 1288 nu 37.* qui dum vltimo loco refert opinionem *Guid. Pap.* illam firmare videtur *Anton Fab. error. Pragmaticor. 6. nu. 11. in fin. decad. 39. & refutans Azzon. Ciriac.* *& alios aduersantes Argel de acquirend. possess. quaest. 6. art. 10. num. 295. & seqq. Mart. de success. sion par. 4. quaest 4. art. 1. num 42. Merend controuers iur. lib. 3. cap. 46 num 3 Barry. de success. lib. 10. tit. 1 num 33 Donat. Anton. de Marin qui adducit etiam Francisc Raguel & Ann var. resol lib. 2. cap. 226. à num primo vsque & per totum nu 6.*

Quorum opinio fulcitur inconcussis rationibus, 106 tum quia † *l 6. Codic. Theodos. de testam.* disponebat solo decennio testamenta euanescere, *Iustinian.* autem addidit ad mutanda postrema eulogia debere concurrere aduersam voluntatis mutationem, sed non correxit decennij effluxum, sicuti igitur Constitutio Theodosiana dinumerabat decennium à die conditi testamenti vsque quo testator cederet fatis, ita & post editionem *l Sancimus*, quę in hoc nullam correctionem induxit, vt liquet ex eius lectura, & animaduertunt allegati *Merend. Mainard. Anton. Fab. & Argel. num. 299.*

107 Tum quia † id apertè innuunt verba ipsius *l. Sancimus* ibi *Sin autem medio tempore*, vt obseruant adducti *Fulgos. num. 1. & seqq Tob. Non. num. 18. Barry. num. 33. Donat. Anton. de Marin. num 45. & 6.* Et addebatur non esse curandum de contrarijs, quia demptis scribentibus, qui fuerunt inaduertenter, & perfunctoriè loquuti, remanebant tam pauci, vt nullo pacto valerent impedire victoriam contra tot Patres, qui articulo ad partes discusso testamenti euersionem induci testatum relinquerunt.

Attamen difficultas haec, quę visa fuit ineuitabilis, effugi posse credebatur ex eo, quod transa-108 ctio † non potest ob lęsionem rescindi, quando adest etiam modica occasio dubitandi *Redenasch. cons 48. num 42. Donat. Anton. de Marin. resol. 233 à num. primo vsque, & per totum num. 6 lib. 2. Hodiern controu. 37. per tot. Rot. part. 4. recent. tom. 2. decis. 188 num. 10 & post Censal. ad Peregr. decis. 11. num 4. & decis. 44 nu 66.* vel in omnem euen-109 tum lęsio † enormissima debet considerari habito respectu ad dubium litis euentum *Cost. remed. subsidiar. 47. num. 1 & seqq. Cancer. variar. resol. part 1. cap. 13. num. 34. Bellon. Iun cons 52. num. 2. Redenasch. d. cons. 48 num 45. & seqq. Ciriac. controu 128. num. 97. & controu 18 num 82, Capyc. Latr. consult. 152. num. 2. & seqq Ciarlin. controu. 219 nu. 112. & seqq Caren. resol. 104. num. 12. Andreol. controu. 194. num. 22. & seqq.* qui firmat etsi adsit conflictus Doctorum, *& controu. 246. per tot. Rot. coram Caualer decis. 448 nu. 2. decis 643. num. 1. & seqq. & in Perusina fideicommissi de Rodulphis 14 Iunij 1652. §. ex praemissis itaque corā Reuerendissimo D Cerro.*

110 Et huiusmodi † dubij litis euentus aestimario existimabatur esse nedum difficilis, sed impossibilis *ex Gallerat. renunciat. 102. num. 20. vers seaquicquid sit. Cent. 2 Redenasch d. cons 48. num. 51. Hodiern. d controu. 37. numer. 10. & seqq.* Ego verò 111 huic sententię minimè acquiescebam, cum † pluribus in contrarium feratur *Fontanell. de pact. nuptial. claus 4 glos. 9. part. 5. numer. 204. cum tribus seqq.*

112 *seqq.* & † modum probandi hanc læsionem tradant *Fontanell ibid. Cost. d. remed subsidiar* 47. *nu.* 2. 3. *& 4 Donat. Anton. de Marin. d. resol.* 233. *num.*
113 9 *& seqq.* sitque † remissus religioni Indicantis, absque eo quod probetur per testes *Fontanell. alleg. num.* 207. *Cancer. d. cap.* 13. *nu.* 36. *&* 45. *Andreol. d. controu.* 146 *num.* 12.

Sed discussionem harum difficultatum, quasi iudicaui ad causæ decisionem minimè conferre, libens omisi, & animaduerti, quod transactio hæc continet bona triplicis generis, nempè legata Marinoctio, & Guido; donata Marinoctio duntaxat; & alia comprehensa in vniuersali institutione Primogeniti à Lutio, siue Marinoctio procreandi, & quod hæc bona nullo pacto sunt consideranda, cum super eis transactio iniri potuerit, & hodie nequeat ob dubietatem iurium fideicommissi aboleri; Quo verò ad alia fuit a me perpensum, quod bona legata consistunt in pluribus corporibus, quorum valor constituit summam scutorum 2154 quod donata æstimantur scutis 2545. vltra duas domus, quarum pretium non fuit probatum, in quibus bonis donatis sunt conclusa bona Agri Vesciani, & Vineæ Pisciarelli valoris scutorum 220, quæ prius inter alia diuersa corpora fuerunt legata coniunctim Marinoctio, & Guido, & quod in transactione fuerunt Marinoctio relicta bona Plani Massettæ pensa scutis 500. cõplexa in legato, & bona in montaneis in donatione inclusa censa 2325 & vltra ea sylua cum canapario non excedens scuta quinquaginta.

114 Et proinde cum † transactio nihilo recepto subsistineri nullatenus possit, *l transactio, C. de transaction. Gregor XV decis.* 311 *numer.* 14. *Fontanell. decis* 491. *n.* 17 existimaui illam fore inualidandã,
115 & Marinoctium nihil recepisse, cum † non habuerit, nisi portionem bonorum ipsi legatorum, & donatorum, super quibus nulla cadebat controuersia, vt in simili ratiocinatur *Rot. coram Mer-*
116 *lin. decis.* 163 *num* 6. nec † receptio Syluæ potest considerari vti quid minimum sufficiens ad transactionem roborandam *Mantic. de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *nu.* 24. afferens tamen debere intercedere causam *Merlin. d. decis* 163 *num* 13. *&* 14. quia vltra quod potuit cedere in compensationem duarum ædium donatarum, quę fuerunt relictæ, certum est, quod Marinoctius ex bonis legatis debuisset etiam assequi alia bona valoris scutorum 1654. & ex donatis vltra domus inęstimatas, alia corpora iudicata esse scutis 230. Vnde patet ad sensum, quod Marinoctius fuit enormissimè lęsus, dum ex bonis sibi debitis ex legato, ac donatione desijt habere in totum scuta 1874. ad quam summam facta animaduersione, est adeo modicę quantita-
117 tis pretium scutorum quinquaginta syluę, vt † lęsio enormissima longe vltra bessem redũdet, quã ita abhorrent Iura, vt contractus dicatur nullus, quasi adsit dolus ex proposito, & bona vna cum fructibus restitui debeant *Cancer. d. cap.* 13. *num.* 43. *Tomas de Tutor. tit.* 19 *sub num.* 246. *vers. læsionem enormissimam, Andreol. dict. controuer.* 246.

118 *num.* 14. Et augetur † iniustitia pretij bonorum habitorum à Marinoctio ex appositione fideicõmissi reuersiui ad ipsum Lutium, & filios *Cancer. d. cap.* 13. *nu* 43 *in fin. & seqq Ciriac. controu.* 421. *num.* 1 *& seqq. Ciarlin. controu* 118. *numer.* 4. *& seqq. Antonin de Amat. resol.* 61. *per tot Fontanell. decis.* 61. *num.* 60 *& dec* 583. *nu.* 1 *& seqq. Rot. post Censal ad Peregr. decis* 20. *num* 6 cum tamen saltem bona donata debuissent esse libera Marinoctij
119 † & eius heredum, vti per ipsam donationem à vinculo fideicommissi liberata, vt reiecta opinione *Menoch. cons* 495. firmat *Fusar. quæst.* 632 *nu* 17. quem, & alios concordantes sequitur *Rot. in Regien. Bonorum* 23. *Februarij* 1646 *coram Eminentissimo D Corrado post Censal. ad Peregr. decis.* 24. *num.* 2. *& post. Merlin de pignorib. dec* 110. *num.* 3. ex quo tanto magis conuincitur læsio, dũ Marinoctius transigens non solum nihil recepit, sed etiam bona propria fideicommisso supposuit.

Nec dictum legatum censeretur ademptum ex eo, quod Ioannes Baptista donauerit Marinoctio aliqua ex bonis legatis, & alia ad effectum se sustentandi,
120 quia ex legatis † diuersarum quantitatum tam in eadem scriptura, quam in diuersa vtrumque debetur *Mart de success legal. par.* 4 *quæst.* 18. *art.* 1 *num.* 113 *Ann. cons* 91 *num.* 24. *&* 25. *ht-*
121 *mans*, quod etiam † eadem quantitas in diuersis scripturis multiplicet prestationem legati, *& n.* 26. *cum seqq Grat discept forens* 922. *num.* 19. *Seayn. decis Bononien* 92 *num.* 91. *Capyc. Latr. decis.* 51. *num.* 67 *& seqq. Gizz. ibidem num.* 1. *&* 2. *Rot. post Merlin. de legit decis.* 157. *num* 3. *&* 4. censebitur
122 † bene tamen ademptum quoad illas species, quę sunt eædem in legato, ac donatione, cum non detur multiplicatio speciei *l. plane* 34 *§. si eadem, ff de legat primo, l. Lucius Titius* 90. *§. impuberem ff. de legat. secundo, l. si ab instituto* 11 *ff. si quis omissa causa testam. Ann d. cons* 91. *num* 2. *&* 3. *Bellon Iun. cons* 15. *num.* 9. *& seqq.* reddens
123 rationem, quia duæ † causę lucratiuę non pos-
124 sunt concurrere circa eamdem rem; secus † verò erit circa alias res diuersas, etenim causæ lucratiuæ tunc bene conueniunt *d. l plane, §. si eadem ff. de legat prim o. l. fundum Cornelianum ff. de nouat Surd. de alim. tit.* 9 *quæst.* 4. *num.* 18. *&* 19. *& quæst.* 34. *num.* 3. *& seqq.* vbi quod ex legatis
125 diuersarum rerum vtrumque debetur, & si essent legitima, & alimenta, vel alimenta, & vsusfructus *Mascard de probat. conclus.* 1286. *num.* 39. *& seqq.*

Quamuis autem sit in Iure indubitatum, lega-
126 tum † ob eamdem causam non reiterabilem, non nisi semel deberi *Menoch. præsumpt.* 128. *nu.* 14. *lib* 4. *Ann d cons* 91 *nu* 30. *& seqq Donat. Anton de Marin. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 237. *num.* 2.
127 *&* 8. maximè † si per actum inter viuos soluatur id, quod ex eadem causa fuit legatum *Ann. d. cons.* 91. *num.* 31. *& seqq.* affirmans procedere etiam in quantitatibus diuersis *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 20. *num.* 155 *& seqq Franch. decis.* 422. *num.* 3. *& seqq. Rot. coram Gregor. XV. decis* 230. *num.* 1. *& seqq.*

seqq. part 6. recent. decis. 60. num. 1. & decis. 336. num. 9. & 10 post Merlin de legit. d. decis. 157 sub 128 *num. 4.* Et hinc proficiscatur, quod si Pater † egat nihil nulle pro dote, & viuens dat nuptui cum quingentis, illa Patre defuncto nequit petere, nisi quingenta residui legati *Ricc. ad dec Franch. 422. vers. nota etiam, adden ad Gregor XV. decis. 236. littera A. Ciarlin. controu. 142 per tot. Andreol. controu. 140. num 1. & 2. Caren. resol. 76. per tot.*

129 Attamen † si causa, ob quam fuit donatum, non est eadē finalis legati, nunquam datur ademptio *leg. libertis quoque, ff de aliment. & cib. legat. Franch. d. decis. 4. 2. num. 3. Mart de success. part. 4. quaest. 18 art 10 numer. 3. & seqq. Thesaur. Iun.* 130 *quaest. forens. 67. num. 3. & 4.* sentiens, quod † si diuersum sit corpus legatum à donato, vtrumque debeatur *lib. 1* Causa verò, ob quam fuit sequuta donatio est omnino diuersa ab illa, quæ produxit legatum, quod fuit conceptum, vt vitam honestè ducere possent, dum donatio fuit absoluta, vt Marinoctus cum Domina Elisabetta de Gallis com-131 poneret matrimonium, quod propterea † dicitur causa finalis ipsius donationis *Fontanell. de pact. nuptial. clausul 4 glos. 1 num. 18. & seqq. Andreol. controu. 155. num. 9. & seqq. & controu. 140. num.* 132 *20. Altograd. cons. 7. num. 12. & seqq.* vbi quod † huiusmodi donationes sunt pars matrimonij, & concernunt vtilitatem, ne dum donatarij, sed etiā mulieris, ac ipsius parentum qui alias tantam dotem non promisissent *vol. 1. Rot. coram Merlin. decis. 515. per tot. p. 1 & par. 6 recent. decis. 44. nu. 12* 133 *& seqq.* decidens ideo † non posse, nec ipso donatario consentiente in præiudicium vxoris reuocari, & conuenit *Andreol. controuers. 127. per tot. Hodiern. ad Surd. decis. 322. nu. 29. & seqq. addens* 134 *num. 31* quod † de huiusmodi donatione medietas spectat ad vxorem, & altera ad maritum. Præ-135 tertim quia † matrimonium nunquam fuisset sequutum, nisi bona donata fuissent, vt exprimitur in eodem donationis Instrumento, & ideo magis comprobatur causa finalis *Mart. d. art. 10. num 14. Altograd. d. cons. 7. num. 8. & 9. Buratt. decis. 377. num 4 add ad eundem decis. 640. numer 29.* Nec sunt attendenda verba, vt possit condecentius viuere, quasi referantur ad identitatem causæ legati, nam non per ea potest alterari natura contra-136 ctus, sed referentur ad causam impulsiuam, † quæ nullam meretur considerationem, *l. 2. § final. ff de donat Cephal cons. 81. num. 8. & seqq. vol. 1. & cons. 278 num. 56 vol. 2.*

Eoque magis credidi legatum non fuisse sublatum, dum ipse Ioannes Baptista in eadem donatione ademit à testamento institutionem vniuersalem ad fauorem Lutij, & sui primogeniti in pri-137 mogenitum, quia, † cum hęc sit quęstio voluntatis. non potestatis. *d. l. plane § si eadem ff. de legat primo, & d l Lucius Titius § impuberem, ff de legat. secundo, Menoch cons. 131 num. 68. lib 3 cum* 138 *alijs supra allegatis*, † ex reuocatione vnius censetur voluisse confirmare omnia alia in testamento contenta *Castren. cons. 155. num. 1. vers. præterea etiamsi lib. 1. Surd. cons. 132 num. 18. Rot. recent. decis. 471. num 5. & decis. 475. num 4. part. 5. tom. 2.* Quæ voluntas adimendi legatum efficaciter 139 cius comprobatur, tum quia † cum legati, quam donationis post obitum Ioannis Baptistę fuit dispositio collata, quod quod cesset præsumptio solutionis præuentiue, *Marescott. resol. 38 num. 24. vers. primo, & numer 25 cum seqq. lib. 1. Rot. post Merlin. de legit. decis. 157 num. 2. 3. & seqq.* Tum 140 † quia onus primogenii adiunctum legato fuit in donatione repetitum, nam si testator voluisset subrogare in vicem legati donationem, non habuisset necesse repetere easdem conditiones. *Rot. d. decis. 157 num. 15.*

141 Non obstat, quod dum † testamentum fuit confirmatum in donatione secuta ad fauorem Lutii certo matrimonio contemplato transiuerit in donationem, ac inuariabile fuerit effectum *Gratian. discept. foren. 751 à nu. 2. vsque ad 10. Fontanell. decis. 172 num 5. & decis. 173. num. 1. & 14.* quia in enunciato donationis Instrumento fuerunt tradita multa bona Lutio cum vinculis in testamento specificatis, & fuit etiam dictum, quod donatio conficiebatur sine præiudicio testamenti, quod in omnibus iuramento confirmanit; ideo circa bona donata testamentum relatum conuersum fuit in donationem irreuocabilem, vt pōderant *Gratian. & Fontanell.* quo vero ad confirmationē nō potuit gigni irreuocabilitas 142 ipsius testamenti, cum † nulla vnquam fuerit excogitata cautela, quæ vltimas voluntates semper ambulatorias potuerit reddere immutabiles *Dilect. de art. testand tit. 10 caut. 25 Mart. de success. legal. part. 4 quaest 4 art 1 num. 34. vers ter-*143 *tius est casus* Qua propter etiam † non obstante Iuramento semper possunt abscindi *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num 1. & 2. Mart de success. d. quaest. 4. art. 1. num. 27. & seqq. & d. art. 2 nu 34. & seqq. Mascard. de probat. conclus 1282. num. 8. Merend. controu. iur. lib. 4 cap. 50. per tot Fachin. controu. lib. 4. cap. 8. Capyc. Galeot. controu. 60. num. 1 vol. 1.*

144 Maximè quia cum hæres † testamentarius capiat omnia bona etiam post testamentum quæsita, non solum ex vi institutionis testamentarię *Cancer. variar. resol par. 3 cap. 20. num 116. Surd. decis. 233. num. 17. Ciriac. controu 88. num. 5. vers. & tunc Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 11. nu.* 145 *23 & seqq.* Sed etiam † ex verbis generalissimis, instituit vniuersalem hæredem in omnibus, & quibuscumque bonis *Surd d decis. 233 num. 25. vers. non omitto, & num 26 Barbos. dictiōn 241 num.* 146 *12 & 14* Donatio, † in quam transmutatum testamentum fuisse pretenditur, nullis viribus roboraretur *Bartol in l final. nu 12 C. de pact. Hondod. cons. 39. num. 7. & seqq vol. 1. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 26. sub num 18. vers. hanc vero Garon. var. resol cap. 4. num. 42. & seqq. Buratt. decis. 581.* 147 *num 3.* Et in puncto † ad ostendendam impossibilitatem, quod testamentum transfundatur in donationem inter viuos, sic arguunt *Mart. claus. 8 3. num. 2.*

num.2.& 3.par.3 Mantic.d tit 26.num. 29 Etiam
148 † fauore determinati matrimonii *Fontanell. decis.142.num.9 11. & seqq. Rot. in Auenionen. hæreditatis 5. Martij 1646.coram Reuerendissimo D. Royas post Merlin.de pignor decis.112.& in eadem coram eodem 23. Iunij 1647* in quibus tolluntur omnia, quæ possunt in contrarium adduci.

Et fortius detegeretur nullitas, si testamentum potuisset in donationem conuerti, quia hæreditas
149 † non valet dari per pactum, quando illud continet successionem, & obuentionem bonorum post mortem, vt hic *Mart. de success par.4.quæst. 4.art.2.num.21.Cancer.var.resol cap 7.nu.134. & seqq par 3 Bellon.Iun. cons 22 num 9. Ciriac. d.controu.88.num 3. & seqq. vsque ad finem*, vbi
150 † quod propriè verificatur, quando quis vult aliquem esse suum hæredem *Andreol controu. 15 num.38.controu 27.num 3.& seqq & controuers. 240.num 1.8. & seqq* qui exemplificat in conditione si sine filiis adiecta substitutioni, & plenè comprobat *Fusar quæst 308. num 1. & seqq. vsque ad num.67.*

151 Quinimo ipsa confirmatio † non potest efficere irreuocabilem illum actum, qui de sui natura subiaceret reuocationi, quia semper sequatur naturam confirmati *Bald. in l.si quis, §. Iulianus, num. 1 in fin.ff.de procurat.Mart.de success part. 4 quæst 4.art.4 num.1. & 4 Gratian.discept.forens c09.num.17 & aduertit Fontanell d. decis.*
152 *173.num 11.* confirmans † enim nihil de nouo dat, vel facit, sed tantum approbat, quod confirmat *Altograd.cons 79 num 20 21. & 22. lib 1. Capyc Latr. consult 41.nu.22.& seqq. Rot.in recent. decis.299. numer 10. & 11.part.4 tom.2.* &
153 † relinquit actum eo modo, quo fuit ab initio prestitus, nec illum extendit *Antonell cons. 97. num.13. & 14.Capyc.Latr consult.8.num.37.& seqq Rot.in recent. decis.508. num.16. & 17.* ubi
154 quod confirmatio † regulatur eisdem terminis
155 actus confirmati *par.4.tom 3.* Cumque † dispositio sit semper ex sua natura reuocabilis, semper remanet talis, etsi adderetur pactum iuratum de habendo ratam, gratam, & de obseruando, nec contraueniendo *Gabr.cons 61. num 11. lib.1 & cons 96 num 6 lib.2. Anton.Gomez.var. resol tom. 2. cap 4.num.22.vers unum tamen est, Molin. de primogenit.lib.4 cap.2.num.46 Rot.coram Buratt.*
156 *decis 581. num. 6. cum seqq.* prout nec † etiam operatur promissio de non reuocando, si esset apposita in clausulis executiuis *Add.ad Buratt.d decis 581. num.18. vers. hac tamen, Rot.in Rom. domus prima Februarij 1640. coram Reuerendissimo D Royas post Merlin de legit.decis 195. num 9.*

Nec aliquam hæsitationem opponere posse victoriæ litis, volebant informantes pro Monasterio, quod fuerit legatus tantummodo vsufructus bonorum Marinoctio, & Guido pro aequis portionibus, quasi quod Guido defuncto, Marinoctius non debuisset consequi nisi dimidiam legati, quia
157 supponebant indubitanter † esse locum Iuri accrescendi, & in vsufructu *l.prima in princ. & per tot ff de vsufruct.accrescend.Bellon.de iure accrescend.cap.7.quæst 74.num.46. Ciarlin controuer. 71.num 5.7.& 8* etiam stante sola coniunctione verbali *Menoch.præsumpt.159 num.7.& seqq.lib. 4.Castill.de vsufruct.cap 48 num.16.& seqq.* qui licet conetur aliqualiter defendere opinionem contrariam, tamen confitetur pro iure accrescendi stare magis communem.

158 Et si legatum † hoc vsusfructus relicti a testatore ad substentationem nepotum esset intelligendum de alimentis, quo casu cessat ius accrescendi *Surd de alim tit 9 quæst.5.num.6.& seqq. Ciriac.*
159 *controu 51. num. 10. & 11.* adquam † causam expressam restringitur semper vsusfructus legatus *post Angel.Castren & Crauett Cancer. cap. 20. numer 170. part 3.* respondebant, quod legatum
160 † continebat etiam proprietatem, cum post mortem ipsorum legatariorum essent substituti eorum descendentes per viam fideicommissi, & primogenij *l oltim. ff. de vsufruct.earum rer.quæ vsu consumuntur.l.filios hæredes ff de vsufruct. leg.Castill.de vsufruct.cap.30 num.20.& seqq.*
161 Ego autem persuadebar quæstione iuris, an † ex legato dicatur debita proprietas, vel vsusfructus, quam ad futuritatem discutiunt *Barb decis Bonon 80 per tot Gratian discept forens 138. num 1. & seqq.Cancer cap 20 numer.168.& seqq part.3. Castill d cap.30 per tot.Fusar cons.176.per tot. Bellon de iure accrescend cap.6.quæst.16 nu.378. & seqq.* sublatis difficultatem, perpendendo, quod ex dicto legato debebant adiqui duo corpora donata Marinoctio, cum regulare sit, alienationes,
162 † voluntarias ademptionem inducere *Cancer. d cap.20 num.259 Ciriac. controu.118. numer.1. Ciarlin. controu.79.num.1.* Et quod hisce duobus corporibus sublatis portio Marinoctij ascendebat ad scuta 827. quibus facta additione scutorum 220. ex pretio bonorum donatorum, quæ Marinoctius in transactione renunciauit, & duarum domuum superius enunciatarum, euidenter liquebat, quod sylua scutis quinquaginta æstimata, ab ipso Marinoctio habita, læsionem notabilissimam non excludebat.

Minus poterit prohibere iudicium rescissionis,
163 restitutio † eiusdem syluæ dimissæ per Moniales *ad text.in l.si diuersas, C de transact.* quia, &
164 si † non fuerit a Lucio petita, vt necesse erat *Cancer cap 23 num 35. part. 1 Rot. diuers. decis. 810 part 1* fuit tamen iudicialiter a Procuratore Monasterij oblata, & ideo superuacaneum existi-
165 maui alias super hoc † articulo aggredi inspectiones, quas tangunt *Capyc. Latr. decis.149. per tot Donat.Anton.de Marin.var.resol. cap.23 per tot.lib.2.Andreol.controu.246.num.55. Rot.in recent.decis 321 num.6. & 7.part.4 tom.2. & decis. 147.num.10 & seqq. par. 4. tom. Duran. decis. 155.num.18.& 19.& post Lubyin t.creditor. Salgad.decis.27.num.35.& 36.*

Et ita &c.

De

De Euictione bonorum fiscalium.

SVMMARIVM.

Fiscus tenetur de euictione, sola solutione simplici. num.1.

Dum vendit bona vti sua num.2.

Sub hoc simplo continetur sola pretij restitutio. num.3.

Et respectu istius simpli tenetur ad omnia damna, & interesse. num.4.

Et debet hanc euictionem, licèt per errorem, vel Iudicis imprudentiam sententia lata esset. numer.5.

Fiscus succedens priuato tenetur ad omnimodam euictionem. num.6.

Emens à fisco an sit tutus, & possit ab aliquo molestari. num.7.

L.2. & l.benè à Zenone Cod.de quadrienn praescript. non seruantur Mediolani, & in Catalonia. numer.8.

Recipiunt plures limitationes ... num.9.

Non practicantur contra minores. num.10.

Nec habent locum quando fiscus scienter vendidit rem alienam. num.11.

Fiscus inferior à Summo Pontifice, vel Imperatore an gaudeat beneficio l.2. & l.benè à Zenone remissiuè. num.12. & 13.

Vendens rem sui debitoris an teneatur de euictione. num.14. & seqq.

Agens de euictione non tenetur denunciare litem suo authori. num.17.

Euictio non debetur nisi pro rata praedij euicti. n.18.

Limita num.19. & seqq.

Secuta ex natura rei an debeat praestari remissiuè. num.23.

Non potest pati ab emente scienter rem alienam. num.24.

Nisi specificè fuisset promissa euictio. num.25.

Quomodò autem debeat esse ista specifica promissio num.26.27.28.29.30.31.32. & 33. vbi distinguuntur, & conciliantur contraria.

Euictio non debetur quando fuit venditum solum ius, quod quis habet super re aliena, vel subiecta restitutioni. num.34.

An debeatur cessa nomina debitoris. num.35.

Insinuationis defectus per quem debeat probari. num.36. & 37.

Excussio quomodo debeat fieri. num.38.39. & 42.

Non requiritur formalis, dum agitur ex vi promissionis manutenendi nomen debitoris. nu.40.

Maximè si bona sunt intricata, vel ab anterioribus occupata. num.41.

Excussio debet fieri super fundo censuato. num.43.

Cedens tenetur praestare nomen debitoris cessum verum, non autem exigibile. num.44.

Verbum manutenere significat conseruare. num.45.

Cedens non censetur promisisse exigibilitatem, nisi adfuerit specifica promissio. num.46.

Limita num.47.

Cedens, qui promisit nomen debitoris exigibile, non tenetur illud praestare perpetuò tale, sed solum de tempore cessionis. num.48. & 49.

Limita num.50.

QVAESTIO XLVIII.

1 Euictionem praestare tenetur † fiscus, sola tamèn solutione simpli, etiàm si illa fuisset specificè promissa *leg. si procurator ff de iur fisc. Mangil.de euiction. quaest. 168 nu 9. & quaest. 181.num.28. & 30. Fontanell decis. 221.num.11. Intrigliol. singul. 89. num. 72. lib. 3.*
2 *Post. de subhastat. inspect.63.nu.41.* quod † procedit, fisco vendente rem vti suam *d.l.si procurator vbi Bart. Mangil d.quaest. 168. num. 10.* & sub hoc
3 simplo non continetur aliud, quam † pretij restitutio *glos in l si venditione 60. verb. ex natura ff. de euict. Peregrin de iur. fisc. lib 6. tit. 4. num. 36. & 37. Fontanell. d decis 221. num. 12. Seraphin. decis 787. num. 9.* dicit tamèn *Mangil de euict.*
4 *quaest.173.* quod respectu illius † simpli tenetur fiscus ad damna, & interesse.
5 Et hęc euictio debet per ipsum † praestari, quamuis per errorem, vel Iudicis imprudentiam sententia fuisset lata *Mangil. de euiction. quaest. 16. nu. 16. & quaest. 171. numer. 20. Fontanell d decis. 221. num.24 & 25.* eam assignantes rationem, quia constituens Iudicem iniustum, vel imprudentem sentit damnum facto, & culpa sua, quod propterea non debet alteri, quam sibi soli imputare; fallit tamen hęc regula de solo pretio refundendo, si fiscus succedit priuato, qui prius aliqua bona vendidisset, quae postea fuissent euicta, nam hoc
6 † casu fiscus successor priuati ad omnimodam, & propriam euictionem tenetur *Faber defin. 15. lib. 8. C. de euict. Fontanell. d decis 221. num. 26. & de pact nuptial. claus. 5. glos. 4. num.65.*

Hanc quaestionem, an fiscus de euictione teneatur posset aliquis existimare superfluam, dùm hodie emptores rerum fiscalium non possunt aliquo pacto inquietari, & si quis aliquid praetendit contra bona per fiscum alienata, siuè ratione dominij, siue hypothecę, vel cuiuslibet alterius interesse, non potest molestare illum, qui eadem bona
7 à fisco † acquisiuit, sed solum habet actionem contra ipsum fiscum ad recipiendam emendam, dummodo infra quadriennium actionem proponat *l.2. & l. benè à Zenone C. de quadrien. praescript.* per quę iura esse correctum *text. in d. l. si procurator ff de iur fisc* autumant *Mangil. de euiction. d. quaest. 168. num. 10. & 11. & quaest. 171 per tot. Fontanell. d. decis 221. num. 15. & infra Carleuall. de iudic tom. 2. tit 3 quaest 23. num. 4.* nihilominus existimaui necesse illam apponere, quia in multis
8 locis non † seruatur dispositio earundem *l.l. 2. & benè à Zenone*, vt non seruari Mediolani, & in Catalonia testatur *Fontanell. d. decis. 221 num. 18. 19. & seqq.* ac fortius quia dd. leges patiuntur plu-
9 res limitationes, quę poterunt videri † apud *Petr. de*

de fideicom. quaest. 14. num. 139. & seqq. Hondcd. cons. 67. num. 27. & seqq. lib. 1. & cons. 38. num. 41. cum seqq. & num. 51. ac infra lib. 2. ad quem se remittit *Gilian ad statut. Perus. 8. fiscus in ad notat. num. 2. Mangil quaest. 170. quaest. 171. quaest. 173. & Ciriac controuers. 463. & controuers. 531. cum alijs duabus seqq.* quarum pro nunc adduco illas

10 duas, quod nempe dictae leges non practicantur † contra minores, cum vel in illis non comprehendantur, vel aduersus eas debeant habere restitutionem *Gramm decis. 65. sub num. 80. Odd. de restit. quaest. 18. num. 81. versic contrarium tenent Sola ad constit Sabaud. lib. 4. tit. 20. gloss. 1. nu. 8. Ciriac. controuers. 463. num. 41. & controuers. 532. num. 71. Rot. recent. decis. 479. num. 5. par. 1.* vbi insuper habetur, quod dictae leges procedunt quando fiscus vendit bona confiscata vti sua, &

11 ab ipso possessa. Secundo quod fisco vendente † rem, quam sciebat, vel verisimiliter scire poterat esse alienam, dictae leges excludantur *Ciriac. d. controuers. 463 num. 14. & seqq. controuers. 531. num. 16. & infra controuers. 532. & controuers. 533. vtrobique per tot.*

12 Harum legum beneficio an gaudeat † fiscus inferior à Summo Pontifice, & Imperatore, valdè controuertunt DD. qui poterunt inspici *penes Petr. de fideicom. d. quaest. 14. n. 144. Ciriac. d. controuers. 463. num. 8. & seqq. & controuers. 531. num. 60. & infra* nec erit omittendus *Mangil. d. quaest. 168 num. 11. & 16. & d. quaest. 171 num. 10.*

13 *& 11*, vbi resoluit fiscos inferiores etiam † non recognoscentes Pontificem, vel Imperatorem a priuilegio earundem legum excludi; ego tamen, cum agatur de materia iurisditionali, pro nunc nihil resoluo, sed rogo lectorem, vt ad opportuniora tempora meum iudicium expectet.

14 Si verò fiscus non † vendit rem suam, sed sui debitoris, illaq; euincatur, ipse non tenetur euictionem praestare, prout nec teneretur quilibet priuatus *Mangil d. quaest. 168. num. 12. & seqq. Posth. de subhastat. inspect. 63. nu. 54 & 55.* vbi am-

15 pliat ad euictionem secutam † ex iure fideicommissi *Fontanell decis. 222. num. 2. & seqq. per tot.*

16 vbi firmat idem † esse, siue ipse authoritate publica vendat, instantibus creditoribus, siue iure creditoris, nisi tamè n euictionem expresse promitteret, quia tunc teneretur soluere simplum.

In hac euictionis materia, antequam vlterius progrediar, volo admonitum lectorem, quod si

17 ipse fiscus pro euictione † ageret, non teneretur suo authori litem denunciare, sed euictione secuta posset absque dicta denunciatione efficaciter agere *Peregrin. de iur. fisc. lib 6. tit. 4. num. 39. Intriglio l. sing 89. num. 76 lib. 3.*

Quid autem dicendum sit in duobus casibus, quorum vtrumque habui in practica; primo si fiscus aliebat rem, cuius pars euincatur, an teneatur ad restitutionem pretij pro sola parte euicta, vel contractus rescindatur in totum. Secundo si venderet rem alienam alieni personę, quę sciebat illam esse alienam, an teneatur de euictione.

18 Et pro resolutione primi casus † consideraui, quod euictio non debetur, nisi pro rata praedij euicti *l. 1. & ibi gloss ff. de euict. Magil. de euict. quaest. 165. num. 1. & seqq. Mantic. decis. 137. num. 1. Thomat. decis. 181. num. 22. & 23.* nisi tamen emens non esset empturus partem, sed dumtaxat

19 † totum praedium, quo casu non cogitur retinere partem, sed contractus integrè resoluitur *Mangil. d. quaest. 165. num. 12. Bellon. Iun. cons 91. per tot. vbi num. 2.* dicit, praesumptionem esse, quod quis

20 partem, non emisset, vel nisi etiam ex retentione

21 partis quis incideret in communionem † inuitus, nam, & tunc resoluitur tota venditio *Thesaur. Iun. ad patr. decis 102. Mangil d. quaest. 165. num. 14. & num 17. versic non quidem*, quae duę rationes fuerunt consideratae adeò efficaces *Vermigliol cons 486 per tot* vt si vendita re, in qua con-

22 tinetur alqua portio † subiecta retractui is, qui vult retrahere, debeat aut totum fundum retrahere, aut totum dimittere; ideoq; in facti contingentia resolui euictionem deberi integrè, acsi totum praedium fuisset euictum.

In secundo casu, quem ob meum dicessum ab officio non determinaui, perpendebam, quod

23 omissa quaestione, an euictio secuta † ex natura rei debeat pręstari, quam discutiunt *Gratian. discept. 520. num. 27. & seqq. Ciarlin. controuers. 91 num. 28 Vermigliol cons 482. per tot. Giurb. obseruat. decis 79. per tot. Rot. coram Mantic. decis. 109 num. 8 & apud Posth. de subhastat decis. 262 n.*

24 *9. 10. & 11.* si quis sciens emit rem † alienam, vel alicui oneri subiectam, excluditur non tantum à petitione euictionis, sed etiam pretij *l. si fundum sciens C. de euiction. Vermigliol. cons 482 num. 9. Rot. post Cenc. de censib. decis 48. in fin. & par. 5. recent. decis. 140 num. 5. & decis. 307. num. 8. Add. ad decis 10. num. 1. & seqq par. 3. recent.* vbi adducuntur innumeri concordantes, & limitatur regula, quando scientia emptoris non est certa.

Quę traditio intelligitur, & habet locum, nisi

25 indiuidualiter fuisset promissa † euictio *Mangil. de euict. quaest. 106. n. 22 & seqq. Ciriac. contr. 232. & contr. 233 vtrobiq; per tot. Altograd. cons. 15. n. 26. 27. & infra lib 1.* disputant tamen DD. an ista

26 promissio debeat † esse speialis in illum casum pręcisè, cuius emptor scientiam habuit, vel sufficiat generalis, & debere esse specificam voluerunt *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 19. num. 29. & seqq. Ciriac. controuers. 325. num. 16. & seqq. Caren. resol. 124. num. 8. versic. quod enim resol. 126. num. 4. & resol 127. num. 1. Larrea decis Granat. 74. num. 19. Rot. diuers decis 152 num. 4 & decis 211. num. 5. par. 2. & par. 6. recent. decis 176. num. 8. post Zacch. de oblig. Cam. decis. 221 num. 8 & 9 & decis. 270. nu. 12. 13. & 14.* in quibus habetur sufficere tamen

27 solam † promissionem euictionis, si fuisset secuta per verba valde pręgnantia, & vniuersalia, quod approbat etiam *Palm. cons. 32. num. 20. & 21.*

28 Contrariam sententiam † quampluribus enumeratis DD. firmauit *Altograd. d. cons. 15. numer. 27. vol. 1.* sentiens, non esse necesse exprimi promissionem

sionem euictionis ex natura rei. Has tamen discrepantes opiniones ego conciliarem adducendo *Rot. decis.281.num.3.& seqq. par. 4. tom.1.recent.* † quam refert *Fulgin de emphyt tit.de contractib.quæst.42. num.11.* quę decidit, promissionem specificam in casum precisum esse necessariam, vt possit agi de euictione, pro repetitione autem pretij esse satis solam generalem promissionem; licet etiam in hoc aliqui DD. velint† non esse locum repetitioni pretij, nisi fuerit cautum expresse, & specialiter in casu, teste *Antonin.de Amat.resol.87.num.15.*

31 Et hęc distinctio Rotæ videtur † apertè probari à *l fin.§. emptor sciens rei grauamen aduersus venditorem actionem tantum habeat ad restitutionem pretij C. Comm. de legat.* & idem profitentur *Mantic.de tacit.lib.4.titul 10 numer.32. & seqq. Surd. decision. 243. per totam, & ibi Hodiern. Buratt. decision.399. numer. 4. & seqq.* Quamuis vero *gloss in d. §. emptor* voluerit emptorem

32 rei alienæ scientem † non posse pretium repetere, ex quo certo sciebat, se debere illam restituere, sed dumtaxat illum emptorem, qui sciens rem esse alicui oneri obnoxiam poterat tamen sperare, non aduenturam restitutionem, quia illa dependebat a futuro euentu, puta deficientibus vocatis, secus autem si mortuis aliquibus personis res indubitanter deberet alicui restitui, cuius *gloss* dictum sequitur *Menoch conf.418.n 15.& seqq.* nec videtur discedere *Ciriac.controu.190 n.68. & seqq.* Atta-

33 men ista opinio glossę est magis communiter reprobata a DD. volentibus, dispositionem *d §. emptor* procedere tam in fideicommisso conditionali, quam in puro *Gomez. var. resol. tom. 2. cap 2. num.42. versic.sed ista responsio Carocc. decis.10. num.14.Marescott.var.resol.lib.2.cap.19.numer. 48.& 49. cum pluribus alijs allegatis a Caren,resol.146.num. 7.ver sic.verum hunc intellectum.*

Si autem fuit venditum, vel cessum solum ius,

34 quod quis habet super re † aliena, vel subiectæ restitutioni, tunc non solum excluditur actio de euictione, sed etiam pro repetitione pretij *Natt. cons.38 num.1.& seq. Honded.cons.38 numer.56. vol 2 Cost.de scient.cent. 1. distinct 4. num.19. & 20. Mangil de euict.q.2 t. n. 29. Ciriac.contr.325. nu.22.& contr.545.n.43. Mattrell. decis.240.nu-*

35 *mer.16.* vbi quod idem procedit † in cessione nominis debitoris, quam decisionem ego sui secutus *in Camerinen. Saluiani 13 Octobris 1654.* in qua fuit de meo voto a Prætore Monticuli prolata sententia, quæ postea tam hic in Rota Maceratensi, quam in Vrbe fuit confirmata, & quia plura dixi circa cessionem nominis debitoris, ideò votum tunc editum hic subsequenter impressum apposui.

Ne deuenirer absque meo Voto ad pronunciandum in saluiano moto a Monialibus Monticuli aduersus Iosephum Santamariabellam requirebatur illius Oppidi Prætor; solent namque huius Prouinciæ Prætores partibus expetentibus Votum Locumtenentis in Ciuilibus sequi. Transmisso igitur ad me processu informantes pro Iosepho nitebantur pluribus impedire immissionem prætensam.

Obijciebant enim, instrumentum cessionis Census ad Monialium fauorem esse inexequibile, vti nullitatis vitio laborans, ex defectu Insinuationis requisitę per Constitutionem Marchiæ lib. 5.cap. 25. Obiectum hoc tamen licet elidi posse, videre-

36 tur considerando, quod cum insinuatio sit † actus, qui potest succedere post celebratum Instrumentum, nequit dici illam deficere, nisi probetur negatiua per allegantem *Rot. decis.671.num.3 par. 1. rec. penes Post. de manut. decis. 653. num. 4.& 5. Thomat. decis. 13. num. 18. & decis. 68. num. 41.*

37 *& 42.* nihilo † minus dicebatur, conclusionem procedere, quando quis agit de nullitate instrumenti, secus si vigore illius conueniretur, quia tunc sufficit oppositio defectus insinuationis, & qui se fundat in instrumento debet de illa docere *Rot.post Fenzon. ad statut Vrb. decis. 12. per tot. post Gilion.ad statut.Perus.decis.97. num.6. & 7. Speretl. decis.47.num.17.versic.cæterum, & decis. 83.num.25. in fin.*

Addebant etiam, quod non poterant Moniales Cessionariæ regredi aduersus cedentes, nisi sequuta excussione debitoris cessi, quæ non pote-

38 rat dici legitimè facta, cum debuissent duobus † executoribus à Iudice mandari diligentię, illique proclamare in vicinia, & publicis locis, an adfuissent aliqua bona debitoris, qui discutiebatur, & citaris interesse habentibus, pronunciari a Iudice super legitimitate eiusdem excussionis *Altograd.cons.37.num.30.Hodiern. controu. 27. num. 22.& seqq.Ciarlin controu.95.num 3.4.& 5.Merlin.de pignor.lib.5. quæst.69. num.3. & seqq. Rot. post ipsum decis 66. num.7.& 8.Add.ad Burat.decis 476.num.17.*

Sed fuit animaduersum, quod licet ad excussio-

39 nem † faciendam regulariter deputentur duo executores, vt hic etiam deputati fuere; attamen sufficit etiam vnus, & decretum Iudicis satis dicitur resultare ex processu ad vlteriora *Merlin.d. quæst.69 num.5.Rot in Romana lucri dotis 1.Aprilis 1650.vers quoniam præfati coram R. P. D. Albergato post Labyrin.Credit.Salgad decis.18.num.*

40 *15.& seqq.*quod dum † agitur ex vi promissionis manutenendi nomen debitoris exigibile, non requiritur formalis excussio *Rot. par.4. Tom 3. rec. decis.666.num 9.& seqq.post Merlin.de Pignor.de-*

41 *cis 49 nu.2.* & quod bona † intricata, vel ab anterioribus creditoribus occupata non erant excutienda *Add ad Burt ad decis 476. num.18. Rot. penes Post. de subhastat.decis 71.num.9.*

Et licet etiã fuisset insufficiens excussio hoc pa-

42 cto† commissa; attamen omnis euitabatur dubietas, ex eo quod, & ipse tertius possessor fuerat interpellatus ad indicandum bona debitoris, nec indicauit *Salgad.Labyrint. Credit.par. 1. cap.23. numer.88.& seqq.Rot post Cenc.de censibus decis. 544.num 4.*

43 Maximam nihilominus fecit † difficultatem, quod

quod non fuit excussus fundus censuatus, ve requirebatur *Rot. in Beneuentana Saluiani Interdicti 1. Februarij 1616. coram Buratto post Cenc. de Censibus decis.263.ac inter impressas eiusdem Buratti decis.151. vtrobique num.1 & 2.*

44 Sicuti etiam visum fuit indissolubile† obiectum, quod Moniales non poterant agere contra cedentes, qui ex natura contractus tenentur præstare tantummodo nomen debitoris verum, non autem exigibile *l. si nomen & ibi DD. ff. de hered. vel action. vendit. Ciriac.controu.375.num.12.& seqq. Andreol. controu. 115.num.2.& 3.*

Nec visum fuit obstare, verba illa in Instrumento cessionis apposita (promiserunt manutenere, & defendere tam sortem principalem, quam fructus decurrendos contra omnes in forma de euictione &c.) quia cum verbum † illud (manutenere) nil aliud significet, quam conseruare *Viuian. de Iurepatronatus lib.13 cap.8. num. 197 Post. de Manut.obseru 3.num.19.* Vtique non dicitur promissa † exigibilitas, quæ non venit, nisi fuerit specifice promissa; etiam si fuerit stipulatum defendere, & conseruare indemnem ipsum cessionarium, & emptorem *Beccius cons. 105. per tot. lib 1.* Vbi nomen debitoris fuerat promissum verum bonum, & responsale, quem sequitur *Addit ad Gregor. XV. decis.579.num.5. Mastrill. dec. 240.num. 8. & seqq Roderic de annuis reddit.lib 2.quæst.2. num. 14.& seqq Thesaur.lun quæst.73 num.2 & per tot.lib 3.Cenc de censibus quæst. 72.sub num. 23. vers. quam ampliant scribentes Donatus Antonius de Marinis var. resol par. 1. cap 42.num.2. & 3. Hodiern. ad Surd. decis 326 num 2 & seqq. Mastrill. decis 240 num.8.& 9. Merlin.decis. 639. num.3. vers. non obstat.* quod tamen † secus esset, si fuisset promissum ipsum nomen verum, & bonum copulatiuè *Cenc. d. quæst. 72. sub num. 23. vers. ampliatur hæc conclusio Donat. Anton de Marin. d. cap. 42 num.4. & 5 Mastrill d decis 240.num. 10.& 11. Merlin.decis.789.num.2.*

45

46

47

Contendebant etiam informantes pro Santamariabella, quod licet cedens debuisset præstare nomen locuples, & soluendo; non tamen illa obligatio debebat egredi tempus† cessionis, cum non extendatur ad perpetuitatem *Andreol d. controu. 115.num.9. & 10. Rot. post Cenc. de censib. decis.476 num.1.& seqq* vbi fuit dictum, satis fuisse adimpletam promissionem exigibilitatis, dum per duodecim annos fuerant exacti fructus census, qui cessus fuerat; Ad hunc enim effectum † sufficit, cessionarium exegisse bis, vel ter annuam præstationem a debitore *Cenc d quæst.72.sub num.23. vers & ad effectum vt qui. Rot post ipsum decis. 506. & decis. 507. vtrobique per totam.*

48

49

Quia tamen promissum fuerat censum manutenere, dicebam † difficultatem hanc corruere, cum sub huiusmodi promissione contineatur tractus temporis successiuus *Barz decis 110 nu. 20. Gratian. cap. 527. num. 35. Duran decis 404. numer. 8. Merlin. de pignor lib.3. quæst.21.num.70.& 71.* vbi quod idem esset si adessent aliæ dictiones significantes perpetuitatem *Hodiern.d.controu.17. num. 15.& 16.* vbi quod sufficiunt etiam verba temporis futuri.

50

Quibus omnibus perpensis, censui, fore denegandam immissionem a Monialibus expostulatam; pro vt iuxta Votum hoc a D.Prętore Monticuli fuit sententia prolata.

Et ità &c.

De Iudicibus fiscalibus.

SVMMARIVM.

Fiscus habet Iudices proprios. num. 1.

Et vbi illi non sunt, causæ fiscales cognoscuntur a Præside Prouinciæ. num. 2.

Nisi inhibeatur a Iudicibus fisci superioribus numer. 3.

Fiscus siue actor, siue reus semper trahit causam ad suos Iudices. num. 4.

Nec potest alterius Iudicis iurisdictionem prorogare. num 5.

Vbi habet aliquod præsentaneum interesse semper facit remitti causam ad suos Iudices. numer 6.

Fisci cessionarius gaudet priuilegio fori, vt ipsemet fiscus. num 7.

Fiscus author laudatus an debeat remitti ad suum Iudicem. num. 8 & seqq.

Clericus author laudatus remanet coram Iudice causæ principalis. num.9.& 25.

Fiscus gaudet priuilegio fori, & debet agere coram suo Iudice, etiamsi rem habeat cum Viduis, & similibus personis priuilegiatis. num. 13.

Minores gaudent priuilegio fori. num. 14.

Vbi contraria reprobantur.

Instantia transit in hæredem. num 15.

Non tamen transit in fiscum confiscantem. num. 16.

Secus tamen, si fiscus esset hæres. num. 17.

Fiscus nec patitur, nec obtinet condemnationem in expensis. num. 18.

Possessio capta post appellationem dicitur attentata. num. 19.

Clericus necessarius defensor an possit appellare in iudicio possessorio. num. 20 & seqq.

Tertius veniens ad causam quando possit impedire executionem. num. 26 & 27.

Commissio vltima debet attendi, maximè si fuit signata in plena signatura. num. 28.

Clausula cum facultate manutenendi irritat executionem faciendam, non autem antea factam, si ritè facta fuit. num. 29.

Executio commissa intra decendium ad appellandum non dicitur ritè facta. num. 30.

Declara. num. 31.

Inhibitio non impedit continuationem possessionis antea legitimè captæ. num 32.

Et quomodo id procedat vide. numer. 33. 34. & 35.

Author laudatus non potest inuitis actoribus iudicium in se transferre num. 36.

Nec debet de necessitate citari num. 37.

Citatio ad sententiam non dicitur circumducta per admissionem iurium factam à Iudice cum clausula si & in quantum. num. 38.

QVÆSTIO XLVIIII.

1 Fiscus habet Iudices † proprios, coram quibus debent cognosci causæ, in quibus ipse habet interesse *tot. tit. C. vbi caus. fiscal. l. fin. C. si aduers. fiscal. l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. l. cum eorum C. de sent. & interlocut. omn. Iud. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. tit. 1. n. 1. Carleuall. de iudic. disput. 2. num. 698. tom. 1. Altograd. consf. 2. n. 22. & seqq. lib. 1. Capyc. Latr. dec. 186. n. 1.* qui Iudices Procuratores † Cæsaris appellantur, & vbi illi non sunt, Preses Prouinciæ cognoscit *Peregrin. d. tit. 1. num. 2. versic. item intellige Carleuall d. disput. 2. num. 713.* vbi
3 quod cognitio spectat † ad eosdem, nisi inhibeatur ab aliis Iudicibus fisci superioribus.

4 Et ideò siue fiscus † sit actor, siue reus semper trahit causam ad suos Iudices *Peregr. d. tit. 1. n. 3. vers. ideo fiscus Carleuall d. disput. 2 n. 703.* adeo
5 vt nec volens possit † alterius iurisdictionem prorogare *Farin. fragm. crimin. par. 1. litt. F. num. 181. Carleuall. d. disput. 2. n. 702.* & datur regula, quod
6 vbi fiscus † habet aliquod præsentaneum interesse, semper cognitio causæ spectat ad suos Iudices *Capyc. Latr. d. dec. 186. per tot. Carleuall. d. disput. 2. n. 703 Fontanell. dec. 557 n. 12.* & in Statu Ecclesiastico adest *bulla 9. Pauli III. nou. bullar. tom. 1.* quæ omnes causas ciuiles fisci vult cognosci debere in sola Camera Apostolica, quæ fuit confirmata *à Pio IV. constit. 35. nou. bullar. tom. 2* vbi extenditur, etiam si fiscus haberet secundario interesse, & Procurator fiscalis in alium Iudicem consensisset, & meminit *Cherub. in hac bulla 35. in compend. schol. 1.* quo priuilegio gaudet etiam fisci †
7 cessionarius *Intrigliol sing. 100. num. 4 lib. 1. Donat. Anton. de Marin. resol. 146. nu. 10. & 11. Carleuall. de iudic. tom. 1. disput. 2. num. 708 & infra,* vbi vide declarationes.

Non leuis tamen insurgit dubitatio, an fiscus
8 author laudatus debeat conueniri † coram Iudice causæ, vel remitti ad proprium, & quia *text. in l. venditor. ff de iudic.* vult quamcumq; personam, & si priuilegiatam remanere sub cognitione Iudicis causæ principalis, quam dispositionem & in clerico
9 practicari † voluere magis communiter scribentes, & firmauit *Rot. in Perusina Saluiani 13. Maij 1654 coram b. m. Pentingero 9 hinc in fortioribus cum duobus seqq.* quam in calce huius quæstionis habebis impressam, ita etiam quamplures *DD.* voluerunt fiscum laudatum in authorem debere
10 † coram Iudice causæ defendere laudantem *Barbos. Sen. Seaz. Pereir. Thesaur. & Barbat. allegati à Carleuall. d. disput. 2. num. 671.* vbi dicit de iure communi hanc esse fortasse magis probabilem opinionem *Bald. Aretin. Cagnol. Rebuff. Socin. Conser. & Caballin.* adducti à *Capyc. Latr. consultat. 65 n. 19.* quibus addo *Augustin. Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39 §. 2. n. 120 & Mangil.*
11 *de euict. quæst. 6. n. 20.* attamen verior est † sententia *d. text. in l. venditor.* limitari in fisco, qui propterea ad suos Iudices remitti debet *glos. & Bart. in l. 3. C. de iur. fisc. lib. 10. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. tit. 1. nu. 9. Caualcan. decis. 8. num. 2. par. 1. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 69. numer. 109. tom. 1. Caneer. var. resol. par. 1. cap. 16. n. 42. & seqq. Reuit. pragm. 12. de offic. Procurat. Cæsar. numer. 2. versic. idem erat & pragm. 62. num. 1. Carleuall. de iudic. cum ibi allegat. d. disput. 2. numer. 703. Guzman. de euiction. quæst. 8. Hodiern. ad Surd. decis. 110. nu. 11. Capyc. Latr* qui plures alios adducit *consultat. 65 num. 21. 22. & seqq.* vbi bonam rationem assignat, & testatur hanc esse opinionem magis receptam *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. numer. 12. & 13. Capiblanc. de Baronib. pragm. 8. num. 101. par. 3. tom. 1.* & faciunt etiam rationes adductæ per *Salgad. Labyrint. creditor. par. 1. cap. 7. numer. 14. 15. & seqq. per Fontanell. decis. 557. numer. 11. & Paris. fragm. par. 1. verb. fiscus numer. 182. & 183* quibus addi possunt *DD. allegati ab Anton. de Amat. resol. 86. numer. 71. versic. & si contrarium*, licet ipse contrarium
12 teneat, & facta diligenti † dinumeratione DD. apud supradictos adductorum, apparebit opinionem pro fisco esse magis communem.

13 Quod priuilegium auocationis † causarum ad proprium Tribunal procedit etiamsi in causa adsint viduæ, minores, & similes personæ priuilegiatæ, quia electio fori depromptà *à l. vnic. C. quomod. & quand. Imperat. inter vid. & pupill.* non procedit in causis fiscalibus *Menoch. de arbitrar. cas. 66. numer. 44 Marchesan. de commission. auocation. causar. §. 2. numer. 152 par. 2. Carleuall. de iudic. d. disput. 2. numer. 649* vbi rationes, & alios DD. idem sentientes allegat. Non abrè
14 nominaui minores, quia † licet *Thomat. decis. Marth. 85. num. 39* dixerit electionem fori competere solis pupillis, non autem minoribus vigintiquinque annorum, veritas est in contrarium, quod nempe, & ipsi minores gaudeant beneficio electionis fori, vt bene comprobant *Ciarlin. controuers. 170. num. 48. & seqq. Sanfelic. decis. 134. & decis. 274 vtrobique per tot. Rotit. decis. 27. pariter per tot.* qui omnes adducunt solidissimas rationes.

15 Quæ omnia procedunt etiam † in fisco succedente in bonis confiscatis post litem super illis motam, nam licet instantia transeat in hæredem *Fontanell. decis. 143. num. 16 Garon. var. resol. cap. 15. numer. 48.* non tamen transit in fiscum
16 quando succedit iure † confiscationis, quia tunc succedit bonis, non personæ *Garon. d. cap. 15. n. 49. Carleuall. de iudic. d. disput. 2. numer. 314. & 316. Capyc. Latr. consultat. 131. n. 42.* quicquid
17 secus esset dicendum † si fiscus succederet vti hæres ex Ga-

ex Garon. & Carlewall. superius allegatis.

Pro complemento huius quæstionis censeo ad- 18 monendos Iudices fiscales, quod fiscus † nec obtinet condemnationem in expensis, nec patitur, nisi fuerit in euidenti calumnia *Boer. decis. 323. n. 1. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7 tit. vltim. num. 13. vers. pro complemento Caball. resol. 296. num 19 Gratian. disceptat 33. num. 40. & infra Fontanell. dec. 424 num 3. & 4.*

Decisio *Sacra Rot. Rom. in Perusina Saluiani Veneris 13. Maij 1654. coram R. P. D. Pentingerio.*

Ridolphinis immissis ex remedio vtilis Saluiani in possessionem prædij, de quo agitur dandum esse mandatum de manutenendo DD. responderunt, quia obiecta pro parte Anastasij cessare visa sunt.

Non enim obstat, quod sit in causa clericus, qui contemporaneè cum Anastasio laico, ac reo, & possessore a sententia super immissione lata ap- 19 pellauit, ideoq; possessio † capta post interpositam huiusmodi appellationem fuerit attentata *ex dec. in Vrbeuetana successionis 25. Iunij 1635 coram b. m. Motmanno*, quia cum clericus compareuerit post motum iudicium contra laicum, vt ei assistat 20 tanquam † necessarius defensor, & sententia, quæ est in mero possessorio non sit formata contra ipsum clericum in ea non nominatum, prout formanda non erat, sed contra laicum, vt *post Bald. in l liberto §. fin. ff. de neg. gest. tradit Imol. in l. d sententia num. 1. versic si autem comparet pendente ff de appell Natt. cons. 630 num 4 Honded. cons.* 21 *25. num. 9. lib. 1.* vtique intrat Aegidiana, quia † clericus sic comparens non consideratur vti principalis, & proindè nec priuilegium circa appellationem allegare potest, dum ei licet appellare eo dumtaxat modo, quo licet emptori, reo conuento *Imol. in d. l. a sententia col. 2. Bart. & Aret* quos refert, & sequitur *Put. decis. 374. num. 3. & 4 lib.* 22 *2. in correct.* nec aliam poterat † exceptionem priuilegiatam, ex propria persona competentem proponere *Natt. cons. 99. num. 8. lib. 1. Honded. d. cons. 25. nu. 16.* vbi distinguendo inter casum, quo 23 clericus † venit ad causam vti principalis pro suo interesse, & alium, qui venit vti necessarius defensor, ita declarat *post Bald & alios per eum allegatos*; quinimò ei obstant omnia, quæ obstarent reo, cum quo fuit lis cepta *Ang. in l. ab executore § illo num. 4. ff. de appell. Soc. Sen. cons. 91. num. 11. lib. 3. Honded. d. cons. 25. num. 10.* vbi *num. 11.* quod non poterat in aliquo reddere deteriorem conditionem actoris, eumq; sequitur *Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 264.* vbi allegat concordantes, & facit etiam *Rim Iun. cons. 422. num. 13.* vbi fa- 24 cit distinctionem, an † clericus veniat ante iudicium motum, vel post, vt contingit in casu nostro, quo etiam negatur clericum fuisse vnquam ad causam admissum, cum actores seu per admissioni sese opposuerint.

25 Hinc in fortioribus terminis † dicimus, quod clericus necessarius defensor non potest mutare forū ex priuilegio suæ personæ *l. venditor 49 ff. de re iudic. vbi DD. omnes Couarr. pract. qq. c. 8. n. 3. Scacc de appel. quæst. 1. n. 223. vers. mouetor primo Surd. cons. 222. n. 20. Barbos. de iur. Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 216. & seqq. cum alijs per Modern. Hispan. de Indic. tom. 1. disput. 2. quæst. 6. Sect. 8. num. 664. & seqq.*

Et hæc eo magis procedunt, quia non potest clericus impedire executionem sententiæ dum ve- 26 nit ad causam † vtendo defensionibus ipsius Rei conuenti, sicuti dicimus quando tertius venit ad causam ex iure connexo cum iure collitigantis *Butr. in cap. litteris num. 23. & ibid. Bero. nu. 102. versic. vel dici potest, & num. 103. de restitut spol. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 80. ff. de acquir. possess. Rot. decis. 23. par. 1. & decis. 313. sub num. 18. part. 6. recent. &* fuit dictum *in Colomen. suspensionis 30. Aprilis 1640. § fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

27 *Decisio verò in Vrbeuetana successionis* † *coram bon. mem. Motmanno* non applicatur, quia ibi clericus non veniebat assistendo emptori tanquam necessarius defensor, sed vti principalis pro suo interesse.

Ad motiuum deductum ex prima commissione rotali signata sub banca cum sola clausula, ita 28 tamen, vt inhibitio † non afficiat, quatenus actū fuerit vigore obligationis Cameralis, vel alterius processus executiui, responsum fuit non illam, sed postremam commissionem signatam in plena signatura ad instantiam illorum de Ridolphinis, cum facultate manutenendi, quem de iure, esse attendendam, quæ quidem clausula irritat 29 tantum † executionem faciendam, non autem ante a factam, si rectè facta fuit, vt respondit *Rot. in Romana Vineæ 30. Maij 1634. coram Reuerendissimo Tarraconen in Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648 §. non vrgeret coram R. P. D. meo Celso*, & nouissime alijs allegatis *in Regbinen. attentatorum 12 Decembris 1653. §. 1. & §. in contrarium coram R. P. D. meo Bichio*, & quamuis 30 executio non dicatur ritè facta, si emanauit † intra decendium competens ad appellandum, vt dixit *Rot. in Romana Saluiani prima Iulij 1643. § minus obstat coram Eminentiss. Cardinali Ottobono*, præterquam quod id fortè intelligendum 31 est, quando † causa de sui natura erat appellabilis, cessat difficultas ex facto, quia in casu nostro sententia lata fuit die 3. Iulij, & possessio capta fuit die 15. & sic post duodecim dies, *vt in summ. eorundem de Ridolphinis num. 8.*

Minus obstat, quod post dictam primam commissionem, & præsentatam inhibitionem Ridol- 32 phini fecerint † vindemiam, quia inhibitio huiusmodi non impedit continuationem possessionis antea vt supra legitimè captæ *Bero. consil. 558. num. 8. & 24. lib. 3. Paris consil. vlt. numer. 10. & 11. lib. 4. Rot. decis. 110. numer. 1. part. 1. recent.* & quod dicitur non dari continuationem, quan- 33 do † originalis possessio fuit instrumentalis tantum *Mantic. decis. 168. num. 5. & decis. 184. num. 1.*

ea ratione, quia possessio instrumentalis est ficta 34 possessio, nec suffragatur † quando alter est in possessione, *vt in d. decis. Mantic. 168. num. 5.* procedit, quando possessio † instrumentalis capta fuit 35 absque praecilo mandato Iudicis, seruatis seruandis relaxato, in quibus terminis loquuntur exaduerso allegati, secus è conuerso; & ratio diuersitatis est, quia cum Iudex ritè, & rectè procedendo priorem possessorem sua possessione priuauerit, verum est dicere, quod nemo alius remansit, quia solus immissus extitit in possessione, & per consequens possessio instrumentalis quicquid cõsecutiuè gestum fuit excusat ab attentatis, vt benè distinguendo declarat *Mandos. de inhibit. quaestion. 156. sub num. 2.*

Postremò obiecta contra validitatem sententiae non releuant, nam primum, qood clericus in processu causę, & ad ipsam sententiam citatus non fuerit, quemadmodum enim Ridolphinis inuitis 36 non poterat clericus † iste iudicium contra emptorem ceptum in se trãsferre, & nouare *Modern. Hispan d. disput. 2. num. 666* ita etiam Ridolphini 37 illum † de necessitate citare non tenebantur *Rot. decis. 493. num. 2 par. 3. recent.*

Nec releuat secundum, quod Iudex contextualiter admiserit iura, & sententiam tulerit, & ideò 38 citatio ad sententiam circumducta † remanserit, cum enim non simpliciter, sed cum clausula, si & in quantum, hinc apparet, illum noluisse admittere, nisi absque retardatione vlterioris processus; & proinde dici non potest circumducta citatio ad sententiam sub eadem die cadens *Buratt decis. 727. num. 2.*

Ex quibus Ridolphinis manutentionem DD. concesserunt vtraque &c.

De Appellatione.

SVMMARIVM.

Appellatio quando conceditur reo à sententia continente poenam corporalem, remissiuè nu. 1.

Quando conceditur à sententia continente poenam pecuniariam, remissiuè num. 2.

Fiscus quando possit appellare à sententia absolutoria Rei. num 3. 4. 5. 10. & seqq.

Et quid seruandum sit extante instigatore, numer. 13.

Tenetur appellare infra decem dies à die latae sententiae. num 6.

Appellationi interposita per reum censetur fiscus ipso iuri adhaesisse. num. 7.

Reo renunciante, an fiscus possit illam prosequi inuito Reo. num. 8.

Fiscus quando gaudeat beneficio appellationis interposita per consortem litis. num. 9.

Potest appellare si est notoriè, & considerabiliter grauatus num 15.

Denegata appellationi habet recursum. num. 17.

Qui recursus debet peti infra decem dies à die lata sententia. num. 18.

Sententia non intimatur fisco. n. 19.

Fiscus potest dicere de nullitate sententia. n. 20.

An iuuetur beneficio restitutionis in integrum. nu. 21. 22. & 23.

Sententia notoriè iniusta nunquam transit in iudicatum. num. 24. & 25.

Sententiae tres conformes euidenter iniustae etiam post executionem factam debent reuocari. numer. 26.

Statutum, vel constitutio denegans appellationem à duabus conformibus intelligitur de iustis, & validis, & non habet locum in notoriè iniustis, & nullis. num. 27. & 28.

Constitutio Marchiae prohibens posse dici post certum tempus de nullitate sententiae non comprehendit excipientem. num. 29. 61. 62. & seqq. vbi plures adducuntur rationes.

An comprehendat notoriam nullitatem. num. 57. 58. & seqq. & quid debeat hoc casu facere Iudex ex Officio. num 76.

Non comprehendit notoriam iniustitiam. num. 77. 78. cum seqq. vbi comprobatur pluribus fundamentis.

Sententia ex actis non iustificata dicitur notoriè iniusta. num. 33.

Solutio indebiti debet concludenter, ac necessariò probari, non autem praesumptiuè, vel per possibile. num. 34 & 35.

Identitas debet probari per allegantem. num. 36.

Pluralitas semper praesumitur. num. 37.

Maximè contra debentem probare identitatem. num. 38. & vbi probatio debet concludere per necesse esse. num. 39.

Diuersitas summarum, & pecuniarum inducit diuersitatem obligationum, & contractuum. num. 40.

Confessio, & negatio an referatur ad qualitates enunciatas, remissiuè. num. 41.

Positionibus respondens an censeatur confiteri negata in positionibus antecedentibus. numer. 42. & 43.

Dictio, siuè verbum dicta, an referatur ad substantiam, vel etiam ad qualitates numer. 44. & 45.

Indebiti receptio debet probari. num. 46.

Limita. num. 48.

Et quidem per realem solutionem, non autem per confessionem de recepto. num. 47. 87. & 88.

Limita. num. 84.

Positionibus respondens per verba non credit vt po*nitur non potest dici mendax. num. 49.*

Positiones in terminis constitutionis Marchia debent produci tarsia, alias responsio subsecuta, & si spon. tantà non praeiudicat. num. 50. 51 & 52.

Limita. num. 53.

Ignorantia praesumitur. num. 54.

Condictio indebiti, an possit habere locum contra cessionarium. num. 55. & 56.

Confes-

Confessio geminata probat veram numerationem num. 85.

Limita in conditione indebiti. num. 92.

Restitutio Apoca facta à creditore debitori probat pecuniam verè fuisse solutam numer. 86

Declara. num. 90. & 91.

Adminicula adiuuantia confessionem de recepto in condictione indebiti debent concludere per necesse, non autem per possibile. num. 89.

QVÆSTIO L.

Non omnia, quæ remedium appellationis in criminalibus respiciunt, hic apponere existimaui, cum quoad Reum appellantem a sententia lata

1 † super pœna corporali fuerint lato calamo omnia discussa *per Farin. quæst.* 101. *per tot.* & *Guazzin. defens. reor.* 36 *pa-*

2 *riter per tot.* & quoad appellationem † a sententia continente pęnam pecuniariam edocuerunt, quid peragere debeat Reus appellans *ijdem Farin. d. quæst.* 101. *nu.* 102. & *infra Guazzin. d. defens.* 38. *cap.* 5. & *Scanarol. de visitat. carcerat. lib.* 1. §. 8. *cap.* 4. *num.* 3. vnde solum attingam, quæ pertinent ad appellationem fisco concedendam nec ne; in quo articulo firmo regulam, quod de iure com-

3 muni † fiscus potest appellare a sententia absolutoria lata pro Reo *l. illud* 2 *ff. de appellat. Peregrin. de iur. fisc. lib.* 7 *tit.* 4 *n.* 1 *Guazzin d. defens. reor.* 36. *capit.* 14. & *de confiscat. conclus.* 30 *vtrobique nu.* 1. *Giurb. obseruat. decis.* 114. *nu.* 8 *Capyc. Latr. decis.* 161. *num.* 4. & *decis.* 165. *num.* 7

4 Nec tantum valet † appellare a totali liberatione, sed etiam a minoratione pęnę *Baiard. ad Clar. quæst.* 94. *n.* 17 *Guaz. de confiscat. d. conclus.* 30. *n.* 2. *Monac. ad Minad. dec.* 27. *n.* 7. *Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 8. *vers.* & *ne dum* habet enim fiscus speciale

5 † priuilegium irritandi sententias contra se latas in causa criminali *l.* 1. *C. de sentent. aduers. fisc. lat. lib.* 10 *Guaz. d. conclus.* 30 *nu* 3. *Giurb. d. obseruat.* 114 *n.* 8. 9 & 10. asserens esse cauendum *a Magon. decis. Lucen.* 58 contrarium firmante; quæ appel-

6 latio erit infra decem dies † a die latæ sententię interponenda *Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 29. *cū plurib. seqq. Capyc. Latr. dec.* 165. *n.* 1. *cum seqq. vsq; in fin.*

7 Et si Reus ipse † appellasset, censetur fiscus ipso iure illi appellationi adhęsisse *Guazzin. d. defens. reor.* 36. *cap.* 14. *n.* 1. *versic.* & *in tantum Monac. ad Minad. dec.* 27. *n.* 7. *Fontan. dec.* 123. *Capyc. Latr. dec.* 78. *n.* 10. *Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 14. dicens, posse reformari sententiam in peius contra Reum;

8 an autem Reo renunciante † possit fiscus illo inuito appellationem prosequi, tenuerunt affirmatiuam *Cancer. var. resol. par.* 1. *c.* 17. *n.* 16 *vers. an autem*, & *alij relati à Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 15. quibus addo *Rouit. de appell. pragm.* 7. *n.* 1. *versic. in contrarium*; negatiuam verò contra fiscum firmauerunt *Franch. decis.* 658. *Monac. ad Minad. d. decis.* 27. *num.* 7. cum quibus vti vltimo loco relatis videtur sentire *Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 15. *versic. contrarium*; sed tene opinionem pro fisco, quia est melioribus rationibus fulcita, quas poteris videre penes *Scacc. de appellat. quæst.* 17 *limit.* 2. *num.* 95. & in casu *Vincent. de Franch* nihil fuit decisum, vt ponderat *Rouit d. num.* 1. sed licet fiscus adhęrendo iuuetur appellatione inter-

9 posita per † Reum, non tamen iuuatur beneficio appellationis interpositę per consortem litis, cum quo habeat interesse commune, si agatur de negocio d. uiduo *Cancer. d. cap.* 17. *num.* 16. *Giurb. d. obseruat.* 114. *num.* 16.

10 De consuetudine autem totius † Italię fiscus non appellat a sententia lata pro Reo *Farin. d. quæstion.* 101. *numer.* 32. *Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 49. *n.* 1. & *infra Monac. ad Minad. d. decis.* 27. *num.* 7. *Guazzin. d. defens. reor.* 36. *cap.* 14. *num.* 2. & *de confiscat. d. conclus.* 30. *num.* 22. *Giurb d. obseruat.* 114 *num.* 18. *Scanarol. de visitat. carcerat. lib.* 1. § 8. *cap.* 4. *num.* 36 & in Curia

11 Romana adest *bulla Pij IV.* 56 §. 17. disponens † appellationem fisci a sententia absolutoria Rei non debere admitti per A C iuxta consuetudinem in Curia seruatam; sed postea idem Pontifex *con-*

12 *stit.* 58 § 44 *tom.* 2 *nou. bullar.* determinauit † spectare ad Signaturam admittere, vel non admittere appellationem a fisco interpositam, quarum constitutionum meminerunt *Farin. d. quæst.* 101. *num.* 32. *Guazzin. de confiscat. d. conclus.* 30. *n.* 22. & 23. & *d. defens. reor.* 36. *cap.* 14 *num.* 2. 3. & 4. *Scacc. de appellat. quæst.* 17 *d. limit.* 49 *n.* 1. 10. & 11

13 apud quos habetur etiam, quid sit † seruandum, si adsit in causa instigator, idemq; reperitur dispositum *in bull.* 71. *Pauli V. tom.* 3. *nou. bullar. in tit. de fisc. procurat.* §. 15. vbi extante instigatore secreto, vel aperto, non potest fiscus prosequi appellationem, nisi data per instigatorem cautione de reficiendis expensis; cessante autem

14 instigatore fiscus † appellare non prohibetur, sed Signatura prouidet secundum casuum, & personarum qualitatem *vt in d. bull.* 71. *ead. rub. de procurat. fisc.* §. 10.

15 Prout nec posset † fiscus appellare, si adesset statutum denegans Reo beneficium appellationis, vt inter vtrumque seruetur æqualitas *Farin. d. quæst.* 101 *n.* 34. *Guazzin. de confiscat. d. conclus.* 30 *n.* 24. & *d. defens. reor.* 36. *cap.* 14. *n.* 6.

16 Est aduertendum, quod † licet fiscus reperiretur prohibitus appellare, tamen prohibitio cessabit, si fuerit notoriè, & considerabiliter grauatus *Cancer. var. resp.* 1 *c.* 17 *n.* 15. & *p.* 3. *c.* 18. *n.* 19 *vers. hinc licet Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 13. vel saltem

17 † habebit recursum, qui nunquam intelligitur sublatus denegata appellatione *Donat. Anton. de Marin. resol.* 150. *n.* 1. & *per tot. lib.* 1. *Monac. ad Minad. d. dec.* 27. *per tot. Nouar. pragm. de offic. Iudic. collectan.* 8. *n.* 164. & *seqq. Giurb. d. obseruat.* 114. *n.* 22. *Capyc. Latr. dec.* 161. *n.* 3. vbi firmat recursum dari, & a minoratione pœnæ & *decis.* 165. *nu.* 25.

18 qui recursus † debet peti infra decem dies ad instar appellationis a die latæ sententię *Rouit. decis.* 14. *num.* 7.

num.7. Giurb d obseruat 114. *num* 22. *versic. quod grauamen Capye. Latr. d. decis.* 165 *num.* 25. dixi a

19 ate iatę, quia fisco non † debet intimari sententia *Capye Latr. d. decis* 165 *num* 31 *& infra.*

20 Et pari modo potest fiscus dicere † de nullitate sententię *Cancer var. resol par. 1. d cap* 17. *numeri* 21 *Capye Latr. decis* 161 *num.* 2. *& decis* 165 *nu.*

21 24. sed an gaudeat beneficio † restitutionis in integrum in iudicio criminali erunt videndi *Farin. d quaest.* 101. *num.* 35 *cum seqq Guazzin. de confiscat. d conclus.* 30. *num.* 25. 29. *& infra & d. defens. reor.* 36. *cap.* 14 *num* 5 *Fontanell. decis* 122 vbi

22 quod non † potest adhęrere restitutioni petitę per minorem *Capye. Latr. d decis.* 165 *nu* 35. *& seqq.* non ab re dixi in criminalibus, quoniam in causis ciuilibus, & non pœnalibus fiscus indubitanter

23 † restituitur in integrum *Guazzin de confiscat. d. conclus* 30. *num.* 33. *Capye Latr. d. decis* 165. *num.* 47 *& seqq* vbi vide, an, & quomodo sit pro-

24 banda ipso. Si autem sententia † esset notorié iniusta, nunquam transiret in iudicatum, & non obstante quouis statuto prohibente dici de nullitate, etiam cum præfinitione temporis, semper posset dari de notoria iniustitia. vt fuit a me decisum in hac Rota Maceratensi, & compilaui duas decisiones, quæ sequuntur.

Asculana Pretij Bouis 19. *Octobris* 1656.

Præsumens Ioannes Petri de Veteribus soluisse indebitum Francisco Vannicolæ, ad illud probandum dedit Positiones, in quarum prima exprimebatur, quod Aristides Marianus vendidit ipsi Ioanni Bouem florenis quinquaginta; in secunda, quod Aristides moriens legauit pretium dicti Bouis Lucidariæ suæ Filiæ; in tertia, quod Aristide vita functo, ipse Ioannes fuit compulsus ad faciendam obligationem florenorum quinquaginta pretij eiusdem Bouis ad fauorem Iosephi Pelagalli; quę tres Positiones fuerunt a Francisco illis respondente, negatę; Quartam autem continentem, quod *dicta Apoca dictorum florenorum quinquaginta, vt suprà,* fuit ab eodem Iosepho per cessionem translata in ipsum Franciscum, per verbum credit, Franciscus respondens confessus fuit.

Qua Confessione fretus Prętor Ophidæ ausus fuit damnare Franciscum ad reddendos dictos florenos quinquaginta, vti indebitè exactos; à qua damnatione appellatio ad hanc Sacram Rotam deuoluta, nec prosecuta infrà legitima tempora, fuit per duos ex D. D. meis Auditoribus declarata deserta.

Post quam geminatam declarationem causa coram me introducta, expetebat Ioannes, duas conformes super desertione fore exequendas, tanquam constituentes rem iudicatam, iuxta dispositionem *Bullæ Rotalis §.* 26. Ego autem aduertens,

25 appellationem a Sententia † Prętoris Ophidę notoria labe Iniustitiæ laborante, deseri nequiuisse, executionem denegaui, & dato termino ad vlteriora procedendum existimaui, motus, quia sententia euidenter iniusta nunquam transit in iudicatum *l. 4. §. condemnatum ff de re iudic. Altograd. consil* 99 *num.* 27. *& seqq. vol.* 1. *Rot. recentior. decis.* 55 *num.* 7. *part.* 5. & fuit alias decisum per hanc Rotam *in Asculana redditionis rationis* 21. *Iunij* 1632. *coram D Guidiccione in §. circa ea, & §. se-*

26 *quenti,* adeò vt etiam tres † conformes post executionem consummatam, debeant reuocari, si absque aliquo velo detegantur iniustæ *Gabriel consil.* 28 *num.* 6. *lib* 2. *Gratian. disceptat. forens* 103. *num.* 25. *& disceptat.* 581. *num.* 22.

Et propterea censui, non esse locum Bullę Ro-

27 tali de duabus † conformibus, cum hęc Constitutio intelligatur de validis, ac iustis, & excludat apertè iniustas, vel nullas *Gratian. disceptat. forens* 691. *num.* 27. *& disceptat.* 745. *num.* 3. *& seqq. Scacc. de appellation. quæst.* 17 *limitat.* 1. *num.* 69. *Fenzon. ad Statut Vrb. cap.* 180. *num* 54. *& seq. Gilian ad Statut. Perus. in verb. appellatio cap.* 1. *num.* 5. *Cancer. variar. resol par.* 3. *cap.* 18. *num.* 26. 27. 28 *&* 29 *Rot recent. decis* 292. *num.* 10 *part.* 6. & in terminis huius Bullæ *Thomat. dec.* 49. *num.* 9 10. *& seq part.* 1.

28 Regulare namque est, quod, & si de iure † appellatio prohibita sit, semper tamen indulgeatur ad vtrumque effectum, quotiescunque nullitatis, vel iniustitiæ euidentis detegitur defectus *Ioseph. Ludouic. decis Perus* 39 *num.* 9. *Menoch. remed. adipiscen.* 4. *num.* 820. *Gratian. disceptat. Forens.* 41. *num.* 7. *&* 31. *& disceptat.* 263. *num.* 27. *Salgad. de reg. protect part.* 3. *capit.* 9. *numer.* 5. *& seqq.*

Non obstare putaui, quod post desertam appellationem Constitutio Marchiæ *lib.* 6. *cap.* 9. prohibeat, posse dici de notoria iniustitia sententię. Quoniam Constitutionis prohibitio comprahen-

29 dit † tantum, qui agendo, notorietatem iniquitatis vult allegare, non autem, dum Reus illam excipiendo deducit *Antonin. Maceratens. resol.* 60. *cas* 39. *vers fuit responsum lib.* 2. *Thomat. decis.* 102. *num.* 6. *part.* 1 *& decis.* 243. *num.* 12. *& seqq. part.* 2 vbi dantur concordantes.

Prout hic adducebatur ad excludendam sententię executionem, & sic per modum exceptionis,

30 quæ nil † aliud est, quam actionis exclusio *l* 2 *ff de except. Capye. Galeot. controuers* 35. *num.* 20. *vol.*

31 1. maximè opposita per Vannicolam Reum † conuentum, qui, & si appellauerit, non desiit esse talis *Vbert de citat. cap.* 12. *num.* 60. *& seq. Ciarlin. controuers* 188. *num.* 7 *Seraphin. decis.* 1422. *num.* 1. *Caualer. decis.* 631. *num.* 1. Etenim appel-

32 latio operatur † solummodo, quod status litis reducatur, vt erat de tempore pronunciationis *l* 3. *C de appellat. Marant. de Iudic. part* 4. *distinct.* 6. *num.* 25. *Vbert. d. cit. cap.* 12. *num.* 61.

33 Ostendebatur autem patens † iniustitia sententiæ, quia non erat ex actis iustificata *Altograd, consil.* 4. *num.* 9. *vol.* 2. *Rot. recent. decis* 127. *num.* 2.

num. 4. *part.* 5. *decis.* 470. *num.* 2. *d. par.* 5. *tom.* 2. *& decis.* 232. *num.* 10 *part.* 7. Cuius iustificationis defectus comprobabatur, dum nullibi constabat in 34 actis, dictos florenos quinquaginta † fuisse indebitos, quod assumptum debebat probari per actorem plenè, concludenter, ac necessariò, non autem præsumptiuè, vel per possibile *Ciriac. contro. uers.* 263. *num.* 7. *&* 8. *controuers.* 264. *num.* 5. *& seqq. & controuers.* 386 *nu* 23. *&* 24 *Post. resolut.* 107 *num.* 24. *& seqq Rot. recent. dec.* 26 *numer.* 27. *decis.* 38 *num* 2. *& decis.* 130. *num.* 17. *part.* 5. *Coccin. decis.* 94 *& decis.* 384 *vtrobiq num.* 1. *Add. ad Buratt decis.* 592 *num.* 6. *&* 7. *Add. ad decis.* 598. 35 *num.* 27. vbi quod sufficit † sola possibilitas ad excludendum agentem *part.* 5. *recent tom.* 2.

36 Quapropter debebat adduci identitas † Bouis, & Crediti Aristidis *Marescott. resol.* 12. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. *Mascard. conclus.* 1179. *numer.* 58. cum 37 alias † semper præsumatur pluralitas *Mascard. dicta conclus.* 1179 *num.* 19. 20. *& seqq. Gratian. disceptat. forens.* 293. *num.* 2 *disceptat.* 640. *num.* 38 26 *& disceptat.* 790 *num.* 6. Signanter contra † eum, qui tenetur identitatem probare *Marescott. dicto cap.* 12. *num.* 2. *Altograd consil* 96. *num.* 24. 39 *vol.* 1. & fortius, dum † probatio debet concludere per necesse vt hic *Thomat. decis.* 286. *num.* 8. *&* 9 *part.* 2.

Hinc inferebant informantes pro Vannicola, quod, cum Aristides legauerit Lucidariæ florenos quatraginta cum dimidio, pretium Bouis venditi Petro de Veteribus, & Apoca, quam cessit Pelagallus sit florenorum quinquaginta contra Petrum, & Ioannem de Veteribus, vtiquè ex diuer- 40 sitate † summæ, & contrahentium inducatur diuersitas contractuum, & obligationum *l. quingenta ff. de probat Surd consil* 80. *num.* 14 & in terminis repetitionis indebiti *Coccin decis* 331. *num.* 2.

Nec aliquod negocium facere posse autumant, quod Vannicola confessus fuerit quartam positionem, quasi quod per verba *dicta Apoca, dd. florenorum quinquaginta*, & dictionis, *vt suprà* fuerit habita relatio ad omnia in præcedentibus positionibus enunciata.

Quia omissa disputatione, an negatio, vel con- 41 fessio † referatur ad factum principale tantum, aut etiam ad qualitates enunciatas, quam plenè discutit *Michalor. de position. cap.* 60. *per tot.* redditur indubitatum, quod dum Vannicola omnes positiones antecedentes negauit, non debet dici, quod se voluerit in continenti corrigere, & con- 42 fiteri † ea, quę statim ante negauerat, sed tantum cessionem vnius Apocæ florenorum quinquaginta ad sui fauorem expletam à Pelagallo, vt aduertunt *Dec. consil* 118. *num* 6. *vers. confirmatur hoc. Papien. in form. exceptio contra posit gloss. vltime positioni. num.* 2. *Michalor. dicto tract. cap.* 60. *numer.* 11. & magis indiuidualiter probant *Corn. consil* 108. *sub num.* 7. *vers. nec etiam nocet ipsi Gulielmo consil.* 229. *sub num.* 4. *vers. & tanto fortius, & consil.* 304. *sub nu* 6. *vers. item alia responsio vol.* 1. *Sola ad constitut. Saband. lib.* 3. *tit de positiones. gloss* 21. *num.* 6 *Post. de manutent. obseru.* 83. *in fin.* Præsertim, dum vltra contradictionem respondens pateretur cortius litis iacturam, ex quo 43 tanto magis † deprehenditur, non fuisse inductam confessionem prætensam. *Crauett consil* 883 *num.* 1. *& seqq.*

Nihil vero sunt facienda dictiones illæ repetitiuę, quia verba *dicta Apocæ*, & *dictorum florenorum quinquaginta* important tantum relatio- 44 nem † ad substantiam, nempè, quod ex Apoca cessa debebantur quinquaginta floreni, non autem ad qualitates, quod deberentur causa pretij Bouis ab Aristide legati Lucidariæ *Corn. d. consil.* 304. *num.* 6. *vers. item alia responsio. Barbos. d. ction.* 87 *num.* 3. apud quos affertur exemplum de interrogato, an cognouerit Bertam Vxorem Titij, qui si respondeat, cognouisse dictam Bertam, nunquam censetur fateri qualitatem, quod Titio sit nupta. Dictio autem, *vt suprà*, non operatur relationem 45 † ad omnes qualitates præcedentes, quando eadem ratio non subest *Grat. dictione* 300. *numer.* 1. *Franch dec.* 87. *num.* 10. quam hic non adesse colligebatur, dum priores positiones fuerant integraliter negatæ.

Conuincebam autem, conditionem indebiti minimè dari potuisse, quia, licet pretium Bouis fuisset indebitum, non tamen fuit probatum, Van- 46 nicolam illud † recepisse, vt probari debebat *l.* 1. *C. de cond. indebit Ciriac. controuers.* 263. *num* 7. *&* 8. *controuers.* 264. *numer.* 5 *& controuers.* 385. *num.* 21. & quidem per realem solutionem, & non 47 per † confessionem de recepto, quam in proposito non esse sufficientem animaduertit *Federic. de Sen. consil.* 54. *num.* 2. *& seqq Rot decis.* 145 *numer.* 4 *par* 3. *recent. Add. ad Buratt. decis.* 592. *numer.* 7.

Obiectum, quod, cum Vannicola, neg flet solutionem sibi factā, spectabat ad ipsum (in n endam 48 eius pęnam) probare pecuniam † fuisse debitam *l. eum de indebito. & ibi gloss Bart. & Salicet. ff. de probat. Alex consil* 83. *num.* 1. *lib* 1 diluebatur in facto, dum Vannicola non fuit interrogatus, an pecuniam habuisset, ac etiam in iure, quia re- 49 spondens † positioni, per verba non credit, vt ponitur nullas mendacij pęnas incurrit *Surd decis.* 58. *num.* 5 *Gratian. disceptat. forens.* 109. *num.* 12. *& seqq.* ad quem se refert *Hodiern. ad d. decis. Surd* 58. *num.* 2. à quo non dissentit ad hunc effectum *Michalor. dicto tract. de position. cap.* 40. *numer.* 15.

Vlterius perpendebam, quod, cum Constitutio Marchiæ *lib.* 5 *cap.* 19. requirat pro forma, po- 50 sitionum deductionem † debere fieri cum iuramento à ponente, vtique illo hic deficiente responsio, & si spontanea subsecuta, nullum potuit inferre præiudicium ipsi Vannicolę respondenti *Rot penes Penson. ad Statut Vrb decis.* 172. *in fin.* & videtur concordare *decis.* 678. *num. er.* 7 *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* Et licet *Ridolphus in pract. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. *& seqq.* voluerit, hoc procedere, dum 51 pars † instat pro iuramento, attamen non adaptatur

pratur Constitutioni Marchię, quæ disponit, positiones debere produci iuratas, & pro ude, siue Iuramentum præstatur, siue non, confessio, aut sit
52 vera per vltroneam responsionem, aut ficta † per declarationem Iudicis in contumaciam, nunquã confitenti nocere poteſt *Penzon. ad Statut. Vrb. cap. 68 num. 28 & seqq Rot post ipsum dicta decis. 17. & Ridolphin dicto cap 10. num. 19.*
53 Quę tamen limitarentur, si reus † habuisset notitiam, quod forma statuti non fuisset seruata, & nihilominus responsioni se obtulisset *Penzon. dicto cap. 68 num. 33. & 34. Ridolphin dicto num. 29. vers. nisi reus.* Hęc autem scientia nullatenus fuit
54 probata, & ignorantia † semper præsumitur *Vulgat. l. verius ff de probat.* maximè in Vannicola Viro idiota, & notitiæ formularum Iudicialium penitus experte.

Hęc omnia sicuti admittebam tanquam solidissima in Iure, ita pessundabam motiuum, quod
55 contra Vannicolam † cessionarium non debuisset dirigi conditio indebiti, sed contra Pelagallum cedentem *l. cum indebitum, §. Creditor. ff de condict. indeb. l si citrà C eod Codex Fabr. lib. 4. tit. 6. definit. 1 num. 15. in allegat.* Nam hęc, & similia
56 † Iura loquuntur in delegatione, & non habent locum in cessione, vt ex *Bartol.* agnoscente discrimen inter vtramque *in l. si donaturus §. si quis indebitum in princ ff de condict causa data, & in l. doli mali 19. num 6 9. & 10 ff de nouat & delegat.* testatur *Cancer var. resol. pat. 1. cap. 2. num 63. 64. & seqq.* sic fuisse decisum per Supremum Cathaloniæ Senatum.

Et ita &c.

Asculana Pretij Bouis 7. Iulij 1657.

EX incuria Scribæ, quo cum conuenit Typographus, vel forsan etiam mea, calamo inaduertenter obrepente, fuit dictum *in antecedenti decisione §. Non obst. ire putaui*, quod Constitutio Marchię *lib. 6. cap. 9* prohibeat dici de notoria iniustitia sententiæ, cum tamen interdicat dumtaxat agi de nullitate 1 delero ergo ex eodem §. illo verbo, *iniustitia*, & supposito altero *nullitate*, iterum assumo calamum, ad magis firmandum ea, quę circà nullitatem, vel notoriam Iniustitiam impedientem desertionem in ipsa Decisione deduxi.

57 Quia autem valde sese torserunt Scribentes † ad demonstrandum, an simile Statutum præfigens tempus ad dicendum de nullitate, comprehendat etiam notoriam, ideò accuratius percurrendo materiam adinueni, quod *Ruginell. de appellat. §. 4. cap. 2.* articulum hunc disceptando ad partes *à num. 1 vsque & per tot. num. 46.* pro opinione firmante comprehensionem adducit plusquam tri-
58 ginta D. D. *A. num.* † *autem. 47. per integrum n. 129.* solidissimis rationibus defendit, nullitatem notoriam nunquam esse à simili iure municipali comprehensam, & cumulat quadraginta, & vltrà D. D, quibus addi possunt *Rum. cons. 36. num. 4. lib. 5. Surd. cons. 354 numer. 16. Ciriac. controuers. 499. num. 8. & 9. Cancer. var. resol. part 2. cap. 15. num. 43 44. & seqq. & par 3. cap. 17. num. 57. Vtu. dec. 220 num. 3 lib. 1 Barz. dec. Bonon. 153. num. 8. & 9 Fontanell. dec. 453. nu. 19. Rot. diuers part. 1 dec. 666 num 3. & part. 1. recent dec. 363. n 8.*

Vtriusque etiam opinionis neutram firmando
59 † meminit *Hodiern. controu. 48. num. 25. 26. & 27.* testificans, quod *Ruginell.* pro hac postrema sententia coaceruat quadraginta septem D. D. pro
60 contraria vero triginta. Et quia nec me † fugit, quod post allegatos *à Ruginell. & Hodiern. vbi supra*, pro comprehensione nullitatis, & si euidentis, tenuerunt *Antonell. cons. 45. num. 7. cum seqq. Thomat. dec. 243. num 8. 9 10. & 11. Rot. decis 79 num. 7. cum alys ibi relatis part. 7. recent.* propterea, cum articulus iste ex D. D. Decisionibus Sacre Rotę Romanæ, & rationibus hincindè existentibus reddatur non parum ambiguus, & operosus, nullum Iudicium audeo interponere expectans, quod eadem Sacra Rota Romana cuius est è nexibus labyrinthi legalis quęstiones dubias ad veritatis lumen educere, illum ad partes discutiendo diffiniat, nam sic quiescet in posterum libido omnium scribentium, qui adinuicem hucusque aduersantur.

Hoc itaque prętermisso, non mihi videtur à iu-
61 re absonum firmare, quod cum † Constitutio Ægidiana prohibeat agi post certum tempus de nullitate, nullatenus includat excipientem, vltrà *Antonin. & Thomat.* in altera decisione allatos, *Rip. obseru 74 num. 10 & 11. Surd. dicto cons 354. num. 17. Ciriac. controuers 187 num 6 & 14 Luc. Pet. in pract For Capitol. lib 6. cap. 1. num 28 Penzon. ad Statut Vrb cap 191. num 117. cum seqq. & num. 131* qui ambo respondent omnibus obiectis prout etiam satisfacit Vir acutissimi ingenii *Carleuall de Iudic. tom 2. disput. 16 numer. 8. 9. & per tot. num. 18. Scacc. de appellat quæst. 19. remed. 1. conclus. 4. num. 49. & seqq Niger de exception. cap. 12 § 23. num. 17. Acebil de Graff dec. 6. num.*
62 *1 de Conflict* Prout è contra, si statutum † prohiberet exceptionem, non tolleret actionem *Scacc. de appellat. d. quæst. 19. remed. 1. conclus. 4. num. 54. Galganett. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 191. num. . . . Niger. de except. d. §. 23. num. 18.* quicquid sit de
63 interitu † replicationis, quę extinguitur, sublata actione *Penzon d cap. 191 sub num. 124. vers. nec replicari cum nn. seqq. Niger. de except. eod §.*
64 *23 num. 19. & seqq.* illam rationem † adducentes, quod replicatio accedit actioni ad repellendam exceptionem *l. 2. § replicationes ff de Except.*
65 Et licet replicaretur, hęc non † esse omninò tuta, dum nullitas fuit cum appellatione proposita, & fuerunt lapsa fatalia, quia tunc nec excipiendo posse deduci voluerunt *Ruginell. de appellat. §. 4. cap. 2 numer. 99. Gratian. decis. March. 151 num. 20. & seqq. Marescott. var. resolut. cap. 51. num 8. lib. 2. Antonel d cons 45 num. 5.* ea nem-
66 pè ratione, quod vbi exceptio † vna cum actione exoritur, tunc per tempus exclusa actione, erit

& pro-

& prohibita exceptio. *Gratian. d. decis. 151. num. 14. & seqq. Mastrill. decis. 102. num. 11. & 12. Niger. de except. cap. 12. §. 16. n. 17. & §. 17. num. 15. Rot. in Aesina Bonorum 20. Februarij 1641. §. qua. propterè non releuat, coram R.P.D. Bichio post addit. Post. ad tract. de subhast. dec. 127. num 49.*

Nihilominus solidissima adaptabatur responsio, 67 quod de iure † communi nullitas notoria semper opponi potest *Scacc. de appellat. quaest. 19. remed. 1. conclus. 7 num. 3. Ridolphin. in pract. Iudic. part. 68 1. cap 13. nu. 266.* vel saltèm eius instantia † agendo adducta perpetuatur de iure canonico vsque ad triginta annos *Ridolphin d. cap. 13. num. 262. 272. & 273. Salgad. de reg. protect. par. 4. cap. 3. num. 115.* 69 adeo vt deserta appellatione, non † sit deserta nullitas simul, & aequè principaliter deducta *Buratt. dec. 163 num. 1. vbi Add. quam plurimos d.* *concordantes*, & in terminis nullitatis resultantis ex notoria iniustitia *Rot. decis. 151. num. 2. part. 1. & decis. 55. num 7. part. 5. recent.* quicquid secùs 70 sit † de iure ciuili, à quo instantia nullitatis clauditur triennio. *Scacc. d. remed. 1. conclus. 7. num. 6. Caps. e. Latr. consult. 6. num. 5. & seqq.* Quomodo 71 autem † dignoscatur, an fit principalitèr, vel incidentèr proposita, edocent *Scacc. d. quaest. 19. remed. 1. conclus. 3 num 3. 4. ac seqq. & Ridolphin. d. cap. 13 num. 270. & seqq.*

Dum igitur hoc tempus agendo restringitur infrà curriculum trium mensium d Constitutione 72 Aegidiana, illius dispositio † est limitata ad solam actionem, de qua loquitur, nec ad exceptionem aliquo pacto extendenda, vt minus quàm fieri possit, ius commune lędatur *Altograd. cons. 4. num. 17. 18. 19. & 25. & cons. 88. num. 11. 12. & 14 vol. 1. Caren. resol. 172. num. 9 10. & 11. ac resol. 196. num. 8. & seqq. Rot. recent. dec. 187. num 8. part. 7.* & in terminis similis Statuti *Carleual de Iudic. d. disput. 16. num. 8. cum seqq. & sign inter num. 18. & 19.* cuius rationes, nè longior euadam transcribendo, consultò omitto; eò poterit inspici, dum opus erit, nam, quę in contrarium obijciuntur, prorsus eliminat, & conueniunt omnes ab allegati superius *§ hoc itaquè praetermisso*, vnde exceptio 73 tanquam non comprehensa, regulabitur secundum terminos iuris communis *l. commodissimè ff. de liber. & posthum. Rot. recent. decis. 43. num 2. & 74 11 part. 7.* cuius sanctio inspecto † poterit nullitas agendo proposita excipiendo deduci *Luc. Pet. d. lib. 6. cap. 1. num. 37.* qui sic ratiocinatur in his terminis indiuidualibus, nec videtur abesse *Scacc. d. remed. 1. conclus. 4. num. 49 & seqq.* eoque ma- 75 gis, si illa notorię vigeret, nam, & si agendo discussam posse excipiendo iterum cognosci testatur *Ruginell. d. cap. 2. num. 101.*

Quinimò, quamuis Statutum includeret, attamen 76 Iudex † videns illius notorietatem ex actis, potest ex officio supplere, & sententiam non exequi, in nihilo obstante dispositione Statuti *Ruginell. d. cap. 2. num. 126. Cost. de retroaction. cap 9. cas. 7. num. 30. Barz. d. decis. 153. num. 8. & 9. Fontanell. d. decis. 453. num. 21.*

Si vero sententia laborat morbo iniustitię euidentis, sicuti hanc, de qua agitur, laborare, fuit in alia decisione apprimè comprobatum, indubitanter, & absque aliqua contradictione fatentur scri- 77 bentes, illius allegationem † nunquam censeri interdictam à Statuto, & si tempus pręfigente ad dicendum de nullitate *Surd d. cons. 354 n. 15. Ruginell. d. c. 2. n. 101. § praeterea si nullitatem vers. vel iniustū* vbi, quod Iudex tali casu nō se gerit vti Minister Dei, sed vti Persona iniusta Ius alterius auferens *num. 124. 128. & 129 Mascard. de probat. conclus. 1115. num. 7. referens, iudicasse Rotam in Romana praetensa conuentionis 7. Nouembr. 1580. coram Robusterio. Niger. de except. cap. 12. §. 12. n. 24. iunctis nu. 34. & 55. Ciriac. controuers. 499 num. 10. Fontanell. decis. Cathalon. 26. num. 20.* & precise in puncto Constitutionis Aegidianę, quod nullatenùs comprehe dat patentem iniustitiā, sed solas nullitates processus consistentes in aliqua omissione, vel non seruatione alicuius formę tenuit *Matth. Brun. cons. 26 per tot. quem sequutus fuit Cancer. var resol part. 2 cap. 15. sub num. 50. vers. id, quod tradit, & vers. nota quod dicta Constitutio, asserens obtinuisse in illo Senatu, & par.* 78 *3. cap 17. num. 55. 56. & 57* moti, qui alias † lęderetur Ius naturae, vnicuique, & alteri auferendo contrà praeceptum eiusdem iuris, quod nemo debeat locupletari cum alterius iactura *l nam hoc natura ff de condit indeb. & l iure naturae ff de re.* 79 *gul. iur.* iuxtaque hanc † opinionem fuit alias decisum in hoc Sacro Auditorio penes *Amat. dec. 32. num. 6. cum seqq. in Asculana redditionis rationis 14. Iunij 1632. §. circa ea, & § seq. coram Guidiccione, & Thomāt. decis. 217. per tot. & signanter num. 5. par. 2.*

Et rationibus, quibus ijdem D.D. corroborant hoc assumptum, vel possunt addi aliae 80 duae, tùm, † quia ex notoria iniustitia sententiae pręsumitur dolus in Iudice *Mascard. de probat. conclus. 521. num. 4 Contard. de moment. possess. limitat. 10. num. 9. & 13. Farinac. quaest. 111. num.* 81 *38.* quo casu nullitas potest semper † allegari, in nulla consideratione habito Statuto *Plot. de in lit. iuran. § 6. num. 8. Ruginell. d. cap. 2. num. 107. vers. septimò si sententia* nec dissentiunt *Scacc. d. remed. 1. conclus. 5. num. 12. vers. Tertius, & Niger de except. d. cap. 12. §. 24. num. 11.* qui loquuntur in terminis fortioribus, quando scilicet fuisset renunciatum facultati agendi, & excipiendi de nullitate; Tùm quia ratione huiusmodi iniustitiae 82 † anima reportantis sententiam semper est in periculo *Scacc. de sentent gloss. 14. quaest. 2. num. 44.* 83 *& 45.* at quando † periculum animae consideratur, ius dicendi de nullitate nullo tempore praescribi potest, sed perpetuo viuit, & durat *Scacc. de appellat. d. remed. 1. conclus. 7 num. 2. Ridolphin. d. cap 13 num. 264. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 3. num. 116.*

Ex his, & alijs in antegressa decisione deductis, dato termino, cui ambae partes acquieuerunt, fuerunt in processu ad vlteriora pro parte Ioannis

Petri

Petri de Veteribus adductę nonę probationes, quibus autumabat sufficare, Vannicolam indebitum recepisse. Illis ideo diligenter discussis, ac pluriès vtriusque collitigantis Aduocatis auditis, fuit restricta difficultas, an sola confessio Vannicolę, quod recepisset pecuniam, de qua agebatur, esset sufficiens in condictione indebiti; & quamquam D. Scribens pro illo de Veteribus sustine-84 ret, esse satis, quia confessionem supponebat † multis adminiculis suffultam, & propterea probare verum actum solutionis ad illum, ac omnē aliū effectū *Rot. in Panormitana Pensionis 1. Decembris 1642. §. Non obstat, quod praedicta, cor. Reuerendiss. P D. Dunozetto*, & inter adminicula connume-85 rabat † geminationem confessionis, quę idcirco veram numerationem probaret, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20 nu. 15. Merlin de Pignor. lib. 3. quaest.* 86 *58. num. 13.* ac etiam restitutionem † Apocę ab ipso Creditore factam debitori, ex qua debebat dici pecunia verè soluta *l. creditricem, & ibi Bald C. de remission. pign. Menoch. praesump 140 n. 1. & seqq. lib. 3 Maur de solut. cap. 2. §. 3. n. 2 & seqq. Hering. de fideiussor. cap. 20 §. 8. num 8.*

Attamen D. Aduocatus Vānicolę, cū quo & Ego pertrāsiens, reuocādo sententiā Praetoris Ophidae, eundem Vannicolam ab impetitis absolui, respondebat, quod, cum ex confessione de recepto 87 non † oriatur actio pro repetitione indebiti, *post Federic. de Sen. ac alios adductos in priori decisione §. Conuincebam autem. Rot. in d. Panormitana pensionis 1. Decembris 1642. in princ vers attamen non visa fuerunt, & in eadem 26. Iunij 1645. §. caeterum partitas coram Reuerendiss. D. Dunozetto, & in Romana Census 14. Decembris 1648. in princ. & in Romana Domus 17 Martij §. in creditum retulerant, & 24 Ianuarij 1650. §. ex his par-*88 *titis coram R. P. D. Bichio*, & optima quidem † ratione, quia condictio indebiti nascitur ex obligatione, quae re contrahitur, in qua debet probari vera, actualis, & realis solutio *§ quoque, vbi Oinot. nu. 11. institut. quib. mod. re contrahitur oblig. Rot in d. Panormitana pensionis 1642. §. 1. vers. ea ratione*, adminicula, quibus ad hunc effectum est necesse fulciri confessionem, non debent esse 89 † desumpta, a possibili, vt sunt omnia, quae hodie afferuntur; sed de necessitate concludere *Rot. in d. Panormitana pensionis 1642. §. Non obstat. quod praedicta propè finem, & in eadem 1645. §. caeterum partitas.*

Indiuidualiter autem dicebatur, nihil concludere, nisi per possibile, restitutionem Apocę, cum 90 illa possit importare, † vel solutionem, vel remissionem rei debitae *Mascard. de probat. conclus. 111. num. 14. & 15.* videturque conuenire *Cyriac. controu. 314 numer. 16* dum vult, ex ea praesumi donationem; DD. verò in contrarium proximè allegati non dicunt, probari numerationem, sed tantum praesumi liberationem, vel solutionem, 91 quarum vtraque refertur † ad obligationem tollendam, & non ad nummorum solutionem *l solutionis 54 ff de solut. & liberat. & l liberationis 47. iuncta gloss ff de verb signific at.* & Confessionem, 92 licet † geminatam in hoc proposito non attendendam, firmauit *Rot in pluries allegata Panormitana pensionis 1642. §. talis autem, & in eadem de anno 1645. §. caeterum partitas.*

Et ità &c.

FINIS SEMICENTVRIAE.

Sequuntur

Sequuntur Allegationes prætermissæ in Quæstione XLIII, sub Numero 48.

Confiscatio contra Petrum Paulum Mauli de Castro Maltignani omninò videtur applicanda Mensæ Capitulari Cathedralis Ecclesiæ Asculanę, non obstante, quod proueniat ex contrauentione bannimenti de ordine Illustrissimi D. Gubernatoris Asculi emanati, quia Capitulum præfatę Ecclesiæ vigore donationis factæ ab Imperatore, & confirmatę à pluribus alijs Imperatoribus, ad quos Castra donata spectabant, & præcipuè à Friderico ab anno 1185, cuius copia datur in manibus Illustrissimi Ponentis est in quieta, & pacifica possessione absoluti Dominij dicti Castri cum mero, & misto Imperio, omnimoda iurisdictione cognoscendi omnes causas in prima, secunda, tertia, ac vlteriori instantia, habendi fiscum separatum, pro vt habere & omnia regalia, quę idem Imperator habebat cum facultate etiam cudendi monetam salua tamen in omnibus dignitate Imperialis Excellentię, vt apparet in dicta donatione.

Facta autem tali inuestitura de mero, & misto Imperio veniunt omnes pęnę, & Baro inuestitus succedit in locum fisci Imperatoris Altiss. mi Domini, qui donationem fecit, cum subrogatus subrogetur ad qualitates, & priuilegia subrogantis in iuribus, in quibus ipse extendi potuerit *Isern. de pac.ten.§.hæreditatem*, *Capyc dec. 17. num. 17. & dec. 183. num. 4. Boss. in terminis tit de pan. num. 33. & in tit. de regal. num. 15 Caraual tit 47. num 8.* & nouissimè, ac subtilius *Thesaur dec. 132.* vbi firmat, quod omnis pœna, mulctę, emolumenta, & publicationes bonorum sint infeudati.

Neque id fiscus Cameralis effugere potest, quia aut sumus in casu, in quo confiscatio trahi possit ad bona sita extra Territorium confiscantis, & tunc talia bona non spectant ad Iudicem, seu Dominum Confiscantem, sed ad Dominum loci, vbi bona sita sunt, *l. fin. C. de bon vacan. lib. 10. l. tutores. §. hæres, & ibi Bart. ff. de administr. tut. idem Bart. & alij in leg. Cunctos Populos, C. de summ. Trin. & fid. Cathol. Brun. cons. feud. 37. num. 15. Clar. in praxi quæst. 78. vers. sed hic quæro*, & innumeri alij, quos refert, & sequitur *Farinac. tit. de delict. & pæn. quæst. 25. num. 101.*

Aut non sumus, & tali casu frustrà quęrit fiscus Cameralis illa bona, ad quę eius condemnatio extendi non potest præcipuè dum Territoria non sunt sub eodem Principe, cum hoc Castrum sit Imperiale in Regno situm, non in Statu Ecclesiastico, & bursa fiscalis sit separata. Ideò sublatrat regula, quod in casu, in quo bona delinquentium confiscari possunt, non trahatur talis confiscatio ad bona sita extra Territorium confiscantis secundum magis communem opinionem, de qua testatur *Bologn. cons. 35. num. 7.* quem sequitur *Bonacoss. in comm. opin. part. 2. vers. Confiscatio omnium bonorum col. 1 Farin d. quæst. 25. num. 98.*

Nec releuat si dicatur, quod donatio facta Ecclesiæ inferiori censeatur facta Ecclesię Romanę, cui omnes Ecclesię subditę, & membra *ex c. Cuncta per mundum 9. quæst. 3. & tumulat. per Mandell. cons. 62. num. 15. & 16.* ac idcircò superioritas sit acquisita Sedi Apostolicę, cui Ecclesia Donataria subest, cuius superioritatis vigore afficiat bannimentum, & confiscatio ad Principem superiorem spectet.

Id enim forsitan procederet, si Imperator liberè donando Ecclesię inferiori voluisset à se abdicare omnem superioritatem, illamque in sedem Apostolicam, ac Superiores Ecclesiasticos transferre, pro vt poterat, si volebat ex pluribus adductis per *Menoch cons. 2. num. 69.* sed in hoc casu id non militat, quia tantum abest, quod Imperator talem animum habuerit, quod imò sibi expresse superioritatem, & altitudinem Dominij in omnibus reseruauit (per illa verba salua tamen in omnibus ijs supra enumeratis dignitate Imperialis Excellentię) expresseque prohibuit in vltra alios ibi nominatos, neque etiam vllus Pontifex possit hoc priuilegium Maiestatis suę violare, seu Asculanam Ecclesiam, Episcopum, eiusque Canonicos in possessione, iure, & dominio prędictarum rerum aliquibus iniurijs, calumnia, siue damnis præsumat attentare.

In donatione autem considerandá solum est voluntas, & potestas Donatoris data capacitate Donatarij *c. cum super de off. deleg. Abb. in c. si sacerdos num. 9. in fin. de off. Ordinarij, l. omne verbum, & ibi Bald. n. 8. C. communia de leg.*

De capacitate autem Donatarij non est dubitandum, cum quælibet Ecclesia sit capax donationis, & bona etiam donata inferiori Ecclesię dicantur Sancta Sanctorum *Io: Andr num. 3. de for. comp Afflict dec. 301 num. 22 Oldrad. cons. 83 sub num. 4. Mandell d. cons. 62 num. 15. & 16.*

Super potestate nullum pro parte fisci Cameralis fieri potest fundamentum, quia quamuis agitata sit quæstio, An Imperator liberè donando Ecclesię inferiori voluerit à se abdicare omnem iurisdictionem, quę Ecclesię Romanę deuolueretur, & pro affirmatiua sit magis communis, & recepta opinio; Id tamen procedit, quando donatio est libera absque vlla reseruatione supremi Dominij, quod in hac donatione sibi Imperator expresse reseruauit, vt dictum est, & non posse etiam volentem à se abdicare, cum inhęreat ossibus Imperii firmiter tenent *Io. Andr. in add. ad Specul.*

de

de Iurisd. omn. Iud. Ang. in l. 1. §. fin. ff. de off. eius, Boss. de Crim. læsæ Maiest. num. 100 *Osasc. e. cons. 3. num. 6. & per tot. Franc. Marc. dec.* 484 *numer. 8. & seq. & plures alij.*

Voluntas verò quęnam fuerit, apparet, quia quamuis amplam, & liberam quam quoad dominium, quam quoad vsumfructum donationem fecerit, altitudinem tamen dominii, ne Ecclesia Acefala remaneret, sibi specialiter reseruauit, prohibendo etiam Pontificibus, vt superius dictum fuit. Non ergo Fiscus Cameralis aliquid prætendere potest.

Non etiam opponi potest, quod ista sit exceptio de Iure tertii videlicet de iure Imperii, quia exceptio de iure Tertii potest à possessore opponi, quando funditus excludit intentionem Agentis *Roman. cons. 347. num. 4. & 5. Aymon. cons. 80. num 17. ad fin.* & latè explicat *Thes. dec. 4. num. 1.*

Capitulum enim non excipit, vt ista superioritas apud Imperatorem remaneat, cum nihil gloriosius habet Capitulum Asculanum quam Sanctę sedi Apostolicę, eiusq; summis Pontificibus subiacere, sed tantum dicit, fiscum Cameralem rationibus prędictis, cum deficiat superioritas, & altum dominium circa hęc Castra confiscationem prętendere minimè posse.

Ex superius allegatis videtur sublatum totum fisci Cameralis fundamentum hanc confiscationē sibi deberi, quia non prouenit ex delicto a Iure communi prohibito, sed a bannimento particulari faciente delictum illud, quod non est delictum, & sic læsa Maiestas Principis superioris, ad ipsum, non ad Dominum Castri confiscationē spectare.

Additur tamen ex abundanti, quod quando offenditur persona Principis secundario, & in consequentiam propter contrauentionem edicti ab eo emanati; Cum tunc non sit offensa persona ipsius principaliter, satis habere dicitur vltionem delicti, si Vassallo pœna soluatur prout *eum Thesaur. Oldrad. & alijs* cum his propriis terminis firmat *Grat. cap. 642. num. 7. & seqq.*

Quod procedit quamuis condemnatio fiat per Ministros Principis superioris, pro vt in specie concludit *Rolan. cons. 21. n. 20 lib. 4. Oldrad. cons. 17. num. 12 cum seq. Guidop. decis. 342 in erim fol. 483. Osasc. decis. 24. num. 9. & ineft tex. l. fin. C. de Exact. tribut.*

Ac quod etiam si a statuto, vel per edictum noua pæna inducatur, & fiat delictum illud, quod de Iure non erat, p;o vt in casu de quo agitur, cum hominum societas, & receptatio de per se non sit delictum, quia ipsamet natura docet, vt vnusquisq; alteri auxilium pręheat, vt habetur *in l. Vt vim ff. de Iust. & Iur.* nihilominus notabiliter dixerunt *Thes. d. decis. 132. & Boss. tit de pæn. numer. 25.* quod feudatarius subintret in locum fisci cum priuatiuè sibi ipsi debeantur pęnę, nam inducto delicto, succedit virtus priuilegiorum, quæ semper loquuntur *l. Ariani C. de Haret.* & Iurisdictio semper priuatiuè ad fiscum videtur tributa *Gram. decis. 30.*

Tandem omnis intentio fisci Cameralis totaliter dirimitur, quia vt dictum est, altum dominium dicti Castri non est apud Pontificem, sed apud Imperatorem, qui illud sibi reseruauit, Castrum est Imperiale, & non sub ditione, & statu Ecclesiastico sed situm in Regno, Ideò quoad hec bona deficit Iurisdictio confiscantis, & propterea non publicari firmarunt *Paul Castren. cons. 319. col. 2. in princ. Butr. cons. 62. & explicitè Bologn. cons. 35. & cum alijs comprobat Peregrin. de Iur. fisci lib. 5. tit. 1. de publicat bon. num. 138.*

Et bannimentum ab Illustrissimo D. Gubernatore Asculi emanatū, cum Castrum Maltignani nō sit sub eius Iurisdictione, sed in Regno, & in Prouincia Aprutina, proculdubio non comprehendit homines illius loci, vt forenses, vt concludenter cum pluribus firmat *Farin. in fragm. part. 1. in verbo bannimenta num. 8. & seqq.*

Quare &c.

T. Sabellius Aduocatus.

Ergò illæsa veritate, quod in priuilegiis Ecclesiæ Asculanæ concessis ab Imperatoribus Lothario Tertio Anno 1137. Conrado Secundo Anno 1150. & Federico Primo Aenobardo Anno 1185. quę Abbas *Vghellus in sua Italia sacra tom. 1. Asculani Episcopi refert col. 506. 508 & 513. cum immediatè seqq.* ac inter illi acquisita tempore Bernardi Secundi Episcopi Asculani (cuius memoria habetur ab Anno 1045. vsque ad annum 1069.) enumeretur etiam Maltinianum, eiusdemq; vti, ad eandem Ecclesiam pertinentis mentio fiat in litteris Leonis noni datis Kalendis Iunii, Pontificatus Anno Quarto post medium ibi *Curtem Maltinianam* Victoris Secundi Quarti nonis Ianuarii Pontificatus anno primo Indict. Octaua iisdem verbis, & Alexandri Tertii nono Kalendis Nouembris, Pontificatus Anno 21. Dominii 1073 Indict. decimatertia sub initio ibi *Castrum Maltignanum* ibidem quoq; relatum *ab Vghello col. 503. 504. 505. & 511. cum seqq.*

Non tamen indè potest Capitulum Asculanum sibi in Castro predicto adscribere Ius cōfiscandi, & publicandi bona Damnatorum, cum illud resideat penes Principem, non recognoscentem Superiorem, & illius fiscum, quia est de regal *iux. not. in c. Vnico. verbo, & bona condemnatorum, & proscriptorū quæ sint regalia. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 12 in princ. Bouer. eod. tract. capit 3. nu. 91. & Ripolt. cap. 18 num. 1. cum seqq. Vlten. de fœudis lib. 1. cap. 5. vers. duodecimo bona damnatorum. Rosental eod tract. cap. 5. conclus. 59 num. 1. alios referens sub littera A.*

Ideoq; negant illud competere etiam habentibus merum, & mixtum Imperium ex priuilegio Principis supremi, nisi hoc expressè in eo dicatur *Bald in l. fin. num. 1. in fin. vers sed si veniret ff de off. Præfecti Vigil. Afflict. d. cap. Vnico, verbo condemnatorum numer. 30. quæ sint regalia, Roland. cons. 21. num. 19. vol 4. Natt. cons. 594. num. 21. & infrà, Rosental. d. cap. 5. conclus 62. num. 4. & 7.*

Boer.

Boer. decis. 264. numer. 5. prope fin. vers. aduerte tamen cum sequenti quorum dictum nititur verbis *l. Vnica C. ne sine Iussu Principis certis Iudicibus liceat confiscare, scilicet Nulli Iudicum liceat &c. nisi exceptis his, qui in summa administrationis positi sunt potestate proscriptionis tempestate totius substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur.*

Et quamuis in Inuestitis cum mero, & misto Imperio dixerit, confiscationes ad eos pertinere quia sunt de primo gradu meri Imperii, adeout omnes vtilitates inde prouenientes ad illos spectare debeant, in quos Princeps merum Imperium transtulit, *Alber. de Statut. part. 3. quæst. 19. numer. 4. vers. & idem dicere in tract. primo tom. 2. fol. 157 à terg. Lucas de Penna in l. prima numer. 19. eod. de priuileg. Scolar. lib. 12. Guidop. decis 76. Iacobin. de Sancto Georgio verbo cum mero, & misto Imperio &c. numer. 8. Alber. Brun. consil. 31. in secundo dubio, Cepoll. cons. crim. 17. numer. 28. Roland. consil 78. in secunda Conclus. numer. 9. & seqq. vol. 2. Natt. cons. 659. numer. 3 vers non obstat modo, Boss tit. de pænis numer. 25. ac de regal. numer. 15. Carautta rit. 47. num. 4. Peregrin. de iur. fisci, lib. primo tit. 2. numer. 89. Afflict. decis. 282. numer. 15. versic. dicebat, Guidop. decis 76. num. 1. vers. tamen quilibet, Capyc decis. 27. num. 17. vers. non haberet merum, Thes decis 132. num. 2.*

Nihilominus magis communiter distinguitur inter confiscationem ordinariam, quæ fit ex dispositione Iuris communis, & extraordinariam, quę irrogatur in casibus non expressis de iure ex peculiaribus cōstitutionib. vel Edictis Principis Supremi, scilicet prior cedat in vtilitatem habentium merum, & mistum imperium inhærens Territorio loci, vbi sita sunt bona confiscata, quia eorum respectu censentur Constitui procuratores Fisci, vt in rē propriā iuxta theoricam *Baldi in l. prima num 23. vers Item de Dominis terrarum C. de hæred. & act. vend.* Posterior autem semper, & vbique applicanda sit fisco Princip s supremi, cuius sola auctoritate illa innititur *Alber. d tract. de Statut. quæst. 18. numer. 8. fol. 57. Oldrad. cons. 17. numer. 10. & cons. 148. in 1. part. numer. 2. & infra*, quem sequuti sunt *Bald. in cap. 1. num 15. de capit. qui cur. vendit. ibique Afflict. & Praposs. ac Aluerott. in capit. 1. §. si quis autem vers. 60. hæreditatum numer. 12 de pac. ten. Natt. cons. 580. numer. 14. vers. sed non loquatur, Franc. Maria de Plotis in add. ad cons Martini laudens. 37. numer. 38. vol. 2. Menoch. cons. 604. numer. 39. cum seqq. vol. 7. Panciról. consil. 60. post d cons Menoch. numer. 16. versic. ad contrarium, Bagnasacc. in cons. impress post addit. Thes. Iun. ad decis. paternas pag. mihi 249. vers. non obstat, Sextin. de regal. libr. 2. d. capit. 12. numer. 9. & 10.* inquiens *DD.* ita cōmuniter distinguere *Carpan. ad nouas constit. Mediolani tit. de fisco, cap. omnium numer. 379. & 481. Mastrill. dec. 145. ex num. 2. vsque in fin. Rot. coram Merlin. dec. 125. ex numer. 16. vers. ita pariter cum pluribus seqq. repetita decis 449. part. 5. recent. tom. 2.* dicens *numer. 19. vers. & quod ita obseruatum in Tribunali Cameræ Apostolicæ Commissarij generalis, impressa post dictum Consilium Panciroli ac num. 26. in fin. & 27. veriorem, ac crebriori DD Calculo receptam.*

Multò minus ergo ius confiscandi potest sibi a Capitulo adscribi, cum in præsertis priuilegiis, ac litteris non legatur Ecclesiæ Asculanæ verbis expressis concessum merum, & mistum imperium.

Quod procedit, siuè dictum Castrum Maldiniani existat intra fines status Ecclesiastici, sicut ipsa Ciuitas Asculi intra duo flumina Castellanum, & Truentum sita in antiquo Piceno, cuius olim caput erat, hodiè verò in prouincia Marchiæ Anennitanę, sicut in specie testatur *Frater Leander Albert. in sua Italia verbo summitas Preguntini fol mihi 266. à atergo, & legatur expressum in Constitutionibus Marchiæ lib. 2. cap. 54 pag. 143.* quę propterea vna cum vniuerso eius Comitatu a diutissimo tempore citrà subest Imperio Pontificio, sicuti *post fratrem Leandrum Albertum loc. præcit.* fatetur etiam *Abbas Vghellus dicto verbo Asculani Episcop col 485.* quoniam data illius situatione intrà fines Ditionis Ecclesię incontrauertibilis est pertinentia confiscationum ad fiscum Pontificium, monente *Bald in capit. cum Venerabilis 6 num. 6. de except.* quod omnia castra existentia in territorio Ecclesię Romanæ eidem subsunt quoad merum, & mistum imperium, omnimodamque Iurisdictionem vniuersalem, & hoc sufficit, quod ipsa Prouincia sit de temporali Iurisdictione Ecclesiæ Romanę, vt singula eius Castra, & Villæ sint dicto iure censenda, nam cuius est caput, sunt & membra, vt idem *Bald. arguit in cap. si diligenti 17 numer. 1. de præscript.*

Quod verissimū puto, nam licet diligenter prospexerim descriptionem locorum Vniuersi Regni Neapolitani in duodecim Prouincias distributi editam *ab Octauio Beltrano Anno 1640.* in Prouinciis Aprutii citrà, & vltrà, *& obseruationes Iurisdictionales Dominici Tassoni super pragm. de Antefacto vers. 24. obser. 1. è pag. 558. vsque ad 605.* præsertim super Prouincia Aprutii citra, & vltra *pag. 563. cum quinque sequentibus* nullum tamen inueni nomen dicti Castri Maldignani.

Siue etiam sit in Prouincia Aprutina inter fines Regni Neapolitani, cuius nedum supremum, sed ipsum quoq; directum dominium spectat ad sedem, & Cameram Apostolicam *c. ad Apostolicæ 2. vers. Præter hæc Regnum, & vers. Romanam Ecclesiam de sentent. & re iud. in clementina Pastoralis vers. Rursus, eadem Clementina Romanam §. dudum verbo Sicilia de Iur. Iur. cum similibus relatis per Martam de Iurisdictione*

part. 1.*e*.16.*n*.6.idem latissime comprobans *n* 36. *& Borell. de Reg. Catthol. præstant. c.* 47. *ex n.*15. *cum plurib. seqq.* Asserentes sub nomine Regni Siciliæ etiam Regnum Neapolitanum comprehendi, ac vtrumq; in Ecclesiam Romanam deuenisse ex donatione Constantini, qui Vrbem Romę, & omnes Italię, & occidentaliū Regionum Prouincias, ac loca disponenda tradidit, ac dimisit Siluestro Romano Pontifici, ac eius successoribus perpetuò mansura sub iure Ecclesiæ Romanę, vt asseritur *in vtroq; c. Constantinus* 13. *&* 14 *col. fin. vers. Ecce, & Palatium dist.* 96. certum est de Regno Neapolitano inuestitum fuisse Carolum Primum Andegauen die 23. Iunii 1265. Anno primo Pontif. Clem. 4 eadem met die, qua vna cum Beatrice Vxore illius coronam accepit in Basilica Lateranensi a quatuor Cardinalibus Legatis dicti Clementis tunc Perusię commoran. sicut habetur in registris eiusdē Ecclesię Romanę asseruatis in archiuio Vaticano, ac meminerint *Bald. in l.*7.*eo. in antiquioribus* 19 *nn.*15 *C. de iur. delib. ac Summista lib.*2.*hist. Neapol. fol. mihi* 176. *in fin.* exemplumque confirmationis factę ab eodem Clemente sub Datum 2. nonas Nouemb. dicti anni legitur insertum Autographo bullę Caroli secundi eius filii manen. in Archiuio sancti Angeli, ex quo illius mentionem fecit *Baron. Annal. tom.* 11. *Anno* 1097. *decimo Vrbani* 2. *litt. B.* quam Inuestituram subsecuti sunt alii summ. Pontif. vsque in præsentem Regem Catholicum.

Immo etiam si Anno 1185. Datę præfferti priuilegii Federici primi castrum Maltiniani fuisset intra fines Imperii, quod tamen a vero prorsus alienum est, siue consideretur, vt situm in Regno Neapolitano, quod re ipsa possidebat Guglielmus secundus nuncupatus il Buono secundogenitus Primi, qui pro se, & hęredibus suis obtinuerat illius Inuestituram ab Adriano quarto sub Datū Beneuenti de mense Iunii Anno 1156. pag. 404. siue rectius vti existens intra fines status Ecclesiastici, nam præuenerat anno 1177. Pax Venetiis inita inter Alexandrum Tertium dictumque Federicum, qui tunc te ipsa liberè restituit Ecclesię Romanę Regalia sancti Petri, & alias possessiones præter terram Comitissę Matildę, & Bertinorum, sicuti ex actis eo tempore referunt Baron. d. tom. 11. Anno 1177. pag. 701. litt. B & Contilorus in narratione concordię inter Alexandrum Tertium & Federicum Primum pag. 193. rub. de eo quod Imperator &c. & eiusmodi veritatem agnouit in eodem priuilegio ipse Federicus de Ecclesia Asculana, ibi quod licet propè fines Imperii longè sita sit, adhuc tamen quia in illo vsus fuit verbis concedimus, atque donamus, subest fisco Pontificio ratione supremi, & alti Dominij ex recepti ssima conclusione, quod si Imperator, seu alter Principes liberè, non autem iure Fœudi concedit Ecclesię inferiori Castra, & loca Iurisdictionalia, illa superioritas, quam in eisdem prius habebat transfertur in Sedem Apostolicam vti superiorem dictę Ecclesię Donatarię, adeout neque ad ipsum Donantem amplius appellandum, recurrendumue sit, sed ad superiores Donatarię, ipsamq; sedem Apostolicam cui talis superioritas acquisita fuit, quam *in c. solitæ* 7. *de maior. & obed. tenent glos. verbo suscipiunt, vers. videtur tamen quod illa temporalia Innoc. V. in temporalibus vers. si autem alias ditata sunt, Host. nu* 5. *vers. quærit glos. Butr. nu.*24. *vers. plus denominat, Bellam. num* 10 *sub fin. vers. credit Imol. n* 15 *vers. in gloss. suscipiunt, Cardin. n.*7. *vers. quel. ro circa duodecimum Abb n.*3. *in* 6. *not. ac* 9. *in* 7. *not & Felin. n.* 4. *in prim. limit. vers. in quantum, dicit eadem glos. in capit.* 2. *verb. infrà decimum quartum vers. & potest sumi argumentum ac delict puerorum: Innoc. in cap. Vtrum* 7 *num.* 2. *vers. si autem Baronia iuncto vers. sed contra credimus de for. comp. ibique Host. n.*1. *vers. post autem, dicta baronia, Io. Andr. n.*3. *collectan.*3. *in fin. Butr. n.* 11. *in fin. vers. in alijs autem, Bellam num.*6. *vers.* 3. *quæritur, Anchar. num.* 8. *vers. si vero talis Baronia, Barbos. n.* 70. *Henrich. Boich. n.*2. *Alex. de Neuo n.* 22. *vers. sed quero, & Abbas not.*25. *vers. sed nunc quero, Archidiac. in cap. si qua* 27. *§. his ita n.*1. *vers. si autem, & Præposit. num.* 1. *eodem vers.* 11. *quæst.* 1. *idem Archidiac. in cap. Romana* 3. *§ debet n.*13. *vers. & ideo Io. Monarc. n.*14. *verb. temporalem, Gemin.* 3. *Franc. n.*2. *vers. sed cessante, Anchar. nu* 4. *vers. decimo quarto nota, & Io de Vanquil. in Breuiario* 6. *ad dictum §. debet de appellat. in* 6. *Host. in summ. tit. de appellat §. à quo, & ad quem n.*4. *post med. vers. sed pono, Abb. in c. Veniens* 15 *n* 4. *vers. secus si hæc bona temporalia Aret. n.*4. *vers. secus si bona, & Marian. Socin. n.*14 *de accusat. Felin. in c. cæterum* 5. *n.* 20. *vers. & tūc aut Iurisd. de Iudiciis Prapos. in rub. de appellat. n.*53. *vers. sed quid de Clericis ibiq; Franc. n.* 35. *& Alex. de Neuo n.*23. *Speculat. tit. de appellat.* *§. nunc tractemus nn.* 22. *Bart. in l.* 1. *§. in appellat. si quis n* 14. *vers. veritas est ista ff. de appellat. Guglielm. de Benedictis in c. Raynutius verb. & Vxorinom. Adelesiā d.*2.*n.*25. *de testam. Guido pap. dec.* 436. *n* 110 *ac in tract. de appellat. n* 32. *Afflict. dec.* 361. *n.*22. *ubi Vrsill. n.* 3. *Foller. in comment. constit. Regni p.* 1. *§. de quæstionibus rubr. de Episcopali Aud. n.*6. *post med. vers. dicendū videtur & 7. cum seq. pag.* 85. *Bertrand. cons.*331. *n.*4. *vers. non autem puto eum seq. vol.*2. *par.* 1. *Abbas cons.*62. *n.* 11. *&* 15. *cum seqq. & cons.*64. *n.* 82. *ac infra vtrobiq.* testans de magis communi *Burs. cons.* 25. *nu.*92 *vol.*1. *Mascard. de prob. par.* 1. 2. *concl. mib* 1064. *n.*12. *Brederod. de appellat par.* 1. *tit.* 15. *verb. ab Episcopo circa finē vers. illud autē hodie, plenè Card. Tusc. litt. D. conclus.* 687. *n.*8. *& infra stictis traditis in* 2. 3. 4. *&* 5. *casu ex n.*15. *ad* 19. *& Io. Baptista Spada senior Antecessor meus cons.* 198. *inter cons. Farin. vol* 3 *ex n.*5. *vsq; ad* 25. *vers. quod autē, dicens veriorē, & magis com. quam pariter Ministri Camer. ampliss. firmarunt in causis Nouarien. & Cenuten. sub Pontificatu Clem.*8. *& Pauli V.*

Neque in cōtrariū vis fieri posset in clausula adiecta 2. parti d. priuilegii salua in omnibus iis supra narra-

narratis dignitate Imperialis Excellentiæ, cum animaduertendum fit illud duas partes continere, alteram ab Initio vsque ad § ad augmentum, quam præpositis verbis concedimus, atq; donamus simpliciter absque vlla præseruatiua confirmauit Ecclesiæ Asculanæ omnia Iura sua, in eaque expressit Maldinianum, & alia Castra acquisita tempore Bernardi, alteram, quæ de proprio illi concessit, vt infra ad augmentum quoque nostra Imperialis gratiæ remittimus, & condonamus supradictę Ecclesię, & Episcopo quidquid nobis pertinet in Asculano Comitatu in Placito, & vbicunque voluerit in toto Episcopatu suo intrà Ciuitatem, & extra liceat ei constituere mercatum, & vbicunque voluerit infra hos terminos cudere Monetam salua in omnibus supra narratis dignitate Imperialis Excellentię. Vndè liquet continuato sermone adiectam fuisse omnibus datis de proprio, ac superius enarratis in secunda parte, nec trahendum esse ad eas, quæ prius erant propria ipsius Ecclesię, fuerunt; vt talia expressa in priori parte eiusdem priuilegij, cum vtraque regatur a verbis separatis, & habeant orationem perfectam in se, vt inquiunt *Rom cons. 152. num. 3. vers 1. Decian cons. 17. num. 34. vol 1. & alij relati per Barbos. claus 70 num. 28* licet accessorie ad narrata in secunda parte argumēti *l. fin. §. Titia vbi Bart. ff de liberat leg. cum similibus congestis a Marta de clausulis part. 4. claus. 23. num. 8. vers. & ideo Monet de commut. vlt. volunt. cap. 7 n. 58. vers septimo, & Barbos d. claus 70 n. 19*, ac inter priorem partem loquentem de Iuribus, ac locis, quę iam erant Ecclesię, ac posteriorem agentem de tunc noniter concessis, non eadem, sed diuersa ratio militet, quod ponderant DD cumulati *per Mart. d. claus. 23. num 7 Monet. d cap. 7. nu 54 Theodos Rub sing. Rot tom. 2. parte 4 claus. 115 num. 8. & Barbos d. claus 70. num 5.*

Sed frustra de hoc queritur, cum absolutum sit in Ditione Ecclesiastica, ac Regno Neapolitano nullum Ius Imperii posse locum habere, sicut apertè decisum fuit contrà alterum Federicum *in praalleg. cap. Ad Apostolica de re iud. in 6* & ad prorsus elimandas occupationes, & inuasiones aliquorum ex Imperatoribus subsequutas, fuisse reuocata ex recognitione Henrici Tertii, Otthonis Quarti Federici Secundi, ac Rodulphi Primi, quorum mentio sit *in praeit. Clem Rom post med. sub §. eodem etiam adijciens Iuramento de Iur. Iur.* & originalia extant in Archiuio Arcis sancti Angeli.

Quare &c.

Petrus Franciscus de Rubeis, Fisci, & Cameræ Aduocatus, &c.

EMinentiss. & Reuerendiss. Domine. Licet Ius confiscandi, & publicandi bona Damnatorum regulariter resideat penes Principem non recognoscentem superiorem, & illius fiscum, cum sit de Regalibus ex congestis per *Rosental. de feud. c. 5. conclus. 59. nu. 1. & sub littera A.* Tamen verissima est limitatio, vt hoc non procedat in Inueftitis cum mero, & mixto Imperio. Ad eos enim spectant confiscationes tamquam de primo gradu meri Imperii, & tamquam emolumenta Iurisdictionis, vt aliis innumeris omissis tradunt *Boss. de pan. num. 25. & de regal. num. 15. latè Roland. cons. 78 num. 9. & seqq. lib 2. & elaboratissime Pereg. cons. 25. per tot lib. 5.* vbi *sub num. 11. vers adeò* refert se hoc ipsum scripsisse pro veritate, & tradendę doctrinę gratia *in tract. de Iur. fisci lib. 5. tit. de publ. bon num 139. & Thes Iun. in responso pro defensione Iurium Vassallorum Pedemont. Patria post add. ad decisiones Thesaur. Patris sub n. 8.* vbi quod parificatur in hoc casu fiscus Principis, & Vassalli *& sub num. 56.* cui subscripserunt alii insignes I. C. idem pleniissime probat *Marcell. Marcian. cons. 20. nu. 2. & seqq. lib. 2.* & ita passim in omnibus tribunalibus seruari signanter probant *Guidop. dec. 76. Capyc. dec. 27 num. 17. Afflict. dec. 282. num 15 Thesaur. decis. 132. num. 2. Vinc. de Franch decis 434 Muta decis 29. num. 19 Nouar decis 18 num. 11. & seqq*

Ex donatione autem ab Imperatore facta Capitulo Cathedralis Asculanę, & ab aliis Imperatoribus confirmata, constat dictum Capitulum habere Dominium Castri Maldignani cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda Iurisdictione cognoscendi omnes causas in prima, secunda, tertia, & vlteriori Instantia, habendi fiscum separatum, & omnia regalia, quę Imperator habebat, cum facultate etiam cudendi monetam, salua tamen in omnibus dignitate Imperialis Excellentię, & insuper constat de antiquissima possessione, vt quasi eiusdem Capituli in hac omnimoda Iurisdictione super dicto Castro etiam quoad applicationem confiscationū, quę apparent factę mensæ capitulari, vt ex Iuribus, de quibus in summario numero primo cum tribus seqq; quę diuturna possessio, & obseruantia plurimum operatur pro interpretatione dicti Priuilegii, vel donationis *Mandell. cons 428 num. 10 Thes vot. 18 num. 27.* vbi quod priuilegium sumit interpretationem per possessionem *Farin cons. 198 nu. 30. lib. 3* vbi de concessione in liberam donationem *latissime Rota in Romana census 28. Aprilis 1653. coram Reuerendissimo Dunozetto* & facit, quod Capitulum non debeat in hac Iurisdictione turbari, sed manuteneri, quia alias induceretur spolius vt late in terminis *Muta d decis 29. num. 13. & seqq.*

Non obstat potissimum obiectum, Illustrissimi D. mei de Rubeis petitum ex ea distinctione, quod aut agitur de confiscatione ordinaria, & hęc cedat in vtilitatem habentium merum, & mixtum Imperium tanquam proueniens ex dispositione Iuris communis, aut vero de extraordinaria, quę irrogatur ex peculiaribus confiscationibus, vel Edictis Principis supremi, qualis dicitur hęc, de qua agitur contrà Petrum Paulum Mauli de Maldignano ob contrauentionem edicti occasione tuendę sanitatis publicati, atque hęc applicanda sit fisco Principis supremi *iux. cons. Oldradi 17. nu.*

 mer. 10.

mer. 10. & conf. 148. num. 2. Natt. conf. 580. num. 14. Surd. conf. 152. numer. 27. & seq. Menoch. conf. 603. numer. 39. & seqq. Pancirol. in conf. post eundem. Menoch. conf. impresso 603. num. 16. Bagnafer. in conf. impress. penes Thes. Iun. post add. ad decis. Thes. patris fol. 249. vers. non obstat. & Rot. coram Merlin. decis. 125. ex num. 16.

Quoniam hæc distinctio magis communiter reprehenditur, & late confunditur ex scriptis *post Thes. Iunioris supradicto responso pro defensione Iurium Vassallorum sub num. 17.* vbi reddit optimam rationem, quod Inuestitus cum mero, & mixto imperio adeo gerit vices Principis, & illius personam repræsentat in loco sibi infeudato, vt possit etiam super edicto Principis cognoscere, qui legem nouam voluit proponere, & habere omnem vtilitatem ex inde prouenientem, & quidem Iurisdictione sua ordinaria *& rursus sub nu. 20. vers. ad secundũ* vbi quod sufficit non fuisse reseruatam aliquam vtilitatem, sed immò illam vniuersaliter in Vassallum translatam, & pariter confunditur pleno consilio *Pereg. 25. per tot. lib. 5.* quorum DD. scripta sufficit legere, quia multis comprobant hanc opinionem pro Inuestito cum mero, & mixto Imperio, & ad ipsum pertineant confiscationes, etiam quod inducantur ex speciali aliqua dispositione, & sigillatim respondent *Surdo, Menochio, & aliis prædictis in contrarium allegatis;* ac nouissimè eamdem distinctionem reprobat *D. Vermighol conf. 10. nu. 1. seq. & per tot. ac in eadem plenè Dnat. Ant. de Marin. quotid. resol. lib. 2. cap. 170. num. 1. vsq. ad 6.*

Patet autem eamdem distinctionem nullatenus esse tenendam tamquam manifestè repugnantem rationi, quod eo ipso quod supremus Princeps infeudat cum omnimoda Iurisdictione, censetur fiscum feudatarii, & multò magis Donatarii quoad bona in territorio feudali, vel donato existentia subrogasse, adeo quod in applicatione Inuestitus vtitur iure ipsius Principis; quia ratione cessant omnia per DD. ex aduerso adducta considerata, vt doctè resoluunt *Thes. Iun. & Pereg. in loc. cit.* nec non idem *Pereg. de Iur. fisci d. tit. de publicat. bon. num. 139. in fin. alijque relati per D. Vermigliol d. conf. 10. num. 2.* quod citrà omnem difficultatem procedit in iis edictis, vel bannis, quorum cognitio, & mandatum ex ipsa lege Inuestituræ propter omnimodam Iurisdictionem sibi translatam potest ad ipsum Inuestitum pertinere, quidquid sit in aliis edictis, quorum non sunt capaces ipsi Barones, vel Inuestiti *iuxta not. per Fuluiū Const. in l. 1. C. de pœn. fiscal. ex nu. 22. sequitur Capiblanc. de Baron. tom. 2. super pragm. 8. c. 40. nu. 6. & seqq.*

Nec obstat auctoritas *Rot. coram Merlin decis. 125. ex num. 16.* quia cum causa repropositа *Rot.* perpensa difficultate nihil voluerit firmare, non potest amplius ea decisio allegari ad decisionem aliarum causarum vt præcisè respondet *Vermighol. d. conf. 10. num. 1. in fin.* & in simili monuit *Rot. dec. 405. numer. 54. part. 5. recent. & in fortioribus terminis dec. 644. num. 2. in fin. part. 4.* in eisdem, ac *in Romana successionis 15. Nouembris 1630. coram Card. Verospio Iuniore,* vbi quod, vt decisio Rotæ non possit allegari ad decisionem causarum, sufficit esse ordinatum, vt causa reuideatur, quanto ergo fortius, quando causa fuit repropositа, & non resoluta.

Nec contraria opinio subsisteri potest, nisi quando confiscatio prouenit occasione criminis læsæ Maiestatis vere, proprie, & directe in personam ipsius Principis Superioris, prout loquuntur, & intelligendi sunt *Oldrad. d. conf. 148.* & alii plerique pro fundamento obiecti, nec non adducti *in dicta decis. Merlini,* seu alias, vt in specie declarando aduertit *Vermigliol. conf. 10. num. 3.* vel in casibus Edictorum, quorum cognitio, & mandatũ non potest ad Inuestitum spectare iuxta aliam declarationem *Fuluij Constant. Capiblanch. & de Marinis in locis prænlleg.* quorum auctoritati vti distinguentium magis est deferendum *vt per Saliçet. in l. fin. num. 1. C. famil. hercisc. Caual. cap. controuers. comm. præfat. num. 56. & in seq. Franc. Ant. Costa conf. 7. num. 67.*

Considerando vlterius quod vbi offenditur persona Principis non principaliter, sed secundario, & in consequentiam propter contrauentionem edicti ab eo promulgati satis habere dicitur vltionem delicti, si Vassallo pœna soluatur, vt late *per Grat. discept. 642. nu. 7. & seqq.* & signanter ad hoc videndus *Thesaur. Iun. in d. responso pro defensione Iurium Vassallorum num. 18. 29. & 35.*

Multum etiam confert, quod Castrum prædictum est in Regno, & Bussa fiscalis est separata. Vnde confiscatio non est trahenda ad bona sita extrà Territorium confiscantis *Farin. quæst. 25. num. 98. & plenissimè Pereg. de iure fiscal. tit. de publicat. bonorum, nu. 138. Nouar. d. decis. 18. nu. 21.* sed quando etiam esset situatum intra fines Ditionis Ecclesiæ, non ideo cessant rationes, quibus mouentur *Thes. Iun. Pereg. & alij superius alleg.* Nec *Bald. in c. cum Venerabilis nu. 6. de exceptionibus, & alij in Contrarium adducti* percutiunt Casum præsentis controuersiæ, sed muniuntur quibusdam regulis generalibus, quæ nihil stringunt, vt ex lectura.

Denique ponderanda est clausula, salua tamen semper in omnibus dignitate Imperialis Excellentiæ & clausula quod, nullus Pontifex &c. hoc Maiestatis nostræ priuilegium audeat violare, seu Asculanam Ecclesiam in possessione, iure, & dominio prædictarum rerum &c. aliquibus damnis præsumat attentare, quæ insinuant quoad hæc bona deficere etiam Iurisdictionem confiscantis, quatenus præsertim prætendatur, emolumenta omnimodæ Iurisdictionis translatæ non capere etiam ipsam confiscationem, & reseruatio ipsa solius dignitatis Imperialis Excellentiæ non importat reseruationẽ alicuius vtilitatis, sed immo infert, illam vniuersaliter in nostrum Capitulũ, siue Ecclesiam fuisse translatam iuxta singulariter tradita *per Thesaur. Ium. in supradicto responso pro Iuribus*

bus Vassallorum sub n. 20. vers. ad secūdā & reguriter omnis exceptio, vel reseruatio firmat comprehensionem in omnibus aliis quantumuis speciali nota dignis, vt late probat *Mandos. ad reg. 27. de non Iudic. quæst. 21. num. 5. Menoch. cons. 31 2. num. 5. & seqq. Gyrius. controuers. 196. nu. 19. Rot. decis. 392. num. 6 part. 4. tom. 2. recent.* Ex contextu autem, ac bene perpensa, dignoscitur clausulam respicere omnia precedentia, & æque referri ad vtramq; partem priuilegii, minimeq; stare accessoriè ad narrata in secunda parte, sed stare principaliter, & de per se, vt propterea omnia antecedentia qualificet indistinctè *latè Peregr. cons. 38. nu. 16. vers. hæc autem clausula lib. 1. Capyc. Latr. consultat. 15. num. 71.*

Premissaq; omnia longe facilius procedunt stante diuturna possessione, in qua Capitulum dictæ Ecclesiæ reperitur, vt habeat emolumenta huiusmodi confiscationum, vt in facto; mutanda enim minime sunt, quę diuturnam habuerunt interpretationē *l. de Interprete, & l. minime ff. de leg. Mandoll cons. 428. num. 10. Ciriac. controuers. 450. num. 61. & in terminis Mutad. decis. 29. num. 13. & seqq.*

Ex quibus &c.

Marcus Antonius Eugenius Aduocatus &c.

VEtustate non minus, quam litterarum gloria, & armorum, est Asculana Ciuitas in Piceno propè Samnium erecta; Etenim ante Romæ vagitus sub Romulo Editos efflorebat. Eliconi vitentes sapientiæ alumnos in Barro, Maximo, aliisque filiis addidit. Prouinciis in Iudacilio maximum, strenuumque Ducem produxit. Capitolio in Ventidio, de Parthis victis peracto triumpho, Consulares Fasces exhibuit. Prima inter Piceni Vrbes Christi fidem amplexa, Ethnicę superstitionis prostratæ exuuias Pietati, ac Religioni sacrauit. Vaticano tandem purpuras, & sacras Pontificales infulas commodauit. Meminit huius prestantissimæ Vrbis postquam plures antiquiores, *Vghellus Ital. Sacr. tom. 1. §. Asculani Episcopi fol. 485. & seqq.* referens plura alia, & quidem mirabilia, præsertim verò insignem dignitatem Ecclesię, Capituli, & Canonicorum, qui ob temporum iniuriam aliis dominiis amissis, remanserunt Barones Castri Maldignani, cujus occasione fuit desuper præmissa controuersia excitata, & in quo ius vitę, & necis exercent. Ne autem huius Ecclesię laudum testimonia desiderentur, volui apponere multa Pontificum, & Imperatorum diplomata, ex quibus adsunt etiam nonnulla impressa *apud eumdem Vghellum.* Volens tamen legenti prolixitatis fastidium adimere curaui, quod illorum solum compendium fuerit a suis exemplaribus fideliter, & authenticè emnuctum; ideoque non inuitus totum, integrum Cancellarii capitularis testimonium omnibus legendum committo in hanc, quę sequitur, formam.

IN Dei Nomine Amen. Fidem facio Ego Notarius publicus, & Cancellarius infrascriptus, qualiter in vim specialis decreti Illustrissimi Capituli & cancellariæ Cathedralis Ecclesię Asculanę facta perquisitione in Archiuio eiusdem Ecclesię inueni quam plura priuilegia summorum Pontificum, Imperatorum, & Regū, & signanter infrascripta videlicet. Primo Priuilegiū Comitis Ludugari scriptū in pergamena temporis iniuria semilacera, in qua rubei coloris caractere legitur donatio facta a prędicto Comite, Insteolfo Episcopo Asculano, & successoribus eius modiorum trium millium quingentorum quinquaginta in diuersis territoriis, & hanc donationem fecit prędictus Comes non tam pro redemptione animę suę, sed etiam quia prędictus Insteolfus dedit ei Comiti suo vita durāte multa bona de proprietate Episcopii, vt iis perfrui posset videlicet infra Ciuitatem, & extra, hoc est Castellum de Isola cum sua pertinentia, Curtem de Patregnano, foris Pontem Solestanum, Curtem de Casale, Curtem de Prepi, & Curtem Lometanam; quę omnia bona declarat esse restituenda post exactos suę vitę dies. Hoc priuilegium latino sermone sed valde rudi, & barbarico conscriptū apparet, & Datum Asculi in loco qui dicitur Carrusa Anno Domini 874. Signatum cum Crucis signis ab ipsomet Ludugaro, & confirmatum, & approbatum a Carolo Imperatore, Pipino Vinigesio, & aliis magnatibus pariter cum Crucis signis, & Singraphis ipsorum.

Item Priuilegium Othonis secundi Imperatoris ad fauorem Episcopi Asculani, in quo donauit multas Ecclesias, & Abbatias, & precipue Ecclesiam sancti Saluatoris, & sanctę Marię Farfe. Datum Capuę Anno 983.

Item Priuilegium Othonis tertii Imperatoris in quo pro remedio animę suę Canonicis sanctę Dei Genitricis de Ciuitate Asculana donauit, & confirmauit quę donata fuerunt ab Antecessoribus suis, quę sunt multę possessiones, & curtes quas ibi explicauit datum Anno Domini 993.

Itē Priuilegium Enrici tertii Imperatoris Anno 1045. in quo confirmauit Leonardo secundo Episcopo Asculano quędam dona, quæ quidam Elperinus Ecclesię suę contulit, hoc est quędam Castella, & Curtes.

Item Aliud priuilegium eiusdē Enrici in quo ex sententia ab ipso lata in fauorem Episcopi Asculani de Castro Aliceti, & Coratę contra D. Albasiam &c. 1047.

Itē Priuilegiū Lotharii Imperatoris in quo idem Imperator ad exemplum Antecessorum Regum, & Imperatorum confirmauit, & donauit Ecclesie Ascu-

siæ Asculanæ, Episcopis, & successoribus Comitatum Asculanum ex Integro, omnesque pertinentias, quas tenet, vel tenere debet, confirmauit, & donauit ei, eiusque successoribus Asculanam Ciuitatem cum omni districtu. Imperiali, nec non famulis, & omnibus pertinentiis; nec non etiam donauit multa alia Castella. Datum Salerni Anno Incarnationis Dominicę 1237. Indictione 15, decimo quinto Kalendas Decembris Anno Regni Regis Lotharii 12. Imperii vero Sexto.

Item Priuilegium Alexandri Papę tertii, in quo confirmauit priuilegia Pontificum, Regum, & Principum, & signanter Castrum Maldiniani, Castrum Posinotis, Castrum Columnatę cum omnibus Ecclesiis Priceis, Pascuis, terris cultis, & incultis, molendinis, arboribus fructiferis, & infructiferis, & aliis prout in eo subscripto, vt approbatur ab ipso met summo Pontifice, & aliis Vndecim Cardinalibus Datum Anagni nono Kal. Nouembris Indict. decima tertia Anno Incarnationis Dominicę 1179. Pontificatus Anno 21.

Item Priuilegium Federici Imperatoris in quo confirmauit multa priuilegia sub his verbis Ad exemplum Prędecessorum duorum Regum atque Imperatorum. Enrici tertii, Lotharii tertii Regis Curradi secundi Patrui nostri notum facimus successuris Posteritati, quod Nos pręscriptam Ecclesiam, & pręnominatum Episcopum & Congregationem eius, & in perpetuum successores eorum omnia ipsorum bona, & ex mera liberalitate, & ex conscientia concedimus eis atque donamus, & Imperiali auctoritate confirmamus omnia Iura Ecclesię suæ, quæ, vel nunc habent, & nominatim totam Terram collę Paganæ, Lempam, Siluam Grossam Islam, Faraonem cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis. Comitatum quoque Asculanum ex Integro, omnesque pertinentias quas vel modo tenent vel de Iure tenere debent, & Ciuitatem Asculanam cum toto imperio districtu necnon famulis, omnibusq; pertinentiis suis, monasterium S. Angeli in eadem Ciuitate constructum, & nominatim multa Castra, & pracipue Maldinianum, voluit etiam, quod in toto Episcopatu suo intra Ciuitatem, & extra liceret constituere Mercatum, & Cudere Monetam statuens Imperij auctoritate, vt nullus Pontifex nullus Archiepiscopus, & nullus Episcopus audeant violare Asculanam ecclesiam, Episcopum eius, & Cannonicos in possessione Iure, & dominio prędictarum rerum. Datum apud Cruconem in Territorio Spoletano in nomine Domini 14 Kal. Octobris 1185. Indictione quarta Reg. dicto Federico Anno eius Regni 34. & Imperii 32. sigillatum cum sigillo aureo pendente cum Imagine ipsius Imperatoris in parte, & in alia, Vrbe Roma cum infrascriptis verbis sculpta Roma caput Mundi regit orbis frena rotundi.

Item Priuilegium Conradi Regis, in quo Episcopum Asculanum in consortio Principum suorum suscepit, & confirmauit omnia priuilegia Imperatorum, & Principum, omnia Iura, & Castra, vt in eo. Actum Locimberti prid. Idus martii Indictione Decima Anno 1150 Anno Regni eius decimo tertio.

Item priuilegium Leonis Papę Noni, in quo confirmauit omnia Iura Ecclesię, ac ipsam Ciuitatem, & Castra. Datum Anno sui Pontificatus quarto.

Item priuilegium Victoris secundi confirmatorium, & Ciuitatis Asculanę priuilegiorum. Datum Romę Anno sui Pontificatus primo.

Item priuilegium Enrici secundi Regis confirmationis multorum bonorum. Datum Colonię Anno Incarnationis Domini 1045.

Item Priuilegium Alexandri Papę, in quo confirmauit priuilegia Clar. mem. Lotharii, & Federici Roman. Imperatorum, & in specie collationem factam per eos ad fauorem Ecclesiæ Asculanę de Colonnella, Corata, Ancarano, Salmo, Cantalupa, Ripa, Quartellaro, Iscla, Faraone, Colle Pagano, Rocca de Emiliano, Carrufo, & quibusdam aliis locis Asculane, & Aprutinę diecesis. Datum Neapoli tertio Kal. Febr. Pontificatus sui Anno primo.

Item Priuilegium Othonis Quarti cum sigillo magno Cerę, cum cordula sericea, cum imagine ipsius Imperatoris sedentis, in quo Petrum Episcopum Asculanum benigne recepit, pio affectu honorauit, & inuestiuit de regalibus Ecclesię Asculanę cum comitatu, & vniuersis eius pertinentiis, cum omni honore, & Iurisdictione sceptro Imperiali illum inuestiuit. Datum apud Castellum Florentinum sexto Kal. Nouembris Indictione decima tertia.

Item Priuilegium Vrbani Papę Quinti, in quo ad petitionem capituli Ecclesię Asculanę conquerentis, quod nō nulli Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, milites, laici, & Ecclesiasticę personę occuparunt multa Castra, Villas, Terras, & alias Iurisdictiones deputauit Episcopos Auximan., & Aquileu. & Abbatem Monasterij S. Marię de Loquiano quod assistant, defendant, & tueantur aduersus molestatores, & occupatores, prout latius in litteris Apostolicis sub plumbo expeditis. Datum apud Montem Fiasconum quinto Non. Maii Pontificatus Anno Octauo.

Item Priuilegium concessum à Gregorio decimo secundo, in quo concessit tempore vacationis prębendę canonicalis dictę Cathedralis optare, prout in litteris Apostolicis sub plumbo expeditis. datum Caietę secundo Kal. Octobris Pontificatus sui Anno quinto.

Item Priuilegium Leonis Decimi, in quo pro parte Episcopi, Capituli, & Canonicorū Ecclesię Asculanę fuit querela porrecta percepit quod non nulli res, Iura, subditos, & pręsertim Castra Aurani, & Maldiniani Asculanę diecesis, illorumque Incolas, & bona ad Episcopum, Capitulum, & Canonicos prędictos ex obseruata quatringentorum, & vltra annorum consuetudine, nec non priuilegiorum per Fel. rec. Leonem viiij. Victorem secundum Alexandrum tertiū Alexandrum quartum,

tum, Ioannem Vigesimum secundum, Vrbanum quintum, & alios Predecessores suos, & Claræ mem. Othonem Cuntadum, Enricum, Lotharium, Federicum, & Enricum sextum Romanorum Imperatores ac etiam Federicum Siciliæ Regem, & Rom. Imperatorem concessorum, & confirmatorum, inuadere, & deprædari, & vexare non vereutur, & mandauit Legato Prouinciæ Marchiæ, & eius Vice Legato in perpetuum successore, quatenus defendant, & assistant Præsumptores; occupatores, detentores, malefactores, iniuriatores damnorum illatores, Contradictores, & Rebelles, etiam si Cardinali, Archiepiscopali, Episcopali Patriarcali, Abbatiali, vel alia Ecclesiastica, ac etiam Imperiali, & Regali, & Regionali, Vice Regali, Ducali, Marchionali, Baronali, militari, vel alia quauis mundana dignitate, statu, gradu, ordine, conditione suffulti sint, a Molestiis desistant, de damnis, & Interesse satisfaciant cum facultate mox contra cõtumaces per excommonis, suspensionis a diuinis, Interdicti, aliarumq. Ecclesiarum Censurarum, promulgationem, appositionem, aggrauationem, & reagrauationẽ approbatione postposita compescere prout latius in litteris Apostolicis sub Anulo Piscatoris expeditis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 11. Iunii 1521. Pontificatus sui Anno Nono.

Item Priuilegium Conradi secundi Imperatoris concessum Bernardo Episcopo Asculano in quo confirmantur donationes, immunitates quam plures, & Iurisdictiones quas Ottho Imperator concesserat Ecclesię Asculanæ, & inter cetera adest facultas Episcopo attributa, quod possit Monetam construere, & alia facere prout latius in eo sub Datum Rodelbrand Anno Incarnationis Dominicę 1037. Regni sui vndecimo Imperii vero Nono.

Item priuilegium Enrici Tertii Imperatoris in quo ad petitionẽ Agnetis Imperatricis eius matris cum Interuentu Victoris Papę confirmauit Iura, Castra aliter per fel. mem. Conradi eius patris, & aliorum Antecessorem Asculanę Ecclesię concessa. Datum Florentię Sexto Kal. Iunii Anno Incarnationis Dominicæ 1056. indictione Octauá cum sigillo Magno Cerę cum imagine ipsius Imperatoris.

Item priuilegium Enrici Sexti Imperatoris in quo confirmauit multa Castra, Ecclesias Episcopo, & Ecclesię Asculanę. Datum apud Ludnam Anno Incarnationis 1193. Indiction. 11. prid. non. Iulii cum sigillo Magno cerę cum Imagine ipsius Imperatoris.

Item Priuilegium Federici Regis Sicilię in quo confirmauit priuilegia, Iura, terras, & tenimenta Ecclesię Asculanę concessa ab Imperatoribus. *Datum in Vrbe Felici Panormitana* Anno Domenicę Incarnationis 1208. mense Aprilis Indictione Vndecima.

Item priuilegium Ioannis Papæ Vigesimi secundi expeditum ad instantiaum Archidiaconi, & Capituli Ecclesię Asculanę exponentis quod non nulli Comites, Barones, Nobiles, Milites, & alii Laici Asculanę Ciuitatis Castra, Valles, domos, terras, possessiones, prata, pascua, nemora, molend na, & nõnulla alia bona ab eadem Ecclesia in feudum, & sub annuo censu tenent, quandoq; personis religiosis interdum nonnullis personis potentibus, atque Laicis vendere, aut donare, vel ad perpetuum censum concedere, & infeudare, seruitutes de facto imponere, cum de iure non possent absque superiorum Archidiaconi, & Capituli Legitimo assensu propterea omnia attentata in irritum reuocauit, & inhibuit, & præcepit, ne de cetero similia committant sub excommunicationis pęna. Datum Auenioni Idus Martii Anno sui Pontificatus septimo sub plumbo.

Item in carta pergamena apparent quam plura iuramenta fidelitatis pręstita a Nobilibus Ciuitatis Asculanę vti Vassallis & feudatariis Ecclesiæ Asculanę in manibus. Deputatorum, & procuratrum Capituli, & Ecclesię.

Et alias prout latius in dictis priuilegiis bullis, & litteris Apostolicis in dicto Archiuio Asculanę Ecclesię conseruatis per me visis, & summatis prout supra ad quę &c. In fidem &c. Asculi hac die 10. Maii 1658.

Ita est Franciscus Cappellus de Asculo not. publ. & Canc. dicti Illustrissimi Capituli Asculani rog. &c.

IVLIVS TIT. S. PRYSCÆ
Miseratione Diuina S. R. E. Præsbiter Cardinalis Gabriellius Episcopus, & Princeps Asculanus.

Retroscriptum D. Franciscum Cappellum de Asculo esse talem qualem se facit, eiusque publicis scripturis tam in Iudicio, quam extrà semper adhibitam fuisse, & de præsenti indubiam adhibenti fidem omnibus proculdubio testamur In Quorum fidem &c. Datum Asculi ex Palatio Episcopali hoc die 20. Maii 1658.

A. Permarinus Vic. Gen.

Paces Cantarellus Not. Episc.

Adesso

IN AVCTOREM

Adesto fama,
Quę tot prædita linguis, quot plumis, Implumis es, & elinguis?
Adsurge Calame,
Et ignobilę tibi clarescat atramentum luce præclarissima
SERAPHINI MASSINI. I. C.
Cui atauæ nobilitaris prębuit Fascias
Consularium fascium fœcundus Parens Truentum vetustum;
Cuius Iuueniles Annos annosos reddidit feracitas Ingenij
In Vlnis Castalidum Castalij lacte nutricatus
Musis tum latialibus, cum Hetruscis Patrio In solo prolusit.
In Firmano Athenęo
Quartum supra decimum annum agens,
Phædrios voluptatum conatus eludens, elidens,
Ad Iustitiæ Virginis thalamum anhelans,
Tumulo depresso non Cholchidis Angue,
Sed Inscitiæ Dracone
Aureum Aureolæ Vellus haud à Medea,
Sed ab Astręa sibi seruatum est assecutus;
Et sic pręcoces Virtutum fructus è feraci Iurisprudentię Solo
Immatura In ætate iam maturos legit.
Ad Patrios lares reuersus
Togatę Sapientię Exemplar absolutissimum
Nouatus Consus Consultus,
Patriæ Solon, ac Licurgus
Dissidentium Ciuium lites sedauit, dissoluit, composuit;
ILLVSTRISSIMO PRÆSIDI, ET PRINCIPI

MARCO ABBATI GALLIO

Perusiæ, ac Maceratę in Ciuilibus V. Gerens,
Aulicæ simulationis omninò nescius
Nil desiderandum reliquit in Integritate, In obsequio;
In Sacro Rotę Maceratensis Auditorio Iudex integerrimus
Socratica pręlucens prudentia, Rhadamantis pręcellens Iudicio
Astręam exteram nouissimè è cęlo vocat.
Quod dum de CONFISCATIONE BONORVM felicitèr, feracitèr tractat
Tullius, Pericles, Cato,
Non minus Principum ærarium,
Quam propriorum meritorum Annonam mirificè auxit,
Tanto Viro
Ingeniorum Miraculo, Litteratorum Oraculo,
Cuius Clamydem diù expectauit forum,
Sublimia nunc expetunt subsellia
Musę, & Charites
Niceteria, Epinicia, Choragia parent,
Tibiis, Tubis, Timpanis,
Eique Dirę Parcę diù parcant
Ità diuinante, & precante IOANNE CENSIO
In Maceratensi Doctorum Albo relato

INDEX

INDEX RERVM, ET CONCLVSIONVM.

Quæ in præſenti Semicenturia continentur.

a quorum

I N D E X.

cum

Remanent

Probibita

INDEX.

Beneficium

INDEX.

Cadauera

INDEX.

C

I N D E X.

Debent

Bonorum

INDEX.

INDEX.

Competit

INDEX.

INDEX.

Debitores

INDEX.

Et dicta

Bona

INDEX.

d 2 Non

Absque

Intellige

I N D E X.

Etiamsi

I N D E X.

INDEX.

e 2

Fraudator

Acquiritur

INDEX.

Nonda-

Nisi

I N D E X.

f Bonorum

INDEX

I N D E X.

Qua-

INDEX.

Non

Pre

M

Denegatur

INDEX.

g 2 *Falsam*

INDEX.

Pacta

P

Vti

I N D E X:

b Cuius-

Apposita

INDEX.

h 2 *Tempore*

Et hæc

I N D E X.

INDEX.

INDEX.

S

I N D E X.

Execu-

INDEX.

I N D E X.

Loquens

INDEX.

Concedens

I N D E X.

Syndicandi

INDEX.

Dicentes

INDEX.

INDEX.

V

Verba

INDEX.

FINIS. F. 68.